UNIVERSITY OF ST. MICHAEL'S COLLEGE
3 1761 01879454 5

TRANSFERRED

Digitized by the Internet Archive
in 2009 with funding from
University of Ottawa

http://www.archive.org/details/lasaintebiblecon05pariuoft

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS,

DES PRÉFACES NOUVELLES ET DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES.

TOME V.

EXTRAITS DES LETTRES

DE LEURS GRANDEURS MONSEIGNEUR L'ARCHEVÊQUE DE BOURGES ET DE MONSEIGNEUR L'ÉVÊQUE DE SAINT-CLAUDE.

Monsieur l'Abbé,

Je suis l'un des souscripteurs à la *Bible* que vous publiez chez MM. Berche et Tralin. Je ne doute pas que les notes ajoutées par vous aux commentaires si connus et si généralement appréciés de Ménochius, ne les complètent très-heureusement et n'en fassent un ouvrage au niveau de la science actuelle, et dont le clergé pourra se servir très-utilement pour la connaissance des saintes Ecritures.

Veuillez donc recevoir, Monsieur l'Abbé, mes encouragements très-sincères.

✝ C. A., *archevêque de Bourges.*

Monsieur l'Abbé,

J'ai reçu les trois premiers volumes de votre *Bible classique.* Si je ne vous ai pas écrit plus tôt, c'est que j'ai voulu recueillir les témoignages de mon entourage sur votre précieux travail. Tous s'accordent à en faire les plus grands éloges, et pour mon compte, je les juge très-mérités. Je suis heureux de voir cet ouvrage déjà entre les mains de mes séminaristes de Lons-le-Saulnier. C'est le témoignage que ma rendu leur digne et savant Supérieur, lorsque j'ai demandé son concours pour son utile propagation.

Veuillez donc agréer, Monsieur l'Abbé, mes encouragements et mes félicitations avec les sentiments, etc.

✝ L. A., *évêque de Saint-Claude.*

LA

SAINTE BIBLE

CONTENANT

1° LE TEXTE SACRÉ DE LA VULGATE;

2° LA TRADUCTION FRANÇAISE DU R. P. DE CARRIÈRES;

3° LA CONCORDANCE GÉNÉRALE DES LIVRES SAINTS;

4° UNE CONCORDANCE TEXTUELLE DES QUATRE ÉVANGILES;

5° LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS;

6° DES PRÉFACES NOUVELLES AVEC DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES,

METTANT PERPÉTUELLEMENT LE TEXTE SACRÉ EN RAPPORT AVEC LES TRAVAUX ET LES DÉCOUVERTES DE LA SCIENCE ACTUELLE,

PAR M. L'ABBÉ DRIOUX,

Docteur en Théologie,
Vicaire général et chanoine honoraire de Langres, Missionnaire apostolique,
traducteur de la *Somme* de saint Thomas,
et auteur d'un *Cours de Littérature*, *de Géographie et d'Histoire*.

Cette publication a été honorée de l'approbation et des encouragements de Mgr l'Archevêque de Bourges et de Mgr l'Évêque de Saint-Claude.

EX LIBRIS
ST. BASIL'S SCHOLASTICATE
9/17/31
No. 35528

TOME CINQUIÈME.

Isaïe (XL-LXVI), — Jérémie, — Les Lamentations, Baruch, — Ezéchiel, — Daniel.

PARIS,

BERCHE ET TRALIN, LIBRAIRES-ÉDITEURS,

82, RUE BONAPARTE, 82.

1873.

Propriété des Éditeurs.

MAY 19 1952

Bar-le-Duc Imprimerie Contant-Laguerre.

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

ET DES NOTES HISTORIQUES ET THÉOLOGIQUES.

ISAIE.

(Suite).

CHAPITRE XL.

Délivrance d'Israël. Manifestation du Seigneur. Ses infinies perfections.

1. Consolamini, consolamini, populo meus, dicit Deus vester.

2. Loquimini ad cor Jerusalem, et advocate eam; quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

1. Consolez-vous, mon peuple, consolez-vous; dit votre Dieu.

2. Parlez au cœur de Jérusalem, et assurez-la que ses maux sont finis, que ses iniquités lui sont pardonnées, et qu'elle a reçu de la main du Seigneur une double *grâce* pour *l'expiation* de tous ses péchés.

Cap. XL. — 1. *Consolamini.* Ici commence la seconde partie du livre d'Isaïe. Les chapitres dont elle se compose sont mieux coordonnés que ceux de la première partie. Ils forment un ensemble que l'on peut diviser, avec M. Le Hir, en trois sections, de chacune neuf chapitres. Les premiers (XL-XLVIII) ont pour sujet principal les attributs de Dieu et ses perfections infinies opposées au néant des idoles. Les suivants (XLIX-LVII) forment un tout avec le chapitre LIII où sont décrites les souffrances expiatoires du Messie. Enfin, les derniers (LVIII-LXVI), exposent les conditions nécessaires pour entrer dans son royaume; quels en seront exclus et quels y trouveront une place; la conversion des nations idolâtres et leur substitution aux Juifs charnels et incrédules. Dieu, Jésus-Christ et l'Eglise, voilà les trois idées-mères et fécondes auxquelles se rattachent ces 27 derniers chapitres (M. Le Hir, *Les Prophètes d'Israël*, *études bibliques*, tom. Ier).

2. *Duplicia pro omnibus peccatis.* D'après l'Hebreu : Elle a reçu une ample punition pour tous ses péchés. *Duplicia* est ici pour *magna*, *multa* (Infr. LXI, 7; Jerem., XVI, 18, XVII, 18; Apoc., XVIII, 6). C'est comme nous disons en français: Elle a ete frappee à *coups redoublés*, tels que furent ceux dont les Juifs furent successivement frappés par les Assyriens, les Chaldéens, les Syriens et les Romains qui avaient déjà commencé à subjuger la Judée avant que Jésus-Christ parût.

Cap. XL. — 1. *Consolamini.* Passive accipitur pro *consolationem accipite.* LXX tamen active capiunt; nam vertunt in accusativo, *consolamini populum meum.* — *Populo meus.* Ita appellat fideles qui in Christum crediderunt, tam ex Judæis quam ex gentilibus.

2. *Loquimini ad cor.* Idioma Scripturæ est (inquit D. Hier.) ut qui mœrenti loquitur, et blandiens consolatur, dicatur ad cor loqui. Vide Genes. 34, 3, et ibi dicta. — *Advocate eam.* LXX, παρακαλέσατε αὐτήν, *consolamini eam.* In Hebr. קראו *quiru*, *vocate*, ut scilicet miram hanc consolationem ei annuntietis. — *Malitia.* In Hebr. est צבא *tsaba*, id est, *militia*,

3. *Car on a entendu* la voix de celui qui crie dans le désert : Préparez la voie du Seigneur, rendez droits dans la solitude les sentiers de notre Dieu.

4. Toutes les vallées seront comblées, toutes les montagnes et les collines seront abaissées, les *chemins* tortus seront redressés, ceux qui étaient raboteux seront aplanis.

5. Et la gloire du Seigneur se manifestera; et toute chair verra en même temps que c'est la bouche du Seigneur qui a parlé,

6. Une voix m'a dit : Criez. Et j'ai dit : Que crierai-je ? *Criez :* Toute chair n'est que de l'herbe, et toute sa gloire est comme la fleur des champs.

7. L'herbe s'est séchée, et la fleur est tombée, parce que le Seigneur l'a frappée de son souffle. Le peuple est vraiment de l'herbe.

8. L'herbe se sèche, et la fleur tombe : mais la parole de Dieu demeure éternellement.

9. Montez sur une haute montagne, vous qui

3. *a* Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. [a *Matth.* 3. 3. *Marc.* 1. 3. *Luc.* 3. 4. *Joan.* 1. 23.]

4. Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.

5. Et revelabitur gloria Domini, et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

6. Vox dicentis : Clama. Et dixi : Quid clamabo? *a* Omnis caro fœnum, et omnis gloria ejus quasi flos agri. [a *Eccli.* 14. 18. *Jac.* 1. 10. *I. Petr.* 1. 24.]

7. Exsiccatum est fœnum, et cecidit flos, quia spiritus Domini sufflavit in eo. Vere fœnum est populus;

8. Exsiccatum est fœnum, et cecidit flos; verbum autem Domini nostri manet in æternum.

9. Super montem excelsum ascende,

3. *Vox clamantis in deserto.* Voici la voix de celui qui crie dans le désert : Dans le sens litteral, on l'explique des déserts qui séparaient Babylone de la Judée et par lesquels le Seigneur devait ramener son peuple de la captivité. Mais selon le témoignage des saints évangélistes, saint Jean-Baptiste était lui-même cette voix dont parle ici le Prophète. Elle retentit au moment où il se faisait dans le monde une sorte d'apaisement et de silence pour recevoir le Fils de Dieu (Cf. Matth., III, 3; Marc., I, 3; Luc., III, 4; Joan., II, 23).

8. *Cecidit flos.* Dans leur sens primitif et littéral, ces versets peuvent signifier que la puissance formidable des Chaldéens n'était devant Dieu que comme une fleur qu'il ferait tomber de son souffle, et que la promesse de delivrance qu'il faisait à son peuple etait certaine. Saint Pierre cite le verset 6 et ajoute : C'est cette parole qui vous a été annoncée par la prédication de l'Evangile (I. Pet., I, 24, 25). Ménochius s'est placé à ce point de vue dans son Commentaire.

9. *Qui evangelizas Jerusalem.* C'est du Grec que vient le mot *Evangile*, l'heureuse nouvelle. Le terme de l'Hebreu a la terminaison féminine, telle que l'aurait en Latin le mot *Evangelista*, qui, neanmoins se prend au masculin. Il en est de meme en Hebreu, où l'on trouve dans l'*Ecclésiaste*, le mot *Ecclesiastes* avec la terminaison féminine, quoiqu'il se rapporte à Salomon. On dit de même en latin *Propheta*, *Poeta*, etc. (*Bible de Vence*).

---

sed sensus est idem; malitia enim hic non nequitiam, sed laborem, afflictionem et ærumnas militares significat. Sic dicitur, Matth., 6, 34 : *Sufficit diei malitia sua*, id est, *afflictio sua.* — *Dimissa est iniquitas illius.* Christus enim sicut ejus iniquitati, sic et militiæ et malitiæ, afflictioni et tribulationi finem imposuit. — *Duplicia.* Multa scilicet bona charismata et gratias. Vel sensus est, dupliciter, id est, graviter fuisse punitam, ideoque cum sat pœnarum dederit completam esse malitiam et afflictionem.

3. *Vox clamantis.* Scilicet erit, vel audietur in deserto. Intelligenda hæc sunt de sancto Joanne Baptista; nam, Matth., 3, 3, habemus : *Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem : Vox clamantis in deserto*, etc. — *Parate viam Domini.* Sunt verba clamantis in deserto, et jubentis Domino mox venturo parari viam et complanari, ut fieri solet in adventu magnorum principum. Monet ergo ut omnia amoveant impedimenta quæ illum possent offendere, errores scilicet et peccata. — *In solitudine.* Quasi dicat Joannes : Existis ad me in solitudinem : hic ergo me vos cohortante, mores corrigite, et præparate viam Christo; ad hoc ipsa solitudo invitat, ut remoti a turba verbo Dei et saluti vestræ vacetis. Ita D. Hier.

4. *Exaltabitur.* Pro *exaltetur*, futurum pro imperativo, quomodo etiam sequentia explicanda sunt. Sententia est : tollatur omnis anfractus et obliquitas, et omnia adæquentur et complanentur. — *Prava in directa.* Obliqua et tortuosa dirigantur.

5. *Et revelabitur gloria Domini.* Particula et posita est pro *nam.* Gloria Domini est gloriosa Christi humanitas, quæ hominibus ostendetur. — *Videbit.* Videre poterit et experiri. — *Quod os Domini locutum est.* Christo jam exhibito, videbit omnis homo re ipsa præstari et impleri quod nunc Dominus per me aliosque prophetas de Salvatore promittit.

6. *Vox dicentis : Clama.* Quasi dicat : Ego Isaias audio vocem mihi interius dicentem et suggerentem : *Clama.* — *Et dixi.* Respondi. — *Omnis caro fœnum.* Hoc suggerit vox esse clamandum. Existimo hoc pertinere ad tanti mysterii admirationem, quasi dicat propheta : Cum omnis caro nihil aliud sit quam herba quæ facile arescit et marcescit, tamen non dedignatus est Dominus humanam carnem induere. — *Fœnum.* Non demessum et siccum, sed vivum et in prato germinans; hoc enim hebraice vocatur חציר *chatsir*, quod hic habemus.

7. *Quia spiritus Domini sufflavit in eo.* Nam spiritu vehementi et urenti siccantur herbæ et flores.

8. *Verbum autem Domini.* Licet homines exsiccentur et pereant ut fœnum, Verbum tamen Domini, quod carnem assumpsit, æternum est, cum sit Deus immortalis.

9. *Super montem excelsum.* Sion enim terrena in edito monte sita erat. — *Evangelizas Sion.* Qui evangelizas Sioni, id est, Ecclesiæ tam lætum nuntium apportas. — *Exalta in fortitudine.* Attolle, eleva vocem quantum potes.

tu qui evangelizas Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem; exalta, noli timere. Dic civitatibus Juda : Ecce Deus vester;

10. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, et brachium ejus dominabitur; ecce merces ejus cum eo, et opus illius coram illo.

11. *a* Sicut pastor gregem suum pascet; in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, fœtas ipse portabit. [a *Ezech.* 34. 23. et 37. 24. *Joan.* 10. 11.]

12. Quis mensus est pugillo aquas, et cœlos palmo ponderavit? Quis appendit tribus digitis molem terræ, et libravit in pondere montes et colles in statera?

13. *a* Quis adjuvit spiritum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit, et ostendit illi? [a *Sap.* 9. 13. *Rom.* 11. 34. *I. Cor.* 2. 16.]

14. Cum quo iniit consilium, et instruxit eum, et docuit eum semitam justitiæ, et erudivit eum scientiam, et viam prudentiæ ostendit illi?

15. Ecce gentes quasi stilla situlæ, et quasi momentum stateræ reputatæ sunt; ecce insulæ quasi pulvis exiguus.

16. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, et animalia ejus non sufficient ad holocaustum.

17. Omnes gentes quasi non sint, sic

annoncez l'Evangile à Sion : élevez votre voix avec force, vous qui annoncez l'Evangile à Jérusalem; élevez-la, et ne craignez point. Dites aux villes de Juda : Voici votre Dieu.

10. Voici le Seigneur *votre* Dieu qui vient dans sa puissance. Il dominera par *la force de* son bras; il porte avec lui ses récompenses, et il tient entre ses mains le prix de ses travaux.

11. Il mènera son troupeau dans les pâturages, comme un pasteur. Il rassemblera par la force de son bras, les petits agneaux, et il les prendra dans son sein : il portera lui-même les brebis qui seront pleines.

12. *Car* qui est celui qui a mesuré les eaux dans le creux de sa main, et qui, la tenant étendue, a pesé les cieux? qui soutient de trois doigts toute la masse de la terre, et qui met les collines dans la balance?

13. Qui a aidé l'esprit du Seigneur? qui lui a donné conseil? qui lui a appris ce qu'il devait faire?

14. Qui a-t-il consulté? qui l'a instruit? qui lui a montré le sentier de la justice? qui lui a donné le don de science? qui lui a ouvert le chemin de la sagesse?

15. *Toutes* les nations ne sont devant lui que comme une goutte d'eau *qui tombe* d'un sceau, et comme ce petit grain qui donne à peine la moindre inclinaison à la balance : toutes les îles sont devant ses yeux comme un petit grain de poussière.

16. Tout ce que le Liban a d'arbres, ne suffirait pas pour allumer le feu de *son autel;* et tout ce qu'il y a d'animaux serait trop peu pour être son holocauste.

17. Tous les peuples du monde sont devant

10. *Ecce merces ejus cum eo.* Autrement : Le prix de ses travaux marche devant lui. Jésus-Christ, dans l'*Apocalypse*, emploie de semblables expressions en annonçant son second avénement (Apoc., XXII, 12).

12. *Quis mensus est pugillo aquas.* De l'œuvre de l'incarnation qui doit avoir un caractère tout moral, le Prophète passe tout à coup à la peinture de la puissance et de l'intelligence infinie de Dieu, comme pour nous dire que nous ne devons pas nous étonner de la facilité avec laquelle le Messie accomplira toutes les choses qu'il vient d'annoncer de lui, puisqu'il est Dieu comme son Père, et qu'il égale en sagesse et en puissance celui qui a créé le monde et toutes les merveilles qui nous environnent.

---

10. *In fortitudine.* Nam Christus est Deus fortis infinitaque potentia instructus ad profligandos Ecclesiæ hostes. — *Brachium ejus.* Potentia, robur. — *Ecce merces ejus cum eo.* Liberalis est, et promptam habet mercedem, imo ipsemet eis erit magna merces nimis. — *Et opus illius coram illo.* Merces operis, per metonymiam : est repetitio ejusdem sententiæ.

11. *Sicut pastor gregem suum pascet.* Magna cura suos reget, imo pascet ut oves; erit enim dominatus illius pastoralis, non tyrannicus. — *In brachio suo congregabit agnos.* Brachiis complectens, et ad caulas deferens. — *In sinu suo levabit.* Gestabit. — *Fœtas.* Quæ fœtum utero gerunt, vel jam recens enixæ sunt. — *Ipse portabit.* Suaviter ducet ac si portaret, pedetentim præ se agens, ne fatigentur. Sensus totius versiculi est, regimen Christi, quo suam gubernabit Ecclesiam, fore suave; nam et agnos, id est, plebem simplicem et recens conversam, et fœtas oves, id est, apostolos et prædicatores fovebit, et curabit ut nihil eorum desiderent, quibus opus habent ad salutem consequendam et in aliis promovendam.

12. *Quis mensus est.* Excurrit propheta in divinæ potentiæ et sapientiæ commendationem, ut ostendat opus incarnationis illi facile fuisse. Sensus ergo est : quis præter Deum mensus est aquas, etc. — *Pugillo.* Velut pugillo. LXX, *manu.* — *Palmo ponderavit.* Quasi palmo manus continet : loquitur humano more, qui enim aliquid palmo continet, ejus gravitatem sentit, et quodammodo ponderat et explorat. — *Tribus digitis.* Summa facilitate. — *Libravit in pondere montes.* Pondus metonymice vocat stateram, vel bilancem qua res ponderantur sustinet manu potentiæ suæ montes et colles, et cognitum habet ad unguem pondus earum.

13. *Quis adjuvit spiritum Domini?* Hebr. *quis ponderavit*, expendit, perpendit, penetravit spiritum, id est, mentem et consilia Domini, ut cum ope, consilio suo in operando adjuvare posset? quasi dicat : Nemo, etc. — *Ostendit illi.* Quid esset agendum.

15. *Quasi stilla situlæ.* Quasi stilla e situla decidua et neglecta, cujus nulla habetur ratio; imo, sicut stillæ pars minima. — *Momentum stateræ.* Vide dicta Sap. 11, 23.

16. *Libanus non sufficiet ad succendendum.* Ea est divinæ naturæ majestas, ut Libanus qui thure abundat et silvis odoratis, non satis sit ad suffimenta, et animalia quæ magno ibi pascuntur numero, ad sufficienda holocausta quæ illi debentur.

lui comme s'ils n'étaient point, et il les regarde comme un vide et comme un néant.

18. A qui donc ferez-vous ressembler Dieu? et quelle image en tracerez-vous?

19. L'ouvrier *parmi vous* ne jette-t-il pas sa statue en fonte? celui qui travaille en or n'en forme-t-il pas une d'or? et celui qui travaille en argent ne la couvre-t-il pas de lames d'argent?

20. L'ouvrier habile choisit un bois fort qui ne pourrisse point; il cherche à placer sa statue, en sorte qu'elle ne tombe pas.

21. N'avez-vous point su *ce que c'est que Dieu?* n'avez-vous point ouï *parler de lui?* ne vous a-t-il pas été annoncé dès le commencement? n'avez-vous point ouï dire *comment il a jeté* les fondements de la terre?

22. C'est lui qui s'assied sur le globe de la terre et qui voit tous les hommes qu'elle renferme, comme des sauterelles : *c'est lui* qui a suspendu les cieux comme une toile, et qui les étend comme un pavillon pour s'y retirer :

23. Qui anéantit ceux qui recherchent avec tant de soin les secrets *de la nature,* et qui réduit à rien les juges du monde.

24. Ils *ont été devant lui comme s'ils* n'avaient point été plantés, *comme* s'ils n'avaient point été semés sur la terre, *et comme si* leur tronc n'y avait point jeté de racines : car, lorsqu'il les a frappés de son souffle, ils se sont séchés, ils ont été enlevés comme un tourbillon emporte la paille.

sunt coram eo, et quasi nihilum et inane reputatæ sunt ei.

18. *a* Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? [a *Act.* 17. 29.]

19. Numquid sculptile conflavit faber? aut aurifex auro figuravit illud, et laminis argenteis argentarius?

20. Forte lignum et imputribile elegit; artifex sapiens quærit quomodo statuat simulacrum quod non moveatur.

21. Numquid non scitis? numquid non audistis? numquid non annuntiatum est vobis ab initio? numquid non intellexistis fundamenta terræ?

22. Qui sedet super gyrum terræ, et habitatores ejus sunt quasi locustæ; qui extendit velut nihilum cœlos, et expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

23. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, judices terræ velut inane fecit;

24. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum; repente flavit in eos, et aruerunt, et turbo quasi stipulam auferet eos.

18. *Cui ergo similem fecistis Deum?* La folie de l'homme est d'avoir cru qu'il pouvait représenter ce Dieu si grand et si puissant sous une image sensible. Il ne s'est pas arrêté là. Il a pris pour un Dieu la statue d'or ou d'argent qu'il avait faite, et par un renversement de toutes les notions primitives, ce n'est pas Dieu qui a fait l'homme, mais c'est l'homme qui a fait Dieu. Le Prophète s'élève contre cette absurdité qui, toute grossière qu'elle est, se trouvait cependant universellement admise chez toutes les nations, à l'exception seule de la Judée qui était restée fidèle à l'enseignement primitif.

21. *Numquid non audistis?* Si Dieu ne s'était pas révélé à l'homme dès le commencement, cette erreur aurait été excusable. Mais le Prophète confond les idolâtres en leur disant de remonter à l'enseignement primitif, comme nous confondons les schismatiques, les hérétiques et tous les sectaires en leur disant de remonter à l'enseignement de Jésus-Christ et des apôtres.

---

18. *Cui ergo similem.* Per digressionem invehitur in idololatriam. Sensus est : cum omnes gentes Deo comparatæ sint quasi gutta, imo nihilum et inane, qua temeritate, impietate ac sacrilegio, vos, o gentiles, Jovem, Jovisque idolum comparatis et æquiparatis Deo, Deumque Jovi, imo Deum facitis Jovem, et Jovem Deum. — *Aut quam imaginem ponetis ei?* Quæ poterit ex rebus hisce materiatis imago fieri, quæ divinæ illius naturæ vim atque præstantiam repræsentet? Neque tamen hinc colligi potest otiosum esse, vel illicitum imaginum usum : nam licet imago nulla ad vivum Deum repræsentet, excitare tamen potest Dei vivi et veri memoriam in animis hominum. Adde non colere nos imagines ut Deos, quod tamen faciebant Gentiles, qui in lapide illo aut ligno numen inesse existimabant.

19. *Numquid sculptile conflabit faber?* In Hebr. est, *nonne sculptile conflabit faber*, ut vertunt Pagninus et Vatablus, quasi dicat : Quis adeo vecors est ut existimet metallum illud in idoli formam figuratum divinitatem habere?

20. *Forte lignum et imputribile.* Durum, et quod cariem non sentiat. — *Sapiens.* Operibus.

21. *Numquid non scitis.* Si Deus terram creavit, et metalla quæ in ea gignuntur, quis ita deliret ut Deum esse credat simulacrum ex auro vel argento sculptum aut conflatum? — *Fundamenta terræ.* Id est, nonne scitis, et majorum traditione accepistis, Deum terram fundasse et suo loco statuisse?

22. *Qui sedet.* Qui præsidet et gubernat mundum. — *Quasi locustæ.* Quod exiguum est animal, vile, miserum et brevis vitæ. — *Velut nihilum.* Facillime. *Sicut tabernaculum.* LXX, *quasi cameram*, rotundos scilicet instar cameræ et fornicis.

23. *Secretorum scrutatores.* Philosophos investigatores arcanorum naturæ. LXX vertunt, *principes*, ut etiam Pagninus et Vatablus, qui scilicet satus politiæ ac gubernationis secreta rimantur; hi enim hebraice vocantur רוזנים *rozenim.* — *Judices terræ.* Principes quorum munus est populis jus dicere. — *Velut inane fecit.* Potest enim Deus etiam principes solio dejicere, quod frequenter fecit, et si libuerit velut inane facere, hoc est, redigere in nihilum.

24. *Et quidem neque plantatus.* Perinde ac si non esset plantatus. Vel sensus est, Deum reges et tyrannos aliquando statim initio imperii de medio tollere, antequam prolem susceperint.

25. Et cui assimilastis me, et adæquastis, dicit sanctus?

26. Levate in excelsum oculos vestros, et videte quis creavit hæc; qui educit in numero militiam eorum, et omnes ex nomine vocat; præ multitudine fortitudinis et roboris, virtutisque ejus, neque unum reliquum fuit.

27. Quare dicit Jacob, et loqueris Israel : Abscondita est via mea a Domino, et a Deo meo judicium meum transivit?

28. Numquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus qui creavit terminos terræ; non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus.

29. Qui dat lasso virtutem; et his qui non sunt, fortitudinem et robur multiplicat.

30. Deficient pueri, et laborabunt, et juvenes in infirmitate cadent.

31. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current et non laborabunt, ambulabunt et non deficient.

25. A qui *donc* m'avez-vous fait ressembler?? à qui m'avez-vous égalé, dit le *Dieu* saint?

26. Levez les yeux en haut, et considérez qui a créé les cieux, qui fait marcher dans un si grand ordre l'armée des étoiles, et qui les appelle toutes par leurs noms, sans qu'il manque rien à leur harmonie : tant il excelle en grandeur, en vertu, et en puissance.

27. Pourquoi donc dites-vous, ô Jacob; pourquoi osez-vous dire, ô Israël : La conduite de ma vie est cachée au Seigneur : mon Dieu ne se met point en peine de me rendre justice?

28. Ne savez-vous point, n'avez-vous point appris que Dieu est le Seigneur éternel qui a créé toute l'étendue de la terre, qui ne se lasse point, qui ne travaille point, et dont la sagesse est impénétrable?

29. C'est lui qui soutient ceux qui sont las, et qui remplit de force et de vigueur ceux qui étaient tombés dans la défaillance.

30. La fleur de l'âge se casse et succombe au travail, et la vigueur de la jeunesse a ses affaiblissements.

31. Mais ceux qui espèrent au Seigneur trouveront des forces toujours nouvelles; ils prendront des ailes comme l'aigle : ils courront sans se fatiguer, et ils marcheront sans qu'ils se lassent.

CHAPITRE XLI.

Règne du juste. Ses conquêtes. Délivrance d'Israël. Vanité et impuissance des idoles.

1. Taceant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinem; accedant, et tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus.

1. Que les îles se taisent, et qu'elles m'écoutent; que les peuples rassemblent leurs forces; qu'ils s'approchent, et qu'après cela ils parlent. Allons ensemble devant un juge :

27. *Abscondita est via mea a Domino.* Cette erreur est celle des épicuriens, qui prétendaient que Dieu ne s'occupe pas de nous et qu'il est indifférent au bien et au mal que nous faisons. Il y a toujours eu parmi les Juifs comme parmi les chrétiens des hommes qui ont professé cette doctrine, pour autoriser la satisfaction de leurs passions mauvaises et éteindre, autant que possible en eux, le sentiment de la crainte de Dieu, qui est le commencement de la sagesse.

Cap. XLI. — 1. *Taceant ad me insulæ.* C'est une mise en demeure de répondre, une sorte de défi adressé au nom du vrai Dieu à toute la gentilité représentée ici par les nations occidentales désignées dans l'Ecriture sous le nom d'*îles*, parce qu'elles étaient séparées de la

---

25. *Et cui assimilastis me?* Vel queritur quod creaturas etiam viles et despicabiles illi adæquaverint, et deos fecerint : vel sensus est, quasi dicat : Numquid mihi quidquam simile est, aut æquale?

26. *Quis creavit hæc?* Quasi dicat : Nonne ego? — *Educit in numero.* Numerose, multæ enim sunt stellæ; vel in numero, ut scilicet una quælibet suam servet stationem et ordinem sitque, verbi gratia, hæc prima, illa secunda, aut tertia. — *Militiam eorum.* Exercitum stellarum, id est, multitudinem; vel sic appellantur quod suos ordines et stationes tueantur, ut stellæ. — *Omnes ex nomine vocat.* Plene novit naturam earum, seu facit adesse ubi vult, ut solent domini cum servos vocant. — *Præ multitudine fortitudinis.* Tam multa et magna est fortitudo, robur et virtus Dei, cœlos et astra moderantis, ut ne vel unum sit quod ejus ordinationi et mandato per omnia non satisfaciat.

27. *Abscondita est via mea a Domino.* Ignotus est Deo status rerum mearum, nec illas curat. — *A Deo meo.* Est ejusdem repetitio, quasi dicat : Deus causam meam pertransit, negligit, judicare contemnit.

28. *Non deficiet, neque laborabit.* Non fatigatur in mundi gubernatione, ac proinde quam olim habuit populi sui providentiam, etiam nunc habet.— *Nec est investigatio sapientiæ ejus.* Ut potentia, ita Deo sapientia non deest, qua rebus vestris providere sciat; est enim immensa et investigabilis.

29. *Qui dat lasso virtutem.* Non solum Deus ipse non fatigatur, sed et lassis vires animosque restituit. — *His, qui non sunt.* Scilicet fortes.

30. *Pueri.* Adolescentes juvenesque vegeti et robusti. — *In infirmitate cadent.* Infirmabuntur et frangentur illorum vires.

31. *Mutabunt fortitudinem.* Innovabunt, instaurabunt, integrabunt. — *Assumens pennas.* LXX, *pennas producent, ut aquilæ*, et divina ope adjuti, sine labore current, etc.

Cap. XLI. — 1. *Taceant ad me.* Tacite me audiant. — *Insulæ.* Insulas vocat insulanos, hoc est, gentes remotas trans mare sitas, quales respectu Judæorum erant Itali, Græci, His-

2. Qui a fait sortir le juste de l'orient, et qui l'a appelé, en lui ordonnant de le suivre. Il a terrassé les peuples devant lui, et il l'a rendu le maître des rois; il a fait tomber sous son épée *ses ennemis* comme la poussière; et il les a fait fuir devant son arc, comme la paille que le vent emporte.

3. Il les a poursuivis : il a passé en paix, sans laisser aucune trace de son passage.

4. Qui est-ce qui a fait et opéré toutes *ces merveilles?* qui est-ce qui appelle en leurs temps ceux dont il a prévu la naissance dès le commencement du monde? C'est moi-*même* qui suis le Seigneur; c'est moi qui suis le premier et le dernier.

5. Les îles ont vu, et elles ont été saisies de crainte; les hommes ont été frappés d'étonnement jusqu'aux extrémités du monde : ils se sont approchés, et ils sont venus.

6. Ils s'entr'aideront tous les uns les autres, chacun dira à son frère : Prenez courage.

2. Quis suscitavit ab oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? dabit in conspectu ejus gentes, et reges obtinebit; dabit quasi pulverem gladio ejus, sicut stipulam vento raptam arcui ejus.

3. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus ejus non apparebit.

4. Quis hæc operatus est, et fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, *a* primus et novissimus ego sum. [a *Infr.* 44. 6. et 48. 12. *Apoc.* 1. 8. 17. et 22. 13.]

5. Viderunt insulæ, et timuerunt, extrema terræ obstupuerunt, appropinquaverunt, et accesserunt.

6. Unusquisque proximo suo auxiliabitur, et fratri suo dicet : Confortare.

Judée par la Méditerranée. Le Prophète veut qu'elles comparaissent devant le tribunal de la Justice et de la Vérité pour défendre la cause de leurs dieux. Pour lui, il va leur montrer qu'il n'y a pas d'autre Dieu que Jéhova, et pour cela il rappelle ce que Jéhova a fait pour le peuple qu'il s'est choisi depuis la vocation d'Abraham : *Quis suscitavit ab oriente justum?*

2. *Dabit in conspectu ejus gentes.* Voilà les promesses que Dieu avait faites à Abraham. Ces promesses se sont réalisées, ce qui prouve sa justice et sa toute-puissance. Au lieu d'entendre le juste d'Abraham, comme le fait Menochius, d'accord avec une foule d'interprètes, D. Calmet croit qu'il vaut mieux l'entendre de Cyrus, qui devait venir de la Perse, à l'orient de la Judée. Au sens figuré, Cyrus, libérateur d'Israël, selon la chair, représentait Jésus-Christ, libérateur d'Israël, selon l'esprit, qui est le Juste par excellence et qui doit sortir de l'Orient, relativement aux peuples d'Occident désignés au verset précédent par *les îles*. On lit dans l'Hébreu : La justice, c'est-à-dire, celui qui est la justice même et le principe de la vraie justice. — *Dabit quasi pulverem gladio ejus.* D'après l'Hébreu : Il rendra leurs épées semblables à la poussière, et leurs arcs comparables à la paille que le vent emporte. Tout ceci peut s'entendre littéralement des conquêtes de Cyrus, symboles de celles de Jésus-Christ.

5. *Viderunt insulæ.* Les îles verront les entreprises de ce juste et elles seront remplies de crainte; les hommes seront saisis d'effroi jusqu'aux extrémités de la terre : ils s'approcheront et ils se rassembleront pour arrêter le progrès de ses conquêtes. Ils s'entr'aideront tous les uns les autres; chacun dira à son frère : Prenez courage. Au bruit des conquêtes de Cyrus, les peuples de l'Asie Mineure et des îles voisines devaient se rassembler sous la conduite de Crésus, roi de Lydie, et le roi de Babylone devait faire une ligue offensive et défensive avec ce prince, pour arrêter le progrès des armes de Cyrus et pour affermir l'état chancelant de l'empire de Babylone.

---

pani. — *Mutent fortitudinem.* Roborentur animis, viribus et argumentis, ut mecum disceptent, me refellant, et suam causam stabiliant, si possint. — *Et tunc loquantur.* Cum scilicet me audierint. — *Simul ad judicium propinquemus.* In quo disceptabitur bene an male fecerint, cum, me relicto, idolis cultum tribuerunt.

2. *Quis suscitavit ab oriente justum?* Abrahamum intelligit, quem Deus vocavit e Mesopotamia, quæ orientalis est Palæstinæ. — *Ut sequeretur se.* Secutus est autem Abrahamus Deum vocantem cæca obedientia, nesciens quo iret, Hebr. 11, 8. — *Dabit.* Pro *dedit*, omnia enim hæc futura per præteritum exponenda sunt. — *Dabit in conspectu ejus gentes.* Tradidit coram eo gentes, easque ei subjecit. — *Reges obtinebit.* Victoriam de regibus reportavit. Respicit victoriam quam retulit de Codorlahomor et aliis tribus regibus liberando Loth nepotem suum. Genes., 14, 15. — *Dabit quasi pulverem gladio ejus.* Pulverem vento raptum; hoc est, quam facile pulverem ventus dispergit, ita facile Abrahami gladius hostes dissipavit.

3. *Transibit in pace.* Transivit feliciter, nemine ex suis amisso. — *Semita in pedibus ejus non apparebit.* Tam velociter, ut non tam ambulasse quam volasse videretur. Vel sensus est : Deus Abrahamum et Hebræos in deserto et per terram Chanaan, ita sanos, vegetos et integros in expeditionibus deduxit, ut nullum semitæ et tantæ viæ vestigium appareret; nam nec callum pedes obduxerunt, nec calcei, aut vestes attritæ sunt. Vide Deut. 29, 5.

4. *Quis hæc operatus est?* Ut scilicet Hebræi inermes et timidi tot gentes suis regionibus expellerent, et tot victorias reportarent. — *Vocans generationes ab exordio.* Sane non alius quam Deus, qui Hebræos omnes ab Abraham genitos huc usque vocavit, et elegit in populum suum, et multis præclarisque beneficiis auxit. — *Primus et novissimus ego sum.* Ego solus hoc feci : sic dicimus Italice : *Io sono il primo e l'ultimo*, id est, ego solus sum. Alii ita explicant, quasi dicat : Ego sum principium omnium et finis.

5. *Viderunt insulæ, et timuerunt.* Gentes remotæ, audientes victorias non tantum Abrahæ, sed et Mosis in transitu maris Rubri ac deserto, et quæ Josue patravit, etc., agnoverunt et veritæ sunt potentiam meam. Vide Exod. 15, 15; et Josue, 5. 1. — *Appropinquaverunt, et accesserunt.* Ut viderint opera mea.

6. *Unusquisque proximo suo auxiliabitur.* Loquitur de gentibus quæ ad operum Dei aut Christi famam excitæ, pro suo gentilismo consilia agitabant, et sibi mutuo animos addebant in eo propugnando. — *Confortare.* Vox idololatrarum se adhortantium ad retinenda et stabilienda idola.

7. Confortavit faber ærarius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis, dicens : Glutino bonum est; et confortavit eum clavis, ut non moveretur.

8. Et tu, Israel, serve meus, Jacob quem elegi, semen Abraham amici mei;

9. In quo apprehendi te ab extremis terræ, et a longinquis ejus vocavi te, et dixi tibi : Servus meus es tu, elegi te, et non abjeci te.

10. Ne timeas, quia ego tecum sum; ne declines, quia ego Deus tuus; confortavi te, et auxiliatus sum tibi, et suscepit te dextera justi mei.

11. Ecce confundentur et erubescent omnes qui pugnant adversum te; erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi.

12. Quæres eos, et non invenies, viros rebelles tuos; erunt quasi non sint; et veluti consumptio, homines bellantes adversum te.

13. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi : Ne timeas, ego adjuvi te.

14. Noli timere vermis Jacob, qui mortui estis ex Israel; ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus; et redemptor tuus Sanctus Israel.

15. Ego posui te quasi plaustrum triturans novum, habens rostra ser-

7. Alors ceux qui travaillaient en airain frappaient *vite* du marteau pour former leurs idoles. Ils prenaient de bon mastic pour faire tenir les lames *d'or, d'argent, ou de cuivre*, qu'ils appliquaient sur le bois; et ils les arrêtaient avec des clous, afin qu'elles ne branlassent point du lieu où elles avaient été mises.

8. Mais vous, Israël, mon serviteur; vous, Jacob, que j'ai élu; vous, race d'Abraham, qui a été mon ami,

9. Dans lequel je vous ai pris *pour vous tirer* des extrémités du monde, je vous ai appelé à moi d'un pays éloigné, et je vous ai dit : Vous êtes mon serviteur : je vous ai choisi pour moi; et je ne vous ai point rejeté.

10. Ne craignez point, parce que je suis avec vous : ne vous détournez point, parce que je suis votre Dieu. Je vous ai fortifié, je vous ai secouru; et la droite de mon *serviteur* juste *et fidèle* vous a pris *par la main*.

11. *Ainsi* tous ceux qui vous combattaient seront confondus, et rougiront de honte; et tous ceux qui s'opposaient à vous par leurs contradictions seront réduits au néant, et périront.

12. Vous chercherez ces hommes qui s'élevaient contre vous, et vous ne les trouverez point; et ceux qui vous faisaient la guerre seront comme s'ils n'avaient jamais été, et disparaîtront,

13. Parce que je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous prends par la main, et qui vous dis : Ne craignez point, c'est moi qui vous aide, et qui vous soutiens.

14. Ne craignez point, ô Jacob, ver *qu'on foule aux pieds;* ni vous, ô Israël, qui êtes *comme* mort : c'est moi qui viens vous secourir, dit le Seigneur, et c'est le Saint d'Israël qui vous rachète.

15. Je vous rendrai *à l'égard de vos ennemis* comme un de ces chariots tout neufs qui foulent

7. *Confortavit faber ærarius.* Toutes ces nations liguées contre Dieu et son œuvre, avaient mis leurs espérances dans leurs idoles, mais le Seigneur s'est ri de leurs efforts, et il leur a montré qu'elles n'avaient rien à attendre de ces dieux qu'elles avaient d'ailleurs formés de leurs propres mains.

9. *Apprehendi te ab extremis terræ.* Le Prophète met en opposition les destinées d'Israël avec celles des autres nations. Dieu a protégé son peuple qu'il a d'abord appelé de la Chaldée dans la personne d'Abraham, et qu'il a fait ensuite sortir de l'Egypte dans la personne des descendants de Jacob.

---

7. *Confortabit faber ærarius.* Describens fabros idola fabricantes et stabilientes ne cadant, simul irridet eos qui idololatriam male fundatam et labantem fulcire conabantur. — *Percutiens... eum, qui cudebat.* Socium laboris sui, quocum ad eamdem incudem, circa idem idolum formandum, occupabatur. — *Dicens : Glutino bonum est.* De glutino pronuntians quod bonum esset et tenax. — *Confortavit.* Cum clavis firmavit, solidavit, ne laberetur.

9. *In quo apprehendi te.* Quem apprehendi et elegi in ipso Abrahamo, cum ab extremis terræ, id est, Chaldæa, eum vocavi.

10. *Suscepit te dextera justi mei.* Per justum Abrahamum, de quo hactenus egit, intelligit; et per Abrahamum, Christum etiam respicit. Sensus ergo est : qua dextera Abrahamum, et multo magis Christum suscepi, eadem suscepi eorum filios et posteros, qui in iis quasi in parentibus suis eorumque lumbis continebantur.

11. *Confundentur.* Victi pudefient. — *Erunt quasi.* Erunt res nihili, mox nihilum futuri.

12. *Rebelles tuos.* Hostes tuos. — *Veluti consumptio.* Veluti id quod consumptum et delotum est.

13. *Apprehendens manum tuam.* Ut tibi animos addam, et in pugna juvem.

14. *Noli timere.* Judæos intelligit afflictos ab Assyriis, et paulo post vastandos a Nabuchodonosor; vel apostolos et christianos nascentis Ecclesiæ, quos ob paucitatem, et vilitatem generis, et contemptum, vermem appellet. — *Qui mortui estis ex Israel.* Qui afflicti estis et contempti, adeo ut quasi pro mortuis habeamini, imo qui a tyrannis morte mulctamini. — *Redemptor tuus.* Qui te a tantis malis eripiam.

15. *Quasi plaustrum triturans.* Videris vermiculus abjectus; sed ego te erigam et robustum faciam, ut similis sis plaustris dentatis quibus agricolæ utuntur in tritura ad grana excutienda ex spicis. — *Rostra serrantia.* Dentes in modum serræ. — *Montes... et colles.* Reges et tyrannos intelligit.

les blés, qui ont des pointes et des dents de fer. Vous foulerez et vous briserez les montagnes, et vous mettrez en poudre les collines.

16. Vous les secouerez; le vent les emportera, et la tempête les dissipera. Mais pour vous, vous vous réjouirez dans le Seigneur, vous trouverez vos délices dans le Saint d'Israël.

17. Les pauvres et les affligés cherchent de l'eau, et ils n'en trouvent point : leur langue est brûlée par la soif : mais je suis le Seigneur, et je les exaucerai; je suis le Dieu d'Israël, et je ne les abandonnerai point.

18. Je ferai sortir des fleuves du haut des collines, et des fontaines du milieu des champs arides; je changerai les déserts en des étangs, et la terre sèche et sans chemin en des eaux courantes.

19. Je ferai naître dans le désert le cèdre, l'épine, le myrte et les oliviers; je ferai croître ensemble dans la solitude, les sapins, les ormes et les buis;

20. Afin que tous les hommes voient, qu'ils sachent, qu'ils considèrent, et qu'ils comprennent que c'est la main du Seigneur qui a fait cette merveille, et que le Saint d'Israël en est l'auteur.

21. Venez plaider votre cause : si vous avez quelque chose de fort pour votre défense, produisez-le, dit le Roi de Jacob.

22. Qu'ils viennent, *ces dieux que vous vous êtes faits* : qu'ils nous prédisent ce qui doit arriver à l'avenir, et qu'ils nous fassent savoir les choses passées. Et nous les écouterons avec une attention de cœur et d'esprit, et nous apprendrons d'eux quel doit être leur dernier état.

23. Découvrez-nous *donc* ce qui doit arriver à l'avenir : et nous reconnaîtrons que vous êtes dieux : faites du bien ou du mal, si vous pouvez, afin que nous publiions *votre puissance* quand nous l'aurons vue.

rantia; triturabis montes, et comminues, et colles quasi pulverem pones.

16. Ventilabis eos, et ventus tollet, et turbo disperget eos; et tu exultabis in Domino, in Sancto Israel lætaberis.

17. Egeni et pauperes quærunt aquas, et non sunt; lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos.

18. Aperiam in supinis collibus flumina, et in medio camporum fontes; ponam desertum in stagna aquarum, et terram inviam in rivos aquarum.

19. Dabo in solitudinem cedrum, et spinam, et myrtum, et lignum olivæ; ponam in deserto abietem, ulmum, et buxum simul;

20. Ut videant, et sciant, et recogitent, et intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc, et Sanctus Israel creavit illud.

21. Prope facite judicium vestrum, dicit Dominus; afferte, si quid forte habetis; dixit Rex Jacob.

22. Accedant, et nuntient nobis quæcumque ventura sunt; priora quæ fuerunt nuntiate; et ponemus cor nostrum, et sciemus novissima eorum, et quæ ventura sunt indicate nobis.

23. Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, et sciemus quia dii estis vos; bene quoque aut male, si potestis, facite; et loquamur, et videamus simul.

16. *Ventilabis eos.* D. Calmet observe que ces versets peuvent désigner les guerres que les Machabees soutinrent contre les Syriens; et ces guerres sont elles-mêmes une image des victoires spirituelles que l'Eglise remporte continuellement sur ses ennemis.

21. *Prope facite judicium.* Le Prophète revient aux partisans des idoles. Il les somme de produire les preuves qu'ils ont à l'appui de leur doctrine, et de répondre au discours qu'il vient de mettre dans la bouche du vrai Dieu pour les convaincre d'erreur.

---

17. *Egeni et pauperes.* Peccatores quærebant animæ suæ refrigerium, sed non inveniebant; hoc ego eis præstabo per Christum.

18. *Flumina, et... fontes.* Gratiæ et cœlestium donorum. — *Ponam desertum in stagna aquarum.* Faciam uti desertum aridum hisce aquis redundet. — *Terram inviam.* Est repetitio ejusdem sententiæ.

19. *Dabo in solitudinem.* Faciam ut hactenus inculta gentilitas, apostolorum prædicatione exculta, arbores multiplices et pulcherrimas virtutum germinet. — *Et spinam.* Hebr. est שטה *sitta*, quod idem est cum ligno *setim*, quæ est arbor in deserto proveniens, odorata, et cariem non sentiens, cujus frequens mentio in sacris Litteris. Vocatur *spina*, quia quoad speciem similis est spinæ albæ.

20. *Creavit illud.* LXX, *ostendit*, id est, fecit.

21. *Prope facite judicium vestrum.* Ego argumenta meæ divinitatis huc usque proposui; vos o gentes, si quid habetis pro idolis vestris, nunc proferte. — *Forte.* Validum argumuntum.

22. *Priora quæ fuerunt nuntiate.* Ipsa compellat idola, quasi dicat : O idola, si divinitatem habetis, ostendite vos divinam habere scientiam præteritorum, futurorumque cognitionem. Dicite quid Deus a principio et ab æterno fecerit, cogitaverit, decreverit. — *Ponemus cor nostrum.* Si illa nobis explicare potueritis, vobis credemus, et audiemus studiose cognoscere satagentes novissima, id est, quæ ventura sunt. — *Eorum.* Referendum est ad vocem priora, id est, ea quæ longo post tempore post priora illa eventura sunt.

23. *Sciemus quia dii estis. Nam testimonium divinitatis est veritas divinationis*, ut ait Tertull., Apologet., c. 20. — *Bene... aut male.* Aliud argumentum quod idola non sint dii ex eo sumptum quod nec nocere possint, nec prodesse. — *Loquamur, et videamus simul.* Hoc ipsum coram videamus et examinemus. Videtur responderc italicæ phrasi qua dicamus : *Fate buesto, e poi venite, e parleremo insieme;* quo dicendi modo significatur eos primum illud quod exigitur nullo modo esse facturos.

24. Ecce, vos estis ex nihilo, et opus vestrum ex eo quod non est; abominatio est qui elegit vos.

25. Suscitavi ab Aquilone, et veniet ab ortu solis; vocabit nomen meum, et adducet magistratus quasi lutum, et velut plastes conculcans humum.

26. Quis annuntiavit ab exordio ut sciamus, et a principio ut dicamus : Justus es? non est neque annuntians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros.

27. Primus ad Sion dicet : Ecce adsunt, et Jerusalem evangelistam dabo.

28. Et vidi, et non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, et interrogatus responderet verbum.

29. Ecce omnes injusti, et vana opera eorum; ventus et inane simulacra eorum.

24. Mais *de quoi êles-vous capable?* Vous venez du néant; vous avez reçu l'être de ce qui n'est point; et c'est l'abomination qui vous a faits dieux.

25. *Pour moi*, j'appelle de l'Aquilon *le libérateur de mon peuple :* et il viendra de l'orient; il reconnaîtra la grandeur de mon nom; il traitera les grands du monde comme la boue, et il les foulera comme le potier foule l'argile sous ses pieds.

26. Qui *de vous* nous a annoncé *ce qui est* dès le commencement, afin que nous le connaissions; qui a prédit afin que nous lui disions : Vous êtes juste? Mais il n'y a personne qui annonce les *choses passées*, et qui prédise *les futures :* et il n'y a personne qui vous ait jamais ouï dire un seul mot.

27. *C'est le Seigneur qui* dira le premier à Sion: Voici *l'accomplissement de* mes prédictions: et je donnerai à Jérusalem un évangéliste.

28. *Pour ces faux dieux*, j'ai regardé, et je n'en ai trouvé même aucun qui eût de l'intelligence, ni qui répondît un seul mot à ce qu'on lui demandait.

29. Ainsi tous *ceux qui les adorent* sont injustes : leurs œuvres ne sont que vanité; car *toutes* leurs idoles ne sont qu'un vide et un néant.

CHAPITRE XLII.

Caractère du libérateur d'Israël. Nouvelles preuves que Dieu donne de sa puissance et de sa miséricorde. Maux dont il accablera Israël à cause de son idolâtrie et de ses infidélités.

1. Ecce *a* servus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in

1. Voici mon serviteur dont je prendrai la défense; voici mon élu dans lequel mon âme a mis

25. *Suscitavi ab aquilone.* Le P. de Carrières croit, comme Ménochius, que la première partie du verset se doit entendre d'Abraham, qu'elle suppose être ce *juste* dont il est parlé au verset 2; mais D. Calmet croit que le verset entier se doit entendre de Cyrus, qu'il suppose être le *juste* dont il est parlé au verset 2. Cyrus était Perse par Cambyse, son père, et Mède par Mandane sa mère : la Perse et la Médie étaient à l'orient septentrional de la Judée. D'ailleurs, la Perse d'où il partit était en même temps au septentrion et à l'orient de la Judée (*Bible de Vence*).

29. *Ecce omnes injusti.* D'après l'Hébreu : « Tous ces dieux ne sont que néant et vanité; leurs prétendues operations sont vaines et imaginaires; leurs statues ne sont que du vent et du vide. » Ce chapitre, comme le précédent, a pour but principal de montrer qu'il n'y a d'autre Dieu que le Dieu d'Israël, et que les idoles des nations ne sont que mensonge et superstition.

Cap. XLII. — 1. *Ecce servus meus.* Le Seigneur appelle souvent Cyrus son serviteur, parce

---

24. *Ex nihilo.* Quia cum cæteris rebus ex nihilo creata sunt. — *Opus vestrum.* Passive, id est, quo vos idola facta estis, fabrica vestra. — *Abominatio.* Abominabilis. — *Qui elegit vos.* Ut coleret tanquam Deos.

25. *Suscitavi.* Quæ in vobis divinitatis argumenta requiro, ego ad meam divinitatem ostendendam jam pridem exhibui; nam, ut supra dictum est, ego Abrahamum, et in eo Israelitas ab oriente, scilicet a Chaldæa, et e septentrione, scilicet e Mesopotamia, adduxi. — *Vocabit nomen meum.* Colet et invocabit nomem meum, vel coluit et invocavit. — *Magistratus.* Magnates, principes, reges. — *Plastes.* Figulus. — *Humum.* Lutum, argillam.

26. *Quis annuntiavit.* Quod ex vobis, o idola, harum rerum ordinem prævidit et prædixit? ut in hac disceptatione et judicio pro eo sententiam feramus, dicamusque, *justus est*, id est, tua causa justa est, jusa te stat, juste Deus haberis et coleris. — *Non est... annuntians.* Muta estis saxa et ligna, nihil dicitis; nec ullus vos loquentes audit.

27. *Primus.* Ego qui primus sum et omnium Deus : de se loquitur in tertia persona. — *Ecce adsunt.* Qui tibi futura prædicant. — *Evangelistam dabo.* Isaiam, aliosque prophetas qui, quasi evangelistæ, boni scilicet nuntii portatores, nuntient Jerusalem quæ futura sunt, præcipue ad Christum et ad ejus Evangelium pertinentia.

28. *Et vidi.* Sunt verba Isaiæ. Sensus est : ad hæc interrogata et argumenta nemo in deorum suorum causa respondit, neque consultabit de adornanda responsione. Itaque concludit pronuntians contra idola, ut habetur versiculo sequenti.

17. Reliquum autem ejus deum fecit et sculptile sibi, curvatur ante illud, et adorat illud, et obsecrat, dicens : Libera me, quia deus meus es tu.

18. Nescierunt, neque intellexerunt; obliti enim sunt ne videant oculi eorum, et ne intelligant corde suo.

19. Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, ut dicant : Medietatem ejus combussi igni, et coxi super carbones ejus panes; coxi carnes et comedi, et de reliquo ejus idolum faciam, ante truncum ligni procidam?

20. Pars ejus cinis est; cor insipiens adoravit illud, et non liberabit animam suam, neque dicet : Forte mendacium est in dextera mea.

21. Memento horum, Jacob, et Israel, quoniam servus meus es tu: formavi te, servus meus es tu, Israel, ne obliviscaris mei.

22. Delevi ut nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua; revertere ad me, quoniam redemi te.

23. Laudate, cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus; jubilate, extrema terræ, resonate, montes, laudationem, saltus et omne lignum ejus; quoniam redemit Dominus Jacob, et Israel gloriabitur.

14. Il va abattre des cèdres; il prend un orme ou un chêne qui avait été longtemps parmi les arbres d'une forêt, ou un pin *que quelqu'un* avait planté et que la pluie avait fait croître.

15. Cet arbre doit servir à l'homme pour brûler; il en a pris lui-même pour se chauffer; il en a mis au feu pour cuire son pain, et il prend le reste, il en fait un dieu, et il l'adore; il en fait une image devant laquelle il se prosterne.

16. Il a mis au feu la moitié de ce bois, de *l'autre* moitié il en a pris pour cuire sa viande, pour faire bouillir son pot, dont il a mangé tant qu'il a voulu; il s'est chauffé, et il a dit : Bon, j'ai bien chaud, j'ai fait bon feu.

17. Et du reste de ce même bois, il s'est fait un dieu et une idole devant laquelle il se prosterne, qu'il adore, et qu'il prie en lui disant : Délivrez-moi; car vous êtes mon dieu.

18. *Insensés qu'ils sont*, ils ne connaissent rien et ils ne comprennent rien : ils sont tellement couverts *de boue* que leurs yeux ne voient point, et que leur cœur n'entend point.

19. Ils ne rentrent point en eux-mêmes : ils ne font point de réflexion, et il ne leur vient pas la moindre pensée de dire : J'ai fait du feu de la moitié de ce bois, j'en ai fait cuire des pains sur les charbons, j'y ai fait cuire la chair que j'ai mangée, et du reste j'en ferai une idole; je me prosternerai devant un tronc d'arbre.

20. Une partie de ce bois est déjà réduite en cendre; son cœur insensé adore l'autre, et il ne pense point à tirer son âme *de l'égarement*, en disant : Certainement cet ouvrage de mes mains n'est qu'un mensonge.

21. Souvenez-vous de ceci, Jacob et Israël : *souvenez-vous* que vous êtes mon serviteur, *que* c'est moi qui vous ai créé; Israël, vous êtes mon serviteur, ne m'oubliez pas.

22. J'ai effacé vos iniquités; comme une nuée *qui passe*, et vos péchés *ont été dissipés* comme un nuage. Revenez à moi, parce que je vous ai racheté.

23. Cieux, louez le Seigneur, parce qu'il a fait miséricorde *à son peuple*. Terre, soyez dans un tressaillement de joie depuis un bout jusqu'à l'autre : montagnes, forêts avec tous vos arbres, faites retentir les louanges *du Seigneur*, parce que le Seigneur a racheté Jacob, et qu'il a établi sa gloire dans Israël.

---

14. *Plantavit pinum.* Vel etiam ex arbore, quam ipse olim plantaverat, materiam elegit ex qua faciat idolum.

15. *Facta est hominibus in focum.* Crevit, et aptam materiam suppeditavit alendis flammis. — *Succendit.* Clibanum.

16. *Carnes comedit.* Coxit et comedit. — *Et dixit : Vah.* Id est, euge. LXX, *dulce mihi ;* suavis enim est ignis frigenti.

18. *Nescierunt, neque intellexerunt.* Plastæ idolorum et horum cultores non intellexerunt hæc non esse numina, et nullam inesse truncis illis divinitatem. — *Obliti.* Penultima correpta. Oculi fabrorum, ut etiam idolorum, obducti sunt, ne videre possint.

20. *Cor insipiens adoravit illud.* Stultum est hujusmodi statuam colere. — *Non liberabit animam suam.* Nullus idolo vota faciens salutem consequetur, nec propterea quod illud coluerit pericula evadet. — *Neque dicet.* Non cogitat artiex ut dicat : Fortasse dextera mea operatus sum rem mendacem et vanam, tale enim est idolum.

22. *Ut nubem.* Quam facile ardor solis nubem solvit, aut ventus dissipat. — *Nebulam.* Caliginem aerem occupantem. — *Redemi te.* Ex Ægypto, et redimam ex Babylone, et plenius per Christum a captivitate dæmonis et peccati.

23. *Laudatæ, cœli.* Quia meminit propheta redemptionis, ad beneficii hujus memoriam erumpit in jubilum, cœlosque et terram ad Dei laudem invitat. Possunt etiam per cœlos angeli intelligi, per extrema terræ, ima terræ, id est, homines plebeii; per saltus et omne lignum ejus, viri primarii et nobiles.

24. *Or* voici ce que dit le Seigneur qui vous a racheté, et qui vous a formé dans le sein de votre mère : Je suis le Seigneur qui fais toutes choses : c'est moi seul qui ai étendu les cieux, et personne ne m'a aidé quand j'ai affermi la terre.

25. *C'est moi* qui fais voir la fausseté des prodiges de la magie, qui rends insensés ceux qui se mêlent de deviner, qui renverse l'esprit des sages, et qui convaincs de folie leur science.

26. *C'est moi* qui rend stables les paroles de mon serviteur, et qui accomplis les oracles de mes prophètes; qui dis à Jérusalem : Vous serez habitée; et aux villes de Juda : Vous serez rebâties, et je repeuplerai vos déserts;

27. Qui dis à l'abîme : Epuise-toi, je mettrai tes eaux à sec;

28. Qui dis à Cyrus : Vous êtes le pasteur de mon troupeau; et vous accomplirez ma volonté en toutes choses; qui dis à Jérusalem : Vous serez rebâtie; et au temple : Vous serez fondé *de nouveau*.

24. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, et formator tuus ex utero : Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, et nullus mecum.

25. Irrita faciens signa divinorum, et ariolos in furorem vertens. Convertens sapientes retrorsum; et scientiam eorum stultam faciens.

26. Suscitans verbum servi sui, et consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Jerusalem : Habitaberis; et civitatibus Juda : Ædificabimini, et deserta ejus suscitabo.

27. Qui dico profundo : Desolare, et flumina tua arefaciam.

28. Qui dico Cyro : Pastor meus es, et omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem : Ædificaberis; et templo : Fundaberis.

CHAPITRE XLV.

Victoires de Cyrus. Délivrance d'Israël. Le Seigneur est le seul Dieu véritable. Toutes les nations l'adoreront.

1. Voici ce que dit le Seigneur à Cyrus, qui est mon christ que j'ai pris par la main pour lui assujétir les nations, pour mettre les rois en fuite, pour ouvrir devant lui les portes, sans qu'aucune lui soit fermée :

1. Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam coram eo januas, et portæ non claudentur.

27. *Et flumina tua arefaciam.* Cette parole fut vérifiée, lorsque Cyrus dessécha le vaste lit de l'Euphrate, par le canal qu'il fit, pour en détourner les eaux et pour s'ouvrir une entrée dans Babylone, située sur ce fleuve.

28. *Qui dico Cyro.* Cyrus, roi de Perse, se trouve ici désigné par son propre nom plus de cent ans avant sa naissance. Il naquit, dit D. Calmet, 599 ans avant Jésus-Christ. Les prophéties d'Isaïe, contenues dans ces chapitres, sont du temps d'Ezéchias, et paraissent postérieures à la défaite de Sennacherib, qui tomba vers l'an 710, environ 111 ans avant la naissance de Cyrus. Ce calcul chronologique met entre ces deux événements 100 ans de moins que Josèphe qui les suppose séparés par un intervalle de 210 ans. Bossuet, qui suivait la chronologie d'Ussérius, a trouvé 250 ans. Ainsi, dit-il, parlait Isaïe, et 250 ans après, Cyrus, vainqueur, selon cet oracle, vit la prophétie, et publia cet édit : Voici ce que dit Cyrus, etc. (Bossuet, *Elévations sur les mystères*, Sem. Ire, Elev. 5). Quoi qu'il en soit de ces différences chronologiques, cette prophétie et la suivante n'en sont pas moins merveilleuses.

Cap. XLV. — 1. *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro.* Son christ, c'est-à-dire son oint, celui qu'il a sacré roi. Cyrus, roi de Perse, qui est ici annoncé comme le libérateur d'Israël, est, selon le sentiment des Pères, la figure de Jésus-Christ, qui est vraiment le christ du Seigneur et le libérateur de son peuple. — *Et portæ non claudentur.* Les portes des canaux qui, de la ville, conduisaient au fleuve, furent laissées ouvertes dans le désordre général occasionné par la grande fête que célébrait Babylone, la nuit, pendant laquelle elle fut

---

24. *Redemptor tuus, et formator.* Vide supra, n. 2; et c. 43, n. 1, et ibi dicta.

25. *Irrita faciens.* Inania esse ostendens signa futurorum, quæ divini captant ex astris, animalium extis, avium garritu, etc. — *Ariolos.* De significatione hujus vocis *ariolus*, dixi Lev. 19, 31; et Num. 22, 5. — *In furorem vertens.* Ostendens eos non divino spiritu agi, sed lymphatico furore dæmonis. — *Convertens sapientes retrorsum.* Ut excidant ab ea sapientiæ fama quam imperita plebecula conceperat. — *Stultam faciens.* Stultam, inanem, veteratoriam esse ostendens.

26. *Suscitans verbum servi sui.* Implens oracula cujuscumque prophetæ servi sui : videtur peculiariter Isaiam intelligere. — *Consilium nuntiorum suorum.* Verba prophetarum salutaria suadentium, et divina concilia suis vaticiniis aperientium. — *Qui dico Jerusalem.* Qui prænuntio Jerusalem a Chaldæis eversam, per Cyrum ædificandam et restaurandam. Rursus et potius Jerusalem spiritualem, id est, Ecclesiam per Christum instituendam. — *Suscitabo.* Excitabo ædificia quæ erant solo fere æquata et habitationibus vacua.

27. *Profundo.* Babyloni amplæ, frequenti et opulentæ civitati. — *Flumina tua.* Tigrim et Euphraten.

28. *Dico.* Dicam; edita est enim hæc prophetia ducentis et decem annis ante Cyrum, ut ait Josephus. — *Pastor meus est.* Qui more pastoris populum dispersum congregabis, et in Judæam reduces sicut pastor oves dissipatas colligit, et reducit ad caulas.

Cap. XLV. — 1. *Christo meo Cyro.* Cyrus vocatur hebraice messias, id est, christus, sive unctus, tum allusione ad reges Hebræorum, qui unctione consecrabantur (Cyrus autem fuit rex a Deo electus, et quasi consecratus ad liberationem Hebræorum; quare Deus eum hic vocat suum, cum ait *christo meo*), tum quia Cyrus fuit typus et imago Christi; imago autem

2. Ego ante te ibo; et gloriosos terræ humiliabo; portas æreas conteram, et vectes ferreos confringam.

3. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum : ut scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum, Deus Israel.

4. Propter servum meum Jacob, et Israel electum meum, et vocavi te nomine tuo, assimilavi te, et non cognovisti me.

5. Ego Dominus, et non est amplius; extra me non est Deus; accinxi te, et non cognovisti me.

5. Ut sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidente, quoniam absque me non est : Ego Dominus, et non est alter;

7. Formans lucem, et creans tenebras, faciens pacem, et creans malum; ego Dominus faciens omnia hæc.

8. Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum; aperiatur terra, et germinet Salvatorem; et justitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum.

2. Je marcherai devant vous, j'humilierai les grands de la terre; je romprai les portes d'airain, et je briserai les gonds de fer.

3. Je vous donnerai les trésors cachés *des nations*, et les *richesses* secrètes et inconnues, afin que vous sachiez que je suis le Seigneur, le Dieu d'Israël, qui vous ai appelé par votre nom.

4. A cause de Jacob, qui est mon serviteur, et d'Israël, qui est mon élu. Je vous ai appelé par votre nom; j'y en ai encore ajouté un autre, et vous ne m'avez point connu.

5. *Cependant* je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre; il n'y a point de dieu que moi : c'est moi qui vous ai mis les armes à la main; et vous ne m'avez point connu.

6. *J'ai fait toutes ces choses en vous*, afin que, depuis le lever du soleil jusqu'au couchant, on sache qu'il n'y a point de Dieu que moi. Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre.

7. C'est moi qui forme la lumière et qui forme les ténèbres; qui fais la paix, et qui crée les maux : je suis le Seigneur qui fais toutes ces choses.

8. Cieux, envoyez d'en-haut votre rosée: et que les nuées fassent descendre le juste comme une pluie; que la terre s'ouvre, et qu'elle germe le Sauveur; et que la justice naisse en même temps *sur la terre*. Je suis le Seigneur qui l'a créé.

prise; et les portes du palais ayant été ouvertes par l'ordre même du roi, qui, entendant un grand bruit, voulut savoir quelle en était la cause, Gobrias et Gadatas, généraux de Cyrus, qui étaient déjà parvenus jusque-là, s'élancèrent dans l'intérieur du palais et s'en emparèrent en massacrant tous ceux qu'ils trouvèrent devant eux. Cette observation est du docteur Lowth, qui cite la *Cyropédie* de Xénophon (liv. VII, pag. 528).

2. *Portas æreas conteram.* Les murs de Babylone avaient cent portes d'airain. On avait pratiqué dans le mur, construit le long du fleuve, de petites portes pareillement d'airain, par où l'on descend sur ses bords (Hérodote, liv. I, c. 179 et 180).

4. *Et non cognovisti me.* Cela s'entend de Cyrus, qui ne connaissait point le Seigneur avant que les Juifs lui eussent fait voir les Livres saints où ses grands exploits étaient si distinctement exprimés. On pourrait aussi traduire : Quoique tu ne me connusses point, *n'étant pas encore né.* Et en ce sens, Cyrus est encore ici la figure de Jésus-Christ, dont l'humanité sainte a été prédestinée gratuitement avant tous les siècles, et avant qu'elle pût mériter cette prédestination, ni même en avoir connaissance (*Bible de Vence*).

7. *Formans lucem et creans tenebras.* Il s'agit ici, dit Lowth, des deux principes coéternels, dont la croyance faisait le fond de la religion des Mages, et régnait dans la Perse du temps de Cyrus. Jéhova déclare donc, par la bouche d'Isaïe, que ces prétendus dieux que les Perses se représentaient sous l'emblème de la lumière et des ténèbres ne sont que ses créatures, et qu'il n'y a point de puissance qui ne dépende de lui (Nolhac, *Etudes sur le texte d'Isaïe*, tom. II).

8. *Rorate, cœli, desuper.* C'est la prière que l'Eglise met dans la bouche de ses enfants pendant l'Avent, pour leur faire désirer et demander à Dieu les grâces de l'avénement de Jesus-

---

sortitur nomen ejus cujus est imago. Sic de imagine S. Petri dicimus : hic est S. Petrus. — *Cujus apprehendi dexteram.* Ut illa tanquam instrumento meo utar ad feriendum et puniendum Chaldæos. — *Dorsa regum vertam.* Scilicet ante eum in fugam. — *Aperiam.* Urbium portas.

3. *Et arcana secretorum.* Repositos et absconditos thesauros intelligit. In hebræo est : *Dabo tibi thesauros caliginis, et thesauros absconsionum.* — *Qui voco nomen tuum.* Multo antequam sis.

4. *Propter servum meum Jacob.* Hic est finis et scopus Dei ob quem Cyrum ita evexit, quia ad Israelis libertatem tua opera uti volo. — *Vocavi te nomine tuo.* Voluit Deus in sacris Litteris multo ante inscribi cum hoc elogio nomen Cyri, ut Hebræi Cyro ipsi possent ostendere quæ tanto ante de illo prædicta fuerant, et gratiam illius inire; et ut ipse ad ea præstanda animaretur, quæ prænuntiata fuerant a propheta. — *Assimilavi te.* Feci ut esses figura et similitudo Christi mundum e captivitate liberaturi. Sanchez putat *assimilavi te*, idem esse ac, te tuis notis et characteribus descripsi, vocando te nomine tuo, et quæ facturus esses prædicendo.

5. *Accinxi.* Chald. *adjuvi.* LXX, *confortavi*, Ἐνίσχυσα σέ, *vires tibi dedi.* — *Et non cognovisti me.* Nescis te a me elegi et dirigi ad eversionem Babylonis, hoc consilio ut Judæos inde liberes, utque formam et typum Christi geras.

6. *Absque me non est.* LXX, *Non est Deus præter me.*

7. *Faciens pacem.* Pax Hebr. significat quietem, opulentiam, libertatem, felicitatem et bonorum omnium affluentiam. — *Creans malum.* Verbi gratia, pestem, famen, bellum, etc.

8. *Rorate.* Misso Spiritu sancto in virginem, vel Christo in mundum. — *Justum.* Christum Dominum. — *Aperiatur terra.* Utinam terra producat et in lucem proferat. Salvatorem Chri-

9. Malheur à l'homme qui dispute contre celui qui l'a créé, lui qui n'est qu'un peu d'argile et qu'un vase de terre! L'argile dit-elle au potier : Que faites-vous? votre ouvrage n'a rien d'une main *habile*.

10. Malheur à celui qui dit à son père : Pourquoi *m'*avez-vous engendré? et à sa mère : Pourquoi *m'*avez-vous enfanté?

11. Voici ce que dit le Seigneur, le Saint d'Israël et celui qui l'a formé : Interrogez-moi sur les choses futures : demandez-moi ce que je dois faire touchant mes enfants, touchant les ouvrages de mes mains.

12. C'est moi qui ai fait la terre, c'est moi qui ai créé l'homme pour l'habiter; mes mains ont étendu les cieux, et c'est moi qui ai donné à la milice des astres tous les ordres qu'elle exécute.

13. C'est moi qui susciterai Cyrus pour faire justice *à mon peuple*, et qui aplanirai devant lui tous les chemins. Il rebâtira la ville qui m'est consacrée; et il renverra libres mes captifs, sans recevoir pour eux ni rançon ni présents, dit le Seigneur, le Dieu des armées.

14. Voici ce que dit le Seigneur : L'Egypte avec son travail; l'Ethiopie avec son trafic, et

9. Væ qui contradicit fictori suo, testa de samiis terræ; *a* numquid dicet lutum figulo suo : quid facit? et opus tuum absque manibus est. [a *Jerem.* 18. 6. *Rom.* 9. 20.]

10. Væ qui dicit Patri : Quid generas? et mulieri : Quid parturis?

11. Hæc dicit Dominus Sanctus Israel; plastes ejus : Ventura interrogate me, super filios meos, et super opus manuum mearum mandate mihi.

12. Ego feci terram, et hominem super eam creavi ego; manus meæ tetenderunt cœlos, et omni militiæ eorum mandavi.

13. Ego suscitavi eum ad justitiam, et omnes vias ejus dirigam; ipse ædificabit civitatem meam, et captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.

14. Hæc dicit Dominus : Labor Ægypti, et negotiatio Æthiopiæ, et Sa-

Christ, le Juste par excellence et le Sauveur des hommes. — *Ego Dominus creavi eum.* Cette parole peut aussi s'entendre de Jésus-Christ selon son humanité. Il est Fils de Dieu et Fils de l'homme. Comme Fils de Dieu, il est engendré de toute éternité du sein de Dieu son Père, il est comme lui le principe de la justice et du salut. Comme Fils de l'homme, il a été créé de Dieu son Père, dans le sein de Marie, de laquelle il est né dans la plénitude des temps.

11. *Ventura interrogate.* Le P. de Carrières rattache ce qui suit à ce qui précède, par cette transition : « Je suis votre père et vous êtes entre mes mains comme un vase de terre entre les mains du potier. Ainsi vous n'avez aucun droit de vous plaindre de la conduite que je tiens à votre égard, ni de me demander compte des desseins que j'ai sur vous. Cependant interrogez-moi, etc. »

14. *Labor Ægypti.* Le travail de l'Egypte consistait principalement dans la culture des terres et le soin des bestiaux. C'était là la principale source de sa richesse. Les Ethiopiens et les Sabéens s'enrichissaient par le commerce qu'ils faisaient en caravanes. — *Ad te transibunt, et tui erunt.* Ces paroles annoncent la conversion future des Gentils après l'avénement du Messie. L'Eglise, pour ce motif, nous les fait lire dans l'octave de l'Epiphanie.

---

stus enim nasciturus quidem erat cœlitus, sed in terris. Terra ergo hic simpliciter et generice sumitur, terra enim præbuit materiam corpori ut Christus nasceretur. — *Et justitia oriatur simul.* Cum Christo. Respicit illud Psalm. 71, 6 : *Descendet sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus ejus justitia*, etc. — *Ego Dominus creavi eum.* Creabo eum, scilicet Cyrum ad quem redit propheta, ita tamen ut multa Christo conveniant, cujus typus fuit Cyrus.

9. *Væ qui contradicit fictori suo.* Increpat eos qui de divina Providentia quærebantur, quod misera ipsis conditio contigisset, et in mala tempora incidissent, captivitatis scilicet ærumnarum plenæ. — *Testa de Samiis.* Cum sit quasi vas non ex auro, aut pretioso metallo, sed ex argilla samia formatum. In Hebr. est, *testa de testis terræ*, testa lutea, terrea, vilis. — *Et opus tuum absque manibus est.* Opus tuum caret ansis suis; ansæ enim vasi sunt quod manus homini; vel sensus est : opus tuum impolitum est et informe, ac si pedibus, non manibus esset elaboratum, et sic major est blasphemia. * Vel, *ad opus tuum non sunt manus*, ut vertit potest ex hebræo, id est, non sunt idoneæ.

10. *Quid generas?* Cur me genuisti? Ut indignum est queri de parentibus quod genuerint, ita de Deo quod fecerit, aut tali loco, tempore aut aliis circumstantiis. — *Et mulieri.* Matri.

11. *Plastes ejus.* Israelis formator. — *Ventura interrogate me.* Licet enim ut figulus luto rationem reddere non teneor consilii mei, tamen, quæ mea est benignitas, quid de vobis, que vestra captivitate proroganda, vel solvenda decreverim, quidque vobis eventurum sit, aperire non designabor. — *Super filios meos.* Vobis, qui filii mei estis. — *Super opus manuum mearum.* Quod estis vos. — *Mandate mihi.* Ab Isaia, meisque prophetis sciscitamini et postulate. Alii putant esse ironiam, quasi dicat : Estne vestrum mihi mandare quid facere, et quomodo filios meos regere debeam?

12. *Militiæ eorum.* Stellis. — *Mandavi.* Eas disponens et ordinans.

13. *Suscitavi eum ad justitiam.* Cyrum scilicet ut juste puniret tyrannos Chaldæos, et fideles Hebræos ab eorum tyrannide liberaret. Cyrus, ut jam supra dictum est Christi typus. — *Civitatem meam.* Jerusalem. — *Captivitatem meam.* Captivum populum meum, scilicet Judæos. — *Non in pretio.* Gratis, et sine lytro. Ita factum, ut patet I. Esdræ, 1, 3.

14. *Labor Ægypti.* Labore partæ divitiæ negotiatorum Ægyptiorum, Æthiopum, Sabæorum, sive Abyssinorum, quas opulenti et primarii viri collegerunt ad te, Cyre, transibunt cum dominis earum et ipsis provinciis; sub Cyro tamen propheta intelligit Christum ejusque victorias. — *Tantum in te est Deus.* Quæ facis Deo auctore et impulsore facis, qui per te

baim viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt : Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, et te adorabunt, teque deprecabuntur : Tantum in te est Deus, et non est absque te Deus.

15. Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator.

16. Confusi sunt, et erubuerunt omnes; simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.

17. Israel salvatus est in Domino salute æterna, non confundemini, et non erubescetis usque in sæculum sæculi.

18. Quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formans terram, et faciens eam, ipse plastes ejus; non in vanum creavit eam; ut habitaretur, formavit eam; ego Dominus, et non est alius.

19. Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso; non dixi semini Jacob : Frustra quærite me; ego Dominus loquens justitiam, annuntians recta.

20. Congregamini et venite, et accedite simul, qui salvati estis ex gentibus; nescierunt qui levant lignum sculpturæ suæ, et rogant Deum non salvantem.

21. Annuntiate, et venite, et consiliamini simul; quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? numquid non ego dominus, et non est ultra Deus absque me? Deus justus, et salvans non est præter me.

Saba avec ses hommes d'une haute taille, passeront vers vous, *ô Israël!* Ils seront à vous, ils marcheront après vous, ils viendront les fers aux mains, ils se prosterneront devant vous, et ils vous prieront avec soumission *de rompre leurs liens : et ils vous diront :* Il n'y a de Dieu que parmi vous, et il n'y a point d'autre Dieu que le vôtre.

15. Vous êtes vraiment le Dieu caché, le Dieu d'Israël, le Seigneur *véritable.*

16. Les fabricateurs d'erreurs ont tous été confondus; ils rougissent de honte, et ils sont couverts de confusion.

17. Mais Israël a reçu du Seigneur un salut éternel; vous ne serez point confondus, *ô enfants de Jacob!* et vous ne rougirez point de honte dans les siècles éternels.

18. Car voici ce que dit le Seigneur, qui a créé les cieux, le Dieu qui a créé la terre et qui l'a formée, qui lui a donné l'être, et qui ne l'a pas créée en vain, mais qui l'a formée afin qu'elle fût habitée : Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre *que moi :*

19. *Car* je n'ai point parlé en secret, ni dans quelque coin obscur de la terre. Ce n'est point en vain que j'ai dit à la race de Jacob : Recherchez-moi; je suis le Seigneur qui annonce la justice, et qui apprends ce qui est dans la rectitude et la vérité.

20. Assemblez-vous; venez, approchez-vous *de moi*, vous tous qui avez été sauvés d'entre les nations; ceux-là sont plongés dans l'ignorance qui élèvent en honneur une sculpture de bois, et qui adressent leurs prières à un dieu qui ne peut sauver.

21. Enseignez-*leur à fuir ces vaines idoles;* amenez-*les à moi;* et prenez conseil ensemble. Qui a annoncé ces merveilles dès le commencement du monde; qui les a prédites dès les premiers temps? N'est-ce pas moi qui suis le Seigneur? et il n'y a point d'autre Dieu que moi. *Je suis* le Dieu juste, et personne ne vous sauvera que moi.

quasi flagello suo, gentes illas punit; sic c. 10, 5, dixerat indignationem Dei fuisse in manu et virga Assur. Vatablus vertit : *Revera in te est Deus, præter quem nullus est alius.* Optimæ hæc Christo conveniunt, *in quo habitabit plenitudo divinitatis corporaliter*, ut loquitur Paulus ad Coloss. 2, 9.

---

15. *Vere tu es Deus absconditus.* De Christo potissimum dicuntur, cum aliquo tamen respectu ad Cyrum, quasi dicat : Sicut in Cyro occulte salutem Judæorum operatus est Deus, et quasi abscondit se, ita multo magis in Christo homine paupere et abjecto abscondet se deitas, quæ tamen miraculis et salute quem afferet foras emicabit.

16. *Confusi sunt.* Babylonii et aliæ gentes, quod Baal sive Bel, eorum Deus, non posset eos tueri : sic dæmones et omnes pietatis et errorum propugnatores erubuerunt Christi doctrina, increpationibus et miraculis confusi.

17. *Salvatus est.* Salvabitur. — *In Domino.* Dei beneficio et gratia. — *Salute æterna.* Talis fuit salus quam Christus attulit; nam salus per Cyrum parta temporalis tantum fuit. — *Usque in sæculum.* Id est, nunquam erubescetis nec confundemini.

18. *Non in vanum creavit eam.* Reducam vos per Cyrum in Judæam; non enim frustra creavi eam ut esset et maneret deserta.

19. *Non in abscondito.* Ut dæmones lucifugæ qui in antris edebant oracula, ita etiam de se vere dicebat Christus, Joan., 18, 20 : *Ego palam locutus sum mundo..., et in occulto locutus sum nihil.* — *Frustra : Quærite me.* Non frustra Dominum quærunt qui illum sectantur; nam fidelibus suis ampla præmia constituit. — *Loquens justitiam, annuntians recta.* Pura, justa, recta, sancta obsequia exigens, non impura et scelesta, ut dæmones.

20. *Congregamini.* Vide dicta supra, c. 43, 9; et 41, 1; sensus est : quicumque idolorum causam defenditis convenite, et afferte si quid habetis quod iis quæ dixi opponatis pro causa idolorum. — *Qui salvati estis ex gentibus.* Quia a gentilismo ad Christum convertimini. — *Nescierunt.* Quasi dicat : Frustra eos provoco ad defendendam idolorum causam; scio enim omnes mecum dicturos cæcos et stolidos esse omnes idololatras. — *Qui levant lignum sculpturæ suæ.* Qui erigunt idolum ligneum a se sculptum, illudque colunt. — *Rogant.* Invocant.

21. *Annuntiate.* Jungite colloquia, cœtus et consilia, ut quod uni non occurrit, alter suggerat pro deitate idolorum. — *Quis auditum fecit hoc?* Cogitate quis prædixerit Judæos e Babylone per Cyrum liberandos, idque reipsa præstiterit.

22. Convertissez-vous à moi, peuples de toute la terre : et vous serez sauvés, parce que je suis Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre.

23. *Vous le reconnaîtrez un jour : car* j'ai juré par moi-même, cette parole de justice est sortie de ma bouche et ne sera point vaine :

24. Que tout genou fléchira devant moi, et que toute langue jurera *par mon nom.*

25. *Alors chacun* dira : Ma justice et ma force viennent du Seigneur. Tous ceux qui s'opposaient à lui s'en approcheront, et seront dans la confusion.

26. *Alors* toute la race d'Israël sera justifiée par le Seigneur ; et elle se glorifiera en lui *seul.*

22. Convertimini ad me, et salvi eritis omnes fines terræ; quia ego Deus, et non est alius.

23. In memetipso juravi, egredietur de ore meo justitiæ verbum, et non revertetur :

24. *a* Quia mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua. [a *Rom.* 14. 11. *Philip.* 2. 10.]

25. Ergo in Domino, dicet, meæ sunt justitiæ et imperium : ad eum venient, et confundentur omnes qui repugnant ei.

26. In Domino justificabitur, et laudabitur omne semen Israel.

CHAPITRE XLVI.

Ruine des idoles de Babylone. Israël est protégé par le Seigneur qui est le Dieu véritable. Promesse d'un Sauveur.

1. *On dira bientôt :* Bel a été rompu ; Nabo a été brisé ; les idoles des Babyloniens ont été mises sur des bêtes et sur des chevaux. Les dieux que vous portiez lassent *à présent*, par leur grand poids, *les bêtes qui les emportent.*

2. Ils ont été rompus et mis en pièces ; ils n'ont pu sauver ceux qui les portaient ; et ils ont été eux-mêmes emmenés captifs.

3. Ecoutez-moi, maison de Jacob, et vous tous

1. Confractus est Bel, contritus est Nabo : facta sunt simulacra eorum bestiis et jumentis, onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem.

2. Contabuerunt, et contrita sunt simul : non potuerunt salvare portantem, et anima eorum in captivitatem ibit.

3. Audite me, domus Jacob, et omne

24. *Et jurabit omnis lingua.* Cette parole ne devait avoir son entier accomplissement qu'au temps de Jésus-Christ, à l'égard de Jésus-Christ même, et c'est ainsi que saint Paul l'explique (Rom., XIV, 11 ; Philip., II, 10). Elle marque non-seulement l'hommage que toutes les nations doivent rendre successivement à Jésus-Christ, mais encore celui que tous les hommes lui rendront au dernier jour.

Cap. XLVI. — 1. *Confractus est Bel.* Bel et Nabo ou Nébo étaient les idoles des Babyloniens. Bel représentait le Soleil ou Jupiter le plus puissant des dieux, et Nabo, la Lune ou Junon. Les noms de ces idoles entraient dans la composition des noms de plusieurs souverains de Babylone, parce qu'ils avaient la prétention de se faire passer eux-mêmes pour des divinités.

---

* 22. *Omnes fines terræ.* Qui in extremis terræ finibus habitatis, οἱ ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς.

23. *In memetipso.* Per me metipsum. — *Justitiæ verbum.* Verbum quod est vera et mera justitia ; verbum justissimum et æquissimum.

24. *Jurabit.* Homines enim per eum jurare solent quem credunt esse Deum et summum numen, quod perjurii sit vindex.

25. *Ergo in Domino.* Vel sensus est : omnis lingua dicet : Meæ justitiæ sunt in Domino, quia illarum fons et auctor est Deus. Vel, omnis lingua jurabit, dicetque, *in Domino*, ita ut *in Domino* sit formula jurantis. Imo dicet omnis lingua quod Dei sit laus justitiæ et imperium. Dicit *meæ*, quia hæc sunt verba loquentis Dei. Vel, Christus dicet : Meæ justitiæ et imperium mihi sunt in Domino, id est, a Deo patre, a quo habeo quod sim justus et justificans, est quod Ecclesiæ imperem. Vel quasi dicat : Omnis fidelis sua lingua dicet, *in Domino*, id est, Dominum laudans dicet : Meæ sunt justitiæ Evangelii, meum est imperium et regnum Christi, mea est ejus Ecclesia, non Judæorum. * Vel tandem sententia est : a me stat justitia, non ab idolis de quorum divinitate disputatum est. — *Ad eum.* Christum Deum.

26. *In Domino.* Apud Dominum, a Domino, vel coram Domino. — *Justificabitur.* Per fidem vivam et sacramenta. Vel sensus est : justificabuntur, id est, justi publice declarabuntur. — *Laudabitur omne semen Israel.* Ab omnibus, ita ut etiam reprobi dicturi sunt : *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter sanctos sors illorum est.* Sapient. 5, 5.

Cap. XLVI. — 1. *Bel.* Bel sive Beel, Baal aut Belus, fuit Nemrod fundator et primus rex Babylonis, et pater Nini, divinis postea honoribus cultus a Babyloniis. — *Nabo.* Alterum Babyloniorum idolum, ita dictum quod ederet oracula : *nabo* enim hebraice et chaldaice idem est quod *prophetia* vel *divinatio*, ut inquit D. Hieronymus. In primariis hisce Chaldæorum idolis a Cyro conterendis significat Isaias per Christum abolendam idololatriam. — *Facta sunt..... bestiis.* In hebræo est, *fuerunt jumentis*, id est, tradita sunt jumentis ; nam cum jumenta dorso gestarent idola quæ alio asportabantur, habebant ea quasi captiva in sua manu et potestate. — *Onera vestra.* Idola vestra, quibus jumenta, vel vos onerati incedebatis usque ad lassitudinem.

2. *Contabuerunt.* Confracta sunt a Persis, perierunt, consumpta sunt. — *Non potuerunt salvare portantem.* Sed jumento sub pondere cadente et ipsa contrita sunt. — *Anima eorum in captivitatem ibit.* Ipsa idola in captivitatem asportata sunt simul cum adorantibus suis.

3. *Omne residuum.* Omnes ex captivitate superstites et reliqui. — *Qui portamini a meo utero.* Quos ego misericordiæ meæ visceribus materno complector affectu.

residuum domus Israel, qui portamini a meo utero, qui gestamini a mea vulva.

qui êtes restés de la maison d'Israël, vous que je porte dans mon sein, que je renferme dans mes entrailles.

4. Usque ad senectam ego ipse, et usque ad canos ego portabo : ego feci, et ego feram : ego portabo, et salvabo.

4. *Je vous porterai* moi-même jusqu'à la vieillesse, je vous porterai jusqu'à l'âge le plus avancé : je vous ai créés, et je vous soutiendrai ; je vous porterai, et je vous sauverai.

5. Cui assimilastis me, et adæquastis, et comparastis me, et fecistis similem?

5. *Cependant* à qui m'avez-vous fait ressembler? à qui m'avez-vous égalé? à qui m'avez-vous comparé? Qui avez-vous rendu semblable à moi?

6. Qui confertis aurum de sacculo, et argentum statera ponderatis : conducentes artificem, ut faciat deum, et procidunt, et adorant.

6. Vous qui tirez l'or de votre bourse, qui pesez l'argent dans la balance, et qui prenez un orfèvre pour vous *en* faire un dieu, afin qu'on se prosterne devant lui, et qu'on l'adore?

7. *a* Portant illum in humeris gestantes, et ponentes in loco suo : et stabit, ac de loco suo non movebitur : sed et cum clamaverint ad eum, non audiet : de tribulatione non salvabit eos. [a *Baruc*. 6. 25.]

7. On le porte sur les épaules, *ce dieu imaginaire;* on s'en charge, et on le met en sa place ; il y demeure, et il ne branlera point. Lorsqu'on criera vers lui, il n'entendra point et il ne sauvera point ceux qui sont dans l'affliction.

8. Mementote istud, et confundamini; redite prævaricatores ad cor.

8. Souvenez-vous de ces choses, et rougissez-en ; rentrez dans votre cœur, violateurs de ma loi.

9. Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, et non est ultra Deus, nec est similis mei.

9. Rappelez en votre mémoire les siècles passés ; *et reconnaissez* que je suis Dieu, qu'il n'y a point d'autre dieu que moi, et qu'il n'y en a point de semblable à moi.

10. Annuntians ab exordio novissimum, et ab initio quæ necdum facta sunt, dicens : Consilium meum stabit, et omnis voluntas mea fiet :

10. *En effet,* c'est moi qui annonce dès le commencement ce qui ne doit arriver qu'à la fin des siècles, et qui prédis les choses longtemps avant qu'elles se fassent, *car* toutes mes résolutions seront immuables, et toutes mes volontés s'exécuteront.

11. Vocans ab Oriente avem, et de terra longinqua virum voluntatis meæ : et locutus sum, et adducam illud : creavi, et faciam illud.

11. *Ainsi* j'appellerai de l'Orient *un prince qui viendra aussi vite qu'*un oiseau : et *je ferai venir* d'une terre éloignée un homme qui exécutera ma volonté. Je l'ai dit, et je le ferai ; j'en ai formé le dessein, et je l'accomplirai.

12. Audite me, duro corde, qui longe estis a justitia.

12. Ecoutez-moi, cœurs endurcis, vous qui êtes éloignés de la justice :

13. Prope feci justitiam meam, non

13. Le temps de montrer ma justice est proche.

11. *Vocans ab oriente avem.* Cet oiseau de proie, qui servait d'étendard dans les armées de Cyrus, était un aigle. Xénophon le dit expressément au commencement du chapitre VII de sa *Cyropédie*. Achamenès, de qui les anciens rois de Perse se vantaient de descendre, avait été, selon Elien, nourri par un aigle; et c'est probablement à cause de cette circonstance merveilleuse que l'aigle devint le signe militaire de cette nation (Nolhac, *Etudes sur le texte d'Isaïe*, tom. II).

13. *Et salus mea non morabitur.* Le Sauveur ici annoncé est Jésus-Christ même. Sion représente l'Eglise : Israël est le peuple fidèle soit d'entre les Juifs, soit d'entre les Gentils.

---

4. *Usque ad senectam.* Quasi dicat : Matres paucis mensibus fœtum gestant in utero, et paucis annis in ulnis infantes suos; ego vero fideles meos usque ad senectam. — *Ego ipse.* Portabo vos. — *Ego feci.* Ego vos genui, ego alui, ego educavi, ego provexi. — *Ego feram.* Etiam deinceps, et in posterum feram usque ad senectutem vestram.

5. *Cui assimilastis me.* Fabricando idolum quasi deum alium mihi similem et æqualem. Vide dicta supra, c. 40, n. 18.

6. *Qui confertis aurum.* Videte egregios vestros deos, quos collata materia vos ipsi formatis et cuditis, et deinde adoratis.

8. *Confundamini.* Pudeat vos quod hujusmodi deum adoretis. — *Redite prævaricatores ad cor.* LXX, *agite pœnitentiam qui erratis, revertimini corde.*

9. *Recordamini prioris sæculi.* Quanta promiserim, prædixerim et præstiterim patribus vestris : inde videbitis me esse Deum vestrum quem patres vestri coluerunt.

10. *Annuntians ab exordio novissimum.* Prædicens ab initio id quod multo tempore post futurum est. — *Et ab initio.* Est repetitio ejusdem sententiæ.

11. *Vocans ab oriente avem.* Cyrum festinantem, et quasi avem volantem. — *Ab oriente.* Ex Perside quæ Babyloni est ad orientem. — *Virum voluntatis meæ.* Qui voluntatem meam effectam dabit. — *Locutus sum.* Futura hæc prædixi, et fient. — *Creavi.* Creabo ; præteritum pro futuro.

12. *Audite me.* Judæi, qui estis Babylone. — *Longe estis a justitia.* Qui a Deo, et virtute, sanctitate et justitia deficitis, vel potius, qui me accusatis violatæ fidei, quam procul sitis ab ea justitia obtinenda, id est, ab ea libertate quam ego vobis toties promisi.

13. *Prope feci justitiam meam.* Ecce enim Cyrus quasi avis mox advolabit, qui meam justitiam, id est, finem præstabit, vosque e captivitate liberabit. — *In Sion.* Sioni; sic *in Israel*, id est, Israeli. — *Gloriam meam.* Fuit enim hæc gloriosa et magnifica Israelis liberatio.

Je ne le différerai pas : et le Sauveur que je dois envoyer ne tardera plus. J'établirai le salut en Sion, *et je ferai éclater* ma gloire dans Israël.

elongabitur, et salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, et in Israel gloriam meam.

CHAPITRE XLVII.

Ruine de Babylone. Punition de sa dureté, de son orgueil, de sa fausse sagesse.

1. Descendez, asseyez-vous dans la poussière, ô vierge, fille de Babylone ! asseyez-vous sur la terre : vous n'êtes plus sur le trône, fille des Chaldéens ; on ne vous traitera plus comme une personne molle et délicate.

2. Tournez la meule, faites moudre la farine, dévoilez votre confusion, découvrez votre épaule : levez vos vêtements, passez les fleuves.

3. Votre ignominie sera découverte. votre opprobre paraîtra *à tout le monde*. Je me vengerai *de vous, dit le Seigneur;* et il n'y aura point d'homme qui me résiste.

4. Celui qui nous rachètera, le Saint d'Israël, qui a pour nom le Seigneur des armées, *traitera ainsi nos ennemis.*

5. Asseyez-vous, demeurez dans le silence, et entrez dans les ténèbres ,ô fille des Chaldéens ! parce que vous ne serez plus appelée à l'avenir la dominatrice des royaumes.

6. *Car* j'avais été en colère contre mon peuple; j'avais rejeté avec horreur mon héritage; je les avais livrés entre vos mains, et vous n'avez point usé de miséricorde envers eux : vous avez appesanti votre joug sur les vieillards.

1. Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylon, sede in terra : non est solium filiæ Chaldæorum, quia ultra non vocaberis mollis et tenera.

2. Tolle molam, et mole farinam; denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, revela crura, transi flumina.

3. *a* Revelabitur ignominia tua, et videbitur opprobrium tuum; ultionem capiam, et non resistet mihi homo. [a *Nah.* 3. 5.]

4. Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel.

5. Sede tacens, et intra in tenebras, filia Chaldæorum; quia non vocaberis ultra domina regnorum.

6. Iratus sum super populum meum, contaminavi hæreditatem meam, et dedi eos in manu tua; non posuisti eis misericordias; super senem aggravasti jugum tuum valde.

Cap. LXVII. — 1. *Virgo, filia Babylon!* Le Prophète revient à Babylone qu'il représente, selon l'usage des auteurs anciens, sous l'image d'une jeune fille parce qu'elle etait encore dans tout l'éclat de sa puissance et que rien ne faisait pressentir sa chute qui est cependant annoncée ici avec tant de précision.

2. *Denuda turpitudinem.* Toutes ces images sont empruntées à la condition de l'esclave qui tournait la meule. Cet esclave était le plus infime parmi tous ses compagnons ; ses occupations étaient si pénibles, qu'il ne pouvait conserver sur lui aucun vêtement. Isaïe compare Babylone à cet esclave pour nous faire comprendre qu'elle tombera dans l'abjection la plus profonde. Si elle a été la première de toutes les villes, elle deviendra la dernière.

6. *Aggravasti jugum tuum.* Le Prophète donne les raisons pour lesquelles Babylone doit être traitée si sévèrement. La première, c'est qu'elle a été dure envers Israël. Dieu l'avait choisie pour punir son peuple, mais elle a excedé la mesure.

Cap. XLVII. — 1. *Descende.* De regio throno tuo. Alloquitur enim Babylonem evertendam, quasi reginam solio dejectam, et ad ancillæ statum redactam. — *Sede in pulvere.* More mancipiorum et lugentium. — *Virgo, filia Babylon.* O Babylon tenera et delicata instar filiæ virginis. — *Filiæ Chaldæorum.* Babylon dicitur filia Chaldæorum, vel quia ab ipsis condita, aut restaurata est. Vel est hebraismus, idemque est *filia Chaldæorum*, quod *filia chaldæa.* Filia, quia delicata, ut proxime dictum est; chaldæa, quia sita erat in Chaldæa. — *Non vocaberis mollis.* Quia in posterum durum servitutis jugum ferendum erit.

2. *Tolle molam.* Munus servorum et ancillarum erat versare molas in pistrinis. — *Denuda turpitudinem tuam.* Corpus tuum discooperi veste ad cubitum revocata, et alte succincta, ita ut appareant brachia et crura, sinu etiam et humeris apertis, ut expeditius molam versare possis, et alios ancillares labores sustinere. Vel etiam dicitur discooperi humerum, ut plagas et verbera Persarum nudo humero et dorso excipias. * Vel denudare turpitudinem idem est ac capitis capillos resecare, ita ut appareat turpitudo detonsi capitis, quod mulierem maxime dedecet. — *Revela crura, transi flumina.* Quasi dicat : Ut possis ducta in captivitatem flumina transire.

3. *Revelabitur ignominia tua.* Nuditas tua. * Non erit tibi unde vel ea tegas quæ maxime tegi vult pudor. — *Opprobrium tuum.* Quod videri probrosum est.

4. *Redemptor noster.* Deus qui nos olim ex Ægypto, et deinde ex Babylone liberabit, hoc faciet.

5. *Sede tacens.* Ut mœsti solent et lugentes. — *Intra in tenebras.* Captivitatis et carceris.

6. *Iratus sum super populum meum.* Cum ego iratus populo meo Israel mod ce punire volui, tu modum excessisti, crudeliter in eum sæviens. — *Contaminavi hæreditatem meam* Populum meum, quasi rem contaminatam abjeci, et regionem ejus vastari permisi. — *Non posuisti eis misericordias.* Immisericorditer eos tractasti. — *Super senem.* Senio et canitiei non pepercisti.

7. Et dixisti : In sempiternum ero domina; non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es novissimi tui.

8. Et nunc audi hæc delicata, et habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo : *a* Ego sum, et non est præter me amplius; non sedebo vidua, et ignorabo sterilitatem. [a *Apoc.* 18. 7.]

9. *a* Venient tibi duo hæc subito in die una, sterilitas et viduitas; universa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, et propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. [a *Infr.* 51. 19.]

10. Et fiduciam habuisti in malitia tua, et dixisti : Non est qui videat me; sapientia tua et scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo : Ego sum, et præter me non est altera.

11. Veniet super te malum, et nescies ortum ejus, et irruet super te calamitas quam non poteris expiare; veniet super te repente miseria quam nescies.

12. Sta cum incantatoribus tuis, et cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si forte quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

13. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum; stent, et salvent te augu-

7. Vous avez dit : Je régnerai éternellement. Vous n'avez point fait de réflexion sur ces choses, et vous ne vous êtes point représenté ce qui devait vous arriver un jour.

8. Maintenant donc écoutez, *Babylone*, vous qui vivez dans les délices, vous qui demeurez dans une pleine assurance; qui dites en votre cœur : Je suis *souveraine*, et après moi il n'y en a point d'autre : je ne deviendrai point veuve, et je ne saurai ce que c'est que la stérilité.

9. Ces deux maux *dont vous vous croyiez exempte*, la stérilité et la viduité, viendront fondre sur vous tout d'un coup en un même jour. Tous ces malheurs vous accableront à cause de la multitude de vos enchantements, et de l'extrême dureté de vos enchanteurs.

10. Cependant vous vous êtes tenue assurée dans votre malice, et vous avez dit : Il n'y a personne qui me voie. *Mais* c'est votre sagesse et votre science même qui vous a séduite, vous avez dit dans votre cœur : Je suis *souveraine*, et il n'y en a point d'autre que moi.

11. *Ainsi* le mal vous attaquera sans que vous sachiez d'où il vient; vous vous trouverez surprise d'une affliction dont vous ne pourrez vous défendre ; et une misère à laquelle vous n'aviez jamais pensé viendra tout d'un coup fondre sur vous.

12. Venez avec tous vos enchanteurs, *vous dira-t-on alors*, et avec tous vos secrets de magie auxquels vous vous êtes appliquée avec tant de travail dès votre jeunesse, pour voir si vous en tirerez quelque avantage, et si vous en pourrez devenir plus forte.

13. *Au contraire*, cette multitude de conseillers n'a fait que vous fatiguer. *Si vous croyez que*

8. *Ego sum, et non est præter me amplius.* La seconde raison, c'est son orgueil. Babylone s'est glorifiée, dit Bossuet, dans son vaste et redoutable empire. Elle s'est dit : « Je serai toujours dominante ; jamais je ne serai veuve, jamais privée d'aucun bien; jamais je ne connaîtrai ce que c'est que stérilité et faiblesse. » Tu ne songes pas, insensée, que c'est Dieu qui t'envoie ta félicité; peut-être pour t'aveugler et te rendre ton infortune plus insupportable (*Politique sacrée*, liv. VII, sur la proposition : Le bonheur des princes vient de Dieu, et a souvent de grands retours).

10. *Scientia tua hæc decepit te.* Les Babyloniens étaient adonnés à l'astrologie et à la magie. Tous ceux qui s'occupaient de science occulte chez les Romains et les Grecs portaient en général le nom de Chaldéens. Une autre faute de Babylone, c'est d'avoir cru à ces enchanteurs et de s'être reposée sur les conseils de ses faux sages qui la berçaient de vaines illusions, en lui répétant, sur tous les tons, qu'elle était imprenable et invincible. Ce fut sans doute ce qui aveugla Balthasar au point de leur faire donner un grand festin lorsque l'ennemi était à ses portes, comme s'il n'avait rien eu à craindre.

---

7. *In sempiternum ero domina.* Alterum Babylonis crimen, fastus et arrogantia. — *Non posuisti hæc super cor tuum.* Quod scilicet Israel populus meus esset, qui puniendus tibi tradebatur; non immaniter vexandus. — *Novissimi tui.* Quid tibi olim evenire posset, imo eventurum esset.

8. *Habitans confidenter.* Omni metu soluta. -- *Non est præter me amplius.* Id est, nulla alia in orbe civitas est me felicior aut opulentior. -- *Non sedebo vidua.* Populo et divitiis viduata. -- *Ignorabo sterilitatem.* Semper ex me multitudo magna populi subinde nascentis prodibit.

9. *Propter multitudinem maleficiorum tuorum.* Tertium Babylonis peccatum, quia scilicet maleficiis, incantationibus et divinationi dedita fuerit, ita ut *Chaldæi* artis potius quam gentis nomen videatur. -- *Duritiam incantatorum tuorum.* Qua incantatores suis falsis oraculis obdurabant Babylonios.

10. *Fiduciam habuisti in malitia tua.* Fidenter mala perpetrasti, Deum et ejus vindictam non timens. -- *Non est qui videat me.* Aut Deus peccata mea non videt, aut non curat. -- *Sapientia tua.* Tua astrologia judiciaria, tua divinatio decepit te; promittebas enim tibi felicitatem, et tamen in gravissimas ærumnas incides. -- *Ego sum.* Vide dicta proxime num. 8.

11. *Nescies ortum ejus.* Unde, seu quando veniat. Videtur alludere ad Chaldæorum disciplinam, quæ nativitates et ortus rerum observat. -- *Expiare.* Effugere, expiationibus avertere.

12. *Sta cum incantatoribus.* Est sarcasmus, sive hostilis irrisio, quasi dicat : Salvent te incantatores tui quibus adhæsisti et quorum disciplinam longo tempore et labore didicisti.

13. *Augures cœli.* Divinatores, astrologi.

cela ne soit pas ainsi, que ces augures qui étudient le ciel, qui contemplent les astres, et qui comptent les mois, pour en tirer les prédictions qu'ils vous veulent donner de l'avenir, viennent maintenant, et qu'ils vous sauvent.

14. *Mais* ils sont devenus *eux-mêmes* comme la paille; le feu les a dévorés; ils ne pourront délivrer leurs âmes des flammes ardentes *qui leur sont préparées;* il ne restera pas même *de leur embrasement* des charbons auxquels on puisse se chauffer, ni du feu devant lequel on puisse s'asseoir.

15. Voilà ce que deviendront toutes ces choses auxquelles vous vous étiez employée avec tant de travail. Ces marchands, qui avaient trafiqué avec vous dès votre jeunesse, s'enfuiront tous, l'un d'un côté et l'autre de l'autre, sans qu'il s'en trouve un seul qui vous tire de vos maux.

res cœli, qui contemplabantur sidera, et supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.

14. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos; non liberabunt animam suam de manu flammæ; non sunt prunæ quibus calefiant; nec focus, ut sedeant ad eum.

15. Sic facta sunt tibi in quibuscumque laboraveras; negotiatores tui ab adolescentia tua, unusquisque in via sua erraverunt; non est qui salvet te.

CHAPITRE XLVIII.

Reproches contre Israël. Gratuité de sa délivrance. Promesse d'un libérateur.

1. Ecoutez ceci, maison de Jacob, vous qui portez le nom d'Israël, qui êtes sortis de la tige de Juda, qui jurez au nom du Seigneur, qui vous souvenez du Dieu d'Israël, sans être *à lui* dans la vérité et dans la justice.

2. Car ils prennent le nom *de citoyens* de la ville sainte; ils s'appuient sur le Dieu d'Israël, qui a pour nom le Seigneur des armées.

3. Car je vous ai annoncé longtemps auparavant ce qui s'est fait depuis; je vous l'ai assuré de ma bouche, et je vous l'ai fait entendre; et je l'ai accompli tout d'un coup *devant vous,* et vous l'avez vu.

4. *Or j'en ai usé ainsi,* parce que je savais que vous êtes dur, que votre cou est comme une barre de fer, et que vous avez un front d'airain.

1. Audite hæc, domus Jacob, qui vocamini nomine Israel, et de aquis Juda existis, qui juratis in nomine Domini, et Dei Israel recordamini non in veritate, neque in justitia.

2. De civitate enim sancta vocati sunt, et super Deum Israel constabiliti sunt; Dominus exercituum nomen ejus.

3. Priora ex tunc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et audita feci ea; repente operatus sum, et venerunt.

4. Scivi enim quia durus es tu, et nervus ferreus cervix tua, et frons tua ærea.

Cap. XLVIII. — 3. *Repente operatus sum.* Ceci peut s'entendre particulièrement de l'expédition et de la défaite de Sennachérib, qui était comme un gage de la délivrance de Cyrus, qui devait avoir lieu dans un avenir beaucoup plus éloigné.

---

14. *Facti sunt quasi stipula.* In Babylonis incendio ita comburentur omnia, et cum illis astrologi tui, ut ne prunæ quidem remaneant quibus se quis possit calefacere, sed cuncta in favillam et cinerem redigentur.

15. *Facta sunt tibi.* Hunc exitum sortientur ea in quibus laborasti, urbs nimirum et ornamenta ejus; augures etiam et auguria. — *Negotiatores tui.* Astrologi tui, qui ex arte sua quæstum faciunt. " Vel mercatores intelligit; magnam enim ad commercia opportunitatem præbebant Euphrates et Tigris, et alii omnes in mare Persicum se devolventes. — *In via sua erraverunt.* Methodum suæ disciplinæ secuti, erraverunt. — *Non est qui salvet te.* Suis illis fallacibus artibus tibi opem ferre non possunt.

Cap. XLVIII. — 1. *Qui vocamini nomine Israel.* Qui gloriamini Jacob parente, cum tamen ab ejus moribus et sanctitate longe absitis. — *De aquis Juda existis.* Id est, semine, quasi dicat : de fonte. Chald., *qui de stirpe Juda existis.* — *Juratis.* Vide dicta supra, c. 45, n, 24. — *Dei Israel recordamini.* Frequenti sermone usurpatis, commemoratis, celebratis et prædicatis. — *Non in veritate, neque in justitia.* Vel falso jurantes, vel hanc quasi larvam religionis veri Dei, multis et gravibus sceleribus prætendentes. Hoc est quod dicebat Christus, Matth., 15, 8 : *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.* Vide supra, c. 29, n. 13.

2. *De civitate enim sancta vocati sunt.* Id est, audite, vos qui omnia tuta vobis pollicemini, quod in sancta civitate Salem habitetis, cui Dominus magnopere favit; quasi dicat : Hæc gloriatio et fiducia vana est, si absit vera religio, justitia et virtus. *Grande est christianum esse, non dici,* ait S. Hieronymus. — *Dominus exercituum nomen ejus.* Hoc nomine Judæi valde gloriabantur : recte, si in cultu ejus fideles perstitissent.

3. *Priora ex tunc annuntiavi.* Quæ jampridem evenerunt olim prædixi. Identidem repetit et urget suam de futuris prædictionem impletam esse, quasi infallibile argumentum divinitatis et providentiæ suæ. — *Repente.* Inopinato et rebus desperatis auxilium tuli, et id quod pollicitus fueram opere adimplevi.

4. *Scivi enim.* In Hebræo, ut vertunt Pagninus et Vatablus, est : *Jam novi, quia durus es;* quasi dicat : Toties hæc repeto, quia duritiam cordis tui, obstinationem et impudentiam tuam novi.

5. Prædixi tibi ex tunc; antequam venirent indicavi tibi, ne forte diceres : Idola mea fecerunt hæc, et sculptilia mea, et conflatilia mandaverunt ista.

5. *C'est pourquoi* je vous ai prédit longtemps auparavant *ce qui est arrivé depuis;* je vous l'ai marqué par avance, de peur que vous ne disiez : Ce sont mes idoles qui ont fait ces choses; ce sont mes images taillées et jetées en fonte qui l'ont ainsi ordonné.

6. Quæ audisti, vide omnia; vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi nova ex tunc, et conservata sunt quæ nescis.

6. Voyez, *et considérez* que tout ce que vous avez ouï *de ma bouche est accompli.* Pour vous, *idoles*, avez-vous ainsi annoncé *les choses futures? Pour moi, non-seulement je les ai annoncées, mais* je vous ferai entendre maintenant de nouvelles prédictions que je vous ai réservées, et qui vous sont inconnues.

7. Nunc creata sunt, et non ex tunc : et ante diem, et non audisti ea, ne forte dicas : Ecce ego cognovi ea.

7. Ce sont *des prédictions que je* fais présentement, et non d'autrefois : elles n'étaient point auparavant, et vous n'en avez point ouï parler, afin que vous ne veniez pas dire : Je savais toutes ces choses.

8. Neque audisti, neque cognovisti, neque ex tunc aperta est auris tua : scio enim quia prævaricans prævaricaberis, et transgressorem ex utero vocavi te.

8. Vous ne les avez ni entendues ni connues; et présentement même votre oreille n'est point ouverte *pour les comprendre;* car je sais certainement que vous serez un *peuple* prévaricateur; et dès le sein de votre mère je vous ai appelé le violateur de ma loi.

9. Propter nomen meum longe faciam furorem meum : et laude mea infrænabo te, ne intereas.

9. *Néanmoins* j'éloignerai ma fureur de vous, à cause de mon nom; et pour ma gloire je vous retiendrai comme avec un frein, de peur que vous ne périssiez.

10. Ecce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis.

10. Je vous ai purifié par le feu *des afflictions*, mais non comme l'argent; mais je vous ai choisi dans la fournaise de la pauvreté.

8. *Et transgressorem ex utero vocavi te.* Israël avait toujours marqué un penchant très-prononcé pour le culte des idoles. C'est ce qui explique les reproches que lui adresse Isaïe, et la persistance qu'il met à lui montrer que ces idoles ne sont rien, et qu'il n'y a que Jéhova qui soit tout-puissant et qui connaisse toutes choses.

10. *Ecce excoxi te.* D'après l'Hébreu, il faudrait lire : Voici que je vais vous éprouver par le feu comme on éprouve l'argent; et, en effet, ne vous purifierai-je pas dans le creuset de l'affliction? — Le Prophète appuie sur la gratuité de la délivrance d'Israël, et expose ainsi la doctrine que saint Paul doit développer plus tard dans son Epître aux Romains.

---

5. *Mandaverunt.* Ut fierent.

6. *Quæ audisti, vide omnia.* Videtis impleta omnia quæ ex me et prophetis meis audistis esse ventura. — *Vos autem num annuntiastis?* Annon vos ipsi quotidie ea annuntiatis et commemoratis, dum celebratis festa in eorum memoriam instituta; verbi gratia, Pascha in memoriam liberationis ex Ægypto, etc.? * Vel sensus est : an quisquam ex idolorum cultoribus hæc prædicere potuit? — *Audita fecit tibi nova.* Non adduco vetera ut fidem astruam, sed nova quæ contra Babylonios facturus sum annuntio. — *Ex tunc.* In hebræo chaldæo et LXX est, *ex nunc*, ut cum Forerio, Pagnino et aliis legendum putat Cornel. a Lapide. * Utrumque verum; nam et olim fuerat minatus, et iterum minabatur, nunc per prophetas. — *Conservata sunt.* Reservata, recondita sunt apud me.

7. *Non creata sunt.* Nunc a me decreta sunt, nunc a me lata est sententia de Babylonis excidio, nunc cum illud per Isaiam edico et prædico. — *Et non ex tunc.* Lucem accipit hic versiculis ex versione LXX qui sic habent : *Non fiunt, et non olim, et non prioribus diebus audisti ea.* Itaque *ex tunc* idem est quod *olim*, ut etiam supra, n. 3. — *Et ante diem.* Ante diem hunc non audisti ea, ut vertit Pagninus, scilicet neque ab idolis, nec aliunde.

8. *Neque ex tunc aperta est auris tua.* Est ejusdem sententiæ repetitio; sensus est : hæc nunquam audisti, ne quidem *ex tunc;* id est ab olim. — *Scio enim.* Hæc signa divinitatis meæ toties tibi inculco, quia scio te prævaricaturum et defecturum ad idola. — *Ex utero.* Jam inde a nativitate et a principio, cum te in populum meum elegi.

9. *Propter nomen meum.* Licet futurus sis prævaricator et transgressor, liberabo nihilominus te a captivitate *propter nomen meum*, ne scilicet gentes illud blasphement, si videant me populum meum in captivitate derelinquere. — *Longe faciam.* Auferam, amovebo. — *Furorem meum.* Quo te puniam tempore captivitatis. — *Laude mea infrænabo te, ne intereas.* Magnis et eximiis beneficiis te afficiam, quibus quasi fræno continebo te, ne ruas in interitum. Beneficia vocantur *laus*, quia principes nihil æque commendat et laudabiles facit ac beneficentia quæ subditos frænat et cogit eos amare, laudare et eis obsequi. Porro tunc beneficentiam in suos ostendit Dominus, non solum cum eos liberavit, sed etiam cum in captivitatem abduci passus est; nam vexatio illa luxum et lasciviam cohibuit, et tanquam frænum indomitis Judæorum cupiditatibus injecit. * Sensus ergo est : affligam et vexabo te captivitate Babylonica, ut malis exercita ad sanitatem mentis, et a morum licentia et lascivia quasi fræno revoceris, ex quo sit laus nomini meo.

10. *Sed non quasi argentum.* Quod ardenti fornace excoquitur, ut a scoria separetur : ego vero non excoxi te gravissimis ærumnis, sed levioribus quibusdam, qualis est paupertas et servitus Babylonica. * In hebreo est, *non in argentum :* cum diu te per ærumnas explorarem, nihil boni in te apparuit. — *Elegi te.* Sicut in fornace, separata scoria, ab argentario seligitur et colligitur purum argentum.

11. C'est pour moi-même, c'est pour moi-même que j'agirai *encore avec vous selon ma bonté,* afin que mon nom ne soit point blasphémé, et je n'abandonnerai point ma gloire à un autre.

12. Ecoutez-moi *donc,* Jacob, et vous, Israël, que j'appelle *à moi :* c'est moi, c'est moi-même qui suis le premier et qui suis le dernier.

13. C'est ma main qui a fondé la terre; c'est ma main droite qui a mesuré les cieux; je les appellerai, et ils se présenteront *tous* ensemble *devant moi.*

14. Assemblez-vous tous, *peuples d'Israël*, et écoutez-moi : qui d'entre les idoles a prédit ce que je dis *ici?* Le Seigneur a aimé *Cyrus qui doit vous délivrer. Ce prince* exécutera sa volonté dans Babylone, et *il sera* son bras parmi les peuples de Chaldée.

15. C'est moi, c'est moi qui ai parlé *de la sorte.* Je l'ai appelé *ce vainqueur;* je l'ai amené, et j'ai aplani tous les chemins devant lui.

16. Approchez-vous de moi, et écoutez ceci : Dès le commencement je n'ai point parlé en secret : *car* j'étais présent lorsque ces choses ont été résolues, avant qu'elles se fissent; et maintenant j'ai été envoyé par le Seigneur Dieu et, par son esprit *pour vous les annoncer.*

17. Voici *donc* ce que dit le Seigneur qui vous a racheté, le Saint d'Israël : Je suis le Seigneur votre Dieu qui vous enseigne ce qui vous est utile, et qui vous gouverne dans la voie par laquelle vous marchez.

18. Or si vous vous fussiez appliqué à mes préceptes, votre paix serait comme un fleuve, et votre justice comme les flots de la mer;

11. Propter me, propter me faciam, ut non blasphemer : *a* et gloriam meam alteri non dabo. [a *Supr.* 42. 8.]

12. Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco : *a* ego ipse, ego primus, et ego novissimus. [a *Supr.* 41. 4. et 44. 6. *Apoc.* 1. 8. 17. et 22. 13.]

13. Manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cœlos ; ego vocabo eos, et stabunt simul.

14. Congregamini omnes vos, et audite : quis de eis annuntiavit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, et brachium suum in Chaldæis.

15. Ego, ego locutus sum, et vocavi eum : adduxi eum, et directa est via ejus.

16. Accedite ad me, et audite hoc : non a principio in abscondito locutus sum : ex tempore antequam fieret, ibi eram : et nunc Dominus Deus misit me, et spiritus ejus.

17. Hæc dicit Dominus redemptor tuus Sanctus Israel : Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via qua ambulas.

18. Utinam attendisses mandata mea : facta fuisset sicut flumen pax tua, et justitia tua sicut gurgites maris.

14. *Dominus dilexit eum* Le texte ne nomme pas Cyrus, mais il est manifeste que ceci le regarde. Symmaque a traduit : Celui que le Seigneur aime, executera, etc. La phrase alors ne laisse rien à sous-entendre, et l'expression convient parfaitement à Jésus-Christ, qui est en même temps le bien-aimé de son Père et le libérateur dont Cyrus était la figure.

16. *Non a principio in abscondito locutus sum.* La plupart des interprètes expliquent ceci d'Isaïe, qui déclare que, dès qu'il a commencé à parler de la part du Seigneur, il ne l'a point fait en secret; qu'il a été comme présent aux choses qu'il a prédites, qu'il les a vues des yeux de l'esprit; qu'il est comme l'ambassadeur de Dieu envers son peuple, et que c'est l'Esprit divin qui le fait parler. Mais les Pères l'expliquent de Jésus-Christ, qui déclare que, dès qu'il a commencé à parler par ses prophètes, il ne l'a point faite en secret (Is., XLV, 19); que, dès que Dieu a formé le grand dessein de la rédemption du genre humain, il était present; que c'est Dieu son Père qui l'envoie, et qu'il n'agit que par l'esprit de son Père; en sorte, que le mystère même de la Trinité se trouve ici exprimé dans la distinction des trois Personnes divines.

---

11. *Propter me.* Vide dicta n. 9. — *Ut non blasphemer.* A gentibus, quæ fortasse dicere possent Deum Hebræorum esse impotentem, vel infidelem, aut crudelem, qui suos adeo vexari sinat. — *Gloriam meam alteri non dabo.* Non patiar ut idola me potentiora videantur.

12. *Quem ego voco.* Quem ego Israelem voco, cui ego nomen Israelis indidi. — *Ego primus, et ego novissimus.* Præter quem alius deus non est.

13. *Ego vocabo eos, et stabunt.* Si eos vocem, si quid circa illos jubeam, statim parebunt, sic Josue, 10, 13, *sol, luna, cœlique steterunt.*

14. *Omnes vos.* Israelitæ. — *De eis.* Diis gentium, vel astrologis, quos superiori c. n. 13, confutavit. — *Annuntiavit hæc.* Quæ ego prædico de Cyro et Babylonis excidio, de vestra captivitate et liberatione. — *Dominus dilexit eum.* Cyrus quem victorem Chaldæorum fecit, et elegit vindictæ suæ administrum. — *Faciet voluntatem suam in Babylone.* Deus per Cyrum faciet voluntatem et vindictam suam in Babylone. — *Brachium suum.* Validam plagam : est repetitio.

15. *Locutus sum.* Ego ita fieri jussi, et tanto ante vobis quæ futura sunt prænuntiavi. — *Directa est via ejus.* Prospere successit.

16. *Non... in abscondito locutus sum.* Ex quo cœpi prophetare de excidio Babylonis, non in angulis ambigue et perplexe, sed publice, clare et aperte de eo locutus sum. — *Ex tempore antequam fieret.* Antequam Babylon everteretur, ego Isaias ibi erant spiritu præsens, videbamque et contemplabar rei gerendæ seriem, modum et ordinem. — *Deus misit me.* A Deo et Spiritu sancto ejus missus sum ut hæc prænuntiarem.

17. *Docens te utilia.* Id quod tibi expedit.

18. *Sicut flumen.* Abundans et perenne. — *Pax tua.* Quies, prosperitas et rerum omnium affluentia; hoc enim *pacis* nomine significatur ab Hebræis. — *Justitia.* Pacis comes et effectrix; vel intelligit justitiæ præmium. — *Sicut gurgites maris.* Ampla et plena, quam ampli et pleni sunt gurgites maris.

19. Et fuisset quasi arena semen tuum, et stirps uteri tui ut lapilli ejus : non interisset, et non fuisset attritum nomen ejus a facie mea.

20. *a* Egredimini de Babylone, fugite a Chaldæis, in voce exultationis annuntiate : auditum facite hoc, et efferte illud usque ad extrema terræ. Dicite : Redemit Dominus servum suum Jacob. [a *Jerem.* 51. 6.]

21. Non sitierunt in deserto, cum educeret eos; *a* aquam de petra produxit eis, et scidit petram, et fluxerunt aquæ. [a *Exod.* 17. 6. *Num.* 20. 11.]

22. *a* Non est pax impiis, dicit Dominus. [a *Infr.* 57. 21.]

19. Votre postérité se serait multipliée comme le sable, et les enfants de votre sein comme les petites pierres qui sont sur les bords; le nom de votre race n'aurait point été effacé de devant mes yeux.

20. Sortez de Babylone *où vous êtes captifs*, fuyez de Chaldée; faites entendre des cris de joie, annoncez *partout l'heureuse nouvelle*, et publiez-la jusqu'aux extrémités du monde. Dites : Le Seigneur a racheté Jacob, son serviteur.

21. Ils ne souffriront point la soif dans le désert; il leur fit sortir l'eau du rocher, il ouvrit la pierre, et les eaux en sortirent en abondance.

22. *Mais* il n'y a point de paix pour les impies, dit le Seigneur.

CHAPITRE XLIX.

Prophétie sur le Messie. Conversion des Gentils. Délivrance d'Israël. Son rétablissement.

1. Audite insulæ, et attendite populi de longe; Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei.

2. *a* Et posuit os meum quasi gladium acutum, in umbra manus suæ protexit me, et posuit me sicut sagittam electam; in pharetra sua abscondit me. [a *Infr.* 51. 16.]

3. Et dixit mihi : Servus meus es tu Israel, quia in te gloriabor.

1. Ecoutez, îles, et vous peuples éloignés, prêtez l'oreille : Le Seigneur m'a appelé dès le sein de ma mère; il s'est souvenu de mon nom lorsque j'étais encore dans ses entrailles.

2. Il a rendu ma bouche comme une épée perçante; il m'a protégé sous l'ombre de sa main; il m'a mis *en réserve* comme une flèche choisie, il m'a tenu caché dans son carquois;

3. Et il m'a dit : Israël, vous êtes mon serviteur, et je me glorifierai en vous.

21. *Non sitierunt.* Les prodiges que Dieu a autrefois opérés, en faveur de son peuple, à sa sortie d'Egypte, doivent se renouveler à la délivrance de la captivité de Babylone. Le Prophète voit les Israëlites sortir de la Chaldee et retourner dans leur pays sans rencontrer la moindre résistance. Toutes les difficultés doivent s'aplanir devant eux; l'eau doit jaillir devant eux, comme les sources de la grâce se répandent avec abondance dans le desert de cette vie, en faveur des chrétiens et des fidèles de tous les temps.

Cap. XLIX. — 1. *Audite, insulæ.* Ici commence la 2e section de la IIe partie des prophéties d'Isaïe. Dans les neuf chapitres precédents, le Prophète s'est attaché à inculquer dans l'esprit de sa nation, la notion de Dieu universellement altérée, et il l'a fondée sur la connaissance que Dieu a de l'avenir. En vertu de cette connaissance, il a annoncé à Israël qu'il serait captif à Babylone; mais que Cyrus lui rendrait la liberte. Dans ce chapitre et les huit suivants, Isaïe predit l'avenement du Messie, qu'il nous représente comme un homme d'humiliation et de douleur, décrivant ainsi à l'avance sa passion : *Dominus ab utero vocavit me.* D'après l'Hébreu : Il m'a nommé. C'est ainsi que le Libérateur des hommes, annoncé depuis longtemps sous le nom de *Jésus*, qui signifie Sauveur, fut appelé de ce nom lorsqu'il était encore dans les entrailles de la vierge Marie, sa mère.

3. *Servus meus es tu.* Tous les Pères et tous les commentateurs, se fondant sur le témoi-

---

19. *Quasi arena.* Ut promissum fuerat Abrahamo, Genes., 22, 17. — *Non fuisset attritum.* Non excidisset nomen, gloria nominis tui.

20. *Egredimini de Babylone.* Lætum e Babylone reditum describit, et ad eum captivos excitat. — *In voce exultationis annuntiate.* Cum lætitia nuntiate reditum in Judæam, et ad patriam repetendam cives vestros invitate. — *Redemit.* Eripuit, liberavit.

21. *Non sitierunt in deserto, cum educeret eos.* Vide hist. Exod., 17, 6; et c. 20, n. 11; sensus est : nihil vobis deerit in reditu; nam Deus aderit, sicut adfuit majoribus vestris, quibus in arida eremo largos aquarum latices suppeditavit.

22. *Non est pax impiis, dicit Dominus.* Respicit versiculum 20, quasi dicat : Egredimini, relinquite Babylonem, quia non est pax impiis, sed illis mala impendent, ut etiam iis qui illorum societate et consuetudine delectantur.

Cap. XLIX. — 1. *Insulæ.* Vide dicta supra, c. 11, n. 11; et c. 42, n. 4. — *Dominus ab utero vocavit me.* Loquitur de Christo quem Jesum vocavit per Gabrielem archangelum. Matth., 1, 21 : *Vocabis nomen ejus Jesum.* — *Recordatus est nominis mei.* In Hebræo est, *memorare fecit nomen meum*, scilicet per angelum : est ejusdem sententiæ repetitio.

2. *Os meum.* Verba mea, ut vertit Chaldæus. — *Quasi gladium acutum.* Ad penetranda audientium corda, et errores exscindendos et vitia. — *In umbra manus suæ.* Protectione manus suæ omnipotentis. — *Sicut sagittam electam.* Non solum similem gladio fecit ad vicinos salutariter feriendos, sed etiam sagittæ, ut ad remotas gentes per me salus perveniret. — *In pharetra sua abscondit me.* Sub integumento humanæ carnis.

3. *Servus meus.* Christus vocatur servus Dei, quia cum in forma Dei esset, formam servi

4. Je lui ai dit : J'ai travaillé en vain, j'ai consumé inutilement et sans fruit toute ma force; mais le Seigneur me fera justice, et j'attends de mon Dieu la récompense de mon travail.

5. En effet, le Seigneur me dit maintenant, lui qui m'a formé dès le sein de ma mère pour être son serviteur, pour ramener Jacob à lui. Ainsi quoiqu'Israël ne se réunisse point à lui, je serai néanmoins glorifié aux yeux du Seigneur, et mon Dieu deviendra ma force.

6. Car le Seigneur m'a dit : C'est peu que vous me serviez pour réparer les tribus de Jacob, et pour convertir les restes d'Israël, je vous ai établi pour être la lumière des nations, et le salut que j'envoie jusqu'aux extrémités de la terre.

7. Voici ce que dit le Seigneur, le rédempteur et le Saint d'Israël, a celui qui a été dans le dernier mépris, à la nation détestée, à l'esclavage de *tous* ceux qui dominent : Les rois *vous* verront *avec admiration*, et les princes se lèveront *devant vous;* et ils *vous* adoreront, à cause du Seigneur qui a été fidèle *dans ses paroles*, et du Saint d'Israël qui vous a choisi.

4. Et ego dixi : In vacuum laboravi, sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi : ergo judicium meum cum Domino, et opus meum cum Deo meo.

5. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi, ut reducam Jacob ad eum, et Israel non congregabitur: et glorificatus sum in oculis Domini, et Deus meus factus est fortitudo mea.

6. Et dixit : Parum est ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et fæces Israel convertendas. *a* Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. [a *Supr.* 42. 6. *Act.* 13. 47.]

7. Hæc dicit Dominus redemptor Israel, Sanctus ejus, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad servum dominorum : Reges videbunt, et consurgent principes, et adorabunt propter Dominum quia fidelis est, et Sanctum Israel qui elegit te.

gnage de saint Paul (Act., XIII, 47, et II. Cor., VI, 2), ont entendu tout ceci de Jésus-Christ. Considéré selon son humanité, il a pris la forme de serviteur ou de l'esclave (Supr., XLII, 1), et il est ici nommé Israël, parce qu'il a été représenté par Jacob, surnommé Israël, de même qu'ailleurs il est nommé *David*, parce qu'il fut représenté par David.

5. *Et nunc dicit Dominus.* Le Seigneur me dit maintenant (lui qui m'a formé dès le sein de ma mère, pour être son serviteur, pour ramener Jacob à lui et pour lui rendre Israël, et je serai glorifié aux yeux du Seigneur, et mon Dieu deviendra ma force). Le Seigneur, dis-je, m'a dit : C'est peu, etc.

6. *Dedi te in lucem gentium.* Saint Paul nous montre l'accomplissement de cette parole en la personne de Jésus-Christ, et dans la prédication de l'Evangile aux Gentils (Act., XIII, 46 et 47).

7. *Ad contemptibilem animam.* Isaïe représente le Christ soumis aux dernières humiliations. Il est l'objet du mépris universel, et, d'après l'Hébreu, il devait être détesté de sa nation, et c'est précisément ce que Jésus-Christ dit de lui-même, par la bouche de David, qui l'appelle *opprobrium hominum et abjectio plebis* (Ps., XXI, 7).

---

accepit. Vide supra, c. 42, 1. — *Israel.* Christus vocatur Israel, quia natus de ejus semine, quia missus primario ad oves quæ perierunt domus Israel, et quia Israel sive Jacob typus ejus fuit. — *In te gloriabor.* Quia in te ostendi mundo abyssum meæ bonitatis, potentiæ et sapientiæ.

4. *Et ego dixi.* Sunt verba Christi qui loquens inducitur. — *In vacuum laboravi.* Nam prædicationis et passionis fructus angustus est, paucis judæis conversis. — *Ergo judicium meum cum Domino.* Feci quod mei muneris erat. Judicium ergo hujus causæ tibi, Pater, committo; tu judica cujus vitio factum sit ut tam pauci ex iis mea opera sint conversi et salvati. — *Opus meum cum Deo meo.* LXX habent, *et labor meus coram Deo meo*, quasi dicat : Ipse judicet, ipse retribuat.

5. *Dicit Dominus.* Inducitur Deus Christi querelæ respondens. — *Et Israel non congregabitur.* Missus sum ad colligendas oves Israel, et cogendas in Ecclesiæ caulas; sed illæ noluerunt, itaque non congregabuntur. In Hebr. est, *Israel non congregabit se.* — *Glorificatus sum.* Signis et miraculis editis, et admirabili doctrina Evangelii. -- *In oculis Domini.* Coram Domino, habent LXX. -- *Et Deus meus factus est fortitudo mea.* Cui omne bonum adscribo, et a quo vim hæc patrandi accepi.

6. *Et dixit.* Verba sunt Dei. -- *Ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob.* Nolo tuam prædicationem exiguis finibus Israelis circumscribi. -- *Fæces Israel.* Eos intelligit qui tot populi cladibus superfuerant, exiguæ et viles reliquiæ. -- *Dedi te in lucem gentium.* Ut sis quasi sol spiritualis et divinus mundi totius : *Lumen ad revelationem gentium*, ut canit Simeon, Luc. 2, 32. -- *Ut sis salus mea.* Ut tua opera salus a me profecta mundo communicetur. LXX, *ut sis in salutem.*

7. *Redemptor Israel.* Qui Israelitas ex captivitate et malis eripit. -- *Ad contemptibilem animam.* Ad Christum quasi contemptibilem habitum, tanquam vermem, opprobrium hominum et abjectionem plebis. Verti potest ex hebræo, *ad contemptorem animæ suæ.* Christum qui vitam suam pro nobis dedit, et illi non pepercit. -- *Abominatam gentem.* Gentem christianorum, quam ethnici et Judæi abominabantur. -- *Servum dominorum.* Christum cum suis intelligit; ille enim quasi vile mancipium flagellis cæsus est, in crucem actus, consputus, etc. -- *Reges videbunt, et consurgent.* Assurgent, et venerabundi supplicabunt tibi, ô Christe, et Ecclesiæ se submittent. -- *Propter Dominum.* Qui eorum corda molliet efficacitate gratiæ suæ; vel sensus est, detulisse principes hunc honorem Ecclesiæ ministris propter Dominum. -- *Quia fidelis est.* Et quod verbo promisit opere præstat.

8. *a* Hæc dicit Dominus : In tempore placito exaudivi te, et in die salutis auxiliatus sum tui; et servavi te, et dedi te in fœdus populi, ut suscitares terram, et possideres hæreditates dissipatas. [a *II. Cor.* 6. 2.]

9. Ut diceres his qui vincti sunt : Exite : et his qui in tenebris : Revelamini. Super vias pascentur, et in omnibus planis pascua eorum.

10. *a* Non esurient, neque sitient, et non percutiet eos æstus et sol : quia miserator eorum reget eos, et ad fontes aquarum potabit eos. [a *Apocal.* 7. 16.]

11. Et ponam omnes montes meos in viam, et semitæ meæ exaltabuntur.

12. Ecce isti de longe venient, et ecce illi ab aquilone et mari, et isti de terra australi.

13. Laudate cœli, et exulta terra, jubilate montes laudem : quia consolatus est Dominus populum suum, et pauperum suorum miserebitur.

14. Et dixit Sion : Dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei.

15. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui.

8. Voici *encore* ce que dit le Seigneur : Je vous ai exaucé au temps favorable : je vous ai assisté au jour du salut : je vous ai conservé : je vous ai établi pour être le réconciliateur du peuple, pour réparer la terre, pour posséder des héritages dissipés;

9. Pour dire à ceux qui étaient dans les chaînes : Sortez *de prison;* et à ceux qui étaient dans les ténèbres : Voyez la lumière. *Alors* ils paraîtront dans les chemins, et toutes les plaines leur serviront de pâturages.

10. Ils n'auront plus ni faim ni soif; la chaleur et le soleil ne les brûleront plus, parce que celui qui est plein de miséricorde pour eux les conduira, et elle les mènera boire aux sources des eaux.

11. Alors je changerai toutes mes montagnes en un chemin *aplani*, et mes sentiers seront rehaussés.

12. Je les vois venir de bien loin, les uns du septentrion, les autres du couchant, et les autres de la terre du midi.

13. Cieux, louez *le Seigneur;* terre, soyez dans l'allégresse; montagnes, faites retentir ses louanges, parce que le Seigneur consolera son peuple, et qu'il aura compassion de ses pauvres.

14. Cependant Sion a dit : Le Seigneur m'a abandonnée; le Seigneur m'a oubliée.

15. Une mère peut-elle oublier son enfant, et n'avoir point compassion du fils qu'elle a porté dans ses entrailles? Mais quand même elle l'oublierait, pour moi, je ne vous oublierai jamais.

8. *In tempore placito.* Saint Paul nous fait remarquer que ce temps favorable et ce jour de salut est celui de l'alliance nouvelle (II. Cor., V, 1 et 2).

12. *Ecce isti de longe venient.* La vocation des Gentils ne peut être plus clairement exprimée. L'Hébreu porte qu'ils viendront de la terre de *Sinnim.* Sous ce nom, plusieurs entendent l'Egypte où était la ville de *Sin*, qu'on a depuis appelée Péluse, et l'Egypte était au midi de la Judée.

---

8. *In tempore placito.* Tempus placiti sive benevolentiæ (hanc enim significat hebraicum רצון *ratson*) divinæ erga Christum et Ecclesiam est tempus placabile, quo Deus placatus et reconciliatus est per Christum generi humano; hoc est, tempus gratiæ et Evangelii. — *Exaudivi te.* Exaudiam te, cum incarnatus et natus fueris pro membris tuis, et in membris tuis, apostolis scilicet et christianis deprecantem, opemque, gratiam et salutem toti mundo postulantem. Hæc enim ob preces tuas illi conferam et præstabo. — *In die salutis.* In tempore salutis, cum tu per mortem, et promulgationem legis gratiæ salutem afferes mundo. — *Servavi te.* Ne moriens interires, sed mox gloriose resurgeres. — *Dedi te in fœdus populi.* Ut fœdus pacis, inter me et populos sancires sanguine tuo. — *Suscitares terram.* Terræ incolas in peccatum lapsos, et in sempiternum exitium ruentes erigeres, et ad vitam et salutem revocares. — *Possideres hæreditates dissipatas.* Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, ut est in Psalmo 2, 8. Appellantur autem gentes hæreditas dissipata, quia longe recedebant a fide, Deo, gratia et salute; et quia hanc hæreditatem vastaverant, dissipaverant et pessumdederant monstra errorum et vitiorum.

9. *His, qui vincti sunt.* Peccatorum et errorum laqueis et vinculis implicatis. — *In tenebris.* Idololatriæ et gentilismi. — *Revelamini.* In lucem prodite, seu apparete : est repetitio superioris hemistichii. — *Super vias pascentur.* Hisce et sequentibus metaphoris significat propheta tempore Christi non Jerosolymis tantum ut olim, sed ubique terrarum fore copiam pabuli et potus spiritualis.

10. *Æstus et sol.* Tribulationum et tentationum. — *Miserator eorum.* Christus bonus pastor qui misericordia tangitur propter suorum calamitates, præsertim spirituales — *Potabit eos.* Aqua salutaris doctrinæ et fluentis gratiarum.

11. — *Ponam omnes montes.* Hoc quod supra dictum est, c. 40, 4 : *Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis humiliabitur*, etc. — *Ponam... in viam.* Faciam eos pervios et planos. — *Semitæ.* Vallium.

12. *Ecce isti.* Ecce ex omni plaga et regione ad Ecclesiam confluent. — *Et mari.* Ab occidente; nam Palæstinæ mare est ad occidentem. — *De terra australi.* In Hebræo est, *de terra* סינים *sinim :* quare Osorius, Arias, Montanus et alii putant esse prophetiam de conversione regni Signarum.

13. *Consolatus est Dominus populum suum.* Fideles suos gaudentes accessione tam insignium populorum, Ecclesiæ Christi se subdentium.

14. *Et dixit Sion.* Judæi ad Christum conversi. — *Dereliquit me Dominus.* Qui multos ex gentibus, ex Hebræis paucos convertit ad Christum.

15. *Numquid oblivisci potest.* Est Dei responsio querelæ respondentis, et se oblitum non esse populi sui asseverantis.

16. Je vous porte gravée sur ma main; vos murailles sont sans cesse devant mes yeux.

17. *Ainsi* ceux qui vous doivent rebâtir sont venus : ceux qui vous détruisaient et qui vous dissipaient sortiront du milieu de vous.

18. Levez vos yeux, et regardez tout autour de vous : toute cette grande assemblée du monde vient se rendre à vous. Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que tous ceux-ci seront comme un habillement dont vous serez revêtue, et que vous en serez parée, comme une épouse.

19. Vos déserts, vos solitudes et votre terre pleine de ruines sera trop étroite pour la foule de ceux qui s'y viendront établir; et ceux qui vous dévoraient seront chassés loin de vous.

20. Les enfants qui vous viendront après votre stérilité vous diront encore : Le lieu où je suis est trop étroit : donnez-moi une place pour y pouvoir demeurer.

21. Et vous direz en votre cœur : Qui m'a engendré ces enfants, moi qui étais stérile et qui n'enfantais point, moi qui avais été chassée de mon pays, et qui étais demeurée captive? Qui a nourri tous ces enfants? car pour moi j'étais seule et abandonnée; et d'où sont-ils venus?

22. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je n'en vais étendre ma main vers les nations, et j'élèverai mon étendard devant tous les peuples. Ils vous apporteront vos fils entre leurs bras, et ils vous amèneront vos filles sur leurs épaules.

23. Les rois seront vos nourriciers, et les reines vos nourrices. Ils vous adoreront, en baissant le visage contre terre, et ils baiseront la poussière de vos pieds. Et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur, et que tous ceux qui m'attendent ne seront point confondus.

16. Ecce in manibus meis descripsi te; muri tui coram oculis meis semper.

17. Venerunt structores tui : destruentes te et dissipantes, a te exibunt.

18. *a* Leva in circuitu oculos tuos, et vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi : vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento vestieris, et circumdabis tibi eos quasi sponsa [a *Infr.* 60. 4.]

19. Quia deserta tua, et solitudines tuæ, et terra ruinæ tuæ, nunc angusta erunt præ habitatoribus, et longe fugabuntur qui absorbebant te.

20. Adhuc dicent in auribus tuis filii sterilitatis tuæ : Angustus est mihi locus, fac spatium mihi ut habitem.

21. Et dices in corde tuo : Quis genuit mihi istos, ego sterilis, et non pariens, transmigrata, et captiva : et istos quis enutrivit? ego destituta et sola; et isti ubi erant?

22. Hæc dicit Dominus Deus : Ecce levabo ad gentes manum meam, et ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in ulnis, et filias tuas super humeros portabunt.

23. Et erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ; vultu in terram demisso adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum.

16. *In manibus meis descripsi te.* Il était d'usage de se faire graver sur la main l'image des personnes que l'on cherissait. C'est sans doute à cette coutume que le Prophète fait allusion.

22. *Filias tuas super humeros portabunt.* C'est encore de cette manière que les familles voyagent lorsqu'elles n'ont pas d'autre moyen de transport.

23. *Et erunt reges nutritii tui.* Ces paroles, d'après tous les Pères et tous les interprètes, se rapportent à la conversion des rois au christianisme. Elles ont donc eu leur accomplissement d'abord dans Constantin, et ensuite dans la personne de tous les rois barbares qui se sont ensuite convertis au christianisme, dont le premier fut Clovis, le roi des Francs. —

---

16. *In manibus meis descripsi te.* Pro, velut in manibus, ne possem oblivisci. Vel alludit ad annulos memoriales. Vel certe, quod verius videtur, loquitur de vulneribus et cicatricibus manuum, quæ memoriale sunt Christo eorum quæ et pro quibus passus est. — *Muri tui.* Semper memor sum sanctæ illius civitatis Jerusalem, præcipue tamen spiritualis, et vivorum filiorum Abraham, qui sunt fideles in Christum credentes.

17. *Venerunt structores tui.* In Hebr. est, *festinabunt filii tui*, qui scilicet te reædificent; alludit enim ad reædificationem Jerusalem post captivitatem Babylonis. Per hosce structores commode intelliguntur apostoli et viri apostolici. — *Destruentes te et dissipantes.* Alludit ad Sanaballat, qui Nehemiam a reædificatione Jerusalem impedire conatus est. Nehem., 4, 1. — *A te exibunt.* A te recedent, removebo eos, ne te impediant.

18. *Venerunt tibi.* Omnis hæc multitudo veniet ad te. — *Velut ornamento vestieris.* Multitudine et varietate fidelium quasi eleganti amictu ornatur Ecclesia de qua dicitur Psalm. 44, 10 : *Astitit regina a dexteris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.*

19. *Deserta tua.* Deserta et solitudines vocat regiones gentilium, quæ non fuerant cultæ doctrina veræ religionis. — *Terra ruinæ.* Sunt Hebræi apud quod verus Dei cultus obsoleverat, et quorum synagoga propter errores et vitia quasi fatiscens, prona erat in ruinam. — *Qui absorbebant te.* Qui te absorbere cogitabant et parabant, imo jam absorbere incipiebant, hoc est, hostes tui.

20. *Dicent in auribus.* Dicent tibi.— *Filii sterilitatis tuæ.* Filii tui, quæ te sterilem et quasi desolatam quereris. — *Angustus est mihi locus.* Præ multitudine eorum qui convertentur. Alludit ad reditum Judæorum ex Babylonica captivitate.

21. *Et istos quis enutrivit?* Unde hi prodierunt? quis hosce genuit in Christo, quis educavit, etc.?

22. *Levabo ad gentes manum meam.* Ut signo edito eas evocem. — *Signum meum.* Crucis vexillum. — *Afferent filios tuos in ulnis.* Tanquam boni pastores oviculas hinc inde collectas ad caulas Ecclesiæ deferent.

23. *Erunt reges nutritii tui.* Reges enim aluerunt Ecclesiam, et bonis ditarunt. Alludit ad Persarum reges, qui in Judæos qui reversi fuerant ex captivitate beneficos se exhibuerunt.— *Vultu in terram demisso.* Nam reges Ecclesiæ præsules et pontifices demisse venerantur. —

24. Numquid tolletur a forti præda? aut quod captum fuerit a robusto, salvum esse poterit?

25. Quia hæc dicit Dominus : Equidem et captivitas a forti tolletur : et quod ablatum fuerit a robusto, salvabitur. Eos vero qui judicaverunt te, ego judicabo, et filios tuos ego salvabo.

26. Et cibabo hostes tuos carnibus suis : et quasi musto, sanguine suo inebriabuntur : et sciet omnis caro, quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortis Jacob.

24. Peut-on ravir à un géant la proie *dont il est saisi*, et enlever à un homme fort ceux qu'il a rendus ses captifs?

25. Mais voici ce que dit le Seigneur : Les captifs du géant lui seront ravis, et ceux que le fort avait pris seront arrachés de ses mains, *car* je jugerai ceux qui vous avaient jugée, et je sauverai vos enfants.

26. Je ferai manger à vos ennemis leur propre chair. Je les enivrerai de leur propre sang comme d'un vin nouveau; et toute chair saura que c'est moi qui suis le Seigneur qui vous sauve, et que le puissant Dieu de Jacob est votre rédempteur.

CHAPITRE L.

Répudiation d'Israël. Le Messie est exposé à toutes sortes d'insultes. Ruine de ses ennemis.

1. Hæc dicit Dominus : Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam? aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, et in sceleribus vestris dimisi matrem vestram.

2. Quia veni; et non erat vir; vocavi, et non erat qui audiret : *a* numquid abbreviata et parvula facta est manus mea ut non possim redimere? aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertum faciam mare, ponam flumina in siccum : computrescent pisces sine aqua, et morientur in siti. [a *Infr.* 59. 1.]

3. Induam cœlos tenebris, et saccum ponam operimentum eorum.

1. Voici ce que dit le Seigneur : Quel est cet écrit de divorce, par lequel j'ai répudié votre mère? ou quel est ce créancier auquel je vous ai vendus? Je vous déclare que c'est à cause de vos péchés que vous avez été vendus, et que ce sont vos crimes qui m'ont fait répudier votre mère.

2. Car je suis venu *vers vous*, et il ne s'est point trouvé d'homme *qui m'ait voulu recevoir*. J'ai appelé et personne ne m'a entendu. Ma main s'est-elle raccourcie? est-elle devenue plus petite? N'ai-je plus le pouvoir de vous racheter, ni la force de vous délivrer. Au seul bruit de mes menaces je tarirai les eaux de la mer, je mettrai les fleuves à sec; les poissons n'ayant plus d'eau, pourriront et mourront de soif.

2. J'enveloperai les cieux de ténèbres, et je les couvrirai *comme* d'un sac.

Vultu in terram demisso. Lowth et Burdet font des observations sur les témoignages de respect, et sur les abaissements que les monarques de l'Orient exigeaient de ceux qui étaient admis en leur présence. Les expressions, dont se sert le Prophète, sont des images poétiques, prises dans les usages et les mœurs de ces contrées (Nolhac, *Etudes sur le texte d'Isaïe*, t. II).

25. *A forti tolletur.* Jesus-Christ emploie la même comparaison pour désigner ses victoires sur les démons (Matth., XII, 29).

CAP. L. — 1. *Quis est hic liber repudii.* Sur la répudiation de la Synagogue ou de la nation juive, voyez Jérémie (III, 8).

Pulverem pedum tuorum lingent. Est hyperbole significans summam demissionem. Sic Psal. 71, 9, dicitur : *Coram illo procident Æthiopes, et inimici ejus terram lingent.* — *Super quo non confundentur?* Cui fidentes, in eoque locantes spes suas, non confunduntur, quia illi bene cuncta cedunt.

25. *Numquid tolletur a forti?* Quis poterit hoc evincere ut captivi liberentur, et e manibus potentium qui eos habent in potestate, eripiantur? Respicit capitivitatem Babylonicam typum captivitatis generis humani sub dæmonis et peccati jugo. — *Aut quod captum.* Repetitio ejusdem sententiæ.

25. *Eos vero, qui judicaverunt te.* Qui vexarunt te in captivitate, et quasi damnatum addixerunt servilibus ministeriis, etc.

26. *Cibabo... carnibus suis.* Ut mutuo se conficiant, vel certe dolore furentes, carnes sua, manus et brachia dentibus lacerent.

CAP. L. — 1. *Hæc dicit Dominus.* Judæos sibi incredulos alloquens. — *Quis est hic liber repudii?* Immerito querimini repudiatam a me synagogam vestram, non potius ipsa me prius deseruit. — *Aut quis est creditor meus.* Ego non habeo creditores, quorum nummis egeam, ut propterea oporteat me vos iis in servos vendere. Alludit ad legem Exod. 21, 1 et 7, ubi parentibus permittitur ut in necessitate liberos vendant. — *In iniquitatibus vestris venditi estis.* Dæmoni et pœnæ peccati traditi estis propter iniquitates vestras propter quas matrem vestram synagogam dimisi.

2. *Veni.* In mundum, docens et prædicans. — *Et non erat vir.* Qui doctrinam meam secundis auribus exciperet. — *Numquid abbreviata.* Quod vos dereliquerim, et a calamitatibus non eruerim, non propterea accidit quod minor nunc sit potentia mea; sed quia scelera vestra sunt impedimento. — *Ecce.* Si voluero. — *In increpatione mea.* Increpationem vocat Dei jussum minacem et terribilem; sic Psal. 105, 9, habemus : *Increpuit mare Rubrum, et exsiccatum est.* — *Desertum faciam.* Aquis nimirum. Chaldæus habet, *siccabo.*

3. *Saccum.* Pro, velut saccum.

4. Le Seigneur m'a donné une langue savante, afin que je puisse soutenir par la parole celui qui est abattu. Il me prend, me touche l'oreille tous les matins, afin que je l'écoute comme un maître.

5. *Oui*, le Seigneur *mon* Dieu m'a ouvert l'oreille, et je ne l'ai point contredit : je ne me suis point retiré en arrière.

6. *Mais* j'ai abandonné mon corps à ceux qui me frappaient, et mes joues à ceux qui m'arrachaient le poil de la barbe : je n'ai point détourné mon visage de ceux qui me couvraient d'injures et de crachats.

7. *Je disais en moi-même :* Le Seigneur *mon* Dieu est mon protecteur. C'est pourquoi je n'ai point été confondu, *et* j'ai présenté mon visage *aux coups*, comme une pierre très-dure; car je sais que je ne rougirai point.

8. Celui qui me justifie est auprès de moi. Qui est *donc* celui qui se déclarera contre moi? Allons ensemble *devant le juge*. Qui est mon adversaire? qu'il s'approche.

9. Le Seigneur *mon* Dieu me soutient de son secours ; qui entreprendra de me condamner? Je les vois déjà pourrir tous, comme un vêtement *usé;* ils seront mangés des vers.

10. Qui d'entre vous craint Dieu? et qui entend la voix de son serviteur? Que celui qui marche dans les ténèbres, et qui n'a point de lumière, espère au nom du Seigneur, et qu'il s'appuie sur son Dieu.

11. Mais vous avez tous allumé un feu *qui vous brûle ;* vous êtes environnés de flammes. Marchez dans la lumière du feu que vous avez préparé et

4. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo : erigit mane, mane erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.

5. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico : retrorsum non abii.

6. *a* Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus : faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me. [a. *Matth.* 26. 27.]

7. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus : ideo posui faciem meam ut petram durissimam, et scio quoniam non confundar.

8. *a* Juxta est qui justificat me, quis contradicet mihi? stemus simul, quis est adversarius meus? accedat ad me. [a *Rom.* 8. 33.]

9. Ecce Dominus Deus auxiliator meus : quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

10. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? qui ambulavit in tenebris, et non est lumen ei, speret in nomine Domini, et innitatur super Deum suum.

11. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, et in flammis quas

6. *Corpus meum dedi.* Jésus-Christ lui-même rappelle le témoignage du Prophète, en annonçant cette circonstance de sa passion (Luc, XVIII, 31, 32), dont saint Matthieu nous montre l'accomplissement (Matth., XXVI, 67).

9. *Ecce omnes.* Ceci s'applique aux ennemis de Jésus, qu'il voit anéantis et couverts de confusion. Et il exhorte, au verset suivant, ceux qui écoutent sa voix, à mettre leur confiance dans le Seigneur qui les sauvera.

---

4. *Linguam eruditam. Eruditorum*, ut est in Hebr. Sane ita fuit; nam ipsimet Judæi de Christo dicebat : *Nunquam sic locutus est homo;* et apostoli : *Domine, quo ibimus? verba vitæ æternæ habes.* * LXX habent, γλῶσσαν παιδείας, *linguam doctrinæ*, linguam aliis instituendis idoneam. — *Ut sciam sustentare.* Ut peccatores miseros et languidos sub peccati et dæmonis jugo fessos, anhelantes et gementes, in spem erigam, consoler, sustentem et recreem, et sanem omnes oppressos a diabolo. — *Erigit mane.* Docet unde habeat linguam eruditam, scilicet ex eo quod a Deo tanquam magistro excitetur et erudiatur; hoc enim significat erigere aurem. Sic poetæ dictum est : *Cynthius aurem vellit.* — *Mane, mane.* Singulis diebus, sive quotidie, summo mane.

5. *Retrorsum non abii.* Alludit ad Mosen, qui Deo vocanti contradixit, Exod., 4, 13. * Nullis laboribus aut difficultatibus cessi.

6. *Corpus meum.* Sic factum legimus Matth. 26, 67 : *Tunc expuerunt in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dederunt, etc.*

7. *Dominus Deus auxiliator meus.* Adfuit mihi Deus animum et robur sufficiens, ut omnia patienter et moderate ferrem. -- *Non sum confusus.* Non puduit me illatæ ignominiæ, sciens honorificum esse hæc pati Dei voluntate, et pro salute hominum. -- *Ut petram durissimam.* Immotus, invictus et inconcussus ad verbera, contumelias et ignominiam crucis. -- *Non confundar.* Imo ex ignominia passionis summæ gloriæ decus consequar.

8. *Juxta est qui justificat me.* Licet obloquantur homines, aut etiam propter mortem ignominia plenam scandalizentur; tamen iniquo illorum judicio Dei judicium oppono, qui meam causam justificat, et me innocentem toti mundo ostendit, suscitans me a mortuis, et gloriose in cœlum subvehens. -- *Quis est adversarius meus?* Accedat, et videat quam non bonam causam defendat.

9. *Ecce omnes.* Hunc locum explicat alter, qui habetur proxime sequenti cap. n. 7, 8 : *Nolite*, inquit, *timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis : et sicut lanam, sic devorabit eos tinea.*

10. *Timens Dominum.* Justus et divinæ legis tenax. — *Servi sui.* Christi Domini. — *In tenebris.* Tribulationum et persecutionum. — *Speret in nomine Domini.* Quem sequitur crucem ferendo.

11. *Accendentes ignem.* Flammis injecti, et facti pabulum ignis persecutionum et afflictionum. — *Ambulate in lumine ignis.* Adeo vobis non nocebit persecutio, ut potius vos illustratura sit, et lumen præbitura, ita ut in vestro lumine ambulare possitis; sic tres pueri in fornace Babylonica ambulabant in medio ignis, Daniel., 3, 93. — *In doloribus dormietis.* In

succendistis : de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

des flammes que vous avez allumées. C'est ma main qui vous a traités ainsi; vous serez frappés d'assoupissement au milieu de vos douleurs.

CHAPITRE LI.

Le Prophète console Jérusalem. Israël sera rétabli et ses ennemis ruinés.

1. Audite me qui sequimini quod justum est, et quæritis Dominum : attendite ad petram unde excisi estis, et ad cavernam laci, de qua præcisi estis.

2. Attendite ad Abraham patrem vestrum, et ad Saram quæ peperit vos : quia unum vocavi eum, et benedixi ei, et multiplicavi eum.

3. Consolabitur ergo Dominus Sion, et consolabitur omnes ruinas ejus : et ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini. Gaudium et lætitia invenietur in ea, gratiarum actio et vox laudis.

4. Attendite ad me, popule meus, et tribus mea me audite : quia lex a me exiet, et judicium meum in lucem populorum requiescet.

5. Prope est justus meus, egressus est salvator meus, et brachia mea populos judicabunt : me insulæ expectabunt, et brachium meum sustinebunt.

1. Mais *pour vous*, qui suivez la justice, et qui cherchez le Seigneur, écoutez-moi. Rappelez dans votre esprit cette roche d'où vous avez été taillés, et cette carrière profonde d'où vous avez été tirés.

2. Jetez les yeux sur Abraham, votre père, et sur Sara qui vous a enfantés; *et considérez* que, l'ayant appelé lorsqu'il était seul *et sans enfants*, je l'ai béni, et je l'ai multiplié.

3. C'est ainsi que le Seigneur consolera Sion, et le consolera de toutes ses ruines; il changera ses déserts en un lieu de délices, et sa solitude en un jardin du Seigneur. On y verra la joie et l'allégresse; on y entendra les actions de grâces et les cantiques de louanges.

4. Ecoutez-moi, *dis-je*, vous qui êtes mon peuple; nation que j'ai choisie, entendez ma voix : car la loi *du salut* sortira de moi, et ma justice éclairera les peuples et se reposera parmi eux.

5. Le juste que je dois envoyer est proche. Le Sauveur que j'ai promis va paraître ; et mon bras fera justice aux nations. *Jusque-là* les îles seront dans l'attente de mon secours; elles attendront les effets de ma force.

Cap. LI. — 1. *Qui sequimini quod justum est.* Isaïe s'adresse aux Israélites qui étaient restés fidèles à Dieu pendant la captivité de Babylone. Ces Israélites représentaient leurs descendants, qui devaient être dociles à la voie de Jésus-Christ et suivre la lumière de l'Evangile.

3. *Gratiarum actio et vox laudis.* Littéralement, ces paroles eurent leur accomplissement, lorsque Cyrus rendit, en faveur des Juifs, l'édit de délivrance, et qu'il fut permis aux restes d'Israël de retourner dans leur ancienne patrie.

5. *Et brachia mea populos judicabunt.* Jésus-Christ est le vrai libérateur, dont Cyrus n'était que la figure. Il est aussi appelé le *bras du Seigneur*, au chap. LIII, 1. Les Gentils l'attendaient, parce qu'ils avaient besoin de son secours, comme une terre aride a besoin de la pluie qui la féconde.

---

doloribus, in cratibus ferreis igne succensis, quasi in mollis strato suaviter cubabitis. Alii totum hunc versiculum de impiis explicant, qui futuri sunt fomentum ignis, et ambulaturi in lumine ignis, id est, versaturi se in flammis. In Hebræo est, *in dolore moriemini*, ut vertunt Pagninus et Vatablus.

Cap. LI. — 1. *Audite me.* Alloquitur Judæos Christo credentes, de quibus egit c. 49, et cap. præcedenti, n. 10. — *Qui sequimini quod justum est.* Qui timetis Deum, ut dixerat n. 10 capitis præcedentis, et colitis justitiam. — *Ad petram unde excisi estis.* Ad Abraham, ex cujus semine formati estis : ducta est similitudo a statuis, quæ ex rupe aliqua excisæ formantur a sculptoribus in figuram hominis. — *Et ad cavernam laci, de qua præcisi estis.* Est repetitio ejusdem sententiæ. Cavernam laci vocat cavitatem illam et aream quæ in latomiis relinquitur post excisos et exportatos lapides.

2. *Attendit ad Abraham.* Planius explicat quid metaphora petræ et cavernæ lacis significaverit. — *Quia unum vocavi eum.* Cum solus esset et sine prole.

3. *Consolabitur ergo Dominus Sion.* Numerosam illi prolem spiritualem tribuendo. — *Consolabitur omnes ruinas ejus.* Quæ diruta sunt instaurando. — *Quasi delicias.* Quasi *Eden*, ut est in Hebræo. LXX habent, *sicut paradisum*, sensu eodem; nam terrestris paradisus erat in regione Eden, Genes., 2, 8. — *Quasi hortum Domini.* Paradisum terrestrem; est enim repetitio. — *In ea.* In gentium solitudine ad Christum conversa.

4. *Tribus mea.* Gens mea. — *Lex a me exiet.* Lex evangelica; hoc est quod dixit c. 2, n. 3 : *De Sion exibit lex, et verbum Domini de Jerusalem.* — *Judicium.* Idem est quod lex; nam juxta legem judicandum. — *In lucem populorum requiescet.* Non obiter transibit, sed requiescet in gentibus, quasi in sede et loco suo, firmiter et longo tempore.

5. *Justus meus.* Christus Salvator. — *Egressus est.* Brevi egredietur. — *Salvator meus.* Per quem orbem salvabo : sunt verba Dei Patris. — *Brachia mea populos judicabunt.* Per brachia intelligit vires et potentiam quam Deus per Christum et per Christi crucem exercuit, dum per prædicationem apostolorum ei omnes gentes subjecit. Crux enim fuit Dei virtus, ut ait apostolus. Alludit ad Christi brachia in cruce extensa. — *Judicabunt.* Gubernabunt, dominabuntur. — *Insulæ.* Insularum habitatores, gentes remotæ. — *Expectabunt.* Magno desiderio ut excipiant legem Christi. — *Et brachium meum sustinebunt.* Est præcedentis sententiæ repetitio, nam *sustinebunt* idem est quod *expectabunt.* Brachium vero significat efficacitatem divinæ potentiæ, eruentis a dæmonis et peccati captivitate eos qui in Christum credunt.

6. Elevez vos yeux au ciel, et rabaissez-les vers la terre, car le ciel disparaîtra comme la fumée, et la terre s'en ira en poudre comme un vêtement *usé*, et ceux qui l'habitent périront avec elle; mais le salut que je donnerai sera éternel, et ma justice subsistera pour jamais.

7. Ecoutez-moi *donc*, vous qui connaissez *ce qui est* juste, vous, mon peuple, qui avez ma loi gravée dans vos cœurs : ne craignez point l'opprobre des hommes : n'appréhendez point leurs blasphèmes :

8. Car ils seront mangés des vers comme un vêtement; ils seront consumés par la pourriture, comme la laine. Mais le salut que je donnerai sera éternel, et ma justice subsistera dans la suite de tous les siècles.

9. Elevez-vous, ô bras du Seigneur! élevez-vous : armez-vous de force *en faveur de votre peuple;* élevez-vous *contre vos ennemis*, comme vous avez fait aux siècles passés, et dès le commencement du monde. N'est-ce pas vous qui avez frappé le superbe, qui avez blessé le dragon?

10. N'est-ce pas vous qui avez séché la mer et la profondeur de l'abîme, qui avez fait un chemin au fond de ses eaux, pour y faire passer ceux dont vous étiez le libérateur?

11. C'est ainsi que ceux qui auront été rachetés par le Seigneur retourneront *à lui*; ils viendront à Sion, chantant ses louanges; ils seront comblés et couronnés d'une éternelle allégresse; ils seront dans la joie et dans le ravissement; les douleurs et les soupirs fuiront *pour jamais.*

12. C'est moi, c'est moi-même, *dit le Seigneur,* qui vous consolerai. Qui êtes-vous *donc*, pour avoir peur d'un homme mortel, d'un homme qui séchera comme l'herbe?

13. Quoi! vous avez oublié le Seigneur qui

6. Levate in cœlum oculos vestros, et videte sub terra deorsum : quia cœli sicut fumus liquescent, et terra sicut vestimentum atteretur, et habitatores ejus sicut hæc interibunt : *a* Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. [a *Psal.* 36. 39.]

7. Audite me qui scitis justum, populus meus *a* lex mea in corde eorum : nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. [a *Psalm.* 36. 31.]

8. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis : et sicut lanam, sic devorabit eos tinea : Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationes generationum.

9. Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium Domini : consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus sæculorum. Numquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?

10. *a* Numquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis : qui posuisti profundum maris viam, ut transirent liberati? [a *Exod.* 14. 21.]

11. Et nunc qui redempti sunt a Domino, revertentur, et venient in Sion laudantes, et lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium et lætitiam tenebunt, fugiet dolor et gemitus.

12. Ego, ego ipse consolabor vos; quis tu ut timeres ab homine mortali, et a filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?

13. Et oblitus es Domini factoris tui,

9. *Percussisti superbum.* Le terme Hébreu, traduit ici par *superbum*, s'entend de l'Egypte (Ps. LXXXVI, 4), ainsi nommée à cause de son orgueil. Son prince est désigné sous le nom de dragon dans Ezéchiel (XXIX, 3).

---

6. *Videte sub terra deorsum.* In Hebræo, *videte terram deorsum*, quasi dicat : Quæcumque videtis deficient, non autem salus quam vobis dare paro. — *Sicut fumus liquescent.* Salus et justitia quam per Christum me daturum promisi, firmior erit et diuturnior cœlo et terra, etc. : similis est locutio illa Christi, Luc., 21, 33 : *Cœlum et terra transibunt : verba autem mea non transibunt.*

7. *Audite me.* Loquitur Christus ad suos primos fideles et apostolos. — *Qui scitis justum.* Qui justitiam colitis. — *Lex mea in corde eorum.* In quorum corde est lex et doctrina mea. — *Opprobrium hominum.* Scribarum, pharisæorum, tyrannorum, aliorumque infidelium, qui vobis maledicunt, et doctrinam vestram damnant, et vos persequuntur. — *Blasphemias eorum.* Maledicta, convicia, irrisiones, contumelias, etc.

8. *Sicut enim vestimentum.* Mortales omnes morti debentur, et cito interibunt, et gloria eorum peribit, ideoque eorum judicia et voces contemnendæ sunt. Vide superiori c. n. 9. Similitudo vermis et tineæ ex ipsa lana aut vestimento nascentis, indicat homines in se ipsis suæ mortalitatis causas habere.

9. *Consurge.* Excitare quasi a somno quietis, lenitatis et patientiæ : sunt verba Isaiæ, vel populi expectantis et anhelantis ad Christi adventum. — *Induere fortitudinem*, etc. O brachium Domini! indue te fortitudine, para ad prælium, etc.; sic Psal. 92, n. 1 : *Indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se.* — *In generationibus sæculorum.* Sic appellat antiqua tempora, inter quæ et præsens multa fluxerunt sæcula. — *Draconem.* Pharaonem intelligit, ut patet ex sequentibus.

10. *Siccasti mare.* Mare Rubrum, Exod., 14, 21. — *Abyssi.* Maris Rubri, quod abyssum appellat ob profunditatem. — *Vehementis.* Ob æstus et fluctuum vehementiam.

11. *Et nunc.* Quemadmodum liberasti Hebræos, submerso Pharaone, et usque in terram promissam deduxisti; ita per Christum e tyrannide et captivitate diaboli redimes veros Israelitas, et in Sion, hoc est, in Ecclesiam induces gaudentes et lætantes. — *Lætitia sempiterna super capita eorum.* Quod dicitur *super capita eorum*, vel idem est quod super eos, vel alluditur ad coronas quibus olim utebantur antiqui in nuptiarum aut victoriæ lætitia, et aliis hujusmodi.

12. *Quis tu ut timeres.* Indignum est te timere. — *Ab homine mortali.* Quales sunt tyranni, persecutores, detractores, irrisores.

13. *Et oblitus est.* Ideo times, quia Dei oblitus es, et ejus magnitudinis et potentiæ. — *Ubi nunc est furor tribulantis.* Ut furor Pharaonis absorptus est a mari, ita furor persequentium te absorbebitur et evanescet.

qui tetendit cœlos, et fundavit terram; et formidasti jugiter tota die a facie furoris ejus qui te tribulabat, et paraverat ad perdendum; ubi nunc est furor tribulantis?

14. Cito veniet gradiens ad aperiendum, et non interficiet usque ad internecionem, nec deficiet panis ejus.

15. Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, et intumescunt fluctus ejus; Dominus exercituum nomen meum.

16. *a* Posui verba mea in ore tuo, et in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cœlos, et fundes terram, et dicas ad Sion : Populus meus es tu. [a *Supr.* 49. 2.]

17. Elevare, elevare, consurge Jerusalem quæ bibisti de manu Domini calicem iræ ejus; usque ad fundum calicis soporis bibisti; et potasti usque ad fæces.

18. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit; et non est qui apprehendat manum ejus ex omnibus filiis quos enutrivit.

19. *a* Duo sunt qui occurrerunt tibi; quis contristabitur super te; vastitas, et contritio, et fames, et gladius; quis consolabitur te [a *Supr.* 47. 9.]?

20. Filii tui projecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus; plenî indignatione Domini, increpatione Dei tui.

vous a créés, qui a étendu les cieux et fondé la terre! et vous avez tremblé sans cesse devant la fureur d'un ennemi qui vous affligeait, et qui se disposait à vous perdre! Où est maintenant la furie de votre persécuteur?

14. *Mais pour* celui qui vient ouvrir *les prisons où vous êtes renfermés, il* arrivera bientôt : il ne laissera point mourir ses serviteurs jusqu'à les exterminer entièrement, et le pain qu'il donne ne manquera jamais.

15. *Ne craignez donc point,* car c'est moi qui suis le Seigneur votre Dieu, *moi* qui trouble la mer, et qui fais soulever ses flots; mon nom est le Seigneur des armées.

16. J'ai mis mes paroles dans votre bouche, et je vous ai mis à couvert sous l'ombre de ma main, afin que vous établissiez les cieux, que vous fondiez la terre, et que vous disiez à Sion : Vous êtes mon peuple.

17. Réveillez-vous, réveillez-vous; levez-vous, Jérusalem, qui avez bu de la main du Seigneur le calice de sa colère; qui avez bu ce calice d'assoupissement jusqu'au fond, et qui en avez pris jusqu'à la lie.

18. De tous les enfants qu'elle a engendrés, il ne s'en trouve aucun qui la soutienne, et nul de ceux qu'elle a nourris ne lui prend la main *pour la secourir.*

19. *Jérusalem,* deux *grands maux* sont venus fondre sur vous : qui compatira à votre douleur? le ravage et la désolation, la faim et l'épée. Qui vous consolera?

20. Vos enfants *pressés de la faim* sont tombés par terre, ils sont demeurés abattus le long des rues, comme un bœuf sauvage pris dans les rets *des chasseurs;* ils ont été rassasiés de l'indignation du Seigneur, et de la vengeance de votre Dieu.

14. *Cito veniet gradiens.* Ce libérateur qui doit ouvrir les prisons et rendre la liberté à Israël, est Cyrus, dans le sens littéral. Mais Cyrus étant la figure de Jésus-Christ, on peut appliquer ceci au Christ, comme le fait Ménochius.

17. *Calicem iræ ejus.* Jérémie emploie souvent cette figure. Il parle du vin de la fureur du Très-Haut, et ce vin est présenté aux nations prévaricatrices (Cf. Jerem., XXV, 15 et seq., XXXV, 5, LI, 7).

---

14. *Cito veniet.* Christus. — *Ad aperiendum.* Ostium salutis. — *Non interficiet usque ad internecionem.* Non permittet nos funditus perire. — *Nec deficiet panis.* Curabit ut annona corporalis et spiritualis non deficiat.

15. *Qui conturbo mare.* Qui omnipotens sum, et cum lubet elementis impero, et mare concito, etc.

16. *Posui verba mea in ore tuo.* Sunt verba Dei patris ad Christum filium. — *In umbra.* Vide sup. c. 49, n. 2. — *Ut plantes cœlos, et fundes terram.* Ut crees et fundes novum orbem spiritualem, scilicet Ecclesiam. — *Et dicas.* Tu, ô Christe! — *Ad Sion.* Ad Ecclesiam. — *Populus meus es tu.* Omnes enim fideles sunt populus Christi; quare etiam christiani appellati sunt.

17. *Consurge Jerusalem.* Alloquitur cives Jerusalem captivos in Babylone, eisque reditum et libertatem promittit; simul tamen respicit spiritualem libertatem a jugo dæmonis et peccati per Christum partam. — *Calicem iræ.* Mensuram pœnæ, vel vindictæ a Deo irato propinatæ urbi Jerusalem, ob ejus peccata. — *Usque ad fundum calicis soporis.* Soporem et stuporem lethiferum inducentis. — *Potasti usque ad fæces.* Totum exhauriens dolium. Significatur ingens et extrema vindicta, clades et calamitas Jerusalem, quæ fuit tum in captivitate Babylonica, tum magis in Romana.

18. *Non est qui sustentet.* Solent enim filii in parentes suos pii eos sustentare cum surgunt, aut ambulant, aut cum propter ebrietatem mente cuncta vacillant.

19. *Duo sunt quæ occurrerunt tibi.* Quomodo duo, cum quatuor enumerentur, vastitas, contritio, fames, gladius? Sunt duo, quia alterum fuit urbis flagellum, vastitas scilicet et contritio; alterum civium, scilicet fames et gladius. Vel hæc duo sunt fames et cædes, sed utrumque bis nominat; idem enim sunt vastitas et fames, idem contritio et gladius. — *Quis contristabitur super te?* Tanta est afflictio tua, ut et tu, et videntes te stupeant, et præ stupore nec illi te possint consolari, nec tu ab eis consolationem accipere.

20. *Projecti sunt.* Strati jacent in plateis et compitis, aut gladiis confossi, aut præ fame agentes animam. — *Sicut oryx.* Oryx est animal capræ simile. Vide Arist., lib. 2, de *Hist. anim.* c. 1; et lib. 3, de *Part. animal.*, c. 2. Sententia est : Jerusalem et ejus cives sunt sicut oryx laqueo constrictus, quem canes lacerant, venatoresque venabulis confodiunt. — *Plenî indignatione Domini.* Suppliciis et cruciatibus ex Dei indignatione provenientibus. — *Increpatione.* Castigatione.

21. Ecoutez donc maintenant, pauvre *Jérusalem*, enivrée *de maux* et non pas de vin.
22. Voici ce que dit votre Dominateur, votre Seigneur et votre Dieu, qui combattra pour son peuple : Je vais vous ôter de la main cette coupe d'assoupissement, cette coupe où vous avez bu de mon indignation jusqu'à la lie; vous n'en boirez plus à l'avenir.
23. Mais je la mettrai dans la main de ceux qui vous ont humiliée, qui ont dit à votre âme : Prosternez-vous, afin que nous passions *sur vous;* et vous avez rendu votre corps comme une terre, et comme le chemin des passants.

21. Idcirco audi hoc, paupercula, et ebria non a vino.
22. Hæc dicit dominator tuus Dominus, et Deus tuus qui pugnabit pro populo suo : Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adjicies ut bibas illum ultra.
23. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliaverunt, et dixerunt animæ tuæ : Incurvare, ut transeamus; et posuisti ut terram corpus tuum, et quasi viam transeuntibus.

CHAPITRE LII.

Délivrance de Jérusalem. Règne du Messie. Ses humiliations et sa gloire.

1. Mais levez-vous, ô Sion; levez-vous, revêtez-vous de votre force, parez-vous des vêtements de votre gloire, Jérusalem, ville du *Dieu* saint, parce qu'à l'avenir il n'y aura plus d'incirconcis ni d'impur qui passe au travers de vous.
2. Sortez de la poussière, levez-vous, asseyez-vous *sur le trône,* ô Jérusalem : rompez les chaînes de votre cou, fille de Sion, captive *depuis si longtemps.*
3. Car voici ce que dit le Seigneur : Vous avez été vendus pour rien, et vous serez rachetés sans *aucun* argent.
4. Car voici ce que dit le Seigneur *votre* Dieu : Mon peuple descendit autrefois en Egypte pour habiter dans ce pays étranger; *et aujourd'hui* Assur l'a opprimé sans aucun sujet.
5. Qu'ai-je donc à faire maintenant, dit le Seigneur, voyant mon peuple enlevé sans aucune

1. Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ, Jerusalem, civitas sancti; quia non adjiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus.
2. Excutere de pulvere, consurge; sede, Jerusalem; solve vincula colli tui, captiva filia Sion.
3. Quia hæc dicit Dominus : Gratis venumdati estis, et sine argento redimemini.
4. Quia hæc dicit Dominus Deus : *a* In Ægyptum descendit populus meus in principio, ut colonus esset ibi; et Assur absque ulla causa calumniatus est eum [a *Gens.* 46. 6.]
5. Et numquid mihi est hic, dicit Dominus, quoniam ablatus est populus

Cap. LII. — 1. *Consurge.* Jésus-Christ, Sauveur de tous les peuples, est peint dans ce chapitre et les trois suivants, dit Nolhac, avec des traits sous lesquels on ne peut le méconnaître; et c'est principalement cette partie des prophéties que l'on a dû appeler *Evangile selon Isaïe.*

4. *In Ægyptum descendit.* Israël avait été esclave en Egypte comme il fut captif à Babylone. Le Seigneur le délivra miraculeusement de la servitude d'Egypte, comme de la captivité de Chaldee et d'Assyrie. L'analogie de ces deux faits amène ce rapprochement dans l'esprit du Prophète. De même, la delivrance des Juifs était l'image de la délivrance véritable opérée par le Christ; en peignant l'une, Isaïe entrevoit l'autre. De là ces traits qui ne conviennent qu'à l'Eglise du Christ Le Prophète ayant devant lui tout à la fois le passé, le présent et l'avenir, les confond d'une certaine façon dans ses tableaux. C'est à nous à restituer à chaque époque ce qui lui appartient.

---

21. *Ebria non a vino.* Sed calice furoris Domini, de quo n. 17.
22. *Tuli.* Abstuli. — *Fundum.* Fæces, de quibus n. 17.
23. *Animæ tuæ.* Tibi. — *Incurvare.* Solent enim victi a victoribus calcari : ad hunc morem allusit Psaltes, Psal. 109, 1 : *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Vide dicta Josue, c. 10, n. 24.

Cap. LII. — 1. *Consurge.* O Jerusalem, quæ jaces in sordibus mœsta et lugens. — *Induere fortitudine tua.* Animos resume, alacris esto. — *Vestimentis gloriæ.* Vestibus hilaritatis et lætitiæ. — *Civitas Sancti.* Scilicet Dei, cujus cultui Jerusalem dicata erat, et in qua templum erat positum. Potiori jure, Ecclesia est civitas Sancti, cui non solum adest Christus spiritualiter per gratiam, sed etiam corporaliter in eucharistia, in qua sunt sancta sacramenta, sancta doctrina, etc. — *Non adjiciet ultra.* Non jam amplius dominis servies Babylonis, neque ultra incircumcisus et immundus sic Judæorum fines invadet, ut tui, sicut antea, dominetur.

2. *De pulvere.* In quo captiva et vincta jacuisti.
3. *Gratis venumdati estis.* Sicut libertatem vestram alienus nullo persoluto pretio eripuit, sic nullo persoluto lytro libertati restituemini.
4. *In Ægyptum descendit.* Cum Jacob patriarcha. Genes. 46. — *Assur.* Ita appellatur Pharao ob potentiam et crudelitatem. Sic etiam appellatur Ezech. 31, 3. — *Calumniatus.* Per vim et calumniam afflixit et oppressit.
5. *Et numquid mihi est hic, dicit Dominus.* Nunc autem quid mihi hic? quidnam hic habeo, ut non idem faciam quod tunc feci? quid me moratur? cur populum meum sine causa,

ST. SEMINARY

meus gratis? Dominatores ejus inique agunt, dicit Dominus, et jugiter tota die nomen meum blasphematur.

6. *a* Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa; quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. [a *Ezech.* 36. 20. *Rom.* 2. 24.]

7. *a* Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et prædicantis pacem : annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion : Regnabit Deus tuus! [a *Nah.* 1. 15. *Rom.* 10. 15.]

8. Vox speculatorum tuorum : levaverunt vocem, simul laudabunt : quia oculo ad oculum videbunt cum converterit Dominus Sion.

9. Gaudete, et laudate simul deserta Jerusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Jerusalem.

10. Paravit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium : *a* et videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. [a *Psal.* 97. 3. *II.Cor.* 6. 17.]

11. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere : exite de medio ejus, mundamini qui fertis vasa Domini.

12. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis : præcedet enim vos Dominus, et congregabit vos Deus Israel.

raison? Ceux qui le dominent le traitent injustement : et mon nom est blasphémé sans cesse pendant tout le jour.

6. C'est pourquoi il viendra un jour auquel mon peuple connaîtra *la grandeur de* mon nom; *un jour auquel je dirai :* Moi qui parlais autrefois *par mes prophètes*, me voici présent.

7. *O Dieu!* que les pieds de celui qui annonce et qui prêche la paix sur les montagnes sont beaux! *les pieds* de celui qui annonce la bonne nouvelle, qui prêche le salut, qui dit à Sion : Votre Dieu va régner!

8. Alors vos sentinelles se feront entendre; ils élèveront leur voix; ils chanteront ensemble des cantiques de louanges, parce qu'ils verront de leurs yeux, que le Seigneur aura converti Sion.

9. Réjouissez-vous, déserts de Jérusalem, louez tous ensemble le Seigneur, parce qu'il a consolé son peuple, et qu'il a racheté Jérusalem.

10. Le Seigneur a fait voir son bras saint aux yeux de toutes les nations, et toutes les régions de la terre verront le Sauveur que notre Dieu nous doit envoyer.

11. Retirez-vous, retirez-vous, sortez de Babylone, ne touchez rien d'impur, sortez du milieu d'elle, purifiez-vous, vous qui portez les vases du Seigneur.

12. Vous n'en sortirez point, en tumulte et par une fuite précipitée, parce que le Seigneur marchera devant vous et que le Dieu d'Israël vous rassemblera.

7. *Quam pulchri super montes.* Saint Paul fait l'application de ces paroles à la mission des apôtres (Rom., X, 15). — *Regnabit Deus tuus.* Le Prophète Nahum s'exprime ainsi : Voilà qu'ils paraissent sur les montagnes les pieds de celui qui vient évangéliser la paix (annoncer la bonne nouvelle de la paix)? L'usage était chez les Juifs de placer des observateurs sur les montagnes, soit en temps de guerre pour découvrir la marche des ennemis, soit quand il s'agissait de déterminer les nouvelles lunes (Berthier). Les lévites étaient aussi en observation jour et nuit dans le temple et sur les hauteurs du temple. Mais ces sentinelles dont parle ici le Prophète n'ont pas pour but de surveiller l'approche de l'ennemi, ou d'observer le mouvement de la lune; elles annoncent la paix, le bonheur, le salut, et elles s'écrient : Sion, voici ton Roi, ton Dieu! Aussi le Prophète, qui entend d'avance ces cris d'allégresse, ne peut contenir ces propres transports, et il dit : Qu'ils soient bénis les pas du héraut, qui, de la cime des montagnes, nous annonce non plus la guerre, non plus une simple solennité, mais la paix, le bonheur, le salut, la venue de celui-là même qui est l'auteur de tous ces biens (Nolhac).

---

quod ad Babylonios, attinet, in captivitatem abductum non libero? * Pertuli illa, sed an et hoc feram, ut illi in populum meum dominentur, qui mihi maledicunt? — *Dominatores ejus.* Babylonii, dæmones et vitia. — *Nomen meum blasphematur.* Ab infidelibus existimantibus et dicentibus me non posse, a Judæis autem non velle liberare populum meum.

6. *Sciet... nomen meum.* Nam assumam humanam carnem, et Jesus appellabor; hoc nomine me invocabunt, ut cum dicent : *Jesu Christe, salva nos.* Potest etiam nomen Dei ejus virtutem et potentiam significare. — * *Qui loquebar.* Per prophetas.

7. *Quam pulchri.* Quam grati. — *Super montes.* Alludit ad Sion quæ in monte erat sita.— *Annuntiantis bonum.* Pacem et salutem Judæis partam post captivitatem. Potissimum tamen intelligit Evangelii annuntiationem per apostolos; sic enim hunc locum accipit divus Paulus ad Roman. 10, 15. — *Regnabit Deus tuus.* Christus in Ecclesia.

8. *Vox speculatorum tuorum.* Scilicet audietur, qui læti de Sionis felicitate, attollent voces gratulationis et lætitiæ plenas, et Christum evangelizabunt. Itaque speculatores sunt apostoli præcones Evangelii. — *Quia oculo ad oculum videbunt.* Christum ipsum suis videbunt oculis. — *Cum converterit Dominus Sion.* Cum Dominus Sionem captivam liberam faciet.

9. *Deserta Jerusalem.* Loca deserta, desolata et diruta Jerusalem.

10. *Brachium sanctum suum.* Christum per quem potenter salutem dabit fidelibus suis; sic B. Virgo cecinit : *Fecit potentiam in brachio suo, etc.* Luc, 1, 51.

11. *Recedite, recedite.* Exite de Babylone, ô levitæ, et mundi estote, ut vasa Domini ferre possitis. Potior tamen sensus apostolos respicit; quasi dicat : Exite de infideli, blasphema et polluta Jerusalem. — *Pollutum nolite tangere.* Curate ut sancta sancte tractetis. — *Qui fertis vasa Domini.* Qui sacram Scripturam et sacramenta tractatis et ministratis.

12. *Quoniam non in tumultu exibitis.* Ut cum patres vestri, urgentibus Ægyptis, festinanter et tumultuarie exierunt : sed ut victores quiete, alacriter et impavide. Alloquitur apostolos et alludit ad modum quo ex Babylone exierunt post captivitatem. — *Congregabit vos.* Vobis aderit Deus, vos proteget et diriget.

13. *D'ailleurs* voici *ce que dit le Seigneur :* Mon serviteur sera rempli d'intelligence ; il sera grand et élevé, il montera au plus haut comble de gloire.

14. *Car,* comme vous avez été l'étonnement de plusieurs *par votre désolation*, il paraîtra aussi sans gloire devant les hommes, et dans une forme méprisable aux yeux des enfants des hommes.

15. Il arrosera *aussi* beaucoup de nations ; *il les purifiera de leurs péchés :* les rois *les plus puissants* se tiendront devant lui dans le silence, parce que ceux auxquels il n'avait point été annoncé *par les prophètes* le verront ; et ceux qui n'avaient point entendu parler de lui le contempleront.

13. Ecce intelliget servus meus, exaltabitur, et elevabitur, et sublimis erit valde.

14. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus ejus, et forma ejus inter filios hominum.

15. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum : *a* quia quibus non est narratum de eo, viderunt, et qui non audierunt, contemplati sunt. [a *Rom.* 15. 21.]

CHAPITRE LIII.

Naissance obscure du Messie. Ses humiliations, ses souffrances et sa mort. Fruits glorieux de sa passion.

1. Mais qui a cru à notre parole? et à qui le bras du Seigneur a-t-il été révélé?

2. *A un très-petit nombre*, parce qu'il s'élèvera

1. Quis *a* credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est? [a *Joan.* 12. 38. *Rom.* 10. 16.]

2. Et ascendet sicut virgultum coram

13. *Ecce intelliget servus meus.* Ici le Prophète quitte absolument le sens figuré. Cyrus, ni la délivrance de Babylone ne sont plus l'objet qui l'occupe. Depuis ce verset jusqu'à la fin du chapitre suivant, il ne parle plus que du Messie même, de Jésus-Christ à qui seul se rapportent les termes de la prophétie, sans qu'on puisse en faire l'application à aucun autre. C'est ce que reconnaissent les Pères et les commentateurs. Et d'ailleurs, non-seulement les disciples, les apôtres et les evangelistes montrent en Jésus-Christ l'accomplissement de cette prophétie (Matth., VIII, 17 ; Marc., XV, 21 ; Joan., XII, 38 ; Act., VIII, 32 ; Rom., X, 16, XV, 21 ; I. Cor., XV, 3 ; I. Pet., II, 22 ; I. Joan., III, 5) ; mais Jesus-Christ lui-même nous avertit qu'il en est l'objet (Luc., XXII, 37).

14. *Sic inglorius erit.* Le Christ sera glorifié ; tous les rois se prosterneront devant lui ; mais pour arriver à la gloire, il passera par les humiliations les plus profondes. Son visage sera défiguré par les opprobres dont ses ennemis le couvriront, il arrosera les nations par l'aspersion de son sang et les purifiera ainsi de leurs péchés (I. Pet., I, 2), et les peuples régénérés viendront à lui, ce que saint Paul a entendu avec raison de la conversion des Gentils (Rom., XV, 21).

Cap. LIII. — 1. *Quis credidit auditui nostro.* Saint Jean et saint Paul reconnaissent ici une prophetie de l'incrédulité des Juifs à l'égard de Jesus-Christ (Joan., XII, 38 ; Rom., X. 16). Le Prophète trouve si invraisemblable ce mélange d'humiliation et de grandeur qu'il reconnaît dans le Christ qui lui est montré, qu'il s'écrie : *Qui nous croira ? — Brachium Domini.* Sur cette expression, voyez notre note sur le texte du chapitre LI, 5.

2. *Non est species ei.* Il y en a qui restreignent ceci au moment de la passion ; d'autres l'entendent à tout le temps de la vie mortelle de Jésus, et croient qu'il avait voulu être sans beauté et sans éclat corporel, pour nous apprendre à dédaigner ces avantages extérieurs qui trop souvent nous rendent dupes des artifices du démon.

---

13. *Intelliget servus meus.* Prudenter et strenue aget, et negotium redemptionis humanæ perficiet, vel intelliget et perficiet jussa æterni Patris. — *Servus meus* Christus, qui formam servi accepit, cum humanam carnem induit. — *Exaltabitur.* Per admirabilem doctrinam suam miracula, etc.

14. *Sicut obstupuerunt super te multi.* Admirantes, ô Christe, doctrinam et miracula tua. — *Sic inglorius erit.* Ita ab iisdem ignominia afficietur, cum flagellabitur et crucifigetur.

15. *Asperget.* Tum sanguine suo ad redimendas gentes, tum aqua baptismi. Alludit ad mosaicas lustrationes et aspersiones aquæ expiatricis, et ex cinere vitulæ rufæ. Vide ad Hebr., 9, 13. — *Continebunt.* Admirantes Christi et discipulorum sapientiam hiscere non audebunt. — *Quibus non est narratum.* Gentes, ethnici, pagani viderunt divinam sapientiam et gloriam crucis Christi. — *Et qui non audierunt.* Est repetitio præcedentis hemistichii.

Cap. LII. — 1. *Quis credidit?* Quis credet auditis a nobis, hoc est prædicationi nostræ ? adeo sunt admiranda : vel est compatientis affectus, quasi diceret : Quis crederet adeo indigne tractatum fuisse Christum Dominum ? — *Et brachium Domini cui revelatum est?* Quis credet in rebus, quæ hominum judicio tam infirmæ et viles videntur, ut passiones sunt Christi, tamen in eis esse brachium et fortitudinem Domini videbit?

2. *Et ascendet.* Germinabit, pullulabit, succrescet. — *Sicut virgultum.* Humile et contemptum, qualia ea sunt quæ in arido et sterili solo nascuntur. Significatur Christum ex B. Virgine, quasi ex solo non arato nec irrigato natum esse : quare Aquila vertit, *de terra invia.* — *Coram eo.* Coram Domino ; Deo faciente, vel approbante. — *Et sicut radix.* Surculus e radice pullulans, est repetitio. — *Non est species ei, neque decor.* Christus pauper vixit, nihil habens nobile, opulentum, splendidum in oculis mundi, præsertim vero tempore passionis, cum flagris, sputis, etc., deformatus est. — *Non erat aspectus.* Forma, seu pulchritudo. — *Desideravimus eum.* Pulchriorem apparere ; quasi dicat : Non sic tractari : vel supplenda, et ex proximo repetenda est negatio, *non desideravimus.* Non erat desiderabilis, id est decorus.

eo, et sicut radix de terra sitienti ; non est species ei, neque decor ; et vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum;

comme un *faible* arbrisseau devant *le Seigneur,* et comme un rejeton *qui sort* d'une terre sèche. Il est sans beauté et sans éclat. Nous l'avons vu, et il n'avait rien qui attirât l'œil : ainsi nous l'avons méconnu.

3. Despectum, et novissimum virorum, virum dolorum, et scientem infirmitatem ; *a* et quasi absconditus vultus ejus et despectus, unde nec reputavimus eum. [a *Marc.* 9. 11.]

3. Il nous a paru un objet de mépris, le dernier des hommes, un homme de douleurs, qui sait ce que c'est que souffrir. Son visage était comme caché ; il paraissait méprisable ; et nous ne l'avons point reconnu.

4. *a* Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit ; et nos putavimus eum quasi leprosum, et percussum a Deo et humiliatum. [a *Matth.* 8. 17.]

4. Il a pris véritablement nos langueurs *sur lui,* et il s'est chargé lui-même de nos douleurs. *Ainsi* nous l'avons considéré comme un lépreux, comme un homme frappé de Dieu et humilié.

5. *a* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra ; disciplina pacis nostræ super eum, et livore ejus sanati sumus. [a *I. Cor.* 15. 3.]

5. Mais il a été percé de plaies pour nos iniquités, *et* il a été brisé pour nos crimes. Le châtiment qui nous devait procurer la paix *est tombé* sur lui, et nous avons été guéris par ses meurtrissures.

6. Omnes nos quasi oves erravimus, unusquisque in viam suam declinavit ; et posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.

6. Nous nous étions tous égarés comme des brebis *errantes ;* chacun s'était détourné *de la voie du Seigneur* pour suivre sa propre voie : et Dieu l'a chargé lui *seul* de l'iniquité de nous tous.

7. Oblatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum ; sicut ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tondente se obmutescet, *c* et non aperiet os suum. [a *Matth.* 26. 63. *Act.* 8. 32.]

7. Il a été offert *en sacrifice,* parce que lui-même l'a voulu, et il n'a point ouvert la bouche *pour se plaindre :* il sera mené à la mort comme une brebis qu'on va égorger ; il demeurera dans le silence, sans ouvrir la bouche, comme un agneau est muet devant celui qui le tond.

8. De angustia, et de judicio sublatus est ; generationem ejus quis enarrabit ? quia abscissus est de terra viventium ; propter scelus populi mei percussi eum.

8. Il est mort au milieu des douleurs, ayant été condamné par des juges *impies. Mais* qui racontera sa génération ? Car il a été retranché de la terre des vivants. Je l'ai frappé, *dit le Seigneur,* à cause des crimes de mon peuple.

3. *Unde nec reputavimus eum.* Ce qui a toujours été une pierre d'achoppement pour les Juifs, c'est qu'ils ont toujours éprouvé une répugnance invincible à admettre cette alliance d'humanité et de divinité, d'opprobre et de gloire, que le Prophète nous peint. Ils ont mieux aimé imaginer deux Messies différents, que d'admettre dans un seul cette opposition de caractères que nous révèlent les Prophètes. Cependant, c'est dans cet état contradictoire que nous est perpétuellement représenté le Christ avec sa double nature. Ce sont, dit saint Augustin, comme deux flûtes rendant des sons contraires, quoique toutes deux remplies par le même souffle.

4. *Vere languores nostros.* Saint Matthieu applique ces paroles à Jésus-Christ, dans la guérison des malades qu'on lui présentait (Matth., VIII, 17).

5. *Et livore ejus sanati sumus.* Saint Pierre nous montre ici Jésus-Christ, souffrant et expiant par ses souffrances sur la croix nos iniquités (I. Pet., II, 24).

6. *Iniquitatem omnium nostrum.* Le Seigneur l'a chargé des iniquités de nous tous ; il l'a pressé de satisfaire pour nos dettes, et il est devenu lui-même notre caution.

8. *Propter scelus populi mei percussi eum.* Ce fut de ces deux versets 7 et 8 que l'Esprit-Saint se servit pour amener en la foi en Jésus-Christ, par le ministère du diacre Philippe, l'eunuque de la reine de Candace qui, comme tous les Juifs, n'avaient rien compris aux mystères de la rédemption du monde par le sang du Christ (Act., VIII, 32 et 33).

---

3. *Despectum, et novissimum virorum.* Scilicet, vidimus eum esse. — *Virum dolorum.* Doloribus omni ex parte circumdatum. — *Scientem infirmitatem.* Fatigatum doloribus, adversitatibus, persecutionibus, et generis omnis ærumnis : hæc enim vocat infirmitates. — *Quasi absconditus vultus ejus.* In hebræo est, *abscondens faciem a se.* LXX vertunt, *aversa est facies ejus ;* ut ii faciunt quos suæ sortis et conditionis putet.

4. *Languores.* LXX, *peccata.* — *Dolores.* Pœnam peccatorum pro quibus patiendo satisfecit. — *Nos.* Judæi, in quorum personam loquitur poopheta. — *Quasi leprosum.* Immundum, et ob sua scelera a Deo percussum.

5. *Disciplina pacis nostræ.* Christus flagellatus et castigatus est innocens, ut nos reconciliaret Deo, et pacem haberemus cum eo. — *Livore.* Plagis quibus corpus ejus lividum factum est.

6. *Quasi oves erravimus.* Huc allusit Christus in parabola pastoris ovem errantem quærentis, et ad caulas reportantis. Luc., 15, 4, et D. Petrus, cum ait epist. I, c. 2 n. 25 : *Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.* — *Et posuit Dominus.* Peccata nostra Christi humeris portanda et expianda Deus imposuit.

7. *Oblatus est.* Ad mactationem in altari crucis. — *Quia ipse voluit.* Non coactus armis et vi Judæorum ; non invitus et reluctans, sed sponte acceptans jussum patris.

8. *De angustia, et de judicio sublatus est.* De angustia judicii : Christus de judicio Pilati et pontificum pleno angustiæ et oppressionis sublatus, id est, raptus est ad judicium crucis ;

9. *Le Seigneur lui* donnera les impies pour *le prix de* sa sépulture, et les riches pour *la récompense de* sa mort; parce qu'il n'a point commis d'iniquité, et que le mensonge n'a jamais été dans sa bouche.

10. Et le Seigneur l'a voulu briser dans son infirmité. Car, comme il livre son âme *à la mort* pour *détruire* le péché, il verra sa race durer longtemps; et la volonté de Dieu *sur les hommes* s'exécutera heureusement par sa conduite.

11. Il verra le fruit de ce que son âme aura souffert, et il en sera rassasié; *car* comme mon serviteur est juste, *dit le Seigneur*, il justifiera par sa doctrine un grand nombre d'hommes, et il portera *la peine due à* leurs iniquités.

12. C'est pourquoi je lui donnerai pour partage une grande multitude de personnes, et il distribuera les dépouilles des forts, parce qu'il a livré son âme à la mort, et qu'il a été mis au nombre des scélérats; qu'il a porté les péchés de plusieurs, et qu'il a prié pour les violateurs de la loi.

9. Et dabit impios pro sepultura, et divitem pro morte sua; *a* eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus. [a *I. Petr.* 2. 22. *I. Joan.* 3. 5.]

10. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate; si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longævum, et voluntas Domini in manu ejus dirigetur.

11. Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur; in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, et iniquitates eorum ipse portabit.

12. Ideo dispertiam ei plurimos, et fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, *a* et cum sceleratis reputatus est; et ipse peccata multorum tulit, et pro transgressoribus rogavit. [a *Marc.* 15. 28. *Luc.* 22. 37. et 23. 34.]

9. *Et dabit impios pro sepultura.* D'après l'Hebreu : Son sépulcre sera donné à la garde des impies; mais son corps mort sera confié à un homme riche... Jésus-Christ fut enseveli par Joseph d'Arimathie qui était un homme riche, et son sepulcre fut gardé par des soldats romains, que ses ennemis y avaient eux-mêmes placés (Matth. XXVII, 37 et seq.). Saint Pierre nous fait voir dans ce verset la parfaite innocence de Jésus-Christ (I. Pet., II, 22).

11. *Videbit et saturabitur.* Les Septante semblent avoir lu entre ces deux mots le mot *lumen;* en sorte qu'il faudrait dire : *Videbit lumen et saturabitur;* il verra la lumière et il en sera rassasié : c'est-à-dire, il reviendra de la mort à la vie, et sa vie n'aura point de fin; il revivra et ne mourra plus.

12. *Et cum sceleratis reputatus est.* Jésus-Christ avertit ses disciples que cette prophétie devait être accomplie en lui (Luc., XXII, 37). Saint Marc nous en fait remarquer l'accomplissement (Marc., XV, 28). — *Pro transgressoribus rogavit.* Les anciens docteurs de la Synagogue, dit Drach, n'interprétaient pas ces paroles autrement que ne font fait les siècles chrétiens, qui ont tous vu dans Isaïe, moins un prophète qu'un évangéliste, et un historien de la passion et de la mort de Jésus-Christ. Qui a peint ce portrait de Jésus-Christ, demande M. Auguste Nicolas? Est-ce un évangeliste ou un Père de l'Eglise? Quels traits! quel coloris! quelle expression! quel accord avec les faits, quelle justesse, quel naturel dans les emblèmes! Que dis-je? Ce n'est point une peinture emblématique d'un avenir fort éloigné; c'est une représentation fidèle du présent, et celui qui n'est point encore est peint comme ce qui est. L'accord frappant de cet *Ecce homo*, montré par Isaïe, avec celui qui fut montré huit cents plus tard par Pilate, est d'autant plus décisif pour la foi, que l'objet en soi était inimaginable, et qu'il faut nécessairement que le Prophète l'ait vu pour le représenter (*Etudes philosophiques sur le christianisme*, part. III, chap. 4).

---

vel *sublatus est* significat judicium tumultuarie peractum, non bene examinata et cognita causa, et ita raptum ad crucem. — *Generationem ejus qui enarrabit!* Quis explicet pravitatem Judæorum, Pilati, et militum illius sæculi, qui Christum crucifixerunt? Aliqui de spirituali Christi prole copiosa accipiunt. Alii de generatione Christi, vel divina, vel humana ex Virgine, in quam sententiam fere abeunt sancti Patres. — *Abscissus est.* Instar arboris, cui eum comparavit n. 2. — *Percussi eum.* Judæis percutiendum reliqui.

9. *Dabit impios.* Chald. habet, *tradet in gehennam.* — *Pro sepultura.* Eo quod ipsum inique occiderunt. — *Divitem.* Potentes, Pilatum et principes sacerdotum. — *Pro morte sua.* Idem est quod dixerat, *pro sepultura.* -- *Eo quod iniquitatem.* Quia neque facto, neque verbo peccavit.

10. *In infirmitate.* Infirmando, affligendo et cruciando eum. — *Animam suam.* Vitam suam. Si seipsum fecerit hostiam pro peccato. — *Videbit semen longævum.* Plurimos filios spirituales suscipiet, qui durabunt usque ad finem mundi, imo per omnem æternitatem. — *Voluntas Domini.* Voluntas et consilium Domini circa hominum redemptionem et salutem. — *In manu ejus.* Per eum, per Christum. — *Dirigetur.* Prosperabitur, feliciter cadet.

11. *Pro eo quod laboravit.* Ex labore suo. — *Videbit et saturabitur.* Videbit et percipiet fructum. — *In scientia sua.* Sapientia sua quam depromet in Evangelii prædicatione. Vel passive, id est, In sui cognitione, fide et charitate formata, et bonis operibus instructa, justificabit multos. Vel quemadmodum novit inter nos convenisse, scilicet inter Deum Patrem et Christum; statutum enim erat ut passioni et morti redemptio hominum in præmium reponderetur. — *Iniquitates eorum.* Pœnam iniquitatum.

12. *Dispertiam ei plurimos.* Late ei subjiciam gentes et populos, juxta illud Psalm. 2, 8 : *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ.* — *Fortium dividet spolia.* Spoliato dæmone, qui hujus mundi principem agebat, et ut fortis armatus atrium suum tuebatur. Luc., 21, 11. — *Animam suam.* Vitam suam. — *Multorum.* Omnium; omnes enim sunt multi. -- *Pro transgressoribus.* Clamavit enim in cruce : *Pater, dimitte illis : non enim sciunt quid faciunt.* Luc., 23, 34.

CHAPITRE LIV.

Rétablissement de Jérusalem. Son alliance avec le Seigneur. Sa grandeur et sa gloire. Confusion de ses ennemis.

1. Lauda, *a* sterilis quæ non paris; decanta laudem, et hinni quæ non pariebas; quoniam multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum; dicit Dominus. [a *Luc.* 23. 29. *Gal.* 5. 27.]

2. Dilata locum tentorii tui, et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas; longos ac funiculos tuos, et clavos tuos consolida.

3. Ad dexteram enim et ad lævam penetrabis; et semen tuum gentes hæreditabit, et civitates desertas inhabitabit.

4. Noli timere, quia non confunderis, neque erubesces; non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliviscerís, et opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis amplius.

5. Quia dominabitur tui qui fecit te, *a* Dominus exercituum nomen ejus; et redemptor tuus Sanctus Israel, Deus omnis terræ vocabitur. [*a Luc.* 1. 32.]

6. Quia ut mulierem derelictam et mœrentem spiritu vocavit te Dominus, et uxorem ab adolescentia abjectam, dixit Deus tuus.

7. Ad punctum in modico dereliqui te, et in miserationibus magnis congregabo te.

1. Réjouissez-vous, stérile, qui n'enfantiez point : chantez des cantiques de louanges, et poussez des cris *de joie*, vous qui n'aviez point d'enfants, parce que celle qui était abandonnée a *maintenant* plus d'enfants que celle qui avait un mari, dit le Seigneur.

2. Prenez un lieu plus grand pour dresser vos tentes; étendez le plus que vous pourrez les peaux qui les couvrent; rendez-en les cordages plus longs et les pieux biens affermis.

3. Car vous vous étendrez à droite et à gauche; votre postérité aura les nations pour héritage, et elle habitera les villes désertes.

4. Ne craignez point : vous ne serez point confondue, vous ne rougirez point, il ne vous restera plus sujet de honte, parce que vous oublierez la confusion de votre jeunesse, et vous perdrez le souvenir de l'opprobre de votre veuvage.

5. Car celui qui vous a créé sera votre Seigneur, son nom est le Dieu des armées. Le Saint d'Israël qui vous racbêtera s'appellera le Dieu de toute la terre.

6. Car le Seigneur vous a appelé *à lui, lorsque vous étiez* comme une femme abandonnée, dont l'esprit est dans la douleur; comme une femme qui a été répudiée dès sa jeunesse, dit votre Dieu.

7. *En effet,* je vous ai abandonnée pour un peu de temps et pour un moment, *dit le Seigneur;* et *maintenant,* je vous rassemblerai par une grande miséricorde.

CAP. LIV. — 1. *Lauda, sterilis.* Isaïe revient aux ombres et aux figures. Il annonce le rétablissement de Jérusalem; mais par Jerusalem ou la cité sainte, il faut entendre l'Eglise catholique, qui est devenue la mère de la multitude des fidèles appelés d'entre les Gentils et les Juifs. Elle a beaucoup plus d'enfants que la Synagogue avec qui Dieu avait fait alliance sur le mont Sinaï, tandis que l'Eglise qui subsistait dans les patriarches et dans les Justes de l'ancienne loi paraissait abandonnée et stérile.

5. *Dominabitur tui qui fecit te.* D'après l'Hébreu : Celui qui vous a créée sera votre époux et il vous donnera une fécondité incomparable. Le Saint d'Israël sera votre rédempteur, et vous n'aurez rien à craindre sous la protection d'un Dieu si puissant, qui s'appellera le Dieu de toute la terre.

CAP. LIV. -- 1. *Lauda sterilis quæ non paris.* Alloquitur Ecclesiam Christi, tum ex Judæis, tum potius ex gentibus congregandam; hæc enim initio exigua erat, et quasi sterilis respectu synagogæ, et antequam converteretur, sterilis erat, quia a Deo deserta, fide, gratia, filiis fidelibus et sanctis destituta. -- *Hinni.* Jubila, exsulta. -- *Multi filii desertæ.* Quia plures filios Deo dabit Ecclesia. quam dederit synagoga. -- *Quæ habet virum.* Scilicet Deum, cui per fidem synagoga fuerat desponsata.

2. *Dilata.* Monet ut tabernaculum et domum suam ampliorem faciat, ut filios omnes capere possit -- *Parcas.* Cesses, seu negligas. -- *Longos fac funiculos tuos.* Ampli enim et alti tentorii funes longi esse debent. -- * *Clavos.* Paxillos ad quos alligantur funes illi qui tabernacula sustinent. -- *Consolida.* Fortiter fige, quia usque ad finem mundi, imo in æternum duratura es.

3. *Ad dexteram enim et ad lævam.* Ad orientem et occidentem, quaquaversum, per omnes mundi plagas. — *Penetrabis.* Irrumpes, ut est in Hebræo, zelo nimirum filiorum tuorum. — *Semen tuum.* Filii tui, hoc est, apostoli et viri apostolici, aliique fideles. — *Gentes hæreditabit.* Gentes subiget, et possidebit firmiter et secure hæreditatis instar. — *Civitates desertas.* A Deo, lege, fide, gratia et salute destitutas. — *Inhabitabit.* Sedes ibi figendo, et ecclesias excitando, et incolas ad Christum convertendo.

4. *Confusionis adolescentiæ tuæ obliviscerís.* Veterum peccatorum quæ olim commisisti. — *Opprobrii viduitatis tuæ.* Cum sine Deo esses, quem per peccata amiseras.

5. *Dominabitur tui.* Quasi uxorem matrimonio sibi copulabit. Hoc enim significat verbum בעל *bahal*, scilicet tam dominari quam maritum esse. — * *Redemptor... Sanctus Israel, Deus omnis terræ, vocabitur redemptor tuus.* Sic enim ordinanda sunt verba. — *Vocabitur.* Esse agnoscetur.

6. *Quia ut mulierem derelictam.* Deus redimet te, quia tu eras ut mulier derelicta et repudiata, ideoque mœrens, et afflicta, et miserabilis. — *Mœrentem spiritu.* Animo mœstam. — *Uxorem ab adolescentia abjectam.* Repudiatam.

7. *Ad punctum in modico.* LXX habent, *tempore modico :* intelligit tempus bis mille anno-

8. J'ai détourné mon visage de vous pour un moment, dans le temps de ma colère : mais je vous ai regardée ensuite avec une compassion qui ne finira jamais, dit le Seigneur, qui vous a racheté.

9. J'ai fait pour vous ce que je fis au temps de Noë; *car,* comme j'ai juré à Noë de ne répandre plus sur la terre les eaux *du déluge*, ainsi j'ai juré de ne me mettre plus en colère contre vous, de ne plus vous faire de reproches.

10. Car les montagnes seront ébranlées, et les collines trembleront : mais ma miséricorde ne se retirera point de vous, et l'alliance par laquelle je fais la paix avec vous ne sera jamais ébranlée, dit le Seigneur.

11. Pauvre désolée, qui avez été *si longtemps* battue de la tempête, et sans consolation, je m'en vais poser moi-même dans leur rang toutes les pierres *nécessaires* pour vous rebâtir; et vos fondements seront de saphirs.

12. Je bâtirai vos remparts de jaspe : je ferai vos portes de pierres ciselées; et toute votre enceinte sera de pierres choisies.

12. Tous vos enfants seront instruits par le Seigneur, et ils jouiront d'une abondance de paix.

14. Vous serez fondée dans la justice, vous serez à couvert de l'oppression sans l'appréhender désormais, et de la frayeur des maux, qui ne s'approcheront plus de vous.

15. Il vous viendra des habitants qui n'étaient point avec moi; et ceux qui vous étaient autrefois étrangers se joindront à vous.

16. *Car comme* c'est moi qui ai créé l'ouvrier

8. In momento indignationis abscondi faciem meam parumper a te, et in misericordia sempiterna misertus sum tui; dixit redemptor tuus Dominus.

9. *a* Sicut in diebus Noe istud mihi est, cui juravi ne inducerem aquas Noe ultra supra terram; sic juravi ut non irascar tibi, et non increpem te. [a *Gen.* 9. 11.]

10. Montes enim commovebuntur, et colles contremiscent; misericordia autem mea non recedet a te, et fœdus pacis meæ non movebitur; dixit miserator tuus Dominus.

11. Paupercula, tempestate convulsa, absque ulla consolatione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, et fundabo te in sapphiris.

12. Et ponam jaspidem propugnacula tua; et portas tuas in lapides sculptos, et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.

13. *a* Universos filios tuos doctos a Domino; et multitudinem pacis filiis tuis. [a *Joan.* 6. 45.]

14. Et in justitia fundaberis; recede procul a calumnia, quia non timebis; et a pavore, quia non appropinquabit tibi.

15. Ecce accola veniet, qui non erat mecum, advena quondam tuus adjunjetur tibi.

16. Ecce ego creavi fabrum sufflan-

10. *Montes enim commovebuntur.* D'après l'Hébreu : Les montagnes pourront abandonner leur place, et les collines être ébranlées; mais ma miséricorde ne vous abandonnera jamais, et l'alliance, etc.

13. *Universos filios tuos.* Jésus-Christ nous montre l'accomplissement de cette parole dans ceux qui ont part à l'alliance nouvelle (Joan., VI, 45). Ces hommes pleins de lumière et de vertu sont les pierres précieuses et choisies dont le Prophète vient de parler, selon ce que dit saint Pierre, que nous sommes nous-mêmes *les pierres vivantes* qui composent l'édifice spirituel de la maison de Dieu (I. Pet., II, 5).

---

rum, quod fuit ab Abraham usque ad Christum, quo gentilitas a Deo fuit repudiata et derelicta, quia respectu æternitatis, qua deinceps Deo conjuncta est, factaque æterna ejus uxor, prius tempus se habet puncti instar, ut explicat divus Hieronymus. — *In miserationibus magnis.* Magna tibi conferens beneficia. — *Congregabo te.* Per Christum et apostolos ejus.

8. *In momento.* Repetit hoc versiculo quod dixit proxime superiore.

9. *Sicut in diebus Noe istud mihi est.* Hoc meum juramentum et pactum quod per Christum sanciam cum gentibus et cum Ecclesia, erit firmum et æternum, sicut pactum initum cum Noe, de inhibendo deinceps diluvio firmum fuit et æternum.

10. *Commovebuntur.* Potius commovebuntur.

11. *Paupercula.* Talis erat Ecclesia ante Christum, deserta et pauper; sed per Christum facta est dives, splendida, etc. — *Tempestate convulsa.* More arboris. — *Sternam per ordinem lapides tuos.* Hæc omnis pretiosorum lapidum allegoria eo spectat ut ostendat Dominus se Ecclesiam suam omni genere ornamenti pretiosi instructurum, donorum scilicet et charismatum cœlestium.

12. *Lapides desiderabiles.* Pretiosos; LXX habent, *electos.*

13. *Doctos a Domino.* Scilicet *ponam,* quod ex superiore repetendum est. Erunt autem docti a Domino, quia Deus interius in mente lumen supernaturale intellectui, et pios impulsus voluntati aspirans et immittens, eos docebit, et persuadebit ea quæ per vocem externam Christus ejusque discipuli eis proponent. — *Et multitudinem pacis.* Scilicet tribuam; ex doctrina enim Christi sequitur pax conscientiæ, et pax et concordia cum proximis. Pax etiam, id est, prosperitas et affluentia omnium bonorum.

14. *In justitia fundaberis.* Firmaberis; nam ipsa tua justitia te firmabit, tua sanctitas te tutabitur, nec sinet Deus te pessumdari, qui justitiæ est vindex et propugnator. — *Recede procul a calumnia.* Recedes procul a calumnia, a quavis fraude et cavillatione; neque enim diaboli, aut ministrorum ejus machinamenta et subdolæ artes tibi nocebunt. — *A pavore.* Vires et arma violenta intelligit, quæ pavorem incutiunt.

15. *Accola veniet.* Gentiles ad fidem conversi. LXX habent, *proselyti.* — *Qui non erat mecum.* Qui alienus erat a fide. — *Advena.* Est repetitio.

16. *Ecce ego creavi.* Non est quod timeas arma quæ hostes fabricantur; ego enim ea creavi et dedi, efficiamque ne tibi obsint, sed subsint.

tem in igne prunas, et proferentem vas in opus suum, et ego creavi interfectorem ad disperdendum.

17. Omne vas quod fictum est contra te, non dirigetur; et omnem linguam resistentem tibi in judicio judicabis. Hæc est hæreditas servorum Domini, et justitia eorum apud me, dicit Dominus.

qui souffle les charbons de feu pour former les instruments dont il a besoin pour son ouvrage; c'est moi qui ai créé le meurtrier qui ne pense qu'à tout perdre.

17. *C'est pourquoi* toutes les armes qui auront été préparées pour vous blesser, ne porteront point contre vous; et vous jugerez vous-même toutes les langues qui se seront élevées contre vous pour vous faire condamner. C'est là l'héritage des serviteurs du Seigneur : c'est ainsi qu'ils trouveront justice auprès de moi, dit le Seigneur.

CHAPITRE LV.

Conversion des Gentils. Heureux changement que la grâce du Sauveur doit produire dans le monde.

1. Omnes *a* sitientes venite ad aquas; et qui non habetis argentum, properate, emite, et comedite; venite, emite absque argento, et absque ulla commutatione vinum et lac. [a *Eccli.* 51. 33. *Apoc.* 22. 17.]

2. Quare appenditis argentum non in panibus, et laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, et comedite bonum, et delectabitur in crassitudine anima vestra.

3. Inclinate aurem vestram, et venite ad me; audite, et vivet anima vestra, et feriam vobiscum pactum sempiternum, *a* misericordias David fideles. [a *Act.* 13. 34.]

4. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.

5. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis; et gentes quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum

1. Approchez, vous tous qui avez soif, venez aux eaux : vous qui n'avez point d'argent, hâtez-vous, achetez et mangez; venez, achetez sans argent, et sans aucun échange, le vin et le lait.

2. Pourquoi employez-vous votre argent à ce qui ne peut vous nourrir, et vos travaux à ce qui ne peut vous rassasier? Ecoutez-moi avec attention, nourrissez-vous de la bonne nourriture, et votre âme en étant engraissée, sera dans la joie.

3. Prêtez l'oreille, et venez à moi; écoutez-moi, et votre âme trouvera la vie. Je ferai avec vous une alliance éternelle pour rendre stable la miséricorde que j'ai promise à David.

4. Je m'en vais le donner, *ce Sauveur,* pour témoin *de ma vérité* aux peuples, pour maître et pour chef aux gentils.

5. *Alors, ô Jérusalem!* vous appellerez une nation qui vous était inconnue, et les peuples qui ne vous connaissaient point accourront à

Cap. LV. *Omnes sitientes, venite.* Israël adresse ces paroles aux Israélites captifs à Babylone, et dans la personne d'Israël, aux hommes de toutes les nations qui avaient besoin de la grande délivrance que le Christ devait opérer en réconciliant Dieu avec l'humanité.

3. *Misericordias David fideles.* D'après l'Hébreu : Selon les fidèles promesses que j'ai faites à David dans ma miséricorde. C'est en Jésus-Christ que se trouve l'accomplissement de ces promesses, comme saint Paul même le témoigne (Act., XIII, 4). On ne peut appliquer à Cyrus ce qui est dit au verset suivant : *Dedi eum ducem ac præceptorem gentibus.* Il faut donc entendre tout ceci de Jésus-Christ, qui est le témoin fidèle (Apoc., I, 5), et l'unique objet de cette prophétie.

---

17. *Omne vas.* Omne bellicum instrumentum. — *Non dirigetur. Non prosperabitur,* ut habent LXX. — *Judicabis.* Chald. *condemnabis;* LXX, *vinces.* — *Hæc est hæreditas.* Hæc est sors Ecclesiæ et fidelium ejus, ut sint locupletes gemmis et bonis cœlestibus, justitia, sanctitate et pace plena fruantur. — *Justitia eorum apud me.* Justa opera aut eorum præmium apud me est, ego enim justitiam munerabor.

Cap. LV. — 1. *Venite ad aquas.* Doctrinæ et gratiæ Christi. Huc allusit Christus, Joan., 7, 37 : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat.* — *Comedite.* Doctrina et gratia Christi tam est cibus quam potus animæ; ut et sancta sacramenta, præsertim eucharistiæ. — *Emite.* In Hebræo est, *frangite;* quia enim comesturi frangunt panem, inde factum est ut phrasi Hebræa frangere panem et comedere idem sint; sensus ergo est : accipite gratis, et comedite. — *Vinum et lac.* His duobus Scriptura significat quasvis epulas et delicias.

2 *Non in panibus.* Non cibo et pane saturante. Sententia est : cur, o mortales, vana hujus mundi bona, ut opes, honores, delicias, vanam mundi sapientiam et eloquentiam, tanto studio et pretio sectamini, quæ non possunt mentem saturare? — *Audite audientes.* Diligenter audite. — *Bonum.* Solidum, et salutarem cibum. — *In crassitudine. In pinguedine,* ut vertit Vatablus.

3. *Pactum sempiternum.* Novi Testamenti. — *Misericordias David.* Misericordias Davidi promissas a Deo de Christo, in quo regnum ejus perpetuum erit, quique suos asseclas ditabit et beabit. — *Fideles.* Stabiles, firmas, perennes.

4. *Testem.* Christum intelligit, qui fuit testis divini pacti et promissionis, æque ac fidelitatis divinæ in præstandis promissis.

5. *Ecce.* O Christe. — *Gentem quam nesciebas.* A te alienam, quam pro tua non agnoscebas. — *Vocabis.* Ad vexillum Evangelii tui. — *Propter Dominum Deum tuum.* Propter dotes et gratias quibus te decorabit Deus, qui est humanitatis tuæ Deus, non deitatis.

vous à cause du Seigneur votre Dieu, et du Saint d'Israël, qui vous aura remplie de sa gloire.

6. Cherchez le Seigneur pendant qu'on le peut trouver; invoquez-le pendant qu'il est proche.

7. Que l'impie quitte sa voie, et l'injuste ses pensées, et qu'il retourne au Seigneur; et il lui fera miséricorde : *qu'il retourne* à notre Dieu, parce qu'il est plein *de bonté* pour pardonner.

8. Car mes pensées ne sont pas vos pensées, et mes voies ne sont pas vos voies, dit le Seigneur.

9. Mais autant que les cieux sont élevés au-dessus de la terre; autant mes voies sont élevées au-dessus de vos voies, et mes pensées au-dessus de vos pensées.

10. Et comme la pluie et la neige descendent du ciel, et n'y retournent plus, mais qu'elles abreuvent la terre, la rendent féconde, et la font germer, et qu'elles donnent *à l'homme* la semence pour semer, et le pain pour s'en nourrir :

11. Ainsi ma parole, qui sort de ma bouche, ne retournera point à moi sans fruit; mais elle fera tout ce que je veux, et elle produira l'effet pour lequel je l'ai envoyée.

12. Car vous sortirez avec joie *de l'esclavage*, et vous serez conduits dans la paix. *Alors* les montagnes et les collines retentiront devant vous de cantiques de louanges, et tous les arbres du pays feront entendre leurs applaudissements.

13. Le sapin s'élèvera au lieu des plantes les plus viles, le myrte croîtra au lieu de l'ortie : et le Seigneur éclatera comme un signe éternel qui ne disparaîtra jamais.

Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificavit te.

6. Quærite Dominum, dum inveniri potest; invocate eum, dum prope est.

7. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserebitur ejus, et ad Deum nostrum; quoniam multus est ad ignoscendum,

8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ, neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.

9. Quia sicut exaltantur cœli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, et cogitationes meæ a cogitationibus vestris.

10. Et quomodo descendit imber, et nix de cœlo, et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen seminanti, et panem comedenti;

11. Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui, et prosperabitur in his ad quæ misi illud.

12. Quia in lætitia egrediemini, et in pace deducemini; montes et colles cantabunt coram vobis laudem, et omnia ligna regionis plaudent manu.

13. Pro salunca ascendet abies, et pro urtica crescet myrtus; et erit Dominus nominatus in signum æternum quod non auferetur.

6. *Quærite Dominum.* Selon la lettre, le Prophète s'adresse aux enfants d'Israël captifs à Babylone. La même invitation s'adresse à tous les peuples de la terre du milieu desquels le Seigneur devait tirer l'Israël de Dieu (*Bible de Vence*).

13. *Pro saliunca ascendet abies.* Quelques-uns traduisent l'Hébreu : Le sapin s'élèvera au lieu des épines, c'est-à-dire, qu'au lieu des obstacles et des traverses que les Israélites avaient lieu de craindre, ils trouveraient partout une protection et une bienveillance déclarée. Dans le sens spirituel, cela peut signifier que les méchants, semblables aux épines et aux orties, seront changés par la grâce du Seigneur, de manière qu'ils deviendront des justes semblables au sapin et au myrte (*Ibid.*).

---

6. *Dum inveniri potest.* Tempore novæ legis, vel tempore hujus vitæ. — *Dum prope est.* Idem significat quod *dum inveniri potest;* nam quæ non longe absunt facile inveniuntur.

7. *Viam suam.* Malos mores suos. — *Cogitationes suas.* Studia sua prava. — *Multus.* Proclivis ad ignoscendum : sæpe et multum ignoscendo.

8. *Non enim cogitationes meæ.* Ne despondeatis animum, licet multum peccaveritis; non enim ego vobis similis sum, qui offensi non facile reconciliamini.

9. *Exaltantur.* Distant.

11. *Sic erit verbum meum.* Promissum meum de fœdere novi Testamenti, de Messia et bonis per eum orbi dandis. — *Non revertetur ad me vacuum.* Non erit irritum. — *Faciet quæcumque volui.* Nam cum Messiam, Evangelium, sacramenta et cætera novæ legis charismata mundo dedero, ea omnia quæ fieri volo, prospere fient.

12. *Egrediemini.* Ex dæmonis et peccati captivitate. — *Deducemini.* Ad Christum, ad Ecclesiam, et ad æternam beatitudinem. — *Montes et colles cantabunt.* Tanta erit lætitia, ut montes et colles cantare, gestire et exilire quodammodo videantur. Vel per montes et colles intelligit montium et collium incolas. Alludit ad lætitiam redeuntium e Babylone.

13. *Pro saliunca.* Est herba humilis, de qua Plinius, l. 21, c. 7; sensus est : omnia in meliorem statum vertentur. In græco est, ἀντὶ τῆς ςοιβῆς : est autem ςοιβὴ quæ et φλέως, palustris herba, de qua præter Plinium, Theophrastus et alii. — *Pro urtica.* Secutus est hoc loco interpres vulgatus Symmachum, ut notavit D. Hieronymus; nam LXX hic habent κνίδης, quæ a Latinis dicitur *cunila* seu *cunilago.* Rabbi David et rabbi Abraham volunt esse genus spinæ. — *Et erit Dominus nominatus in signum æternum.* Hæc mira gentium conversio et sanctificatio per Christum facta, erit ei in nomen, et in monumentum gloriæ et victoriæ æternum. Pro victoria enim parta solent signa seu monumenta et trophæa statui.

CHAPITRE LVI.

Eunuques honorés. Etrangers réunis avec Israël. Menaces contre Israël et ses indignes pasteurs.

1. Hæc *a* dicit Dominus: Custodite judicium, et facite justitiam; quia juxta est salus mea ut veniat, et justitia mea ut reveletur. [a *Sap.* 1. 1.]

2. Beatus vir qui facit hoc, et filius hominis qui apprehendet istud; custodiens sabbatum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum.

3. Et non dicat filius advenæ, qui adhæret Domino, dicens : Separatione dividet me Dominus a populo suo : Et non dicat eunuchus : Ecce ego lignum aridum.

4. Quia hæc dicit Dominus eunuchis : Qui custodierint sabbata mea, et elegerint quæ ego volui, et tenuerint fœdus meum;

5. Dabo eis in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus; nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

6. Et filios advenæ qui adhærent Domino, ut colant eum, et diligant nomen ejus, ut sint ei in servos; omnem custodientem sabbatum ne polluat illud, et tenentem fœdus meum;

7. Adducam eos in montem sanctum meum, et lætificabo eos in domo orationis meæ; holocausta eorum, et victimæ eorum placebunt mihi super altari

1. Voici ce que dit le Seigneur : Gardez les règles de l'équité, et agissez selon la justice, parce que le salut que je dois envoyer est proche, et que ma justice sera bientôt découverte.

2. Heureux l'homme qui agit de cette sorte, et le fils de l'homme qui suit cette règle, qui observe le sabbat, et ne le viole point, qui conserve ses mains *pures*, et qui s'abstient de faire aucun mal!

3. Que le fils de l'étranger qui se sera attaché au Seigneur ne dise point : Le Seigneur m'a divisé, et m'a séparé d'avec son peuple. Et que l'eunuque ne dise point : Je ne suis qu'un tronc desséché.

4. Car voici ce que le Seigneur dit aux eunuques : *Je donnerai* à ceux qui gardent mes jours de sabbat, qui embrassent ce qui me plaît, et qui demeurent fermes dans mon alliance;

5. Je leur donnerai, dis-je, dans ma maison et dans l'enceinte de mes murailles une place avantageuse, et un nom qui leur sera meilleur que des fils et des filles : *car* je leur donnerai un nom éternel qui ne périra jamais.

6. Et si les étrangers s'attachent au Seigneur pour l'adorer, s'ils aiment son nom pour se donner à son service, et si quelqu'un, quel qu'il soit, garde mes jours de sabbat pour ne les point violer, et demeure ferme dans mon alliance,

7. Je les ferai venir sur ma montagne sainte, je les remplirai de joie dans la maison *consacrée* à me prier; les holocaustes et les victimes qu'ils m'offriront sur mon autel me seront agréables,

Cap. LVI. — 1. *Hæc dicit Dominus.* Ce chapitre est la continuation du précédent. Le Prophète nous montre tous les hommes de bien, à quelque condition qu'ils appartiennent et de quelque nation qu'ils soient, appelés à jouir du bienfait de la lumière nouvelle que le Christ doit apporter en ce monde.

3. *Et non dicat eunuchus.* La stérilité était en opprobre chez les Juifs, et c'est pour cela que la loi proscrivait les eunuques des assemblées religieuses et leur interdisait les charges et les dignités publiques. Mais sous l'Evangile, la virginité devait être particulièrement honorée, et Jésus-Christ parle de ces eunuques fidèles, qui ont volontairement renoncé au mariage pour servir plus librement le Seigneur (Matth., XIX, 12).

7. *Domus mea, domus orationis.* Jésus-Christ applique ceci au temple même des Juifs qui était l'image de nos temples (Matth., XXI, 13; Marc., XI, 17; Luc., XIX, 46); et la figure de l'Eglise même de Jésus-Christ, qui est véritablement la maison de Dieu (I. Tim., III, 15).

Cap. LVI. — 1. *Custodite judicium.* Facite quod rectum est. — *Salus mea.* Salus quam ego vobis mitto per Christum salvatorem. — *Justitia mea.* Justificator Christus, per quem vos a peccatis liberabo et justificabo. — *Ut reveletur.* Appareat, adsit; in proximo enim est ut veniat.

2. *Qui facit hoc.* Quod proxime dictum est, vel quod sequitur. — *Et filius hominis.* Repetitio præcedentis sententiæ. — *Omne malum.* Ullum malum.

3. *Filius advenæ.* Quasi dicat : Moses arcebat gentiles a sua synagoga et republica, Deut., c. 23, n. 3 et 8; c. 7, n. 1 et seq.; at Christus neminem arcebit a sua Ecclesia. — *Qui adhæret Domino.* Qui christianæ fidei sacra suscipit. — *Et non dicat eunuchus.* Etiam eunuchi lege Mosis, Deut., 23, 1, cœtu populi, templo et officiis publicis arcebantur. — *Lignum aridum.* Quasi lignum aridum sterilis et sine fructu prolis.

4. *Qui custodierint sabbata mea.* Qui Deum sancte coluerint, et nominatim servaverint legem sabbati. — *Elegerint quæ ego volui.* Servaverunt legem meam, vel consilia; nam hæc eunuchis voluntariis, id est, castitatem profitentibus, quales sunt religiosi, optime conveniunt, et de illis potissimum intelligenda sunt, ut patet ex sequentibus.

5. *In domo mea.* In Ecclesia mea. — *Nomen melius a filiis et filiabus.* Nam virgines et cælibes a virtute virginitatis et religionis majus consequentur nomen, quam a filiorum copia et præstantia. — *A filiis.* Præ filiis. — *Nomen sempiternum.* Gloriam sempiternam.

6. *Et filios advenæ.* Gentiles; repetit et confirmat quod dixit n. 3. -- *Sabbatum.* Dei cultum. -- *Tenentem fœdus.* Observantem conditiones fœderis, id est, leges et mandata mea.

7. *In montem sanctum.* In Sion, in Ecclesiam. — *Lætificabo eos in domo orationis meæ.* In templo faciam eos perticipes spiritualis lætitiæ, quæ percipitur ex sacro cantu et sacris cæremoniis.

parce que ma maison sera appelée la maison de prière pour tous les peuples.

8. *Car* voici ce que dit le Seigneur, le Dieu qui rassemble les dispersés d'Israël : Je réunirai encore à Israël *tous* ceux *d'entre les autres peuples* qui viendront pour se joindre à lui.

9. *Mais auparavant*, bêtes des champs, bêtes des forêts, venez toutes pour dévorer.

10. *Car* les sentinelles d'Israël sont toutes aveugles; elles sont toutes dans l'ignorance : ce sont des chiens muets qui ne sauraient aboyer, qui ne voient que de vains fantômes, qui dorment et qui se plaisent dans leurs songes *frivoles*.

11. Ce sont des chiens qui ont perdu toute honte, et qui ne se rassasient jamais. Les pasteurs mêmes n'ont aucune intelligence; chacun se détourne *de la voie de Dieu* pour suivre sa *propre* voie; chacun suit ses intérêts, depuis le plus grand jusqu'au plus petit.

12. Venez, *disent-ils*, prenons du vin, remplissons-nous-en jusqu'à nous enivrer, *et nous boirons* demain comme aujourd'hui, et encore bien davantage.

meo; *a* quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. [a *Jer.* 7. 11. *Matth.* 21. 13. *Marc.* 11. 17. *Luc.* 19. 46.]

8. Ait Dominus Deus qui congregat dispersos Israël : Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus.

9. Omnes bestiæ agri, venite ad devorandum, universæ bestiæ saltus.

10. Speculatores ejus cæci omnes, nescierunt universi; canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, et amantes somnia.

11. Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem; ipsi pastores ignoraverunt intelligentiam; omnes in viam suam declinaverunt, *a* unusquisque ad avaritiam suam, a summo usque ad novissimum. [a *Jer.* 6. 23. et 8. 10.]

12. Venite, sumamus vinum et impleamur ebrietate; et erit sicut hodie, sic et cras, et multo amplius.

9. *Omnes bestiæ agri.* Le Prophète désigne sous ces noms les nations infidèles dont le Seigneur devait faire les instruments de sa vengeance contre les Juifs déicides. Ces images ne sont pas insolites dans l'Ecriture : car dans la vision qui fut envoyée à saint Pierre (Act., X), les Gentils ou les peuples idolâtres sont aussi désignés sous le nom de *bêtes sauvages*, de *serpents* et *d'oiseaux du ciel*. Isaïe voit les Juifs mettre à mort le Christ, et dans son indignation, il appelle les infidèles, et spécialement les Romains, pour qu'ils châtient ce peuple prévaricateur.

11. *Ipsi pastores ignoraverunt.* Les pasteurs qui auraient dû veiller sur Israël et y entretenir les sentiments de foi, furent, par leur négligence, la principale cause des erreurs, et par là même des maux de la nation. Dans les derniers temps, le sacerdoce s'avilit, les prêtres devinrent cupides et ambitieux, et leur sensualisme les détourna de leurs devoirs. Ils prirent en haine le Christ qui leur reprochait leurs vices, et ils arrivèrent ainsi à commettre le plus grand crime que l'on puisse faire, en consommant leur déicide.

---

8. *Qui congregat dispersos Israel.* Per *Israel* proprie accipit Judæos; de iis enim agit in sequentibus; quasi dicat : Ne putetis, ô Judæi, cum voco advenas, id est, gentiles ad Ecclesiam, vos ab ea exclusos; nam Ecclesia tam erit vestra quam gentium, quodcirca sicut gentes, sic et vos toto orbe dispersos ad eam colligam. — *Congregabo ad eum.* Scilicet Israel. — *Congregatos ejus.* Populum et filios ejus pertinentes ad synagogam, quæ congregationem significat.

9. *Omnes bestiæ agri.* Cum dixisset dispersos Israel congregandos, prævidens hos Christum occisuros, dolore et indignatione tactus, spiritu prophetico evocat bestias, hoc est, feram gentem Romanorum, a qua perdantur.

10. *Speculatores ejus.* Hoc est, populi Judaici, doctores ejus. Hos Christus cæcos appellat et duces cæcorum, Matth. 15, 14. — *Nescierunt universi.* Eorum quæ facto opus erant prorsus ignari. — *Non valentes latrare.* Quod iisdem sceleribus tenerentur quæ reprehendere debuissent; vel quod principibus et populo vellent adulari. — *Videntes vana.* Inania et falsa prophetantes, *dicentes : Pax, pax, cum non esset pax.* — *Dormientes, et amantes somnia.* Similes canibus ignavis qui, si quid vident, aut audiunt, modice caput attollunt, sed mox ac si nihil vidissent in somnum reclinant.

11. *Canes impudentissimi.* Nota est impudens canum libido et voracitas, suggillat Judæo; rum doctores qui ad ea quæ ad officium eorum pertinebant, negligentes et dormitantes erant ad propria vero commoda, ad delicias, et ad ventrem explendum erecti et alacres. — *Ipsi pastores.* Ipsi principes et magistratus. — *Ignoraverunt intelligentiam.* Rationem prudenter administrandæ reipublicæ. — *In viam suam declinaverunt.* Quocumque cupiditates trahebant sequentes, avaritiam, ventris et veneris voluptates.

12. *Venite.* Est mimesis, id est, imitatio vocum pastorum et doctorum. — *Et erit sicut hodie.* Conviviorum hilaritati semper aliquid adjiciemus. Possunt etiam esse verba non luxuriosorum quos reprehendit, sed ipsius prophetæ; quasi dicat : Perseverant in captandis voluptatibus, et in dies ruunt in pejus.

CHAPITRE LVII.

Continuation des reproches du Seigneur contre Israël. Sa colère s'apaisera. Paix qu'il répandra sur la terre.

1. Justus perit, et non est qui recogitet in corde suo; et viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat; a facie enim malitiæ collectus est justus.

2. Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulavit in directione sua.

3. Vos autem accedite huc, filii auguratricis; semen adulteri, et fornicariæ.

4. Super quem lusistis? super quem dilatastis os, et ejecistis linguam? Numquid non vos filii scelesti, semen mendax?

5. Qui consolamini in diis subter omne lignum frondosum immolantes parvulos in torrentibus, subter eminentes petras?

6. In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua; et ipsis effudisti libamem, obtulisti sacrificium : numquid super his non indignabor?

7. Super montem excelsum et sublimem posuisti cubile tuum, et illuc ascendisti ut immolares hostias.

1. Cependant le juste périt, et personne n'y fait réflexion en lui-même; les hommes de piété sont retirés *de ce monde*, parce qu'il n'y a personne qui ait de l'intelligence : car le juste a été enlevé pour être séparé de la malignité *du siècle*,

2. *Afin* que la paix vienne *sur lui, et* que celui qui a marché dans un cœur droit se repose dans son lit.

3. Pour vous, venez ici, enfants d'une devineresse, race d'un adultère et d'une prostituée.

4. De qui vous êtes-vous joués? Contre qui avez-vous ouvert la bouche et lancé vos langues? N'êtes-vous pas des enfants perfides et des rejetons bâtards.

5. Vous qui cherchez votre consolation dans des dieux *imaginaires* sous tous les arbres chargés de feuillages, *et* qui *leur* sacrifiez vos petits enfants dans les torrents, sous les roches avancées?

6. Vous avez mis votre confiance dans les pierres du torrent : c'est là votre partage. Vous avez répandu des liqueurs pour les honorer; vous leur avez offert des sacrifices. Après cela mon indignation ne s'allumera-t-elle pas *contre vous?*

7. Vous avez mis votre lit sur une montagne haute et élevée, et vous y êtes monté pour y immoler des hosties;

Cap. LVII. — 1. *Justus perit.* Quelques commentateurs ont cru que ce juste est Josias qui fut tué dans une bataille, et à qui le Seigneur avait promis de le retirer de ce monde, avant d'exercer ses vengeances sur Jérusalem et sur la Judée (IV. Reg., XXII, XXIII). Plusieurs l'expliquent de Jésus-Christ, que les Juifs mêmes firent périr, et qui trouve dans sa mort le terme de ses humiliations. En l'entendant ainsi, ce verset se rattache naturellement à ce qui précède.

5. *Qui consolamini in diis.* Ces dieux auxquels on immolait des enfants et qu'on adorait dans les torrents et sous le feuillage, étaient les dieux des Chananéens, qui déshonoraient leur culte par des sacrifices humains. Ces dieux avaient un temple près de Jérusalem dans la vallée d'Ennom, à l'endroit appelé *Topheth*, mot qui signifie, d'après l'abbé Glaire, *bûcher, lieu où l'on brûle*, quoiqu'on lui donne ordinairement une autre étymologie.

Cap. LVII. — 1. *Justus perit.* Omnes justos generatim intelligit, potissimum tamen Christum. — *Non est qui recogitet in corde.* Quam scilicet inique occidatur, et quam grave reipublicæ damnum sit cum viris sanctis privatur. — *Viri misericordiæ.* Viri pii; LXX, *justi.* — *Colliguntur.* Ad patres suos, hoc est, moriuntur. — *A facie enim malitiæ.* Ne videant mala et clades suæ gentis et sæculi.

2. *Veniat pax.* In pace requiescat. — *In cubili suo.* In sepulcro, ut habent LXX. — *Qui ambulavit in directione.* Vitæ rectitudine.

3. *Vos autem.* Sermonem convertit ad Judæos. — *Filii auguratricis.* Ita vocat incolas Jerusalem, quod divinationibus et auguriis essent dediti. Vel auguratricis idem est ac veneficæ, quasi dicat : Impii, seu scelesti. LXX habent, *iniqui.* — *Semen adulteri et fornicariæ.* Posteri et filii synagogæ idololatræ, et superstitionibus addictæ. Notum enim est idololatriam fornicationem et adulterium vocari in Scriptura.

4. *Super quem lusistis?* Intelligit Christum quem irrisionibus, ludibriis, alapis, conviciis, blasphemiis, etc., affecerunt Judæi. — *Dilatastis os, et ejecistis linguam.* Significat gestum petulantis turbæ, quæ hiante ore et exserta lingua Christum irrisit. — *Semen mendax.* Adulterinum, et degenerans a majorem sanctitate et pietate.

5. *Consolamini.* Gaudetis, consolationem captatis in cultu idolorum. In Hebræo est, *incalescentes in ulnis*, id est, in lucis exardescentes in venerem; nam in lucis templo circumjectis prostrabant feminæ et mares in honorem falsorum deorum. Ideo luci apud templum in lege prohibiti. — *Subter omne lignum frondosum.* Locabant enim idola sub arbore aliqua late fundente ramos suos, aut in lucis. — *Immolantes parvulos.* Solebant Moloch idolo, naturalis amoris obliti, proprios filios immolare. Vide dicta Lev., 18, 21; et IV. Reg., 16, 3. — *In torrentibus.* Quia immane illud sacrificium præcipue peragebatur juxta torrentem Cedron, in valle Ennon. Vide lib. IV. Reg., c. 23, 10, et ibi dicta.

6. *In partibus torrentis... pars tua.* Sors tua, deliciæ et divitiæ sunt colere idola. In hebræo est, *in lapidibus torrentis pars tua.*

7. *Cubile.* Altare, * vel lectum, aut stratum ad cubandum; nam pernoctabant in iis locis spe consequendi somnia futurorum præsaga.

8. Vous avez placé derrière votre porte, derrière ses poteaux, les monuments *funestes de votre impiété*. Quoique je fusse auprès de vous, vous n'avez pas rougi de vous découvrir; vous avez reçu les adultères, vous avez agrandi votre lit, vous avez fait une alliance avec eux, et vous avez aimé leur couche *honteuse*, sans vous en cacher.

8. Et post ostium, et retro postem posuisti memoriale tuum : quia juxta me discooperuisti, et suscepisti adulterum : dilatasti cubile tuum, et pepigisti cum eis fœdus : dilexisti stratum eorum manu aperta.

9. Vous vous êtes parfumée pour plaire au roi, vous avez recherché toutes sortes de senteurs : vous avez envoyé vos ambassadeurs bien loin et vous vous êtes abaissée jusqu'à l'enfer.

9. Et ornasti te regio unguento, et multiplicasti pigmenta tua. Misisti legatos tuos procul, et humiliata es usque ad inferos.

10. Vous vous êtes fatiguée dans la multiplicité de vos voies, et vous n'avez point dit : Demeurons en repos. Vous avez trouvé de quoi vivre par le travail de vos mains. C'est pourquoi vous ne vous êtes point mise en peine de me prier.

10. In multitudine viæ tuæ laborasti; non dixisti : Quiescam : vitam manus tuæ invenisti, propterea non rogasti.

11. Qui avez-vous appréhendé? de qui avez-vous eu peur, pour me manquer de parole, pour m'effacer de votre mémoire, sans rentrer dans votre cœur? Vous m'avez oublié, parce que je suis demeuré dans le silence, comme si je ne *vous* voyais pas.

11. Pro quo sollicita timuisti, quia mentita es, et mei non es recordata, neque cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, et quasi non videns, et mei oblita es.

12. Je publierai quelle est votre justice; *vos idoles, qui sont les* ouvrages *de vos mains*, ne vous serviront de rien.

12. Ego annuntiabo justitiam tuam, et opera tua non proderunt tibi.

13. Lorsque vous crierez dans vos maux, que tous ceux que vous avez assemblés vous délivrent. Le vent *de ma colère* les dissipera tous; ils

13. Cum clamaveris, liberent te congregati tui, et omnes eos auferet ventus, tollet aura : Qui autem fiduciam

8. *Et suscepisti adulterum.* L'idolâtrie, comme nous l'avons plusieurs fois observé, est presque toujours représentée dans l'Ecriture sous l'idée de fornication et d'adultère. Cette idolâtrie extérieure était l'image de l'idolâtrie spirituelle dont les Juifs se sont trouvés coupables au temps de Jésus-Christ, mettant leur confiance dans leur propre justice et leur attente dans un Messie différent de celui qui leur était promis, et se formant ainsi une double idole et de leur propre justice et d'un Messie imaginaire. Ici le Prophète semble désigner en particulier l'infamie d'Achaz, qui osa mettre dans le lieu saint un autel profane, et celle de Manasses, qui ne craignit pas d'imiter cette impiété (IV. Reg., XVI, XXI).

9. *Ornasti te regio.* Dans sa paraphrase, le P. de Carrières croit qu'il s'agit ici du roi d'Assyrie, nous croyons que ces mots se rapportent plutôt au roi d'Egypte. Achaz, à la vérité, appela à son secours Théglath-Phalasar, roi d'Assyrie; mais sous Ezéchias, le parti irréligieux appela à son secours le roi d'Egypte, et plus tard, Sedécias fit une alliance secrète avec ce même roi; toujours malgré les prophètes qui étaient opposés à ces alliances étrangères, parce qu'on les recherchait, en défiance de leurs prédictions.

---

8. *Post ostium... posuisti memoriale tuum.* Id est, idolum statuisti, ut progrediens, aut domum rediens, illius meminisses, et domus tua in illius esset tutela. — *Discooperuisti.* Lectum. — *Dilatasti cubile tuum.* Multa admittens idola, cum quibus superstitiose adulterareris. — *Stratum eorum.* Adulterorum idolorum. — *Manu aperta.* Palam et impudenter, vel largiter eis donans. In hebræo est, *manum vidisti*, id est, sensisti; nam omnis sensus apud Hebræos videnti voce exprimitur : sic Psalm. 33, 9, dicitur : *Gustate, et videte quoniam suavis est Dominus.* Est ergo idem ac si dixisset : *Libuit tibi contrectari.* LXX videntur hoc de industria omisisse.

9. *Regi.* Idolo Moloch, quod hebraice regem significat. -- *Pigmenta.* Unguenta, odoramenta. Italice appellamus *profumi.* — *Misisti legatos tuos procul.* Non contenta vicinorum idolis ex Assyria, Ægypto, etc., idola accersivisti. -- *Humiliata es usque ad inferos.* Vilissime et profundissime. Hebræi dicunt feminam humiliari cum cognoscitur et violatur; propheta autem de idololatria loquitur tanquam de adulterio.

10. *In multitudine viæ tuæ.* In accersendis undequaque omnium gentium idolis erigendis, colendis, ornandis, etc. -- *Non dixisti : Quiescam.* LXX, *desinam*, id est, nullum idololatriæ modum fecisti. Lassata es, sed non satiata. -- *Vitam manus tuæ invenisti.* Vitam munus vocat idola manu facta, tum quia ab illis necessaria ad vitam sperabant, tum quia illorum erant amasii. — *Non rogasti.* LXX, *non rogasti me;* sperabas enim a tuo amasio omnia te impetrare posse.

11. *Pro quo sollicita timuisti?* Quid timuisti idola, ut finem mihi datam falleres, et mentireris? *Quia ego tacens.* Licet ego taceam et dissimulem, nec tua scelera statim puniam, non tamen propterea minus me timere debuisti.

12. *Ego annuntiabo justitiam tuam.* Dictum ironice, id est, flagitia tua. -- *Opera tua.* Scelesta.

13. *Cum clamaveris.* Afflicta ab hostibus, præsertim Chaldæis, Babylone captiva. -- *Congregati tui.* Dii quos undique congregasti. Vel congreges tui, quos es imitata. -- *Auferet ventus.* Idola scilicet, adeo sunt levia et inania. -- *Fiduciam habet mei.* Qui se et salutem suam mihi crediderant. -- *Hæreditabit terram.* Possidebit terram patriam Jerusalem, ex captivitate postliminio restitutus. Vel significat terram viventium; patriam cœlestem. — *Montem sanctum.* Sion.

habet mei, hæreditabit terram, et possidebit montem sanctum meum.

14. Et dicam : *a* Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. [a *Infr.* 62. 10.]

15. Quia hæc dicit Excelsus, et sublimis habitans æternitatem; et sanctum nomen ejus in excelso et in sancto habitans, et cum contrito et humili spiritu ; ut vivificet spiritum humilium, et vivificet cor contritorum.

16. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar; quia spiritus a facie mea egredietur, et flatus ego faciam.

17. Propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus sum, et percussi eum; abscondi a te faciem meam, et indignatus sum; et abiit vagus in via cordis sui.

18. Via ejus vidi, et sanari eum, et reduxi eum, et reddidi consolationes ipsi, et lugentibus ejus.

19. Creavi fructum labiorum pacem pacem ei qui longe est, et qui prope, dixit Dominus, et sanavi eum.

20. Impii autem quasi mare fervens quod quiescere non potest, et redundant fluctus ejus in conculcationem et lutum.

21. *a* Non est pax impiis, dicit Dominus Deus. [a *Supr.* 48. 22.]

seront emportés au *moindre* souffle. Au contraire, ceux qui mettent leur confiance en moi auront la terre pour héritage, et ils posséderont ma montagne sainte.

14. Je dirai alors : Faites place, laissez le chemin libre, détournez-vous du sentier, ôtez de la voie de mon peuple tout ce qui peut le faire tomber.

15. Voici ce que dit le Très-Haut, le *Dieu* sublime, qui habite dans l'éternité, dont le nom est saint : J'habite dans le lieu *très-haut*, dans le lieu saint; et avec l'esprit humble et *le cœur* brisé, pour donner la vie à ceux qui ont l'esprit humble, pour la donner à ceux qui ont le cœur contrit.

16. Car je ne disputerai pas éternellement, et ma colère ne durera pas toujours, parce que les esprits sont sortis de moi, et que c'est moi qui ai créé les âmes.

17. Mon indignation s'est émue contre mon peuple, à cause de son iniquité et de son avarice ; et je l'ai frappé. Je me suis caché de lui dans ma colère; et il s'en est allé comme un vagabond, en suivant les égarements de son cœur.

18. *Mais enfin* j'ai considéré ses voies, et je l'ai guéri ; je l'ai ramené, je l'ai consolé, lui et *tous* ceux qui le pleuraient.

19. J'ai produit la paix qui est le fruit de mes paroles : je l'ai donnée à celui qui est éloigné et à celui qui est proche, dit le Seigneur; et j'ai guéri l'un et l'autre.

20. Mais les méchants sont comme une mer *toujours* agitée, qui ne peut se calmer, et dont les flots vont se rompre *sur le rivage* avec une écume sale et bourbeuse.

21. *Non*, il n'y a point de paix pour les méchants, dit le Seigneur Dieu.

19. *Qui longe est et qui prope.* C'est-à-dire sur les Juifs et sur les Gentils, conformément à ce que dit saint Paul, de la paix annoncée par Jésus-Christ (Ephes., II, 17).

---

14. *Declinate de semita.* Sordes, saxa, ligna et omnia impedimenta et offendicula tollite : hoc est quod dixit c. 40, n. 3 : *Parate viam Domini.*

15. *Habitans æternitatem.* Habitans cœlum empyreum, æternum et incorruptibile. Vel in seipso, qui est sua æternitas. — *In excelso et in sancto.* In cœlo, quod est excelsum et sanctum tabernaculum Dei. Excelsum etiam et sanctum significare potest montem Sion, in quo erat templum sanctum. — *Contrito et humili spiritu.* Corde afflicto et humili. — *Ut vivificet spiritum humilium.* LXX habent, *pusillanimis dans patientiam*, ut vivificet, recreet, erigat, restauret afflictos pusillaminesque.

16. *Litigabo.* Chald. et LXX, *ulciscar.* — *Quia spiritus a facie mea egredietur.* Animas enim amo, quas ego creavi, et quæ opus sunt e manu mea egressum.— *Et flatus ego faciam. Animas ego feci*, ut vertunt Pagninus et Vatablus.

17. *Iniquitatem avaritiæ.* Hæc est avaritia quam in scribis reprehendit cap. præcedenti, n. 11. — *Percussi eum.* Populum meum. — *Abscondi a te faciem meam.* Ut illi faciunt qui indignantur. — *Abiit vagus.* Hæc est gravis pœna cum quis a Deo derelictus sinitur vagari et impune sequi concupiscentias suas, juxta illud Psalm. 80, 13 : *Dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus suis.*

18. *Vias ejus vidi.* Vidi eum vagum, errantem et ruentem in exitium. — *Sanavi eum et reduxi eum.* Per flagella, inspirationes, monita prophetarum. — *Reddidi consolationes ipsi.* E captivitate Babylonis revocando, et ex dæmonis et peccati servitute liberando. — *Lugentibus ejus.* Afflictis et pœnitentibus.

19. *Fructum labiorum.* Effectum orationis, quæ labiis proferri solet; vel confessionis peccatorum. Vel sensus est : creavi pacem, quæ est fructus labiorum meorum, id est, promissionis meæ. — *Pacem.* Quietem, tranquillitatem, prosperitatem. — *Ei, qui longe est.* Gentili, qui hactenus remotus fuit a fide, Deo et salute. — *Et qui prope.* Judæo, qui ante habuit fidem, Deum et spem salutis.

20. *Quasi mare fervens.* Propter æstum cupiditatum, tentationes et afflatum dæmonum. — *Redundant fluctus ejus in conculcationem.* Conculcationem vocat res viles, sordidas, qualia sunt maris ejectamenta. Sicut ergo turbati et agitati maris effectus est sordes in littus projicere; ita cupiditates æstuantes impiorum in peccata et scelera erumpunt.

21. *Non est pax impiis.* LXX, *non est gaudium impiis.*

CHAPITRE LVIII.

Hypocrisie des Israélites. Le Prophète leur commande les œuvres de miséricorde et l'observation du sabbat.

1. Criez sans cesse; faites retentir votre voix comme une trompette : annoncez à mon peuple les crimes qu'il a faits, et à la maison de Jacob les péchés qu'elle a commis.

2. Car ils me cherchent chaque jour, et ils demandent à connaître mes voies, comme si c'était un peuple qui eût agi selon la justice, et qui n'eût point abandonné la loi de son Dieu : ils me consultent sur les règles de la justice; ils veulent s'approcher de Dieu.

3. Pourquoi avons-nous jeûné, *disent-ils,* sans que vous nous ayez regardés? Pourquoi avons-nous humilié nos âmes, sans que vous vous en soyez mis en peine? c'est que votre *propre* volonté se trouve au jour de votre jeûne, et que vous redemandez tout ce qu'on vous doit.

4. Vous jeûnez pour faire des procès et des querelles; et vous frappez vos frères avec une violence impitoyable. Ne jeûnez plus à l'avenir comme vous avez fait jusqu'à cette heure, en faisant retentir l'air de vos cris.

5. Le jeûne que je demande consiste-t-il à faire qu'un homme afflige son âme pendant un jour, qu'il fasse comme un cercle de sa tête, en baissant le cou, et qu'il prenne le sac et la cendre? Est-ce là ce que vous appelez un jeûne *digne de Dieu*, et un jour agréable au Seigneur ?

1. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia populo meo scelera eorum, et domui Jacob peccata eorum.

2. Me etenim de die in diem quærunt, et scire vias meas volunt; quasi gens quæ justitiam fecerit, et judicium Dei sui non dereliquerit; rogant me judicia justitiæ; appropinquare Deo volunt.

3. Quare jejunavimus, et non aspexisti; humiliavimus animas nostras, et nescisti? Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis.

4. Ecce ad lites et contentiones jejunatis, et percutitis pugno impie. Nolite jejunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester.

5. *a* Numquid tale est jejunium quod elegi, per diem affligere hominem animam suam, numquid contorquere quasi circulum caput suum? et saccum et cinerem sternere? numquid istud vocabis jejunium, et diem acceptabilem Domino? [a *Zach.* 7. 5.]

Cap. LXIII. — 1. *Clama, ne cesses.* C'est au prophète Isaïe que ces paroles s'adressent. Ici commence la 3e section de la 2e partie des *Prophéties* d'Isaïe. Dans les neuf chapitres précédents, le Prophète a parlé du Christ, de ses humiliations, de ses souffrances, et des effets glorieux de sa passion. Dans ce chapitre et les suivants, jusqu'à la fin du livre, Isaïe expose quelles sont les conditions nécessaires pour entrer dans le royaume de Dieu. Il commence par flétrir l'hypocrisie des Juifs, qui jeûnaient pour voiler leurs vices, et il leur recommande les œuvres de miséricorde et l'observation du sabbat.

4. *Ecce ad lites et contentiones jejunatis.* Le jeûne, et toutes les marques extérieures de dévotion, n'étaient, pour ces Juifs infidèles, comme aujourd'hui pour les mauvais chrétiens, qu'un moyen de voiler leurs vices, et de se faire passer, aux yeux des autres, pour meilleurs qu'ils n'étaient. Dans l'Evangile, Jésus-Christ s'élève très-souvent contre ces hypocrites, qui appartenaient, pour la plupart, à la secte des pharisiens (Cf. Matth., VI, 16).

Cap. LVIII. — 1. *Quasi tuba.* Clara et alta voce.

2. *De die in diem quærunt.* Quotidie simulant se quærere me et voluntatem meam. — *Scire vias meas.* Vocant me quodammodo in jus : allegant enim suam justitiam, measque vias, id est, consilia accusant infidelitatis et iniquitatis, quod promissam eis pacem et bona non præstem. — *Judicium Dei sui.* Judicium vocat justum et æquum quod Deus lege sua præscripsit et sanxit. — *Rogant me judicia justitiæ.* Quasi dicat : Volumus scire quam justa sint Dei judicia, det ipse nobis eorum rationem. — *Appropinquare Deo volunt.* Cum eo congressuri et disputaturi.

3. *Humiliavimus animas nostras.* Jejunio nosmet affliximus. * Sermo est de jejunio quarti, quinti, septimi et decimi mensis, quod ad repropitiandum sibi Deum instituerant. Vide Zachar., 8, 19. — *Nescisti.* Videris jejunium nostrum non aspicere. — *Voluntas vestra.* Hebr. vox חפץ *chephets*, significat *id quodlibet*, quæ in Scriptura vocatur libido, concupiscentia, voluntas carnis, voluntas propria, quasi dicat : Jejunatis; sed interim avaritiæ, libidini et cupiditatibus vestris indulgetis. — *Debitores repetitis.* Avare inhumaniterque illud exigendo quod propter paupertatem exhibere non possunt.

4. *Ad lites et contentiones jejunatis.* Propterea non sumitis cibum usque ad vesperam, ut totum diem negotiis litibusque forensibus dare possitis. — *Percutitis pugno impie.* Debitores vestros, vel illos quibuscum litigatis. — *Ut audiatur in excelso clamor.* Nolite ita jejunare, ut clamor contentionis vestræ audiatur, aut eorum clamor quos affligitis et vexatis.

5. *Per diem.* Id est, exiguo tempore. — *Contorquere quasi circulum caput suum.* Aliqui vertunt, *quasi hamum;* alii, *quasi juncum.* Jejunantes enim partim ex debilitate, partim ut se ad pœnitentium habitum componerent, caput demittebant et collum incurvabant. — *Saccum.* Cilicium. — *Cinerem sternere.* His enim quasi symbolis pœnitentiæ ornabant jejunium.

6. Nonne hoc est magis jejunium quod elegi? dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes; dimitte eos qui confracti sunt, liberos, et omne onus dirumpe.

7. *a* Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. [a *Ezech.* 18. 7. 16. *Matth.* 25. 35.]

8. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam justitia tua, et gloria Domini colliget te.

9. Tunc invocabis, et Dominus exaudiet; clamabis, et dicet : Ecce adsum; si abstuleris de medio tui catenam, et desieris extendere digitum, et loqui quod non prodest.

10. Cum effuderis esurienti animam tuam, et animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, et tenebræ tuæ erunt sicut meridies.

11. Et requiem tibi dabit Dominus semper, et implebit splendoribus animam tuam, et ossa tua liberabit, et erit quasi ortus irriguus, et sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.

12. *a* Et ædificabuntur in te deserta sæculorum; fundamenta generationis; et generationis suscitabis; et vocaberis

6. Le jeûne que j'approuve, n'est-ce pas plutôt celui-ci? Rompez les chaînes de l'impiété; déchargez-vous de tous les fardeaux qui vous accablent; renvoyez libres ceux qui sont opprimés et brisez tout ce qui charge *votre conscience.*

7. Faites part de votre pain à celui qui a faim, et faites entrer dans votre maison les pauvres et ceux qui ne savent où se retirer. Lorsque vous verrez un homme nu, revêtez-le : et ne méprisez point votre propre chair.

8. Alors votre lumière éclatera comme l'aurore; vous recouvrerez bientôt votre santé; votre justice marchera devant vous; et la gloire du Seigneur vous protégera.

9. Alors vous invoquerez le Seigneur, et il vous exaucera : vous crierez *vers lui*, et il vous dira : Me voici. *Oui,* si vous ôtez du milieu de vous la chaîne, si vous cessez d'étendre la main *contre les autres,* et de dire des paroles désavantageuses *à votre prochain;*

10. Si vous assistez les pauvres avec une effusion de cœur, et si vous remplissez *de consolation* l'âme affligée, votre lumière se lèvera dans les ténèbres, et vos ténèbres deviendront comme le midi.

11. Le Seigneur vous tiendra toujours dans le repos; il remplira votre âme de ses splendeurs, et il engraissera vos os : vous deviendrez comme un jardin toujours arrosé, et comme une fontaine dont les eaux ne tarissent jamais :

12. Les lieux qui avaient été déserts depuis plusieurs siècles seront dans vous remplis d'édifices; vous relèverez les fondements *abandonnés*

6. *Dissolve colligationes impietatis.* Le véritable jeûne, le jeûne méritoire aux yeux de Dieu, c'est le jeûne spirituel, qui a pour objet de nous priver de toutes les satisfactions et de toutes les jouissances mauvaises, et de discipliner l'esprit, en le tenant éloigné de tout ce qui pourrait le détourner du devoir. Il en est du jeûne corporel comme du culte extérieur; il est nécessaire, mais il faut qu'il soit vivifié et interprété par le jeûne spirituel.

9. *Si abstuleris de medio tui.* L'Eglise nous fait lire, à l'Epître du samedi après les Cendres, ce passage, dont la doctrine est si conforme à l'Evangile. Tout en nous imposant l'obligation du jeûne, elle tient à nous rappeler que le jeûne n'est agréable à Dieu, qu'autant qu'il est accompagné de l'esprit chrétien, qui se manifeste par les œuvres de miséricorde et par la sanctification du jour que le Seigneur s'est réservé.

---

6. *Colligationes impietatis.* Obligationes et pacta usuraria, aut alia ratione iniqua, quibus alios, præsertim pauperes, violenter oppressisti et exhausisti. * Vel, coitiones judicum in fraudem innocentium. — *Fasciculos deprimentes.* Syngrapharum fasciculos, quibus pauperes premuntur. * LXX habent, ςραγγαλίας βιαίων συναλλαγμάτων, *intricatos nexus violentorum contractuum.* — *Qui confracti sunt.* Qui oppressi ære alieno solvendo non sunt. — *Onus.* Debiti dissolve, abrumpe.

7. *Frange.* Distribue. — *Carnem tuam.* LXX habent, *et domesticos seminis tui ne despexeris.* Itaque *caro* vocatur consanguineus pauper.

8. *Quasi mane.* In hæbræo est, *sicut aurora;* quasi dicat : Tunc incipies e mediis calamitatum tenebris, verbi gratia, e captivitate Babylonica, in lucem lætitiæ et felicitatis emergere. — *Sanitas tua.* Liberatio tua e malis et e captivitate. — *Anteibit faciem tuam.* Quasi fax præibit, ut te e malis educat. — *Justitia tua.* Misericordia tua : sic enim capitur justitia, Dan. 9, 24; Psalm. 111, 9; Act. 10, 35 et alibi. — *Gloria Domini.* Gloriosa liberatio, quæ tibi beneficio continget. — *Colliget te.* Eripiet te e periculis aut captivitate.

9. *Catenam.* In Hebræo est, *jugum,* quo scilicet pauperes premis. — *Extendere digitum.* Qui gestus est vel irridentis, vel insultantis et urgentis, quasi digitis oculos velit eruere. — *Quod non prodest.* Est miosis; minus enim dicitur quam significatur. In Hebræo est, אֱוֶן *aven*, id est, *iniquitatem.* Chald. *verba rapinæ*, LXX, *murmurationem.*

10. *Effuderis... animam tuam.* Ostendendo viscera misericordiæ. — *Afflictam.* Fame, nuditate, mœrore. — *Repleveris.* Cibo, veste, consolatione et lætitia. — *Orietur.* Hoc est quod dixit n. 8 : *Erumpet quasi mane lumen tuum.*

11. *Splendoribus.* Hilaritatis, serenitatis animi et felicitatis. — *Ossa tua.* Membra tua, et corpus tuum vexatum et emaciatum ærumnis Babylonicæ captivitatis. — *Quasi hortus irriguus.* Virens et florens, et fructibus abundans. — *Sicut fons.* Nam omni bonorum genere affluet et abundabis.

12. *Ædificabuntur in te deserta sæculorum.* Domus vel urbes a multis sæculis desertæ. — *Fundamenta.* Restaurabis et reædificabis urbes et domos a multis sæculis dirutas, quarum tantum fundamenta terra obruta remanserant : significat synagogam collapsam, ex cujus ruinis excitata est Ecclesia Christi, additis gentilibus, qui de lapidibus facti sunt filii Abrahæ. —

pendant une longue suite d'années : et l'on dira de vous, que vous réparez les haies *détruites*, et que vous faites une demeure paisible des chemins.

13. *Enfin* si vous vous empêchez de voyager le jour du sabbat, et de faire votre volonté au jour qui m'est consacré; si vous le regardez comme un repos délicieux, comme le jour saint et glorieux du Seigneur, dans lequel vous lui rendiez l'honneur qui lui est dû, en ne suivant point vos *mauvaises* inclinations, en ne faisant point votre propre volonté, et en ne disant point de paroles *vaines;*

14. Alors vous trouverez votre joie dans le Seigneur. Je vous élèverai, *dit-il,* au-dessus de ce qu'il y a de plus élevé sur la terre; et je vous donnerai pour vous nourrir, l'héritage de Jacob, votre père : car la bouche du Seigneur a parlé.

ædificator sepium, avertens semitas in quietem [a *Infr.* 61. 4.]

13. Si averteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, et vocaveris, sabbatum delicatum, et sanctum Domini gloriosum, et glorificaveris eum dum non facis vias tuas, et non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem :

14. Tunc delectaberis super Domino, et sustollam te super altitudines terræ, et cibabo te hæreditate Jacob patris tui : os enim Domini locutum est.

CHAPITRE LIX.

L'infidélité d'Israël est le seul obstacle à sa délivrance. Dieu dans sa bonté le délivrera et le vengera de ses ennemis.

1. Car la main du Seigneur n'est point raccourcie, pour ne pouvoir plus *vous* sauver, et son oreille n'est point devenue plus dure, pour ne pouvoir plus entendre vos cris.

2. Mais ce sont vos iniquités qui ont fait une séparation entre vous et votre Dieu, et ce sont vos péchés qui lui ont fait cacher son visage, pour ne plus vous écouter.

3. Car vos mains sont souillées de sang, vos doigts *sont pleins* d'iniquité; vos lèvres ont prononcé le mensonge, et votre langue a dit des paroles criminelles.

4. Il n'y a personne *parmi vous* qui parle pour la justice, ni qui juge dans la vérité. Ils mettent

1. Ecce non est abbreviata manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat; [a *Num.* 11. 23. *Supr.* 50. 2.]

2. Sed iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem ejus à vobis ne exaudiret.

3. *a* Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, et digiti vestri iniquitate : labia vestra locuta sunt mendacium, et lingua vestra iniquitatem fatur. [a *Supr.* 1. 15.]

4. Non est qui invocet justitiam, neque est qui judicet vere : sed confidunt

Cap. LIX. — 1. *Ecce non est abbreviata manus Domini.* Ce chapitre peut se diviser en trois parties. Dans la première (1-8) le prophète reproche aux Juifs leurs crimes, et leur déclare que ce sont leurs iniquités seules qui ont empêché les effets de la miséricorde du Seigneur à leur égard. Dans la seconde (9-15), les Juifs font eux-mêmes l'aveu de leurs fautes, et reconnaissent qu'ils ont été, avec justice, abandonnés de Dieu. Dans la troisième (16-21), Dieu, touché de ces aveux, s'engage à sauver Israël et lui promet un libérateur.

4. *Non est qui invocet justitiam.* Ce tableau, qu'Isaïe nous peint, de la corruption de son

---

Ædificator sepium. Alluditi, et significat instaurationem Jerusalem; hæc enim vocatur sæpe vinea, cujus muri sunt sepes. Vel sepes intelligit vinearum eversas a Chaldæis. Ædificatores sepium sunt ii qui ecclesiasticam disciplinam et leges statuunt, aut restituunt. — *Avertens semitas in quietem.* Occlusor semitarum, per quas subibant bestiæ et hostes vastantes vineas et domos, ideoque auctor quietis.

13. *Si averteris a sabbato pedem tuum.* Si averteris pedem tuum a transgressione sabbati, quia sabbato longum iter omneque opus servile, quod pedibus aut manibus fit, erat prohibitum. — *Facere voluntatem tuam.* Repetendum *si averteris.* Sententia est : si in sabbato non tantum quieveris ab opere, sed etiam non sequeris voluntatem tuam et concupiscentias, indulgendo gulæ et genio, sed vacando studiis pietatis. — *Delicatum.* Delicate et tenere observandum. Vel delicias tum tuas, tum Domini, quod scilicet capiat Deus magnam delectationem ex religioso sui cultu in sabbato. — *Et sanctum Domini gloriosum.* Si vocaveris, æstimaveris et colueris sabbatum quasi diem sanctum, et gloriæ et glorificationi Domini dedicatum. — *Dum non facis vias tuas.* Hoc autem præstabis dum actibus, motibus et vitiis consuetis non insistis. — *Voluntas tua.* Quid hoc significet proxime explicatum est hoc eodem versiculo. — *Ut loquaris sermonem.* Qui non prodest, ut dixit num. 9.

14. *Delectaberis super Domino.* Spiritualibus deliciis frueris. — *Sustollam te.* Animi celsitudinem tibi dabo. — *Cibabo te.* Dabo tibi insignia illa bona quæ promisi Abrahæ, Isaac et Jacob. — Faciam ut vivas de fructibus terræ avitæ. Alludit ad terram promissam quæ cœlestis illius terræ viventium symbolum fuit. — *Os enim Domini locutum est.* Itaque promissionem hanc eventus non frustrabitur.

Cap. LIX. — 1. *Abbreviata.* Facta minus potens. — *Neque aggravata est.* Neque obsurduit.

2. *Diviserunt.* Quasi pariete interposito.

3. *Sanguine.* Homicidiis. — *Iniquitate.* Cædibus, rapinis, omnique violentia.

4. *Qui invocet justitiam.* In Hebræo est, *non est qui vocet in justitia;* nemo est qui alium juste in jus vocet. Vel nemo est qui vocem liberam pro causa justa emittat. — *Confidunt in*

in nihilo, et loquuntur vanitates; *a* conceperunt laborem, et pepererunt iniquitatem. [a *Job*. 15. 35.]

5. Ova aspidum ruperunt, et telas araneæ texuerunt; qui comederit de ovis eorum, morietur; et quod confotum est, erumpet in regulum.

6. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis; opera eorum opera inutilia, et opus iniquitatis in manibus eorum.

7. *a* Pedes eorum ad malum currunt, et festinant ut effundant sanguinem innocentem; cogitationes eorum cogitationes inutiles; vastitas et contritio in viis eorum. [a *Prov*. 1. 16. *Rom*. 3. 15.]

8. Viam pacis nescierunt, et non est judicium in gressibus eorum; semitæ eorum incurvatæ sunt eis; omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.

9. Propter hoc elongatum est judicium a nobis et non apprehendet nos justitia; expectavimus lucem, et ecce tenebræ; splendorem, et in tenebris ambulavimus.

10. Palpavimus sicut cœci parietem, et quasi absque oculis attrectavimus; impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui.

11. Rugiemus quasi ursi omnes, et quasi columbæ meditantes gememus; expectavimus judicium, et non est; salutem, et elongata est a nobis.

leur confiance dans le néant, et ils ne publient que des mensonges; ils conçoivent l'affliction, et ils enfantent l'iniquité.

5. Ils ont fait éclore des œufs d'aspics, et ils ont formé des toiles d'araignée. Celui qui mangera de ces œufs en mourra, et, si on les fait couver, il en sortira un basilic.

6. Leurs étoiles ne serviront point à se couvrir, et ils ne se revêtiront point *des fruits* de leur travail; car tous leurs travaux sont des travaux inutiles, et l'ouvrage de leurs mains est un ouvrage d'iniquité.

7. Leurs pieds courent pour faire le mal, et ils se hâtent de répandre le sang innocent; leurs pensées sont des pensées injustes; leur conduite ne tend qu'à perdre et à opprimer les autres.

8. Ils ne connaissent point la voie de la paix, ils ne marchent point selon la justice; ils se sont fait des sentiers tortus : et quiconque y marche ne connaîtra point la paix.

9. C'est pour cela que l'équité s'est éloignée de nous, et que la justice ne vient point jusqu'à nous. Nous attendions la lumière, et nous voilà dans les ténèbres : *nous espérions* un grand jour, et nous marchons dans une nuit sombre.

10. Nous allons comme des aveugles le long des murailles : nous marchons à tâtons, comme si nous n'avions point d'yeux : nous nous heurtons en plein midi, comme si nous étions dans les ténèbres; nous nous trouvons dans l'obscurité comme les morts.

11. Nous rugissons tous comme des ours, nous gémissons et nous soupirons comme des colombes. Nous attendions un jugement *favorable*, et il n'est point venu; *nous espérions* le salut, et le *salut* est bien loin de nous.

siècle, a beaucoup d'analogie avec celui que nous avons vu décrire par le Psalmiste (Ps., XIII): *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt.* On peut les comparer, et on verra que les principaux traits sont les mêmes. De part et d'autre, la corruption est attribuée à l'oubli de Dieu : *Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus.*

9. *Propter hoc elongatum est.* Les Juifs, frappés des reproches du Prophète, en reconnaissent la justesse, et disent : C'est pour cela que l'équité s'est éloignee de nous. Ils conservent la parole jusqu'au verset 16. Alors le Prophète reprend : Dieu a vu qu'il ne restait plus d'hommes, etc.

---

nihilo. Licet nullo justitiæ fundamento nitantur, sperant tamen se eos quibuscum litigant circumventuros in judicio. — *Vanitates.* Mendacia, dolos. — *Conceperunt laborem* Molestiam proximi. LXX, *cœdem.* Vel nomine laboris, ut et doloris, peccatum significatur, quod multos labores, molestias, curas, anxietates et calamitates afferat. — *Pepererunt iniquitatem.* Peccati et injustitiæ, qua vexant innocentes.

5. *Ova aspidum ruperunt.* Suos malignos iræ, rapinæ et homicidii conceptus et machinationes executi sunt. — *Telas araneæ texuerunt.* Dum perituras et nulli usui futuras opes et potentiam quærunt per aliorum injuriam. — *Qui comederit de ovis eorum, morietur.* Qui se eorum machinationibus impiis jungunt et sociant, exitium sibi parabunt. — *Et quod confotum est, erumpet in regulum.* Plane noxia sunt hæc ova impiorum ; nam si frangas, in iis invenies basiliscum. In Hebræo est, *quod fractum est, erumpet in regulum.*

6. *Non erunt in vestimentum.* Quia sunt aranearum telæ. — *Opus iniquitatis.* Opus iniquum.

7 *Vastitas et contritio in viis eorum.* Quocumque vadunt, omnia vastant et conterunt : sunt instar pestis quæ omnia perdit.

8. *Judicium.* Justitia, rectitudo, æquitas. — *Gressibus eorum.* Viis eorum, actionibus et studiis eorum. — *Incurvatæ.* Depravatæ, perversæ, obliquæ. — *Qui calcat in eis* Qui illis insistit. — *Ignorat pacem.* Bene illi non erit. Hebr. *nesciet pacem.*

9. *Elongatum est judicium a nobis.* Recessit a nobis vera justitia. — *Non apprehendet nos justitia.* Ejusdem sententiæ repetitio. Justitiæ compotes non erimus. — *Lucem.* Prosperitatis. — *Tenebræ.* Calamitatum.

10. *In caliginosis quasi mortui.* Aliqui ex Hebræo vertunt : *In sepulcris versamur quasi cadavera;* qui loquendi modus significat summam cæcitatem et calamitatem.

11. *Rugiemus quasi ursi.* Cum ereptis catulis ex summo dolore horrende rugiunt. — *Et quasi columbæ meditantes gememus.* In Hebræo est, *et tanquam columbæ gemendo gememus :* itaque muditari est gemere. — *Expectavimus judicium.* Repetit more dolentium et gementium quæ dixit num. 9.

12. Car nos iniquités se sont multipliées devant vos yeux, *Seigneur*, et nos péchés portent témoignage contre nous, parce que nos crimes nous sont présents, et que nous connaissons nos iniquités.

13. *Nous confessons donc que* nous avons péché et *que* nous avons menti contre le Seigneur, nous nous sommes détournés pour ne point suivre *les ordonnances de* notre Dieu, pour semer des calomnies *contre nos frères,* et pour violer *toute justice :* nous avons conçu et fait sortir de notre cœur des paroles de mensonge.

14. L'équité nous a abandonnés, et la justice s'est retirée de nous, parce que la vérité a été renversée dans les places publiques, et que l'équité n'y a trouvé aucune entrée.

15. La vérité *y* a été en oubli; et celui qui s'est retiré du mal a été exposé en proie *à la fureur des méchants.* Le Seigneur l'a vu; et ses yeux ont été blessés de ce qu'il n'y avait plus de justice.

16. Il a vu qu'il ne restait plus d'hommes *justes*, et il a été saisi d'étonnement de voir que personne ne s'opposait *à de si grands maux.* Son bras *seul* l'a sauvé, et sa propre justice l'a soutenu.

17. Il s'est armé de sa justice comme d'une cuirasse, et il a mis sur sa tête le casque du salut; il s'est revêtu de sa vengeance comme d'un vêtement, et il s'est couvert de sa colère comme d'un manteau.

18. Il se prépare à se venger, à punir dans sa colère ceux qui lui font la guerre, et à rendre à ses ennemis ce qu'ils méritent. *Ainsi* il traitera les habitants des îles selon leurs œuvres.

19. *Alors* ceux qui sont du côté de l'occident craindront le nom du Seigneur, et ceux qui sont du côté de l'orient *révéreront* sa gloire, lorsqu'il viendra comme un fleuve impétueux dont le souffle de Dieu agite les eaux;

12. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, et peccata nostra responderunt nobis; quia scelera nostra nobiscum, et iniquitates nostras cognovimus.

13. Peccare et mentiri contra Dominum; et aversi sumus ne iremus post tergum Dei nostri, ut loqueremur calumniam et transgressionem; concepimus, et locuti sumus de corde verba mendacii.

14. Et conversum est retrorsum judicium, et justitia longe stetit; quia corruit in platea veritas, et æquitas non potuit ingredi.

15. Et facta est veritas in oblivionem; et qui recessit a malo, prædæ patuit; et vidit Dominus, et malum apparuit in oculis ejus, quia non est judicium :

16. Et vidit quia non est vir; et aporiatus est quia non est qui occurrat; et salvavit sibi brachium suum, et justitia ejus ipsa confirmavit eum.

17. Indutus est justitia ut lorica, et galea salutis in capite ejus; indutus est vestimentis ultionis, et opertus est quasi pallio zeli. [a *Ephes.* 6. 17. *I. Thess.* 5. 8.]

18. Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, et vicissitudinem inimicis suis; insulis vicem reddet.

19. Et timebunt qui ab occidente, nomen Domini; et qui ab ortu solis, gloriam ejus; cum venerit quasi fluvius violentus, quem spiritus Domini cogit :

---

12. *Peccata nostra responderunt nobis.* Nam peccati nostri pœna, quasi echo, culpæ respondit. * Peccata nostra testimonium dicunt contra nos. — *Nobiscum.* Apud nos, imo ante oculos nostros perpetuo versantur. Ita dicebat David, Psal., 50, 5 : *Peccatum meum contra me est semper.* Vel scelera posuit pro scelerum pœnis.

13. *Peccare et mentiri* Enumerat scelera : mentiri est fidem Deo datam fallere, et vero Dei cultu relicto, idolis et vitiis servire. — *Transgressionem.* In hebræo est, *perversitatem.*

14. *Conversum est retrorsum judicium.* Vatab. et Forer. vertunt, *retroactum est*, id est, justitia a nobis abacta est. — *Corruit in platea veritas.* Eversa est veritas et justitia in foro, in tribunalibus judicum, et in mercatorum conventibus. — *Non potuit ingredi.* Quasi nostro scelere vexata et debilitata. * Vel a foro exclusa est.

15. *Qui recessit a malo.* Vir scilicet rectus et simplex. — *Prædæ patuit.* Impiorum et injustorum. — *Malum apparuit in oculis ejus.* Idem est quod dixit, vidit Dominus. — *Judicium.* Justitia.

16. *Non est vir.* Non est quisquam qui sectetur justitiam, * qui preces serias ad Deum fundat. — *Aporiatus est.* Anxius et perplexus hæsit Deus : loquitur de Deo humano more. — *Qui occurrat.* Qui orando iræ ejus se opponat. Pagnin. vertit, *quia non erat qui oraret.* Vatabl., *qui intercederet.* — *Salvavit sibi brachiun suum.* Deo saluti fuit brachium suum, cum res essent desperatæ, et mundus rueret in omne scelus, brachio potentiæ suæ Deus tanto malo remedium attulit Christum dando. — *Justitia ejus.* Sanctitas, bonitas et misericordia. Vel justitiam proprie intellige, cui incarnatione et passione Christi plene satisfactum est. — *Confirmavit eum.* Corroboravit, et quasi animos addidit ne ab incœpto desisteret, sed filium suum daret ut redemptor noster esset.

17. *Indutus est justitia ut lorica.* Justitia totum Dei pectus et cor obarmavit et corroboravit, ut pro justitia justoque suo dominio contra tyrannos, hoc est, contra dæmones dimicaret, qui hominem injuste captivum detinebant — *Galea salutis.* Hæc caput et mentem Dei obarmavit, ut tota ejus intentio ferretur in hominum salutem. — *Vestimentis ultionis.* Vestis totum corpus tegens fuit ultio; nam totus, totoque quasi corpore ferebatur in hostes, hoc est, in peccata, ut ea exterminaret. —*Pallio zeli.* Zelus cumulavit, obtexit et ornavit arma ejus jam dicta, zelus nimirum honoris et gloriæ suæ, iræ in dæmonem et peccatum, et amoris erga homines.

18. *Sicut ad vindictam.* Pagnin., vertit, *sicut vir zelat retributiones;* ut vir zelotypus indignatur contra uxoris suæ procos, et pro injuria quam accipit vindictam conatur rependere, et ad hunc finem arma induit. — *Insulis vicem reddet.* Insulas vocat gentes remotas in insulis et ultra insulas habitantes; hisce vicem, id est, talionem ultionis reddidit, dum ipsarum impietatem et idololatriam destruxit, easque christianas et pias effecit.

19. *Timebunt.* Colent, reverebuntur. — *Qui ab occidente.* Id est, omnes gentes, tam quæ

20. *a* Et venerit Sion Redemptor, et eis qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus [a *Rom.* 11. 26.]

21. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus : Spiritus meus qui est in te, et verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, et de ore seminis tui, et de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, amodo et usque in sempiternum.

20. Lorsqu'il sera venu un Rédempteur à Sion, et à ceux de Jacob qui abandonneront l'iniquité, dit le Seigneur.

21. Voici l'alliance que je ferai avec eux, dit le Seigneur : mon esprit qui est en vous, et mes paroles que j'ai mises en votre bouche ne sortiront point de votre bouche, ni de la bouche de vos enfants, ni de la bouche des enfants de vos enfants, depuis le temps présent jusque dans l'éternité, dit le Seigneur.

CHAPITRE LX.

Formation de l'Eglise. Conversion des Gentils. Gloire, joie et richesse de la société fondée par le Christ.

1. Surge, illuminare Jerusalem; quia venit lumen tuum, et gloria Domini super te orta est.

2. Quia ecce tenebræ operient terram, et caligo populos; super te autem orietur Dominus, et gloria ejus in te videbitur.

3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, et reges in splendore ortus tui.

1. Levez-vous, Jérusalem; soyez toute brillante de clarté, parce que votre lumière est venue, et que la gloire du Seigneur s'est levée sur vous.

2. Car les ténèbres couvriront la terre, et une nuit sombre *enveloppera* les peuples ; mais le Seigneur se lèvera sur vous, et sa gloire éclatera dans vous.

3. Les nations marcheront à la lueur de votre lumière, et les rois à la splendeur qui se lèvera sur vous.

20. *Et venerit Sion Redemptor*. Ce Rédempteur ou Libérateur est Jésus-Christ, imparfaitement représenté par Cyrus. La prophétie, contenue dans ces trois versets, a déjà reçu un premier accomplissement dans les divers jugements de justice et de miséricorde que le Seigneur a exercés sur la terre au temps de la vocation des Gentils; mais le témoignage de saint Paul nous assure qu'il recevra un nouvel accomplissement dans les divers jugements de justice et de miséricorde que le Seigneur exercera de nouveau au temps du rappel des Juifs, que cet apôtre prouve par ce texte (Rom., XI, 25 et 26).

21. *Spiritus meus qui est in te*. Cette parole se trouve vérifiée dans l'alliance éternelle que Jésus-Christ a faite avec son Eglise, et dans laquelle les Juifs mêmes seront admis au temps de leur rappel (*Bible de Vence*).

Cap. LX. — 1. *Surge, illuminare, Jerusalem*. Ce chapitre est un des plus beaux du Prophète. L'Eglise nous le fait lire à la messe du dimanche de l'Epiphanie, parce que l'objet de cette fête est précisément la conversion des Gentils, qui est ici prédite. — Le mot *Jérusalem*, qui est dans la Vulgate, ne se trouve pas dans l'Hébreu; mais on le lit dans les Septante.

2. *Tenebræ operient terram*. Littéralement, ces ténèbres indiquent les malheurs qui devaient fondre sur Babylone et sur son empire, au temps de la délivrance d'Israël. Mais, au figuré, elles sont une image des erreurs et des vices qui devaient obscurcir le monde à l'époque de la prédication de l'Evangile.

3. *In splendore ortus tui*. Saint Jean emploie de semblables expressions, en décrivant la gloire de la Jérusalem céleste. Il en est de même de ce que dit Isaïe dans ce même chap., vers. 11, et vers. 19 et 20 (Cf. Apoc., XXI, v. 13-20, et XXII, v. 5). Ces analogies n'ont rien de surprenant, puisque la Jérusalem terrestre, fondée par le Christ, a été conçue sur le type de la Jérusalem céleste, dont il est le Roi.

---

ad occidentem quam quæ ad orientem habitant. — *Cum venerit quasi fluvius violentus*. Significat impetum, vim, copiam et efficacitatem Evangelii, et prædicationis Christi et apostolorum. — *Quem spiritus Domini cogit*. Quem vehemens ventus impellit. Agebantur apostoli Spiritu divino quem in die Pentecostes copiose acceperant. — *Cogit. Impellit*, ut aliqui vertunt.

20. *Sion*. Est dativi casus : Sioni, id est, Ecclesiæ. — *Eis qui redeunt ab iniquitate*. Qui e captivitate peccati ad Dominum redeunt. — *In Jacob*. Qui ad Israel pertinent.

21. *Hoc fœdus meum*. Fœdus nimirum quod proxime sequentibus verbis exprimitur. — *Spiritus meus*. Sunt verba Dei ad Ecclesiam. Per spiritum suum intelligit Spiritum sanctum qui per fidem et charitatem diffusus est in tota Ecclesia, hoc est, in cordibus fidelium. — *Verba mea*. Præcepta mea. — *De ore tuo*. De ore et corde tuo, et filiorum et nepotum tuorum.

Cap. LX. — 1. *Surge*. O Ecclesia, o populo in Christo credentium, qui hactenus sedisti in tenebris infidelitatis et ignorantiæ, excitare, surge. — *Illuminare*. Orientem justitiæ solem excipe. — *Lumen tuum*. Per *lumen* et *gloriam* intelligit Christi præsentiam, doctrinam, gratiam, et universam gloriam Evangelii.

2. *Tenebræ*. Paganismi, idololatriæ et aliorum errorum, vitiorum etiam et peccatorum omnis generis.

3. *Ambulabunt gentes in lumine tuo. Venient gentes ad lucem tuam*, ut vertit Vatablus, ut qui sunt in mari, et fluctibus de nocte jactantur, ad facem quam aspiciunt juxta portum accensam cursum dirigunt. — *In splendore ortus tui*. In splendore solis justitiæ, qui tibi orietur.

4. Levez vos yeux et regardez autour de vous. Tous ceux que vous voyez assemblés ici viennent pour *être à* vous; vos fils viendront *ainsi* de bien loin, et vos filles viendront vous trouver de tous côtés.

5. Alors vous verrez *avec joie cette multitude d'enfants;* vous serez dans une abondance *qui vous surprendra;* votre cœur s'étonnera et se répandra hors de lui-même lorsque vous serez comblée des richesses de la mer, et que tout ce qu'il y a de grand dans les nations viendra se donner à vous.

6. Vous serez inondée par une foule de chameaux, par les dromadaires de Madian et d'Epha. Tous viendront de Saba vous apporter l'or et l'encens, et publier les ouvrages du Seigneur.

7. Tous les troupeaux de Cédar se rassembleront dans vous; les béliers de Nabajoth seront employés pour votre service; on me les offrira sur mon autel comme des hosties agréables, et je remplirai de gloire la maison de ma majesté.

8. Qui sont ceux-ci qui sont emportés en l'air comme des nuées, et qui volent comme des colombes lorsqu'elles retournent à leur colombier?

9. Car les îles m'attendent; et il y a déjà longtemps que les vaisseaux sont prêts sur la

4. *a* Leva in circuitu oculos tuos, et vide; omnes isti congregati sunt, venerunt tibi; filii tui de longe venient, et filiæ tuæ de latere surgent. [a *Supr.* 49. 18.]

5. Tunc videbis, et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum, quando conversa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian et Epha; omnes de Saba venient, aurum et thus deferentes; et laudem Domino annuntiantes.

7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi; arietes Nabajoth ministrabunt tibi; offerentur super placabili altari meo, et domum majestatis meæ glorificabo.

8. Qui sunt isti qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas?

9. Me enim insulæ expectant, et naves maris in principio, ut adducam

6. *Dromedarii Madian et Epha.* Les peuples désignés dans ce verset et le suivant, sont au nombre de cinq. Ils descendent tous d'Abraham. Les trois premiers, Madian, Epha et Saba, en sont issus par Céthura, et les deux autres, Cédar et Nabajoth, eurent pour ancêtre Ismaël (Gen., XXV, 1, 2, 3, 13). Ils habitaient tous l'Arabie, et comme ils sont en dehors des promesses faites à Jacob, ils représentent la gentilité dont la conversion est ici annoncée.

9. *Me enim insulæ exspectant.* Par les îles, il faut entendre toutes les régions occidentales, dont la Judée était séparée par la Grande-Mer, ou mer Méditerranée.

---

4. *Leva.* Quasi ex specula, ex edito loco, ex monte Sion, in quo posita es. — *In circuitu.* Omnes mundi plagas circumspice. — *Filii tui de longe venient.* Filii et filiæ tuæ ex omnibus plagis longe lateque patentibus ad te venient. — *Surgent.* Ut ad te veniant. Quidam legunt *sugent.* In Hebræo est, *juxta latus nutrientur.* Chald. *super latera portabuntur.* LXX, *super humeros portabuntur.*

5. *Videbis.* Cum voluptate. — *Afflues.* Gaudio et copia jam numerosæ sobolis — *Dilatabitur cor tuum.* Prælatius. — *Multitudo maris.* Multæ insulares et transmarinæ gentes, ut Græci, Afri, Hispani, Galli, Itali. — *Fortitudo gentium.* Gentes fortes et validæ, sive præclarissimi et præstantissimi quique gentium.

6. *Inundatio.* Abundantia camelorum gentes ad Ecclesiam confluentes portantium, et earum divitias. — *Dromedarii.* Cameli species, ita dicta a cursu velocissimo; cursus enim a Græcis δρόμος dicitur. Livius lib. 7 de bello Macedonico *dromadas* appellat. — *Madian et Epha.* Regiones sunt trans Arabiam, camelorum feraces. — *Omnes de Saba venient. Omnes*, id est, plurimi, quorum primi fuere tres magi, Matth., 2, 1. Saba regio est sita inter mare Rubrum et sinum Persicum, abundatque auro, thure, cinnamomo, balsamo, myrrha, palma, calamo; quare appellatur etiam Arabia Felix. — *Thus.* Quod proprium est hujus regionis; quare Virgilius canit :

India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

7. *Omne pecus Cedar.* Cedar et Nabajoth regiones sunt Arabiæ, ovibus et pecore abundantes, ita dictæ a filiis Ismaelis ejusdem nominis. — *Ministrabunt.* Servient tuis usibus, offerentur tibi. — *Offerentur super placabili altari meo.* Non tanquam sacrificia juxta ritum mosaicum, hæc enim Ecclesiæ tempore erunt abolita, sed tanquam oblationes et munera. Alludit tamen ad vetus altare et victimas judaicas. — *Placabili altari.* Placente mihi, et me placante per suas victimas et oblationes. — *Domum majestatis meæ.* Domus majestatis Dei olim erat templum, nunc autem est Christi Ecclesia.

8. *Qui sunt isti.* Sunt verba prophetæ admirantis; quasi dicat : Quam densæ flante vento nubes volant per aera, et quam densæ columbæ ad nidos revolant, cum ingruit tempestas; tam densæ confluent ad te, ô Ecclesia, gentes et populi. Ita explicat D. Hieronymus. Alii per nubes et columbas accipiunt apostolos et prædicatores. Unde LXX vertunt, *sicut columbæ cum pullis suis;* quasi dicant : Sicut apostoli cum suis discipulis et fidelibus. Prædicatores appellantur nubes, quia nubes a terra elevatæ roridæ, tonitruque resonant, et fulmina emittunt, etc. Appellantur columbæ propter simplicitatem intentionis, et propter celeritatem volatus, qua se huc illuc conferunt. — *Ad fenestras suas.* Columbaria enim in quibus degunt columbæ fenestrellis abundant. S. Ambros., lib. de Isaac et anima, c. 4, per fenestras accipit phophetas. Columbæ, id est, sanctæ animæ per prophetas et sacram Scripturam, quasi per ænigmata intuentur Deum.

9. *Me enim insulæ expectant.* Quasi dicat : Dixi undequaque ad Ecclesiam advolaturos populos, quia insulani et transmarini, audita Christi et Ecclesiæ fama ac gloria, ad eum anhelabunt.— *Et naves maris in principio.* Cum primum insulani audierint de Christo et Ecclesia, ad eum advolabunt. Vel in *principio*, idem est quod *præcipue;* LXX enim vertunt *in primis*, quasi dicat : Præ Judæis, in primis magisque ardenter expectabunt me naves Tharsis, id est, gentes transmarinæ.

filios tuos de longe; argentum eorum, et aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, et Sancto Israel, quia glorificavit te.

10. Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, et reges eorum ministrabunt tibi; in indignatione enim mea percussi te; et in reconciliatione mea misertus sum tui.

11. *a* Et aperientur portæ tuæ jugiter; die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, et reges earum adducantur. [a *Apocal.* 21. 25.]

12. Gens enim et regnum quod non servierit tibi, peribit; et gentes solitudine vastabuntur.

13. Gloria Libani ad te veniet. abies et buxus, et pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, et locum pedum meorum glorificabo.

14. Et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, et vocabunt te Civitatem Domini, Sion Sancti Israel.

15. Pro eo quod fuisti derelicta, et odio habita, et non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam sæculorum, gaudium in generationem et generationem.

16. Et suges lac gentium, et mamilla regum lactaberis; et scies quia ego Dominus salvans te, et redemptor tuus fortis Jacob.

17. Pro ære afferam aurum, et pro ferro afferam argentum; et pro lignis æs, et pro lapidibus ferrum; et ponam visitationem tuam pacem, et præpositos tuos justitiam.

mer, pour faire venir vos enfants de loin, pour apporter avec eux leur argent et leur or, et le consacrer au nom du Seigneur votre Dieu, et du Saint d'Israël qui vous a glorifiée.

10. *Alors* les enfants des étrangers bâtiront vos murailles, et leurs rois vous rendront service, parce que je vous ai frappée dans mon indignation, et que je vous ai fait miséricorde, en me réconciliant avec vous.

11. Vos portes seront toujours ouvertes; elles ne seront fermées ni jour ni nuit, afin qu'on vous apporte les richesses des nations, et qu'on vous amène leurs rois.

12. Car le peuple et le royaume qui ne vous sera point assujéti périra, et je ferai de ces nations *infidèles* un effroyable désert.

13. *Au contraire*, la gloire du Liban viendra dans vous, le sapin, le buis et le pin *serviront* ensemble pour l'ornement de mon sanctuaire; et je glorifierai le lieu où mes pieds *se seront reposés*.

14. Les enfants de ceux qui vous avaient humiliée viendront se prosterner devant vous, et tous ceux qui vous décriaient adoreront les traces de vos pas, et vous appelleront la Cité du Seigneur, la Sion du Saint d'Israël.

15. Parce que vous avez été abandonnée, et exposée à la haine, et qu'il n'y avait personne qui passât jusqu'à vous, je vous établirai dans une gloire qui ne finira jamais, et dans une joie qui durera dans la succession de tous les âges.

16. Vous sucerez le lait des nations, vous serez nourrie de la mamelle des rois, et vous connaîtrez que je suis le Seigneur qui vous sauve, et le fort de Jacob qui vous rachète.

17. Je vous donnerai de l'or au lieu d'airain, et de l'argent au lieu de fer; de l'airain, au lieu de bois, et du fer au lieu de pierres : je ferai que la paix régnera sur vous, et que la justice vous gouvernera.

12. *Solitudine vastabuntur.* En dehors du christianisme, la civilisation devait s'arrêter, et le Prophète, en voyant ces nations infidèles privées des eaux salutaires de la grâce, les compare, dans son esprit, à un désert; c'est-à-dire, à une terre stérile qui ne produit rien qui soit digne de la vie éternelle.

---

10. *Et ædificabunt.* Alludit ad muros Jerusalem quos Persarum reges post captivitatem Babylonicam ædificari curarunt; sed sub his intelligit principes gentiles qui Ecclesiæ faverunt. — *Percussi te.* O Jerusalem, relinquendo te ante Christum impiam, et post Christum percutiens per Romanos. Vel generatim alloquitur Ecclesiam quam ob peccata fidelium qui in ea sunt percussit et percutit per vexationes infidelium tyrannorum et hæreticos illi infestos. — *In reconciliatione mea.* Tibi tamen subinde reconcilior, cum te per pœnitentiam afflictam video.

11. *Aperientur portæ tuæ jugiter.* Est periphrasis altissimæ pacis, et summæ frequentiæ advenientium ad Ecclesiam. — *Fortitudo gentium.* Vide dicta supra, n. 5.

12. *Solitudine.* Usque ad solitudinem.

13. *Gloria Libani.* Alludit ad fabricam templi Salomonis in cujus usum ligna petita sunt ex monte Libano. Allegoria vero harum arborum intelligit omnia quæ ad decorem, splendorem et stabilitatem Ecclesiæ pertinent. — *Locum pedum meorum.* Ecclesiam in terris militantem, quæ est quasi scabellum pedum Dei in cœlesti throno residentis super alas cherubim. Exod. 25, 22; et I. Paral., 28, 2.

14. *Curvi.* Humiles et venerabundi, supplices et pœnitentes.

15. *Derelicta.* Contempta, despecta. — *Qui per te transiret.* Qui ad te accedere et tibi aggregari auderet. — *In superbiam sæculorum.* Gloriam æternam LXX vertunt, *exultationem æternam.* Alii, *magnificentiam perpetuam.* — *Gaudium in generationem et generationem.* Ut scilicet omnes generationes et sæcula gaudeant se esse in Ecclesia, ejusque bonis frui.

16. *Suges lac gentium.* Id est, ut chaldæus vertit, *satiaberis divitiis populorum.* — *Mamilla regum lactaberis.* LXX habent, *divitias regum comedes.* — *Fortis.* LXX, *Deus Jacob*, vel *fortis Jacob*, quia Jacobum, id est, Israelem fortem efficit, ut luctans cum angelo ei prævaleret.

17. *Pro ære afferam aurum.* Faciam te longe locupletiorem quam antea. — *Ponam visitationem tuam pacem.* Per visitationem intelligit paternam curam pastoris, sive principis; hic enim quasi pastor sæpe visitare et curare debet gregem suum. Imo intelligit ipsum principem visitantem. Sensus ergo est is quem LXX expresserunt, *dabo principes tuos in pace*, id est, pacifice regnantes. — *Justitiam.* Juste præsidentes et gubernantes.

18. On n'entendra plus parler de violence dans votre territoire, ni de destruction et d'oppression dans toutes vos terres. Le salut environnera vos murailles, et les louanges retentiront à vos portes.

19. Vous n'aurez plus le soleil pour vous éclairer pendant le jour, et la clarté de la lune ne luira plus *sur vous;* mais le Seigneur deviendra lui-même votre lumière éternelle, et votre Dieu sera votre gloire.

20. Votre soleil ne se couchera plus, et votre lune ne souffrira plus de diminution, parce que le Seigneur sera votre flambeau éternel, et que les jours de vos larmes seront finis.

21. Tout votre peuple sera un peuple de justes; ils posséderont la terre pour toujours, *parce qu'ils seront* les rejetons que j'ai plantés, les ouvrages que ma main a faits pour me rendre gloire.

22. Mille sortiront du moindre d'entre eux, et du plus petit, tout un grand peuple. Je suis le Seigneur, et c'est moi qui ferai tout d'un coup ces merveilles quand le temps en sera venu.

18. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vastitas et contritio in terminis tuis, et occupabit salus muros tuos, et portas tuas laudatio.

19. *a* Non erit tibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te; sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et Deus tuus in gloriam tuam. [a *Apoc.* 21. 23. et 22. 5.]

20. Non occidet ultra sol tuus, et luna tua non minuetur; quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, et complebuntur dies luctus tui.

21. Populus autem tuus omnes justi, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.

22. Minimus erit in mille, et parvulus in gentem fortissimam; ego Dominus in tempore ejus subito faciam istud.

CHAPITRE LXI

Travaux des Apôtres. Les souffrances des martyrs couronnées.

1. L'Esprit du Seigneur *s'est reposé* sur moi: car le Seigneur m'a rempli de son onction *sainte, et* il m'a envoyé pour annoncer *sa parole* à ceux qui sont doux, pour guérir ceux qui ont le cœur brisé, pour prêcher la grâce aux captifs et la liberté à ceux qui sont dans les chaînes;

1. Spiritus *a* Domini super me, eo quod unxerit Dominus me; ad annuntiandum mansuetis misit me, ut medederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem. [a *Luc.* 4. 18.]

19. *Erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Dans l'Eglise, au lieu des lumières de la raison, sujettes à disparaître, à s'obscurcir et à varier, le Seigneur est la même lumière éternelle et le maître intérieur des enfants d'Israël. C'est aussi cette lumière qui éclaire les élus, et qui fait la beauté et la splendeur de la Jérusalem céleste, et c'est ce qui fait, qu'en peignant l'une, le Prophète mêle à sa peinture des traits qui ne conviennent qu'à l'autre.

Cap. LXI. — 1. *Spiritus Domini super me.* On ne peut douter que ces paroles ne regardent le Messie. Car saint Luc rapporte, que Jésus étant entré dans la synagogue de Nazareth, prit le livre d'Isaïe, l'ouvrit précisément à cet endroit, et qu'il dit aux Juifs que ces paroles avaient leur accomplissement en lui. C'est donc au nom du Christ que le Prophète parle en cet endroit.

---

18. *Iniquitas.* Injustitia, avaritia, iniqua judicia. — *Vastitas et contritio.* Vastatio et confractio ab hostibus illata. — *In terminis tuis.* In finibus, in ditione tua. — *Occupabit salus muros tuos.* Salus et securitas muros tuos tenebit, nec erunt necessariæ excubiæ militares in alta pace degenti. — *Et portas tuas laudatio.* Laudatio Dei, festusque, sonus et cantus.

19. *Non erit tibi amplius sol.* Hoc est quod dicitur Apocal. 21, 23 : *Civitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea : nam claritas Dei illuminavit eam.*

20. *Complebuntur.* Cessabunt.

21. *Omnes justi.* In cœlo enim omnes erunt sancti. — *In perpetuum hæreditabunt terram.* Nemo enim ex cœlesti hæreditate excidet. — *Germen plantationis meæ.* Quia ipsi sunt germen in cœlo a Deo plantatum. -- *Ad glorificandum.* Ut eos Deus glorificet, et glorificetur in eis.

22. *Minimus. Parva familia erit in mille*, ut vertit Pagninus, id est, parvulus Ecclesiæ surculus plurimos alios germinabit et producet. -- *Et parvulus.* Est ejusdem sententiæ repetitio. -- *Fortissimam.* LXX, *magnam.* -- *Ejus.* Id est, suo. -- *Subito faciam istud.* In Hebr. est, *festinare faciam*, vel *accelerabo illud;* quasi dicat : Brevi hæc Ecclesiæ præstabo, simulque faciam ut, cum fieri cœperint, brevi tempore compleantur.

Cap. LXI. -- 1. *Super me.* Super mea humanitate requievit Spiritus Domini. -- *Eo quod*, LXX habent, *propter quod*, et sensus esse potest : Spiritus sanctus descendit in me, idcirco suis donis quasi effectibus unxit et replevit me. Vel significatur causa finalis, ut sensus sit : Spiritus sanctus descendit in me, quia jam ab initio unxit et deputavit me ad Messiæ et Salvatoris munus. -- *Annuntiandum.* Evangelizandum. -- *Mansuetis.* Humilibus et pauperibus. -- *Contritis corde.* Judæis et gentilibus, qui onere tum peccatorum, et legis Mosaicæ, tum infidelitatis et ignorantiæ rerum divinarum pressi, ac pene oppressi et obtriti, afflictissimo erant corde et animo. In hebræo est, *ut obligarem contritos corde.* Ut more boni chirurgi vulnera populis fasciis involverem, et medicinam facerem. -- *Captivis.* Sub potestate dæmonis et peccati. -- *Indulgentiam.* Remissionem, ut habet S. Lucas c. 4, n. 19. -- *Clausis.* Carcere. -- *Apertionem.* Scilicet *carceris*, ut est in hebræo.

2. Ut prædicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro; *a* ut consolarer omnes lugentes : [a *Matth.* 5. 5.]

3. Ut ponerem lugentibus Sion; et darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris; et vocabuntur in ea fortes justitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.

4. *a* Et ædificabunt deserta a sæculo, et ruinas antiquas erigent, et instaurabunt civitates desertas, dissipatas in generationem et generationem. [a *Supr.* 58. 12.]

5. Et stabunt alieni, et pascent pecora vestra; et filii peregrinorum agricolæ et vinitores vestri erunt.

6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini : Ministri Dei nostri, dicetur vobis; fortitudinem gentium comedetis, et in gloria earum superbietis.

7. Pro confusione vestra duplici et robore, laudabunt partem suam; propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis.

8. Quia ego Dominus diligens judicium, et odio habens rapinam in holocausto; et dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis.

2. Pour publier l'année de la réconciliation du Seigneur *avec son peuple*, et le jour de la vengeance *que* notre Dieu *exercerà sur ses ennemis*, pour consoler ceux qui pleurent;

3. Pour avoir soin de ceux de Sion qui sont dans les larmes, pour leur donner une couronne *de gloire*, au lieu de la cendre, une huile de joie au lieu de larmes, et un vêtement de gloire au lieu d'un esprit affligé. Et il y aura dans elle des hommes puissants en justice qui seront des plantes du Seigneur pour lui rendre gloire.

4. Ils rempliront d'édifices les lieux déserts depuis plusieurs siècles, ils relèveront les anciennes ruines, et ils rétabliront les villes abandonnées, où il n'y avait eu qu'une solitude pendant plusieurs âges.

5. Les étrangers viendront, et seront les pasteurs de vos troupeaux : et les enfants des étrangers seront vos laboureurs et vos vignerons.

6. Mais pour vous, vous serez appelés les Prêtres du Seigneur; vous serez nommés les Ministres de notre Dieu; vous vous nourrirez des richesses des nations, et leur grandeur servira à votre gloire.

7. Au lieu de la double confusion dont vous rougissiez, ils loueront *Dieu de* leur *avoir donné* part *à vos souffrances;* et ils posséderont dans leur terre une double récompense, et ils seront remplis d'une joie qui ne finira jamais.

8. Car je suis le Seigneur qui aime la justice, et qui hais les holocaustes qui viennent de rapine : *c'est pourquoi* j'établirai leurs œuvres dans la vérité, et je ferai avec eux une alliance éternelle.

3. *Plantatio Domini.* Ou autrement : On les appellera des arbres de justice, des plantes que le Seigneur a établies pour en tirer sa gloire.

6. *Vos autem sacerdotes.* Autrement : Pour vous, consacrés plus particulièrement au culte public, vous serez appelés les prêtres du Seigneur, etc. Au lieu de cette ample confusion dont vous rougissiez, vos enfants s'applaudiront du partage qu'ils auront reçu, parce qu'ils posséderont dans leur terre un ample héritage, etc. *Duplex* pour *magnus* (Cf. Supr., XL, 11; Jerem., XVI, 18; XVII, 18; Apoc., XVIII, 16).

---

2. *Annum placabilem.* Id est, reconciliationis : in Hebræo est, *beneplaciti* divinæ scilicet benevolentiæ, et placabilis in homines voluntatis. — *Diem ultionis.* Christi hostibus. — *Ut consolarer omnes lugentes.* Hoc præstitit Christus pertransiens benefaciendo, et sanando omnes oppressos a diabolo, dicensque : *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Matth. 11, 28.

3. *Ut ponerem.* Scilicet coronam pro cinere, ut sequitur, id est, gloriam pro abjectione. — *Oleum.* Perfusionem; significatur unguentum odoratum quo sensus recreantur. — *Pallium laudis.* Quasi dicat : se operturum, seu ornaturum laude. LXX habent, *stolam gloriæ.* — *In ea.* In Sion, in Ecclesia. — *Fortes justitiæ.* Potentes et eximii in justitia, præsertim ejus præpositi et principes, puta apostoli. — *Plantatio Domini.* Plantæ, arbores a Domino plantatæ ad ejus gloriam celebrandam.

4. *Deserta.* Urbes, aut provincias desertas ædificabunt in cultu et religione Christi. — *A sæculo.* A multis sæculis. — *In generationem et generationem.* Est idem quod dixerat, *a sæculo.*

5. *Alieni.* Judæi et gentiles qui vos antea duro ministerio premebant. — *Pascent pecora vestra.* Famuli vestri erunt.

6. *Sacerdotes Domini.* Qui scilicet Deo jugiter assistatis, agrosque et vineas non per vos, sed per ministros vestros colatis. — *Fortitudinem.* Chald. *divitias;* nam hebraicum חיל *chel*, significat opes et robur. — *In gloria earum superbietis.* Eritis gloriosi et invidendi earum divitiis et opibus. Aquila vertit, *in gloria earum purpura vestiemini.*

7. *Pro confusione vestra duplici.* Pro magna et multiplici confusione quam vos, o Judæi et gentiles, intulistis fidelibus. — *Laudabunt partem suam.* In sinu gaudebunt apostoli ea probra aut etiam verbera sibi contigisse. Ita sane fuit; nam apostoli *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.* Act. 5, 41. — *In terra sua.* In Ecclesia, vel in cœlo. — *Duplicia.* Magna et multiplicia dona Spiritus sancti, ingens præmium et gloriam. Vel nomine duplicium significantur animæ et corporis bona.

8. *Judicium.* Justitiam. — *Odio habens rapinam in holocausto.* Pagninus et Vatablus ex hebræo vertunt, *in holocaustum.* Per rapinam omnem dolum, fraudem et iniquitatem intelligit; hæc enim æque ac bona per ea parta displicent Deo, etiamsi in ejus vertantur holocaustum. — *Dabo opus eorum in veritate.* Faciam ut sincere agant, et non hypocritice. Vel faciam ut opus, id est, fructus operis eorum firmum sit et stabile, nec ad illo excidant. Aliqui ex hebræo vertunt, *reddam opus eorum firmum.*

9. Leur postérité sera connue des nations, leurs rejetons s'étendront parmi les peuples; et tous ceux qui les verront les reconnaîtront pour la race que le Seigneur a bénie.

9. Et scient in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum; omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.

10. Je me réjouirai avec une effusion de joie dans le Seigneur *dira cette postérité bienheureuse;* et mon âme sera ravie d'allégresse dans mon Dieu, parce qu'il m'a revêtue des vêtements du salut, et qu'il m'a parée des ornements de la justice, comme un époux qui a la couronne sur la tête, et comme une épouse qui est parée de toutes ses pierreries.

10. Gaudens gaudebo in Domino, et exultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimentis salutis; et indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis.

11. Car comme la terre fait germer la semence, et comme un jardin fait pousser ce qu'on y a planté; ainsi le Seigneur Dieu fera germer *en moi* sa justice *et fleurir* sa louange au milieu des nations.

11. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat; sic Dominus Deus germinabit justitiam et laudem coram universis gentibus.

CHAPITRE LXII.

Gloire de l'Eglise. Sa fécondité. L'Evangile répandu dans toute la terre.

1. Je ne me tairai point; *mais je prierai* en faveur de Sion : je n'aurai point de repos, et je *ne cesserai point de prier* en faveur de Jérusalem, jusqu'à ce que son juste paraisse comme une *vive* lumière, et que son sauveur brille comme une lampe *allumée*.

1. Propter Sion non tacebo, et propter Jerusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, et salvator ejus ut lampas accendatur.

2. *Oui, Jérusalem*, les nations verront votre juste : tous les rois *verront* votre *sauveur, tout* éclatant de gloire : et l'on vous appellera d'un nom nouveau que le Seigneur vous donnera de sa propre bouche.

2. Et videbunt gentes justum tuum, et cuncti reges inclytum tuum; et vocabitur tibi nomen novum quod os Domini nominabit.

3. *Alors* vous serez une couronne de gloire dans la main du Seigneur, et un diadème royal dans la main de votre Dieu.

3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, et diadema regni in manu Dei tui.

4. On ne vous appellera plus la répudiée, et votre terre ne sera plus appelée la *terre* déserte : mais vous serez appelée ma bien-aimée,

4. Non vocaberis ultra derelicta; et terra tua non vocabitur amplius desolata; sed vocaberis voluntas mea in ea,

11. *Sicut enim terra.* Ce chapitre et les suivants peuvent être considérés comme la conclusion de tout le livre d'Isaïe. Le Prophète y résume sa mission, et nous montre l'Eglise comme le but et l'effet de cette grande réconciliation que le Christ devait opérer.

Cap. LXII. — 1. *Propter Sion.* Cette Sion nouvelle, qui reçoit un nom nouveau, dont le peuple racheté est un peuple saint, cette ville sainte, chérie de Dieu et recherchée de tous les hommes, ne peut plus être seulement la capitale de la Judée; mais c'est l'Eglise catholique, dont la cité de David et la Synagogue étaient les figures.

2. *Videbunt gentes Justum tuum.* Ces paroles du Prophète ne peuvent plus être appliquées à Cyrus, le libérateur temporel des Juifs; elles ne conviennent qu'au Christ, le vrai libérateur spirituel, non-seulement des Juifs, mais de tous les hommes.

---

9. *Scient in gentibus.* Conspicuum, nobile et illustre erit etiam apud gentiles semen et germen spirituale apostolorum, fideles scilicet ad eis conversi. — *In medio populorum.* Erunt inclyti. — *Benedixit.* Multis et eximiis beneficiis ornavit.

10. *Gaudens gaudebo.* Videntur esse verba chori totius Ecclesiæ exultantis, jubilantis, et gratias agentis pro acceptis beneficiis. — *Induit me vestimentis salutis.* Salute quasi veste induit et obtexit me. — *Et indumento.* Repetitio ejusdem sententiæ Hebræis usitata. — *Quasi sponsum.* Omni genere ornamenti decorata sum, qualia sponsi gestant, aut sponsæ.

11. *Germinabit justitiam.* Significatur copia et abundantia justitiæ et sanctitatis. — *Et laudem.* Quæ nimirum sequitur ex sanctitate vitæ et admiratione beneficiorum a Deo in Ecclesiam collatorum.

Cap. LXII. — 1. *Propter Sion.* Ecclesiam Christi. — *Non tacebo.* Non cessabo orare et clamare. — *Donec egrediatur.* Donec Christus quasi lampas lucens et ardens orbi præfulgeat.

2. *Vocabitur tibi nomen novum.* Nam cum olim populus fidelis Israel vocaretur, jam vocabitur populus christianus. Vel (quod verius est) hoc nomen novum est *voluntas mea in ea;* hoc enim exprimitur num. 4.

3. *Corona gloriæ in manu Domini.* Quam Dominus manu sua imponet Christi capiti : sic dicebat D. Paulus : *Gaudium meum et corona mea*, Philip. 4, 1. — *Et diadema regni.* Id est, *regale;* est repetitio.

4. *Voluntas mea in ea.* Beneplacitum, complacentia, delectatio et deliciæ meæ. Hæc est Ecclesia sponsa mea in qua complacuit animæ meæ. — *Terra tua.* Vocabitur, non ut prius *desolata*, sed *inhabitata*, et frequens numero fidelium.

et terra tua inhabitata; quia complacuit Domino in te; et terra tua inhabitabitur.

5. Habitabit enim juvenis cum virgine, et habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, et gaudebit super te Deus tuus.

6. Super muros tuos Jerusalem constitui custodes, tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini Domini, ne taceatis,

7. Et ne detis silentium ei, donec stabiliat, et donec ponat Jerusalem laudem in terra.

8. Juravit Dominus in dextera sua, et in brachio fortitudinis suæ : Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis; et si biberint filii alieni vinum tuum, in quo laborasti.

9. Quia qui congregant illud, comedent, et laudabunt Dominum; et qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis.

10. *a* Transite, transite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, et elevate signum ad populos. [a *Supr.* 57. 14.]

11. *a* Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion : Ecce Salvator tuus venit; ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo. [a *Zach.* 9. 9. *Matth.* 21. 5.]

12. Et vocabunt eos, populus sanctus, redempti a Domino. Tu autem vocaberis quæsita civitas, et non derelicta.

et votre terre, la *terre* habitée, parce que le Seigneur a mis son affection en vous, et que votre terre sera remplie d'habitants.

5. Le jeune *époux* demeurera avec la vierge *son épouse;* vos enfants demeureront en vous. L'époux trouvera sa joie dans son épouse, et votre Dieu se réjouira en vous.

6. J'ai établi des gardes sur vos murs, ô Jérusalem ! ils ne se tairont jamais, ni durant le jour ni durant la nuit.

7. Vous *donc* qui vous souvenez du Seigneur, ne vous taisez point, et ne demeurez point dans le silence devant lui, jusqu'à ce qu'il affermisse, et qu'il rende Jérusalem l'objet des louanges de toute la terre.

8. *Car* le Seigneur a juré par sa droite et par son bras fort, *en disant :* Je ne donnerai plus votre blé à vos ennemis pour s'en nourrir, et les étrangers ne boiront plus de vin que vous avez fait venir avec tant de peine.

9. Mais ceux qui ont recueilli votre blé le mangeront, et loueront le Seigneur; et ceux qui ont fait venir votre vin le boiront dans mon temple saint.

10. Passez, et repassez de porte en porte; préparez la voie au peuple *qui y vient;* aplanissez-lui le chemin ; ôtez-en les pierres; élevez l'étendard aux yeux des peuples.

11. *Car* le Seigneur a fait entendre *ces paroles* jusqu'aux extrémités de la terre : Dites à la fille de Sion : Votre Sauveur vient : il porte avec lui les couronnes et la récompense qu'il veut donner.

12. *Alors vos enfants* seront appelés le peuple saint, la race rachetée par le Seigneur; et vous ne serez plus appelée la ville abandonnée, mais la ville recherchée.

5. *Habitabit enim juvenis cum virgine.* Saint Paul a recours aux mêmes images pour représenter l'union de Jesus Christ avec son Eglise : *Vir caput est mulieris, sicut Christus caput est Ecclesiæ* (Ephes., V, 23 et suiv.). Le Christ s'appelle lui-même l'Epoux : *Venient autem dies cum auferetur ab eis Sponsus* (Matth., IX, 15; Marc., II, 19; Luc., V, 34, 35). Tout le reste du chapitre confirme, d'ailleurs, cette interprétation, et lue à ce point de vue, la prophétie est si claire qu'elle n'a pas besoin de commentaire.

11. *Ecce Salvator tuus venit.* Ici commence la Ire Epître de la IVe férie de la Semaine-Sainte. Elle comprend le début du chapitre suivant jusqu'au verset 7. L'Eglise nous montre ainsi la liaison de ces deux chapitres.

---

5. *Habitabit... juvenis cum virgine.* Sicut habitat jucundissime juvenis cum uxore sua, quam virginem duxit : ita pacifice et jucundissime in uno spiritu vivent fideles in Ecclesia, licet natura et moribus dissimiles. — *Gaudebit super te.* In te erunt deliciæ illius.

6. *Custodes.* Prædicatores, prophetas, pastores et angelos. —*Non tacebunt.* Vigilantes, et si quid hostile appareat, te monentes, ut scilicet insidias dæmonis caveas, etc. — *Qui reminiscimini Domini.* In Hebr. מלכירים *malchirim.* Vide quæ dixi de hac voce II. Reg., 8, 16. Vos quorum officium est jugiter Deum Deique beneficia populo proponere, et in memoriam revocare vos pastores et prophetæ.

7. *Ne detis silentium ei.* Tò *ei* in hebræo est masculini generis, et ad Deum refertur, hoc sensu : non detis quietem Deo, jugiter ad Deum clamate, et precibus vestris aures ejus pulsate. — *Laudem.* Laudabilem.

8. *In dextera sua.* Per dexteram et brachium suum. — *Si dedero.* Particula *si* adhiberi solet in juramento execratorio : si permisero te ab hostibus spoliari, non existimer omnipotens. — *In quo laborasti.* In quo colligendo.

9. *In atriis sanctis meis.* Alludit ad decimas et hostias pacificas quas Judæi comedebant in atrio Domini, ut patet Deut., 14, 23.

10. *Transite per portas.* Prodite ex portis. — *Populo.* Gentibus ad Ecclesiam confluentibus. — *Eligite.* Colligite et submovete, ut via sit sine offendiculis. — *Signum.* Vexillum crucis, ad quod omnes convolent.

11. *Auditum fecit.* Qui auditum fecerit apostolorum et prædicatorum præconio subditur, cum dicitur, *dicite*, etc. — *Filiæ Sion.* Ecclesiæ. — *Ecce salvator tuus venit.* Christus Dominus devictis gentibus, quasi triumphator adducens ad te, o Ecclesia, magnam captivorum, id est, subditorum multitudinem. — *Merces ejus cum eo.* Merces ejus sunt gentes ab eo devictæ et subactæ quas adducit ad Ecclesiam. — *Et opus ejus.* Est repetitio proxime dictorum.

12. *Quæsita civitas.* Ad habitandum, civitas in qua multi sibi sedes quærunt.

CHAPITRE LXIII.

Victoires du Christ. Sa justice et sa miséricorde. Israël implore son secours.

1. Qui est celui qui vient d'Edom, de Bosra, avec sa robe teinte de rouge ? *Qui est celui-ci* qui éclate dans la beauté de ses vêtements, et qui marche avec une force toute-puissante ? C'est moi, *répondra-t-il*, dont la parole est la parole de justice ; qui viens pour défendre et pour sauver.

2. Pourquoi donc, *lui répliquera-t-on*, votre robe est-elle rouge ; et pourquoi vos vêtements sont-ils comme *les habits de* ceux qui foulent le vin dans les pressoirs ?

3. *C'est, dira-t-il, que* j'ai été seul à fouler le vin, sans qu'aucun homme d'entre tous les peuples fût avec moi. Je les ai foulés dans ma fureur, je les ai foulés aux pieds dans ma colère ; et leur sang a rejailli sur ma robe, et tous mes vêtements en sont tachés.

4. Car j'ai *dit* dans mon cœur : le jour de ma vengeance *est arrivé ;* le temps de racheter les miens est venu.

5. J'ai regardé autour de moi, et il n'y avait personne pour m'aider ; j'ai cherché, et je n'ai point trouvé de secours. Ainsi mon bras *seul* m'a sauvé, et ma colère m'a soutenu.

6. J'ai *donc* foulé aux pieds les peuples dans ma fureur, je les ai enivrés *de leur sang* dans ma colère, et j'ai renversé leur force par terre.

1. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor justitiam, et propugnator sum ad salvandum.

2. *a* Quare ergo rubrum est indumentum tuum, et vestimenta tua sicut calcantium in torculari? [a *Apocal.* 19. 13.]

3. Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum; calcavi eos in furore meo, et conculcavi eos in ira mea; et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, et omnia indumenta mea inquinavi.

4. *a* Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. [a *Supr.* 34. 8.]

5. Circumspexi, et non erat auxiliator; quæsivi, et non fuit qui adjuvaret; et salvavit mihi brachium meum, et indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.

6. Et conculcavi populos in furore meo, et inebriavi eos in indignatione mea, et detraxi in terram virtutem eorum.

Cap. LXIII. — 1. *Tinctis vestibus de Bosra.* Le P. de Carrières a pris cette ville de Bosra pour une ville des Moabites. Mais il y avait une ville de ce nom dans l'Idumée, à peu de distance de Théman (Gen., XXXVI, 38). Bosra et Edom designent donc l'une et l'autre l'Idumée. Il y a des commentateurs qui ont cru reconnaître dans ce personnage, qui revient de l'Idumée, les habits tout couverts du sang, Judas Machabee qui tira vengeance des violences que les Iduméens avaient exercées contre les enfants d'Israël. Mais d'après les traits sous lesquels le prophète peint ce vainqueur, on ne peut voir en lui que le Christ qui paraît d'ailleurs sous le même symbole dans l'Apocalypse : *Et vestitus erat veste aspersa sanguine; et vocatur nomen ejus verbum Dei* (Apoc., XIX, 13).

3. *Et aspersus est sanguis eorum.* La robe de Jésus-Christ, c'est-à-dire son humanité, a été d'abord teinte de son propre sang, au jour de sa passion. Ses ennemis ont ensuite versé le sang de ses apôtres et de ses disciples dans les trois siècles de persécution sanglante que l'Eglise a eu à soutenir. Le sang du Christ et le sang des martyrs a crie vengeance, et c'est alors que le Christ a brisé ses ennemis, en foulant la cuve du vin de la colère du Tout-Puissant, et en frappant avec une verge de fer ceux qui s'étaient ligués contre lui (Cf. Ap., XIX, 15 ; Ps., II, 9).

Cap. LXIII. — 1. *Quis es iste!* Loquitur propheta, aut Sion, sive Ecclesia. — *De Edom.* Quia Idumæam, imo gentes omnes subjecit. Nam per Edom et Bosra, quæ civitas erat metropolis in Idumæa, significantur omnes gentes a populo Dei alienæ, quas Christus ad earum salutem devicit. — *Tinctis vestibus.* In Hebræo est, *rubricatis vestibus*, scilicet ex sanguine hostili. — *Formosus in stola sua.* Decorus in veste sua militari, in sua chlamyde. — *In multitudine fortitudinis.* Gradu imperatorio, ex quo robur corporis et animi celsitudo eminet. — *Ego, qui loquor.* Est Christi responsio; quasi dicat : Ego sum qui justam sententiam profero pro genere humano a diabolo tyranno, et a peccatis ac morte afflicto et oppresso. — *Propugnator.* Humanæ salutis conciliator et propugnator contra hostes.

2. *Sicut calcantium in torculari.* Quorum vestimenta musto imbuta rubra fiunt.

3. *Torcular calcavi solus.* Ego victoriam hanc difficilem et cruentam solus mihi peperi; neque enim ullus fuit qui me adjuvaret, et mecum contra hostes pugnaret.— *Aspersus est sanguis eorum.* Ut fit in victoria, in qua quis multos occidit.

4. *Dies enim ultionis in corde meo.* Venit enim dies in qua de hostibus meis ultionem sumere decreveram. — *Redemptionis.* Populi a servitute dæmonis et peccati.

5. *Salvavit mihi.* Auxilio et saluti mihi fuit. — *Indignatio mea.* Zelus potentiam acuens.

6. *Conculcavi populos.* Non eos mactando et perdendo, sed convertendo et subigendo, et vitia eorum mactando. — *Inebriavi eos in indignatione mea.* Supplicia, quæ mea indignatio eis propinavit, inflixi. — *Detraxi in terram.* Everti, et ad terram afflixi. — *Virtutem eorum.* Eorum potentiam.

7. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus et super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam et secundum multitudinem misericordiarum suarum.

8. Et dixit : Verumtamen populus meus est, filii non negantes, et factus est eis salvator.

9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, et angelus faciei ejus salvavit eos; in dilectione sua, et in indulgentia sua ipse redemit eos, et portavit eos, et elevavit eos cunctis diebus sæculi.

10. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, et afflixerunt spiritum Sancti ejus; et conversus est eis in inimicum, et ipse debellavit eos.

11. Et recordatus est dierum sæculi Moysis, et populi sui : *a* Ubi est qui eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui? Ubi est qui posuit in medio ejus spiritum Sancti sui? [a *Exod.* 14. 29.]

12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio majestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum ;

7. Je me souviendrai donc des miséricordes du Seigneur. *Je chanterai* ses louanges pour toutes les grâces qu'il nous a faites, pour tous les biens dont il a comblé la maison d'Israël : *biens* qu'il a répandus sur elle, selon sa bonté et selon la multitude de ses miséricordes.

8. *Car le Seigneur* a dit : Ce peuple *m'a offensé; mais néanmoins il* est véritablement mon peuple : ce sont des enfants qui *m'ont abandonné; mais ils* ne renonceront plus *leur père*. Et *ainsi* il est devenu leur sauveur.

9. Dans toutes les afflictions qui leur sont arrivées, il ne s'est point lassé *de les secourir :* mais l'ange qui assistait devant sa face les a sauvés. Dans l'affection et dans la tendresse qu'il avait pour eux, il les a rachetés lui-même, il les a portés, et il les a toujours élevés *en gloire*.

10. Cependant ils ont irrité sa colère, et ils ont affligé l'esprit de son Saint; *ainsi*, il est devenu leur ennemi, et il les a lui-même détruits.

11. Et il s'est souvenu des siècles anciens, de Moïse et de son peuple : Où est celui qui les a tirés de la mer *Rouge* avec les pasteurs de son troupeau, où est celui qui a mis au milieu d'eux l'esprit de son Saint?

12. Qui a pris Moïse par la main droite, *et qui l'a soutenu* par le bras de sa majesté? qui a divisé les flots devant eux, pour s'acquérir un nom éternel ?

7. *Miserationum Domini.* C'est ainsi que le Seigneur a opéré le salut de son peuple et qu'il l'a delivré des mains de ses ennemis. Je me souviendrai donc des miséricordes du Seigneur, reprend le Prophète.

10. *Et afflixerunt spiritum Sancti ejus.* La plupart des commentateurs entendent, comme Ménochius, par ce saint, Moïse, qui pourrait être ici la figure de Jésus-Christ. Mais l'Hébreu peut se traduire simplement : Ils ont contristé son esprit saint.

11. *Et recordatus est.* Le P. de Carrières paraphrase ainsi ce verset : Mais Israël, dans son affliction, s'est souvenu des merveilles que le Seigneur a faites dans les siècles anciens en faveur de Moïse et de son peuple, et il a dit, etc. Ce changement de sujet bouleverse inutilement la phrase. Nous aimons mieux l'explication de Ménochius, d'après laquelle on peut ainsi traduire ce verset : Et maintenant encore il se souvient des siècles anciens, ce Dieu de miséricorde, il se souvient de Moïse et de son peuple. Hélas ! où est-il ce Dieu puissant ? Où est celui, etc.

---

7. *Miserationum Domini.* Beneficiorum a Domino populo fideli factorum. — *Laudem Domini.* Cantabo; vel recordabor, ejusque argumentum erunt beneficia in nos collata. — *Reddidit.* Tribuit.

8. *Et dixit.* Deus. — *Verumtamen.* Utique, sane, certe. — *Populus meus est.* Loquitur Deus more humano, ac si nescisset quæ futura essent, et quomodo se gesturus esset populus. — *Filii non negantes.* Erunt; quasi dicat : Hebræi fidem mihi datam, cum fœdus cum iis pepigi in monte Sina, nullo modo fallent. — *Et factus est eis salvator.* Hac spe ductus est, ex Ægypto evocatos, intactos et illæsos per desertum duxit.

9. *In omni tribulatione eorum.* Qua Deum murmuris peccato et aliis quodammodo affligebant. — *Non est tribulatus.* Ut scilicet eorum curam et providentiam abjiceret. In Hebræo est, *in omni angustia eorum ei fuit angustia;* cui bene concordaret vulgata interpretatio, si per interrogationem legeremus, *in omni tribulatione eorum non est tribulatus?* eis scilicet compatiens, et eorum damna et incommoda tanquam propria existimans. LXX habent, *ex omni tribulatione eorum non legatus, neque angelus, sed ipse salvavit eos*, quod scilicet ipsemet populo suo adesset. — *Portavit.* Quasi nutrix. — *Elevavit.* LXX, *exaltavit.* Chald. *sustinuit.* — *Cunctis diebus sæculi.* Omnibus superioribus sæculis.

10. *Sancti ejus.* Mosis. — *Et ipse.* Deus, peccatis eorum irritatus. — *Debellavit eos.* Subjiciens eos servituti Philisthæorum, Madianitarum, etc.

11. *Recordatus est.* Scilicet Deus. — *Dierum sæculi.* Dierum antiquorum. — *Moysi, et populi sui.* Quam sibi Moses fidelis et gratus fuerit, et etiam recordatus se populum elegisse, ut eum peculiari favore prosequeretur. — *Ubi est.* Inducit Isaias populum afflictum Dei auxilium implorantem, veterum commemoratione beneficiorum. — *De mari.* Rubro. — *Cum pastoribus.* Ducibus populi, Moso et Aaron. — *In medio ejus.* Populi Israelitici. — *Spiritum sancti sui.* Mosem, quem Deus muliplici spiritu ornavit, spiritu scilicet sapientiæ, fortitudinis, mansuetudinis, etc.

12. *Ad dexteram.* Velut dextera tonens. LXX, *dextera.* — *Majestatis suæ.* Potentiæ divinæ. — *Scidit aquas.* Maris Rubri. — *Nomen.* Gloriam; sic n. 14 sequenti.

13. Qui les a conduits dans le fond des abîmes, comme un cheval qu'on mène dans une campagne sans qu'il fasse un faux pas?

14. L'esprit du Seigneur l'y a conduit comme un animal qui marche dans une campagne. *Oui*, Seigneur, c'est ainsi que vous vous êtes rendu le guide de votre peuple, pour signaler à jamais la gloire de votre nom.

15. Seigneur, regardez-nous du ciel, jetez les yeux sur nous de votre demeure sainte, et *du trône* de votre gloire. Où est votre zèle et votre force? Où est la tendresse de vos entrailles et de vos miséricordes? Elle ne se répand plus sur moi.

16. Car c'est vous qui êtes *véritablement* notre père. Abraham ne nous connaît point; Israël ne sait qui nous sommes : mais vous, Seigneur, qui êtes notre père, *vous êtes* notre libérateur, vous qui êtes grand dès l'éternité.

17. *Après tant de bienfaits*, Seigneur, pourquoi nous avez-vous fait sortir de vos voies? Pourquoi avez-vous endurci notre cœur jusqu'à perdre votre crainte? Apaisez votre colère à cause de vos serviteurs, *à cause* des tribus que vous avez rendues votre héritage.

18. *Considérez que* nos ennemis se sont rendus les maîtres de votre peuple saint, comme s'il n'était rien *devant vous;* ils ont foulé aux pieds votre sanctuaire.

19. Et nous sommes devenus comme nous étions au commencement, avant que vous fussiez notre roi, et que nous portassions le nom de peuple de Dieu.

13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

14. Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor ejus fuit; sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.

15. *a* Attende de cœlo, et vide de habitaculo sancto tuo, et gloriæ tuæ; ubi est zelus tuus, et fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, et miserationum tuarum? super me continuerunt se. [*Deut.* 26. 15. *Baruch.* 2. 16.]

16. Tu enim pater noster, et Abraham nescivit nos, et Israel ignoravit nos; tu, Domine pater noster, redemptor noster, a sæculo nomen tuum.

17. Quare errare nos fecisti, Domine, de viis tuis; indurasti cor nostrum ne timeremus te? convertere propter servos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

18. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum; hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam.

19. Facti sumus quasi in principio; cum non dominareris nostri, neque invocaretur nomen tuum super nos.

16. *Israel ignoravit nos.* Abraham ne nous a point connus et Jacob n'a pas su qui nous étions. Ces grands patriarches ne se sont pas figurés que nous dégénérerions à un tel point de leur vertu; mais vous, Seigneur, vous êtes notre Père, pour effacer nos iniquités et nous recevoir de nouveau comme vos enfants, vous êtes notre Rédempteur, vous nous avez fait sortir de l'Egypte.

18. *Conculcaverunt sanctificationem tuam.* Ceux qui appliquent les premiers versets de ce chapitre à Judas Machabée rapportent au même temps ces paroles (I. Mach., III, 45, 51). Mais on peut en faire également l'application aux Assyriens et surtout aux Chaldéens qui n'ont pas respecté le temple de Dieu et qui l'ont détruit.

---

13. *Per abyssos.* Per voragines maris Rubri. — *Quasi equum.* Addens eis animos et vires, ut alacriter emetirentur illud iter, ut velox equus et validus per solitudinis alicujus planitiem decurrit.

14. *In campo descendens.* Facile, quemadmodum per declive facile ambulamus.

15. *Zelus tuus.* Quem toties ostendisti contra hostes nostros. — *Viscerum tuorum.* Id est, *miserationum tuarum*, ut statim additur. — *Super me continuerunt se.* Eas non experior; nam se cohibere videntur, et nos cum calamitatibus conflictari permittunt.

16. *Tu enim pater noster.* Multo plus tibi debemus quod simus, quam Abrahamo, aut Jacob. — *Nescivit nos.* Cum parentes nostros genuit, nescivit quos aut quales esset susceptur us. Sic sancta illa mulier filiis suis dicebat, II. Machab., 7, 22 : *Nescio qualiter in utero meo apparuistis : neque enim ego spiritum et animam donavi vobis et vitam, et singulorum membra non ego ipsa compegi, etc.* — *A sæculo nomen tuum.* Hoc tibi nomen est, ut sis pater et redemptor noster.

17. *Errare nos fecisti.* Errare nos permisisti, et obdurari cor nostrum. — *Convertere.* Ad nos, ne avertas faciem tuam. — *Propter servos tuos.* Propter duodecim tribus Israel quæ populum tuum continent, quæ est hæreditas tua.

18. *Quasi nihilum.* Hostes nostri possederunt et tractarunt nos quasi essemus res nihili, quisquiliæ, fæces et purgamenta mundi. — *Sanctificationem tuam.* Templum.

19. *Facti sumus.* Sumus a te derelicti, ut fuimus olim in Ægypto antequam nos in tuum jus, dominium et Ecclesiam ascisceres. — *Neque invocaretur.* Cum necdum vocaremur, nec essemus populus Dei.

CHAPITRE LXIV.

Continuation du même sujet. Aveu de l'infidélité d'Israël. Instances pour son rétablissement.

1. Utinam dirumperes cœlos, et descenderes; a facie tua montes defluerent.

2. Sicut exustio ignis tabescerent, aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis; a facie tua gentes turbarentur.

3. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus; descendisti, et a facie tua montes defluxerunt.

4. A sæculo non audierunt, neque auribus perceperunt; oculus non vidit, *a* Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. [a *I. Cor.* 2. 9.]

5. Occurristi lætanti, et facienti justitiam; in viis tuis recordabuntur tui;

1. O Dieu! si vous vouliez ouvrir les cieux, et en descendre, les montagnes s'écouleraient devant vous.

2. Elles fondraient, comme si elles étaient consumées par le feu; les eaux deviendraient tout embrasées, afin que votre nom se signalât parmi vos ennemis, et que les nations tremblassent devant votre face!

3. Lorsque vous ferez éclater vos merveilles, nous ne les pourrons supporter. Vous êtes descendu *vers eux*, et les montagnes se sont écoulées devant vous.

4. Depuis le commencement du monde les hommes n'ont point entendu, l'oreille n'a point ouï, et l'œil n'a point vu, hors vous seul, ô *mon* Dieu! ce que vous avez préparé à ceux qui vous attendent.

5. Vous êtes allé au devant de ceux qui étaient dans la joie *d'une bonne conscience*, et qui vivaient

Cap. LXIV. — 1. *Utinam dirumperes cœlos*. Ce chapitre est étroitement lié au précédent. Le Prophète continue à implorer le secours de Dieu pour la délivrance d'Israël. Dans l'Hébreu, ce verset est mis à la fin du chapitre précédent. Mais, comme il est lié très-étroitement avec le verset 2, la division de la Vulgate semble plus naturelle.

2. *Sicut exustio ignis*. D'après l'Hébreu : Elles s'écouleraient comme les métaux qui se fondent par l'activité du feu, comme les eaux qui bouillonnent par l'ardeur des flammes; la majesté de votre nom serait manifestée à vos ennemis, et les nations seraient saisies de frayeur en votre présence.

3. *Cum feceris mirabilia*. D'après l'Hébreu : Si, dis-je, vous faisiez éclater votre puissance par des merveilles qui surpassassent même notre attente; oui, si vous descendiez, les montagnes s'écrouleraient devant vous; toute la fierté de nos ennemis s'anéantirait. Depuis, etc.

4. *Exspectantibus te*. Saint Paul a lu : *Diligentibus te*, et il a appliqué cette parole aux biens ineffables que la sagesse éternelle de Dieu a préparés pour ses élus.

5. *Occurristi lætanti*. Le P. de Carrières lie cette idée à la précédente par cette transition : « Vous nous avez fait voir une image de ces biens que vous avez préparés aux justes, et des maux que vous destinez aux méchants, dans la conduite que vous avez tenue sur ceux d'entre nous qui vous ont été fidèles. Vous êtes allé au devant, etc.

Cap. LXIV. -- 1. *Dirumperes*. Aperires, patefaceres. -- *Defluerent*. Liquescerent. Alludit ad descensum Domini in montem Sina, cum legem dedit Hebræis; tunc enim mons ille contremuit, et quasi liquefactus est coram Domino, ex mera et naturali quadam Dei reverentia. Vide Exod. 19, 18.

2. *Sicut exustio ignis tabescerent*. Liquescerent, solverentur, ut ea solvuntur quæ igni comburuntur. -- *Aquæ arderent igni*. Licet aquis sociari non posse videatur. Alludit ad fulmina et tonitrua quæ in nube aquis gravida emicuerunt in Sina. -- *Ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis*. LXX habent, *et manifestum erit nomen tuum in adversariis*, id est, gloria, majestas et potentia tua. -- *Turbarentur*. Timerent, revererentur te gentes, quæ te Deum non agnoscunt.

3. *Cum feceris mirabilia*. Per Christum, præsertim in conversione gentium. — *Non sustinebimus*. Hanc Christi gloriam et efficaciam, quia illa sui amore æque ac tremore et stupore nos percellet, et subiget ut demus ei manus, et colla subdamus. Ita explicat D. Hieronymus. * Vel sensus est : cum tam mira nostri causa feceris, nonne æquum est tuam opem a nobis patienter exspectari? — *Descendisti*. Loquitur propheta quasi a Deo exauditus, et voti sui compos factus. — *Montes defluxerunt*. Videtur significare potentes et principes prius superbos et elatos, qui se Christi cruci subjecerunt.

4. *A sæculo non audierunt*. Nunquam auditum est populo alicui tam multa et tam eximia bona data esse, ut dabit Christus fidelibus, cum carnem sumpserit, et cum beatos in æternam patriam receperit. — *Absque te*. Præter te, uno te exempto. Unde S. Paulus, 1, ad Corinth. 2, 11, explicat, *nisi spiritus Dei*, quasi dicat : Solus Deus, Deique spiritus cognoscit hæc bona, et ille cui ea ipse voluerit revelare.

5. *Occurristi lætanti, et facienti justitiam*. In hac vita eis qui cum lætitia et alacritate justitiam faciunt, occurret, preces eorum exaudiendo, et consolationibus recreando; in vita vero futura eos ad gloriam admittendo. Vel sensus est : occurristi, et exhibuisti te gentibus cum lætitia excipientibus te, et Deum agnoscentibus, et legem tuam admittentibus et servantibus. * Ultro illis nec sperantibus beneficia maxima contulisti. — *In viis tuis recordabuntur tui*. Hi autem memores erunt tui, et in mandatis tuis ambulabunt strenue et cum lætitia. — *Ecce tu iratus es, et peccavimus*. At vero nobis Judæis iratus es, qui peccavimus, nec a peccato absistimus. — *In ipsis*. Peccatis. — *Et salvabimur*. Sed per misericordiam tuam salvabimur; tuo enim beneficio fit ut admissa scelera detestemur, et aliam agendi et vivendi rationem instituamus.

dans la justice; et ils se souviendront de vous, *en marchant* dans vos voies. *Au contraire,* vous vous êtes mis en colère *contre nous,* parce que nous vous avons offensé, *et que* nous avons toujours été dans nos péchés. Cependant *nous espérons que* nous serons sauvés.

6. *Car* nous sommes tous devenus comme un homme impur; et toutes nos justices sont *devant vous* comme le linge le plus souillé. *Aussi* nous sommes tous tombés comme la feuille *des arbres;* et nos iniquités nous ont emportés comme un vent *impétueux.*

7. *Dans cette misère universelle* il n'y a personne qui vous invoque; il n'y a personne qui s'élève vers vous, et qui vous retienne. *Ainsi* vous avez détourné votre visage de nous, et vous nous avez brisés sous le poids de notre iniquité.

8. Cependant, Seigneur, vous êtes notre père, et nous ne sommes que de l'argile; c'est vous qui nous avez formés, et nous sommes tous les ouvrages de vos mains.

9. N'allumez point, Seigneur, toute votre colère contre nous, et effacez de votre esprit la mémoire de nos crimes. Jetez les yeux sur nous, et considérez que nous sommes tous votre peuple.

10. La ville de votre saint a été changée en un désert : Sion est déserte : Jérusalem est désolée.

11. Le temple de notre sanctification et de notre gloire, où nos pères avaient chanté vos louanges, a été réduit en cendres; et tous nos bâtiments les plus somptueux ne sont que des ruines.

12. Après cela, Seigneur, vous retiendrez-vous encore? demeurerez-vous dans le silence? et nous affligerez-vous jusqu'à l'extrémité.

ecce tu iratus es, et peccavimus; in ipsis fuimus semper, et salvabimur.

6. Et facti sumus ut immundus omnes nos, et quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ; et cecidimus quasi folium universi, et iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos.

7. Non est qui invocet nomen tuum; qui consurgat, et teneat te, abscondisti faciem tuam a nobis, et allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.

8. Et nunc, Domine, pater noster es tu, nos vero lutum; et fictor noster tu, et opera manuum tuarum omnes nos.

9. *a* Ne irascaris, Domine satis, et ne ultra memineris iniquitatis nostræ: ecce respice, populus tuus omnes nos. [a *Ps.* 78. 8.]

10. Civitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Jerusalem desolata est.

11. Domus sanctificationis nostræ, et gloriæ nostræ, ubi laudaverunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas.

12. Numquid super his continebis te, Domine, tacebis, et affliges nos vehementer?

6. *Universæ justitiæ nostræ.* Depuis la réprobation de la Synagogue et de l'ancienne loi, tous les sacrifices et toutes les observances sacrées qui étaient des moyens extérieurs de justification pour les Juifs, avant Jésus-Christ, sont devenus, au contraire, des sources empoisonnées qui les souillent plutôt qu'elles ne les purifient.

11. *In exustionem ignis.* Cet événement n'arriva, pour la première fois, que sous Nabuchodonosor. Le second temple de Jérusalem fut détruit par Titus, l'an 70 de l'ère chrétienne. Le Prophète a sous les yeux ces terribles événements; il les voit comme s'ils étaient déjà accomplis. Il conjure le Seigneur de ne pas abandonner son peuple et de faire sortir une Jérusalem nouvelle des ruines de l'ancienne capitale de la Judée.

---

6. *Ut immundus.* Ac si essemus leprosi, aut alia hujusmodi immunditia maculati et fœdi. Est vox Judæorum quærentium justificationem et emundationem a peccatis post promulgatam legem Christi, quo tempore omnes purificationes et sacrificia pro expiatione peccatorum instituta non solum mortua sunt et virtute cassa, sed etiam mortifera; et adeo a peccatis non purgant, ut potius magis fœdent et deturbent ea usurpantes. — *Cecidimus quasi folium.* Olim floruit synagoga, nunc aruit, et in folium marcescens defluxit.

7. *Non est qui invocet nomen tuum.* Ea fide, mente, sanctitate et justitia qua par est. — *Teneat te.* Placet te, et quasi prohibeat ne nos punias. — *Allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.* Tradidisti nos peccatos, quasi lictori, cruciaudos et allidendos.

9. *Satis.* In Hebr. est, *usque valde*, hoc est, ultra modum nimis.

10. *Sancti tui.* Hebr. *sanctitatis tuæ*, sanctuarii tui, in quo scilicet templum sanctum tuum est.

11. *Domus sanctificationis.* Templum. — *Desiderabilia.* Quidquid eximium et splendidum erat Jerosolymis, palatia, prætoria, ædes elegantes.

12. *Continebis te.* Ne nobis opem feras, et hostes ulciscaris.

CHAPITRE LXV.

Vocation des Gentils. Réprobation des Juifs. Restes sauvés par grâce. Nouveaux cieux. Nouvelle terre.

1. Quæsierunt *a* me qui ante non interrogabant, invenerunt qui non quæsierunt me; dixi : Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ non invocabat nomen meum. [a *Rom.* 10. 20.]

2. Expandi manus meas tota die, ad populum incredulum qui graditur in via non bona, post cogitationes suas.

3. Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam semper; qui immolant in hortis, et sacrificant super lateres;

4. Qui habitant in sepulcris, et in delubris idolorum dormiunt; qui comedunt carnem suillam, et jus profanum in vasis eorum.

5. Qui dicunt : Recede a me, non appropinques mihi, quia immundus es; isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.

6. Ecce scriptum est coram me; non tacebo, sed reddam et retribuam in sinum eorum.

1. Ceux qui auparavant ne se mettaient point en peine de me connaître sont venus vers moi, et ceux qui ne me cherchaient point m'ont trouvé. J'ai dit à une nation qui n'invoquait point mon nom : Me voici, me voici!

2. *C'est en vain que j'ai* étendu mes mains pendant tout le jour vers un peuple incrédule, qui marche dans une voie qui n'est pas bonne, en suivant ses pensées.

3. Vers un peuple qui fait sans cesse devant mes yeux ce qui n'est propre qu'à m'irriter; *vers des insensés* qui immolent des hosties *abominables* dans des jardins, et qui *leur* sacrifient sur des *autels de* briques.

4. Qui habitent dans les sépulcres et qui dorment dans les temples des idoles; qui mangent de la chair de pourceau, et qui mettent dans leurs vases *à boire* une liqueur profane.

5. Qui disent *à ceux des autres nations :* Retirez-vous de moi; ne vous approchez pas, parce que vous n'êtes pas purs. *Aussi* ils deviendront *comme* une fumée, au jour de ma fureur. Un feu qui brûlera toujours *les dévorera.*

6. Car *leur péché* est écrit devant mes yeux : je ne me tairai point; mais je leur rendrai *ce qu'ils méritent*, et je renverserai dans leur sein *les maux qui leur sont dus.*

Cap. LXV. — 1. *Quæsierunt me.* C'est Jésus-Christ même qui s'exprime ici par la bouche du Prophète. Saint Paul fait lui-même l'application de ce texte à la conversion des Gentils (Rom., X, 20).

2. *Expandi manus meas.* Saint Paul entend ceci de l'incrédulité des Juifs au temps de Jésus-Christ (Rom., X, 21). Aujourd'hui encore, à Rome, on lit ces paroles d'Isaïe sur un grand crucifix qui est à l'entrée du quartier des Juifs.

3. *Et sacrificant super lateres.* Du temps d'Isaïe, l'idolâtrie était encore très-répandue parmi les Juifs. Un bon nombre se livraient aux superstitions qu'il rappelle ici et qui étaient autant d'emprunts faits aux Chananéens. Au temps de Jésus-Christ, le Juif incrédule n'était plus sujet à l'idolâtrie grossière de ses pères; mais il était coupable d'une idolâtrie spirituelle qui consistait à adorer ses convoitises, dont il voulait que le Christ qu'il se figurait, fût le ministre et le complice, et à s'appuyer sur ses propres œuvres, dont il rapportait toute la gloire aux forces de son libre arbitre.

5. *Quia immundus es.* En attribuant à lui seul le mérite de ses actions, et en considérant le bienfait de la loi comme un privilége qui lui était personnel, le Juif était devenu très-orgueilleux. Il dédaignait toutes les autres nations, et s'en faisait par là même détester.

Cap. LXV. — 1. *Quæsierunt me.* Gentiles. Respondet enim Deus querelæ Isaiæ de Judæorum reprobatione. — *Qui ante non interrogabant.* Quis, aut ubi essem. — *Ecce ego.* Relictis Judæis incredulis convertam me, et abibo ad gentes quæ non invocant nomen meum.

2. *Expandi manus meas.* Ad Judæos, jam inde ab initio sinum et manus expandi, quasi profundens in eos mea munera et charismata, ac præsertim manus expandi in cruce. — *Incredulum.* In Hebræo est, סרר *sorer*, id est, recedentem, rebellum, contumacem; et ut Apostolus vertit, *non credentem, et contradicentem.* — *Post cogitationes suas.* LXX, *post peccata sua.*

3. *Ante faciem meam semper.* Nam patres in templo quasi ante faciem Dei immolabant idolis; filii vero Christo in faciem resistebant, eique conviciabantur. — *Immolant in hortis.* Contra legis præscriptum, quæ in templo super altari holocaustorum sacrificari jubebat. — *Super lateres.* Altaria ex lateribus, et hoc etiam erat contra legem quæ jubebat altare fieri de terra, aut lapide impolito. Exod., c. 20, n. 24.

4. *Qui habitant in sepulcris.* Ut dæmones consulant, et responsa eliciant. LXX habent : *qui in sepulcris et specubus dormiunt propter somnia*, ut scilicet a mortuis in somnis responsa accipiant. — *Comedunt carnem suillam.* Contra legem leviticam, II, 7. — *Jus profanum.* In quibus carnes suillæ aut aliæ lege vetitæ elixatæ fuerant.

5. *Qui dicunt.* Scilicet gentili. — *Recede a me... quia immundus es.* Judæi enim gentiles quasi immundo, aversabantur. — *Fumus erunt.* Convertentur in fumum ardentem et flammas.

6. *Scriptum est coram me.* Peccatum eorum meæ inhæret memoriæ. — *Non tacebo.* Non quiescam, non cessabo a vindicta Judæorum. — *Sed reddam.* Infligam pœnam quam meriti sunt. * In sinum reddere, est cumulate reddere, quæ in sinum effundi solent. Psal. 78, 12 : *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.*

7. *Oui, je punirai* vos iniquités, dit le Seigneur, et tout ensemble les iniquités de vos pères qui ont sacrifié sur les montagnes, et qui m'ont déshonoré sur les collines. Et *en vous punissant* je verserai dans votre sein une peine proportionnée à leurs anciens dérèglements.

8. Voici *néanmoins* ce que dit le Seigneur : Comme lorsqu'on trouve un beau grain dans une grappe on dit : Ne le gâtez pas, parce qu'il a été béni ; ainsi, en faveur de mes serviteurs, je n'exterminerai pas Israël entièrement.

9. *Mais* je ferai sortir de Jacob une postérité, et de Juda *celui* qui possédera mes montagnes. Ceux que j'aurai élus seront les héritiers de cette *terre*, et mes serviteurs y habiteront.

10. Les campagnes *fertiles* serviront de parc aux troupeaux ; et la vallée d'Achor servira de retraite aux bœufs de mon peuple, de ceux qui m'auront recherché.

11. Mais pour vous qui avez abandonné le Seigneur, qui avez oublié ma montagne sainte, qui dressez un autel à la fortune, et qui y offrez des liqueurs en sacrifice,

12. Je vous ferai passer l'un après l'autre au fil de l'épée, et vous périrez tous dans ce car-

7. Iniquitates vestras, et iniquitates patrum vestrorum simul, dicit Dominus qui sacrificaverunt super montes, et super colles exprobraverunt mihi, et remetiar opus eorum primum in sinu eorum.

8. Hæc dicit Dominus : Quomodo si inveniatur granum in botro, et dicatur : Ne dissipes illud, quoniam benedictio est; sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum.

9. Et educam de Jacob semen, et de Juda possidentem montes meos ; et hæreditabunt eam electi mei, et servi mei habitabunt ibi.

10. Et erunt campestria in caulas gregum, et vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierunt me.

11. Et vos, qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, et libatis super eam.

12. Numerabo vos in gladio, et omnes in cæde corruetis; *a* pro eo quod vo-

8. *Non disperdam totum.* Au sein de la Synagogue comme au sein de l'Eglise, le Seigneur a compté en tout temps de fidèles serviteurs. Dans les siècles les plus mauvais et les plus corrompus, il y a toujours eu de beaux grains dans la grappe, et ce sont ces âmes d'elite qui ont fait que le Seigneur n'a jamais pu se décider à exterminer tout son peuple.

10. *Et erunt campestria.* D'après l'Hébreu : La plaine de Saron, plaine fertile au delà du Jourdain, servira de parc aux brebis, et la vallée d'Achor, vallée fertile au delà du Jourdain, sera le lieu où reposera le bœuf. La fertilité de cette plaine et de cette vallée pourrait être ici l'image des bénédictions spirituelles promises au peuple, à l'Israël de Dieu.

11. *Qui ponitis Fortunæ mensam.* D'après l'Hébreu : Qui dressez une table à Gad et qui offrez des libations à Meni. *Gad* était une des divinités des Syriens, que l'on regarde généralement comme la déesse de la bonne fortune, et *Méni* était le destin. Les Hébreux servaient devant ces idoles des tables chargées de mets.

---

7. *Et iniquitates patrum vestrorum simul.* In hebræo est, *reddam simul. Super montes.* In locis altis, quæ excelsa dicta sunt. — *Exprobraverunt mihi.* Qui enim idola colunt, exprobrant Deo quod sibi immerito divinitatem usurpet. — *Opus eorum primum.* Prima et prisca Judæorum opera remunerabor rependamque, pœnas meritas in sinum eorum refundendo.

8. *Quomodo si inveniatur granum.* Significat se paucos sanctos et a scelere integros conservaturum, ut non tota gens pereat, sed maneat semen. * Quomodo si acinus integer inveniatur inter multas uvas corruptas. Hi autem fuerunt apostoli, et qui per apostolos, vel cum apostolis per Christum crediderunt. — *Quoniam benedictio est.* Omnes fruges et fructus arborum, et quæ ad vitam conservandam faciunt, nomine benedictionis comprehendebant Hebræi, quod essent beneficium quoddam quo Deus illis benedixisset. Hoc loco accipitur pro semine et spe propaginis.

9. *Semen.* De quo proxime dictum est. — *De Juda.* De Judæis. — *Possidentem montes meos.* Apostolos scilicet et eorum successores, qui possidebant Jerusalem in montibus sitam, id est, Ecclesiam, cujus vita et doctrina excelsa est et cœlestis.

10. *Erunt campestria.* Omnia, tam plana quam montana, gregibus et armentis plena erunt ; quæ allegoria multitudinem credentium significat. Ergo campestria, hoc est, loca plana, caulis ovium abundabunt. — *Et valli Achor.* Id est, ut planities, sic etiam valles et montes gregibus et armentis redundabunt. Vallis Achor erat juxta Jericho, Josue 7, 26, et erat admodum fertilis. — *Populo meo qui requisierunt me.* Ecclesiæ gentium. Vide supra initium hujus capitis, num. I.

11. *Montem sanctum meum.* Montem Sion, in quo templum meum est. — *Qui ponitis fortunæ mensam.* Pro *fortuna* in hebræo est, גד *gad*, id est *felicitas fortunæ :* sic Lia filium ex Zelpha ancilla sua natum appellavit *Gad*, dicens, *feliciter.* Hunc autem ritum ponendi mensam fortunæ explicans D. Hieronymus sic habet : *Et in cunctis urbibus, et maxime in Ægypto, idololatriæ vetus consuetudo, ut ultimo die anni ponant mensam refertam varii generis epulis, et poculum musto mistum, vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auspicantes. Hoc autem faciebant Israelitæ, omnium simulacrorum portenta venerantes.* — *Libatis super eam.* Libationis superstitiosam ceremoniam usurpantes, vinum aut alium liquorem in fortunæ honorem effundentes. In hebræo est, *impletis ipsi Meni potionem :* quid autem sit *Meni*, non omnes eodem modo explicant, cum tamen certum sit a radice מנא *mana*, deduci, quæ numerare significat. Delrio tom. 1. Adagialium, Adagiali 810, putat hic notari eos qui in honorem dei sui tot bibebant cyathos, quot litteras numerabant in nomine, cum qua explicatione bene cohærent sequentia. * Deum *Meni* cultum in Armenia et Phrygia discimus ex Strabone. Meminit etiam ejus Jamblicus in Vita Pythagoræ.

12. *Numerabo vos in gladio.* Quasi dicat : Quia vos ad numerum bibendo coluistis fortunam, ideo pariter ad numerum ego vos gladio trucidabo, cum scilicet omnes et singulos quasi numeratim, et ex ordine gladio feriam.

cavi, et non respondistis; locutus sum, et non audistis; et faciebatis malum in oculis meis, et quæ nolui elegistis. [a *Prov.* 1. 24. *Infr.* 66. 4. *Jerem.* 7. 13.]

13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Ecce servi mei comedent, et vos esurietis; ecce servi mei bibent, et vos sitietis :

14. Ecce servi mei lætabuntur, et vos confundemini : Ecce servi mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos clamabitis præ dolore cordis, et præ contritione spiritus ululabitis.

15. Et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis; et interficiet te Dominus Deus, et servos suos vocabit nomine alio.

16. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen : et qui jurat in terra, jurabit in Deo amen; quia oblivioni traditæ sunt angustiæ priores, et quia absconditæ sunt ab oculis meis.

17. *a* Ecce enim ego creo cœlos novos et terram novam; et non erunt in memoria priora, et non ascendent super cor. [a *Infr.* 66. 22. *Apoc.* 21. 1.]

18. Sed gaudebitis et exultabitis usque in sempiternum in his quæ ego creo; quia ecce ego creo Jerusalem exultationem, et populum ejus gaudium.

19. Et exultabo in Jerusalem, et gaudebo in populo meo; et non audietur in eo ultra vox fletus et vox clamoris.

20. Non erit ibi amplius infans dierum, et senex qui non impleat dies suos; quoniam puer centum annorum

nage, parce que j'ai appelé, et vous ne m'avez point répondu; j'ai parlé, et vous n'avez point entendu; vous avez fait le mal devant mes yeux; et vous avez voulu tout ce que je ne voulais point.

13. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mes serviteurs mangeront, et vous souffrirez la faim; mes serviteurs boiront et vous souffrirez la soif;

14. Mes serviteurs se réjouiront, et vous serez couverts de confusion; mes serviteurs éclateront par des cantiques de louanges, dans le ravissement de leur cœur, et vous éclaterez par de grands cris, dans l'amertume de votre âme, et en de tristes hurlements, dans le déchirement de votre esprit;

15. Et vous rendrez votre nom à mes élus, un nom d'imprécation; *parce que* le Seigneur Dieu vous fera périr; et il donnera à ses serviteurs un autre nom.

16. Celui qui sera béni en ce nom sur la terre, sera béni du Dieu de vérité; et celui qui jurera sur la terre jurera au nom du Dieu de vérité, parce qu'alors les anciennes afflictions seront mises en oubli, et elles disparaîtront de devant mes yeux.

17. Car je m'en vais créer de nouveaux cieux et une terre nouvelle; et tout ce qui a été auparavant *capable de vous affliger,* s'effacera de la mémoire sans qu'il revienne dans l'esprit.

18. Mais vous vous réjouirez, et vous serez éternellement pénétrés de joie dans les choses que je vais créer, parce que je m'en vais rendre Jérusalem une ville d'allégresse, et son peuple un peuple de joie.

19. Je prendrai mes délices dans Jérusalem : je trouverai ma joie dans mon peuple, et l'on n'y entendra plus de voix lamentables ni de tristes cris.

20. Car on n'y verra point d'enfant *vivre peu* de jours, ni de vieillard qui ne remplisse le temps de sa vie, parce l'enfant mourra à *l'âge* de cent

17. *Creo cœlos novos et terram novam.* Saint Jean décrit, sous de semblables symboles, le bonheur des élus dans le ciel (Apoc., XXI, 1-4), et il y a aussi dans cette peinture d'Isaïe une foule de traits qui ne sont applicables qu'à la Jérusalem céleste.

20. *Non erit ibi amplius infans dierum.* Ce verset, dit la *Bible de Vence*, pourrait signifier, que dans la société éternelle des élus, il n'y aura que des hommes parfaits, qui n'auront ni les défauts de l'enfance, ni ceux de la vieillesse. Il n'y aura point là d'enfants de peu de

---

13. *Propter hoc.* Incredulorum infelicitatem, credentium vero felicitatem describit. — *Servi mei.* Fideles. *Comedent et... bibent.* Hac cibi et potus allegoria omne genus spiritualium deliciarum significatur, præsertim tamen illud quod in eucharistiæ sacramento experiuntur qui ad illud digne accedunt.

28. *Je leur répondrai :* Où sont vos dieux que vous vous êtes faits? Qu'ils se hâtent de vous délivrer, maintenant que vous êtes dans l'affliction; car il s'est trouvé dans vous, ô Juda! autant de dieux que de villes.

29. Pourquoi *donc* voulez-vous entrer avec moi en jugement? Vous m'avez tous abandonné, dit le Seigneur.

30. Et c'est en vain que j'ai frappé vos enfants, ils n'ont point reçu le châtiment. *Au contraire*, votre épée s'est enivrée du sang de vos prophètes, de sorte que votre race est comme un lion qui ravage tout.

31. Ecoutez *donc, peuple infidèle,* la parole du Seigneur : Suis-je devenu pour Israël un désert stérile et une terre tardive. Pourquoi donc mon peuple m'a-t-il dit : Nous nous retirons, nous ne viendrons plus à vous?

32. Une fille peut-elle oublier *un seul moment* les ornements dont elle se pare? ou une épouse l'écharpe qu'elle porte sur son sein? Et cependant mon peuple m'a oublié durant des temps infinis.

tum amoris sui; nullus avertet eam, omnes qui quærunt eam, non deficient; in menstruis ejus invenient eam.

25. Prohibe pedem tuum a nuditate, et guttur tuum a siti. Et dixisti. Desperavi, nequaquam faciam; adamavi quippe alienos, et post eos ambulabo.

26. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi et reges eorum, principes, et sacerdotes, et prophetæ eorum,

27. Dicentes ligno : Pater meus es tu; et lapidi; *a* Tu me genuisti : verterunt ad me tergum, et non faciem, et in tempore afflictionis suæ dicent : Surge, et libera nos. [a *Infr.* 32. 33.]

28. Ubi sunt dii tui, quos fecisti tibi? Surgant et liberent te in tempore afflictionis tuæ; *a* secundum numerum quippe civitatum tuarum erant dii tui Juda! [a *Infr.* 11. 13.]

29. Quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus.

30. Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt; devoravit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastator generatio vestra.

31. Videte verbum Domini : Numquid solitudo factus sum Israeli, aut terra serotina? Quare ergo dixit populus meus : Recessimus, non veniemus ultra ad te?

32. Numquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus vero meus oblitus est mei diebus innumeris.

27. *In tempore afflictionis suæ.* N'ayant point été sensibles aux bienfaits de Dieu, ils le sont enfin à ses châtiments. Mais c'est, dit un Père de l'Eglise, une demande insolente à ceux qui ont méprisé leur Dieu au temps de la paix, d'exiger de lui au temps de l'affliction, qu'il leur donne son secours. Il leur dit alors avec très-grande justice : Que vos dieux que vous vous êtes faits vous délivrent maintenant. Car, puisque Dieu est le créateur des hommes, et que les hommes cependant ont entrepris de faire des dieux, il est juste qu'ils éprouvent dans leurs besoins ce que peuvent pour les assister ces dieux qu'ils ont faits et ces idoles qu'ils ont adorées : *Probet necessitas quid possint quos securus ante coluisti* (Sacy).

---

25. *Prohibe pedem tuum a nuditate.* Pedum nomine apud Hebræos non pedes solum, sed crura etiam et femora significantur : sic *pilos pedum*, Isa., 7, 20, pubem interpretati sumus; sensus ergo est : adeo insaná idololatriæ libidine fueris, ut cum moneris ne corpus nudes ad hoc adulterium, respondeas. *Desperavi, etc.* — *Guttur tuum a siti.* Allegoria sitis ardorem libidinis significat. — *Desperavi.* In hebræo est *noas*, id est, *desperatum est,* actum est, nulla spes est ut faciam quod suades, quia adamavi deos alienos.

26. *Sic confusi sunt.* Confundentur, est enim præteritum pro futuro, confundentur, cum deprehendentur a Deo in flagranti delicto idololatriæ.

28. *Ubi sunt.* Intelligitur, ego autem dicam. — *Secundum numerum quippe civitatum.* Quandoquidem tot habes deos quot civitates, juvet te ex tam multis aliquis eorum.

29. *Judicio contendere.* Ut vos purgetis et excusetis, quasi innocentes sitis.

30. *Filios vestros.* Cives vestros; alloquitur enim congregationem Judæorum. — *Disciplinam non receperunt.* A me castigati, meliores facti non sunt. *Devoravit gladius vester.* Tantum abest ut admonitiones meas recipere volueritis, ut potius occideritis prophetas, per quos admonebam vos. Ita Christus Matth., 23, 37 : *Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt.* — *Quasi leo vastator.* Jungendum cum sequentibus, et sensus est : quasi leo vastator fuit generatio vestra.

31. *Videte.* Audite, et diligenter considerate. — *Solitudo.* Inutilis et infructuosa, ut esse solet solitudo. — *Terra serotina.* Terra serotina est illa quæ, cum soli exposita non sit, sero fructus producit, nec perducit ad maturitatem. — *Recessimus.* Ad alios deos qui nobis benefecerent.

32. *Numquid obliviscetur virgo.* Femina pluris facit ornamenta sua quam populus meus me.

33. Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper et malitias tuas docuisti vias tuas :

34. Et in alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum et innocentum ? non in fossis inveni eos, sed in omnibus quæ supra memoravi.

35. Et dixisti : Absque peccato et innocens ego sum : et propterea avertatur furor tuus a me. Ecce ego judicio contendam tecum, eo quod dixeris : Non peccavi.

36. Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas ! et ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.

37. Nam et ab ista egredieris, et manus tuæ erunt super caput tuum, quoniam obtrivit Dominus confidentiam tuam, et nihil habebis prosperum in ea.

33. *Après cela*, pourquoi voulez-vous justifier votre conduite pour rentrer en grâce avec moi, vous avez même enseigné aux autres le mal que vous faites :

34. Et l'on a trouvé dans vos mains le sang des âmes pauvres et innocentes *que vous avez égorgées. Oui*, je les ai trouvées assassinées, non dans les fosses, mais dans les mêmes lieux dont j'ai parlé auparavant.

35. Et vous m'avez dit : Je suis sans péché, je suis innocent : que votre fureur s'éloigne de moi. Je m'en vais donc entrer en jugement avec vous, puisque vous dites encore : Je n'ai point péché.

36. Combien êtes-vous devenue méprisable en retombant *ainsi* dans vos premiers égarements ! Vous serez confondue par l'Egypte, comme vous l'avez déjà été par l'Assyrie :

37. Car vous sortirez de l'Egypte tenant vos mains sur votre tête, parce que le Seigneur brisera *l'Egypte*, cet appui où vous avez mis votre confiance, et que vous n'en pourrez tirer aucun avantage.

CHAPITRE III.

Parallèle d'Israël et de Juda. Réunion des deux maisons. Gloire de Jérusalem.

1. Vulgo dicitur : Si dimiserit vir uxorem suam, et recedens ab eo, duxerit virum alterum ; numquid revertetur ad eam ultra ? numquid non polluta et contaminata erit mulier illa ? tu autem fornicata es cum amatoribus multis :

1. On dit d'ordinaire : Si une femme, après avoir été répudiée par son mari, et l'avoir quitté, en épouse un autre, son mari la reprendra-t-il encore ? et cette femme n'est-elle pas impure et déshonorée ? Pour vous, ô *fille d'Israël !* vous vous êtes corrompue avec plusieurs qui vous ai-

34. *Quæ supra memoravi.* C'est-à-dire, ajoute le P. de Carrières, sur les collines où vous les aviez immolées publiquement à vos idoles.

36. *Ab Ægypto confunderis.* L'Egyptien ne devait pas être d'un grand secours pour les Juifs. Le prophète annonce, au contraire, qu'ils auront à souffrir de Pharaon autant que de Nabuchodonosor, et c'est ce que l'histoire démontre (IV. Reg., XXIII, 29 et suiv.).

Cap. III. — 1. *Revertere ad me.* On ne peut mieux peindre la miséricorde infinie de Dieu, qui ne fait attention ni à la gravité de nos fautes, ni à leur nombre, et qui est toujours prêt à nous pardonner, pourvu que nous ayons regret de l'avoir offensé et que nous soyons disposés à ne plus l'offenser à l'avenir. C'est la pensée de Jésus qui répond à Pierre, qui lui demandait combien de fois le pécheur serait pardonné : *Non dico tibi usque septies; sed usque septuagies septies* (Matth., XVIII, 22).

---

33. *Bonam ostendere viam tuam.* Teipsam purgare et excusare quæ fecisti. — *Ad quærendam dilectionem.* Ut gratiam meam ineas. — *Quæ insuper.* Cum non solum male vixeris, sed etiam docueris alios male vivere.

34. *Et in alis tuis.* Loquitur de populo tanquam de aquila, aut accipitre, qui rapto vivit; solent enim hujusmodi aves alas habere plenas sanguine. LXX habent, *in manibus tuis.* — *Sanguis.* Tum prophetarum quos occidisti, tum innocentium infantium quos idolo Moloch impie sacrificasti. — *Non in fossis inveni eos.* Sanguines quos fudisti; quasi dicat : Frustra niteris occultare scelera tua, cum sanguis ipse innocentium non in terra defossus lateat, sed in manibus tuis cernatur. * Vel notatur idololatrarum impudentia, qui non clam peccabant, sed palam. — *In omnibus quæ supra memoravi.* In manibus aut alis tuis.

35. *Judicio contendam.* Et convincam te.

36. *Vilis facta es.* Loquitur cum populo in genere feminino, tanquam cum uxore, ut supra, n. 2, 23, 24. -- *Iterans vias tuas.* Sæpe in Ægyptum excurrens, ut inde petas auxilium. -- *Ab Ægypto confunderis.* Sicut ab Assyriis olim contra Ægyptios, sic mox ab Ægyptiis contra Assyrios frustra auxilium petes.

37. *Ab ista.* Ab Ægypto. -- *Manus tuæ erunt super caput tuum.* Solebant enim mulieres fientes vel pudore affectæ caput manibus tegere, quod Thamar ab Amnon corruptam fecisse legimus, II. Reg., 13, 19. Alii *manus tuæ*, id est, opera et peccata tua recident in caput tuum. -- *Obtrivit Dominus.* Vanas et inanes reddidit omnes confidentias et spes tuas. -- *Et nihil habebis prosperum in eâ.* In hebræo est, *et non prosperaberis in eis;* id est, non bene tibi succedent quæ sperabas. Noster interpres *in eâ* retulit ad Ægyptum.

Cap. III. -- 1. *Numquid revertetur.* Semel repudiata, nec revocari sine peccato et infamia, probroque utriusque, nec redire potest ad maritum, juxta legem Deuteron., 24, 4. Tu tamen non tantum repudiata, sed et adultera, redi ad me. -- *Polluta et contaminata.* Loco citato Deuteron. dicitur; *polluta est, et abominabilis facta est coram Domino*, quod quomodo sit intelligendum ibi diximus.

maient; cependant revenez à moi, dit le Seigneur, et je vous recevrai.

2. Levez les yeux en haut, et voyez où vous ne vous êtes point prostituée. Vous étiez assise dans les chemins, les attendant comme un voleur attend les passants à l'écart; et vous avez souillé la terre par vos fornications et par vos méchancetés.

3. C'est ce qui a été cause que l'eau du ciel a été retenue, et que les pluies de l'arrière saison ne sont point tombées. Vous avez pris le front d'une femme débauchée, vous n'avez point voulu rougir.

4. Appelez-moi donc, et invoquez-moi au moins maintenant. *Dites-moi :* Vous êtes mon père, vous êtes celui qui m'avez conduit lorsque j'étais vierge.

5. Serez-vous donc fâché pour toujours, et votre colère durera-t-elle éternellement? Vous avez parlé *avec audace,* vous avez commis toutes sortes de crimes, et vous vous y êtes abandonnée de tout votre pouvoir.

6. Le Seigneur me dit aussi au temps du roi Josias : N'avez-vous point vu ce qu'a fait la rebelle Israël? elle s'en est allée sur toutes les hautes montagnes, et sous tous les arbres chargés de feuillage, et elle s'y est abandonnée à sa fornication honteuse.

7. Et après qu'elle a fait tous ces crimes, je lui ai dit : Revenez à moi. Et elle n'est point revenue.

8. Et la perfide Juda, sa sœur, voyant que j'avais répudié la rebelle Israël, et que je lui avais donné l'écrit de divorce. Juda, *dis-je*, cette perfide, n'a point eu de crainte; mais elle s'en est allée, elle m'a quitté, et elle s'est corrompue elle-même.

9. Elle a souillé toute la terre par le débordement de sa prostitution, et elle s'est corrompue avec la pierre et le bois.

10. Et après tous ces crimes, la perfide Juda, sa sœur, n'est point revenue à moi de tout son

tamen revertere ad me, dicit Dominus, et ego suscipiam te.

2. Leva oculos tuos in directum, et vide ubi non prostrata sis; in viis sedebas, expectans eos quasi latro in solitudine; et polluisti terram in fornicationibus tuis, et in malitiis tuis.

3. Quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, et serotinus imber non fuit; frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

4. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es;

5. Numquid irasceris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es, et fecisti mala, et potuisti.

6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ regis : *a* Numquid vidisti quæ fecerit aversatrix Israel? abiit sibimet super omnem montem excelsum, et sub omni ligno frondoso; et fornicata est ibi. [a *Supr.* 2. 20.]

7. Et dixi, cum fecisset omnia : Ad me revertere; et non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda,

8. Quia pro eo quod mœchata esset aversatrix Israel, dimisissem eam, et dedissem ei libellum repudii, et non timuit prævaricatrix Juda soror ejus; sed abiit, et fornicata est etiam ipsa.

9. Et facilitate fornicationis suæ contaminavit terram, et mœchata est cum lapide et ligno.

10. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in

6. *In diebus Josiæ.* Cette prophétie eut lieu probablement la 18e année du règne de Josias. Ce prince venait d'opérer de grandes réformes dans ses Etats. Il avait rétabli, dans toute sa splendeur, le culte du vrai Dieu, mais son peuple avait suivi ses ordonnances, moins par conviction que par politique. Il avait fait beaucoup d'hypocrites, et la nation, tout en paraissant changée dans ses mœurs, ne l'était pas réellement. C'est pour ce motif que le prophète l'accuse de perfidie (Vid., vers. 10).

---

2. *In directum.* In colles et loca excelsa: circumspice quaquaversum montes et colles, quantum potes visu assequi, et ubique videbis tuæ fornicationis, id est, idololatriæ vestigia. -- *Quosi latro in solitudine.* Qui sedere solet ut prætereuntes invadat. Solebant olim meretrices juxta vias sedere, ut viatores allicerent, sicut de Thamar legimus Genes., 38, 14.

3. *Prohibitæ sunt stillæ.* Sceleribus tuis cœlum clausisti ne plueret. — *Serotinus imber.* Qui cadere solet ineunte vere, sicut stillæ pluviarum significant pluviam quæ decidere solet in autumno; his enim duobus temporibus pluvia est maxime necessaria. — *Frons... Meretricis.* Alludit ad meretricum impudentiam, quæ nomen non tantum cellis suis in fornice, sed et fronti inscribebant, ut fecit purpurata meretrix Babylon., Apoc., 17, 5. Vide Martin., de Roa, lib. 3, singulariter c. 10.

4. *Saltem amodo.* Et nunc, a me invitata et rogata. * Vel nunc tandem tot malis edocta. — *Pater meus.* Qui a pueritia, cum virguncula essem a matre et patre neglecta, quasi pater suscepisti, educasti et rexisti me. Vel etiam patris nomen maritum significat, qui uxori loco patris esse debet. — *Dux virginitatis meæ.* Quem virgo adolescentula duxi.

5. *Numquid irasceris in perpetuum?* Verba sunt Dei, quæ docet populum sibi dicere, ut ejus misereatur. Aliqui volunt esse verba Dei studentis sibi adulteram synagogam reconciliare. — *Ecce locuta es.* Ecce simul atque hæc quæ modo dixi, locuta fueris, quamvis multa mala feceris, poteris, id est, prævalebis contra me, vinces ac flectes me. Noster interpres præteritum *potuisti* posuit pro futuro. * Vel sententia est : ecce dixisti, nempe : *Nequaquam faciam*, cap. præced., n. 25; et prout dixisti, sic etiam fecisti, et facis, et potes adhuc tantum scelus admittere?

6. *Aversatrix.* Rebellis. — *Abiit sibimet.* Quo eam sua cupido et libido ducebat.

9. *Facilitate fornicationis.* Pronitate ad idololatriam.

10. *Mendacio.* Ficte ac simulate.

toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.

11. Et dixit Dominus ad me : Justificavit animam suam aversatrix Israel, comparatione prævaricatricis Judæ.

12. Vade, et clama sermones istos contra Aquilonem, et dices : Revertere aversatrix Israel, ait Dominus, et non avertam faciem meam a vobis ; quia sanctus ego sum, dicit Dominus, et non irascar in perpetuum.

13. Verumtamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es; et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, et vocem meam non audisti, ait Dominus.

14. Convertimini filii revertentes, dicit Dominus; quia ego vir vester; et assumam vos unum de civitate, et duos de cognatione, et introducam vos in Sion.

15. Et dabo vobis pastores juxta cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.

16. Cumque multiplicati fueritis, et creveritis in terra in diebus illis, ait Dominus, non dicent ultra : Arca testamenti Domini; neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius; nec visitabitur, nec fiet ultra.

cœur, mais d'une manière feinte, dit le Seigneur.

11. Et le Seigneur me dit : La rebelle Israël a paru juste, si on la compare avec la perfide Juda.

12. Allez, et criez vers le Nord, faites-lui entendre ces paroles : Revenez *à moi*, rebelle Israël, dit le Seigneur, et je ne détournerai point mon visage de vous, parce que je suis saint, dit le Seigneur, et que ma colère ne durera pas éternellement.

13. Mais reconnaissez votre iniquité; car vous avez violé la loi du Seigneur votre Dieu; vous vous êtes prostituée à des *dieux* étrangers sous tous les arbres chargés de feuillage, et vous n'avez point écouté ma voix, dit le Seigneur.

14. Convertissez-vous, enfants rebelles : revenez à moi, dit le Seigneur, parce que je suis votre époux. Je vous prendrai *quand il n'y en aurait qu'*un d'une ville et deux d'une famille, et je vous ferai entrer dans Sion.

15. *Alors* je vous donnerai des pasteurs selon mon cœur, qui vous nourriront de la doctrine et de la science *du salut*.

16. Et lorsque vous vous serez multipliés, et que vous vous serez accrus dans la terre *que je vous aurai donnée*, dit le Seigneur, on ne dira plus : Voici l'arche de l'alliance du Seigneur. Elle ne reviendra plus dans l'esprit, on ne s'en souviendra plus, on ne la visitera plus, et il ne se fera plus rien *de semblable*.

11. *Justificavit animam suam.* Juda avait reçu de plus grandes grâces qu'Israël. C'était dans Juda que se trouvait le temple, et c'était de lui que devait sortir le Messie. Juda avait été témoin des fautes d'Israël et des châtiments dont le Seigneur l'avait frappé. Au lieu de profiter de cette leçon, il s'était endurci et avait continué ses erreurs et ses désordres. C'est pourquoi, dans ce parallèle, Israël est reconnu moins coupable.

14. *Et assumam vos.* Les Juifs, dit Sacy, regardaient cette prédiction comme ayant été accomplie après le retour de Babylone, sous Cyrus, roi des Perses, du temps de Zorobabel, fils de Salathiel. Et comme tous ne retournèrent pas alors dans leur pays, ils disent que c'est ce que signifient ces paroles : « Qu'il en choisirait un d'une ville et deux d'une famille, pour les faire entrer dans Sion. » C'est-à-dire qu'il en choisirait seulement quelques-uns pour les faire revenir à Jérusalem. Mais l'entier accomplissement de cette prophétie n'a paru, selon tous les interprètes, qu'à l'avenement de Jesus-Christ, lorsque les *restes d'Israël*, c'est-à-dire, un petit nombre d'Israélites, choisis parmi cette multitude égale au sable du rivage de la mer, furent sauvés et admis dans Sion, dans la sainte cité de Dieu, qui est son Eglise, lorsqu'il donna à son peuple des pasteurs selon son cœur; savoir : les apôtres et les hommes apostoliques, qui nourrirent la multitude des fidèles, non des cérémonies judaïques, mais de la science et de la doctrine de Jésus-Christ même.

16. *Arca testamenti Domini.* D. Calmet a prouvé que l'arche d'alliance ne fut point remise dans le temple après le retour de la captivité. Ce passage de Jérémie se rapporte au temps du Messie, à l'avénement de Jésus-Christ, qui avait pour mission de substituer la vérité aux figures, la réalité à l'ombre.

---

11. *Justificavit animam suam.* Minus peccavit comparatione Judæ., Sic Ezech., 16, 51 : *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit : sed vicisti eas sceleribus tuis, et justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es.*

12. *Contra aquilonem.* Ad decem tribus captivas in Assyria, quæ terræ sanctæ est aquilonaris. — *Non avertam faciem meam a vobis.* Non irascar, sed placabor. — *Quia sanctus ego sum.* In hebræo est, *quoniam misericors ego sum*, quod etiam habent LXX.

13. *Scito.* Agnosce, confitere et detestare. -- *Dispersisti vias tuas alienis.* Huc illucque discurristi, ad quærendos deos alienos; vel *dispersisti vias tuas*, idem est ac divisisti pedes tuos, aut crura tua alienis, id est, idolis. Vide Ezech., 16, 25.

14. *Convertimini.* Ab idololatria. — *Filii revertentes.* Filii rebelles, ut ex hebræo aliqui vertunt. LXX habent *revertimini, filii apostolæ.* -- *Vir vester.* Maritus aut dominus vester aut ego possedi vos, quia mei estis; hæc enim omnia significare potest hebraïcum *bahalthi.* -- *Unum de civitate.* Si vel unus tantum vestrum in civitate fuerit, et duo tantum in cognatione una, non relinquam illos, sed reducam in Sion, id est, ad Ecclesiam catholicam, ut Isa., 10, 21 : *Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem.*

15. *Dabo vobis pastores juxta cor meum.* Bonos, non quales populus vult, sed quales ego videtur apostolos intelligere, nam sermo est de Ecclesia.

16. *Non dicent ultra : Arca testamenti.* Non jactabunt legis mosaicæ ceremonias; per arcam enim omnes ceremonias intelligit, sicut per templum infra, c. 7, n. 4. * Vel non dicent ultra : Arca Dei præcedet nos ad prælium; solebat enim in castra afferri præsentioris præsidii causa, ut patet ex I. Reg., 4, 4, et aliis locis. -- *Neque accendet super cor.* Nemo de ea cogitabit. -- *Nec visitabitur.* Solebant enim arcam adire ut responsum a Deo acciperent, vel ut beneficia impetrarent. -- *Nec fiet ultra.* Arca, aut quid simile legale.

17. En ce temps-là *la nouvelle* Jérusalem sera appelée le trône de Dieu ; toutes les nations s'y viendront assembler au nom du Seigneur ; et elles ne suivront plus les égarements de leur cœur endurci dans le mal.

18. En ce temps-là la maison de Juda ira trouver la maison d'Israël ; et ils retourneront ensemble de la terre de l'Aquilon à la terre que j'ai donnée à vos pères.

19. Pour moi je *leur* avais dit : Je pense à vous mettre au nombre de mes enfants, à vous donner une terre désirable, et l'excellent héritage de la multitude des gentils. Vous m'y appellerez votre père, disais-je alors ; et vous ne cesserez jamais de me suivre.

20. Mais la maison d'Israël, n'a eu que du mépris pour moi, dit le Seigneur, comme une femme qui dédaigne un homme qui l'aime.

21. *Ainsi* on a entendu des voix confuses dans les chemins ; *on y a ouï* les pleurs et les hurlements des enfants d'Israël, parce qu'ils ont rendu leurs voies criminelles, et qu'ils ont oublié le Seigneur leur Dieu.

22. *Mais* convertissez-vous, enfants *rebelles,* revenez à *moi,* et je guérirai le mal que vous vous êtes fait en vous détournant de moi.

Nous voici, *Seigneur,* nous revenons à vous, car vous êtes le Seigneur notre Dieu.

23. Nous reconnaissons maintenant que *ces dieux que nous adorions sur toutes* les collines et les montagnes n'étaient que mensonge. Nous reconnaissons que le salut d'Israël est véritablement dans le Seigneur notre Dieu.

24. *Car nous avons vu* dès notre jeunesse *que* le culte honteux des idoles a dévoré les travaux de nos pères : il a consumé leurs troupeaux, leurs fils et leurs filles.

25. *Ainsi* nous dormirons dans notre confusion,

17. In tempore illo vocabunt Jerusalem solium Domini ; et congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem ; et non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi.

18. In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israel, et venient simul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris.

19. Ego autem dixi : Quomodo ponam te in filios, et tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium? Et dixi : Patrem vocabis me, et post me ingredi non cessabis.

20. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israel, dicit Dominus.

21. Vox in viis audita est, ploratus et ululatus filiorum Israel : quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui.

22. Convertimini filii revertentes, et sanabo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te ; tu enim es Dominus Deus noster.

23. Vere mendaces erant colles, et multitudo montium ; vere in Domino Deo nostro salus Israel.

24. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, et armenta eorum, filios eorum, et filias eorum.

25. Dormiemus in confusione nostra ;

22. *Ecce nos venimus.* Le Prophète fait ici parler le peuple de Dieu ; il lui met sur les lèvres l'expression des sentiments qu'il devra avoir dans le cœur, pour obtenir son pardon et se réconcilier avec l'Eternel.

25. *Dormiemus in confusione nostra.* Origène, expliquant ce chapitre, remarque que l'infidèle Israël, d'abord répudiée et ensuite rappelée, peut ici représenter la nation juive, d'abord incrédule et reprouvée et ensuite rappelée et convertie, et que la perfide Juda, sa sœur, sur qui tombent les reproches du Seigneur, peut représenter les chrétiens prévaricateurs, qui n'ont pas profité de l'exemple du châtiment que Dieu a exercé sur les Juifs incrédules.

---

17. *Jerusalem.* Ecclesiam intelligit, ubi Deus habet solium suum, id est, regnat. -- *Congregabuntur ad eam.* Quia omnes gentes ad Ecclesiam catholicam venturæ erant. -- *In nomine Domini.* Quo baptizandæ erant. -- *In Jerusalem.* Habitantis.

18. *Ibit domus Juda ad domum Israel.* Non erit dissensio inter Judam et decem tribus ; sed omnes, sublatis inimicitiis, ad Ecclesiam catholicam venient. -- *Venient simul de terra aquilonis.* De Assyria, in quam olim fuerant abducti. -- *Ad terram quam dedi patribus vestris.* Alludit ad reditum ex Babylone in Judæam ; sed Ecclesiam intelligit, quæ per terram illam promissionis adumbrabatur.

19. *Ego autem dixi.* Ego cogitavi qua ratione ponerem te in numero filiorum meorum, quomodo de te bene mererer, tanquam pater de filiis. — *Hæreditatem præclaram exercituum gentium.* Faciendo ut terra et hæreditas tua ferax esset fortissimarum, bellicosissimarum et numerosissimarum gentium. Vel, ut gentes ad te maximo numero confluerent, quasi exercitus, et tua sacra susciperent. — *Et dixi : Patrem vocabis me.* Et putavi te mihi adhæsuram, patrem me appellaturam, et me secuturam, non autem idola.

20. *Sed quomodo.* Cum ego hæc cogitarem et facerem, me contempsisti, ut mulier superba amatorem suum.

21. *Vox in viis.* Significat Judæos variis viis dispersos flere suam calamitatem, quia a Deo discesserunt.

22. *Revertentes.* Rebelles, ut supra, n. 14. — *Sanabo aversiones vestras.* Condonabo vobis omnes præteritas rebelliones vestras. — *Ecce nos venimus.* Dicite : Ecce nos venimus.

23. *Mendaces erant colles.* Mendaces et falsi dii quos hactenus super colles adoravimus.

24. *Confusio.* Calamitas confusionem peccatorum afferens. — *Comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia.* Jam inde a pueritia nostra experimur frustra patres nostros laborare : omnia enim illis male succedunt, quia a Domino discesserunt.

25. *Dormiemus in confusione nostra.* In miseriis nostris moriemur.

et operiet nos ignominia nostra; quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos et patres nostri, ab adolescentia nostra usque ad diem hanc; et non audivimus vocem Domini Dei nostri.

et nous serons couverts de notre honte, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, nous et nos pères, depuis notre jeunesse jusqu'à ce jour, et que nous n'avons point entendu la voix du Seigneur notre Dieu.

CHAPITRE IV.

Prédiction des maux qui vont fondre sur Juda. Il ne sera pas entièrement détruit.

1. Si reverteris Israel, ait Dominus, ad me convertere; si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoveberis.

2. Et jurabis : Vivit Dominus in veritate, et in judicio, et in justitia : et benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.

3. Hæc enim dicit Dominus viro Juda et Jerusalem : *a* Novate vobis novale, et nolite serere super spinas : [a *Osee.* 10. 12.]

4. Circumcidimini Domino, et auferte præputia cordium vestrorum viri Juda, et habitatores Jerusalem; ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, et succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

5. Annuntiate in Juda, et in Jerusalem auditum facite : loquimini, et canite tuba in terra : clamate fortiter, et dicite : Congregamini, et ingrediamur civitates munitas;

6. Levate signum in Sion. Conforta-

1. Israël, si vous revenez, dit le Seigneur, convertissez-vous à moi. Si vous ôtez de devant ma face la cause de vos chutes, vous ne serez point ébranlé.

2. Vous jurerez dans la vérité, dans l'équité et dans la justice, en disant : Vive le Seigneur! Et les nations béniront le Seigneur et publieront ses louanges.

3. Car voici ce que dit le Seigneur aux habitants de Juda et de Jérusalem : Préparez-vous avec soin une terre nouvelle, et ne semez pas sur des épines.

4. Soyez circoncis de la circoncision du Seigneur; retranchez de vos cœurs ce qu'il y a de charnel, habitants de Juda et de Jérusalem, de peur que mon indignation n'éclate tout d'un coup, et ne s'embrase comme un feu, à cause de la malignité de vos pensées, et que personne ne la puisse éteindre.

5. Annoncez à Juda, faites entendre dans Jérusalem, parlez devant tous, publiez partout à son de trompe, criez à haute voix, et dites : Assemblez-vous tous : et retirons-nous dans les villes fortes.

6. Levez l'étendard en Sion : fortifiez-vous ;

Cap. IV. — 1. *Si reverteris Israël.* Ces deux premiers versets peuvent être considérés comme la suite du chapitre précédent. Ils s'adressent aux Israëlites qui étaient captifs. Au verset 3, où le Prophète s'adresse aux habitants de Juda, et dans tout le chapitre, il leur annonce les maux dont ils vont être frappés.

3. *Nolite serere super spinas. Novate agrum.* C'est purger une terre de toutes les épines et de toutes les mauvaises herbes qui la couvrent, et la préparer à recevoir la semence. Le Prophète a recours à ce langage figuré pour dire à ses concitoyens qu'ils ne doivent pas se contenter de corriger l'extérieur de leur conduite sans réformer leur cœur, et qu'ils ne doivent pas ressembler à celui qui jetterait de la bonne semence dans une terre, sans se mettre en peine d'en arracher les épines et les mauvaises herbes.

Cap. IV. — 1. *Si reverteris.* Est futurum; si peccata tua et idola deserueris. — *Ad me convertere.* In gratiam meam redibis, nam in hebræo est futurum. — *Offendicula.* Peccata, idola. — *Non commoveberis.* Non duceris in captivitatem quæ tibi impendet : in Hebr. est, *non emigrabis.*

2. *Et jurabis. Vivit Dominus.* Non coles alium Deum quam Dominum; sæpe juramentum ponitur pro cultu Dei, quia pars est cultus divini : sic Psalm. 62, 12 : *Laudabuntur omnes qui jurant in eo.* Vide ibi dicta. — *In veritate.* Cavendo ne juramentum sit mendax. — *In judicio.* Ne sit incautum, sed tunc tantum adhibeatur cum fuerit necesse. — *In justitia.* Ne cui jurando noceamus. — *Benedicent eum gentes.* Videntes quantam bonorum copiam nobis suppeditet, Deum benedicent; vel benedicent populum Israel, videntes quam sit pius, religiosus, et tenax divinæ legis.

3. *Novate vobis novale.* Novales dicuntur agri qui uno anno aut pluribus vacui relicti sunt, et de novo proscinduntur aratro, et seruntur. Hac igitur novalis allegoria hortatur ut, evulsis per pœnitentiam idololatriæ et peccatorum spinis, verum Dei cultum serant. — *Nolite serere super spinas.* Serere super spinas est non ex animo, sed verbis tantum et externis cæremoniis ad Deum converti, et non proscisso et per pœnitentiam præparato cordis agro, legem Dei velle suscipere.

4. *Circumcidimini Domino.* Id est, animo, ut statim explicat, intrinsecus et non extrinsecus; quia enim Dominus animum videt : circumcidi Domino idem est atque animo circumcidi. — *Auferte præputia.* Immunditias et peccata cordium vestrorum. — *Et succendatur.* Alludit ad spinas quæ facillime flammam concipiunt. Simile est illud, Isa., 9, 18 : *Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem et spinam vorabit.*

5. *Annuntiate.* Quia invitati ad Deum reverti noluerunt, captivitatem eis denuntiat, utiturque prosopopœia ducis qui, ingruente bello, dato tubæ signo, jubet omnes in munitas urbes confugere.

6. *Ab aquilone.* Ab Assyria aut a Babylone unde hostes venturi erant; ab aquilone enim pandendum erat omne malum, ut dixit supra, c. 1, n. 14.

ne vous arrêtez point, parce que je ferai venir de l'Aquilon un mal *horrible* et un grand ravage.

7. Le lion s'est *déjà* élancé hors de sa tanière, le brigand *et le vainqueur* des nations, s'est élevé ; il est sorti hors de son pays pour réduire votre terre en un désert; et vos villes seront détruites, sans qu'il y demeure aucun habitant.

8. C'est pourquoi, couvrez-vous de cilice ; pleurez, et poussez en haut vos cris et vos hurlements, parce que nous n'avons point détourné de dessus nous la colère et la fureur du Seigneur.

9. En ce temps-là, dit le Seigneur, le cœur du roi sera comme mort, aussi bien que le cœur des princes : les prêtres seront dans l'épouvante et les prophètes dans la consternation.

10. Et je dis : Hélas! hélas! hélas! Seigneur *mon* Dieu, avez-vous donc trompé ce peuple et la ville de Jérusalem, en leur disant : Vous aurez la paix? Et cependant l'épée va les percer jusqu'au fond du cœur.

11. En ce temps-là on dira à ce peuple et à Jérusalem : Un vent brûlant souffle dans les routes du désert de la fille de mon peuple, non pour vanner et pour purger.

12. Une grande tempête viendra fondre sur eux; et alors je leur ferai connaître la sévérité de mes jugements.

13. Il s'élèvera *contre eux*, comme une nuée ; ses chariots seront plus rapides que la tempête, et ses chevaux seront plus vites que des aigles. Malheur à nous, tout ce que nous avons est au pillage.

14. Jérusalem, purifiez votre cœur de sa corruption, afin que vous soyez sauvée. Jusqu'à quand les pensées mauvaises demeureront-elles dans vous?

15. Une voix apporte déjà de Dan des nou-

mini, nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, *a* et contritionem magnam. [a *Supr.* 1. 14.]

7. Ascendit leo de cubili suo, et prædo gentium se levavit : egressus est de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem : civitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore.

8. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite et ululate : quia non est aversa ira furoris Domini a nobis.

9. Et erit in die illa, dicit Dominus : Peribit cor regis, et cor principum : et obstupescent sacerdotes, et prophetæ consternabuntur.

10. Et dixi : Heu! heu! heu! Domine Deus, ergone decepisti populum istum et Jerusalem, dicens : Pax erit vobis : et ecce pervenit gladius usque ad animam?

11. In tempore illo dicetur populo huic et Jerusalem : Ventus urens in viis, quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, et ad purgandum.

12. Spiritus plenus ex his veniet mihi : et nunc ego loquar judicia mea cum eis.

13. Ecce quasi nubes ascendet, et quasi tempestas currus ejus : velociores aquilis equi illius : væ nobis quoniam vastati sumus.

14. Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias : usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

15. Vox enim annuntiantis a Dan, et

9. *Peribit cor regis.* Le roi de Juda, représenté successivement par Joachaz, Joachim et Sédécias. — Les prophètes qui doivent être ainsi consternés, sont les faux prophètes qui avaient annoncé à Juda toutes sortes de prospérités, et qui devaient se trouver convaincus d'imposture par la nature des événements.

11. *In tempore illo.* Le P. de Carrières lie ce qui suit avec ce qui précède par cette transition : Et le Seigneur continuant de me découvrir les malheurs qui devaient accabler cette nation infidèle, ajoute : En ce temps-là, etc.

15. *Annuntiantis a Dan.* Dan était une ville située au pied du mont Liban, à l'extrémité septentrionale de la Palestine, c'est-à-dire du côté par où devait venir l'ennemi. Le mont d'Éphraïm était situé entre Dan et Jérusalem, sur la route que devait suivre l'invasion. L'idole dont il est ici parlé, est l'idole de Bel, particulièrement adorée par les Babyloniens.

---

7. *Ascendit leo.* Leonem metaphorice vocat Nabuchodonosor Chaldæorum regem, et *prædonem gentium*, quia omnes vicinas gentes spoliabat.

8. *Super hoc.* Propterea. — *Accingite vos ciliciis.* Solebant enim Judæi tempore luctus sacris se induere; quod Jacob nuntiata filii morte fecisse legimus, Genes., 37, 34.

9. *Peribit cor regis.* Reges, et principes, et sacerdotes, et prophetæ, animo præ timore consternabuntur, ita ut non possint juvare populum.

10. *Decepisti.* Per falsos prophetas decipi permisisti, qui dicebant : *Pax, pax, et non erat pax*, ut ait infra, c. 6, n. 14. — *Usque ad animam.* Usque ad intima, usque ad amissionem vitæ, quæ nobis imminet.

11. *Dicetur populo huic* Nuntiabitur repentinus hostis adventus, qui per ventum omnia vastantem significatur. — *Viæ filiæ populi mei.* A deserto, per quod via est ad filiam populi mei, hoc est, ad Jerusalem. — *Non ad ventilandum.* Non erit ventus gratus et utilis, qualis ille esse solet, quo areæ purgantur et ventilantur; sed perniciosus et pestilens.

12. *Spiritus plenus.* Spiritus plenior et vehementior quam satis sit ad purgandum, aut ventilandum, veniet in obsequium meum : sunt Dei verba. — *Ex his.* Viis deserti. — *Loquar judicia.* Re ipsa illis ostendam me juste illos punire.

13. *Quasi nubes.* Tenebrosa, densa, tristis ac minax. — *Ascendet.* Densus et acer exercitus Chaldæorum.

14. *Usquequo morabuntur.* Retinebis in animo tuo cogitationes iniquitatis tuæ.

15. *Vox enim annuntiantis a Dan.* Dan et Ephraim erant inter Jerusalem et Babylonem; propterea dicit inde venturum esse primum nuntium adventus regis Babylonis, sic infra, c. 8, 16 : *A Dan auditus est fremitus equorum ejus.* * Vel etiam significatur occisionem et exi-

notum facientis idolum de monte Ephraim.

16. Dicite gentibus : Ecce auditum est in Jerusalem custodes venire de terra longinqua, et dare super civitates Juda vocem suam.

17. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro : quia me ad iracundiam provocavit, dicit Dominus.

18. *a* Viæ tuæ, et cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi : ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. [a *Sap.* 1. 3. 5.]

19. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me : non tacebo, quoniam vocem buccinæ audivit anima mea, clamorem prælii.

20. Contritio super contritionem vocata est, et vastata est omnis terra : repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ.

21. Usquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

22. Quia stultus populus meus me non cognovit : filii insipientes sunt, et vecordes sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt.

23. Aspexi terram, et ecce vacua erat, et nihili; et cœlos, et non erat lux in eis.

24. Vidi montes, et ecce movebantur; et omnes colles conturbati sunt.

velles *de l'approche des ennemis*, et fait connaître *l'arrivée de* l'idole, *qui vient* du côté du mont d'Ephraïm.

16. Dites *donc* aux nations qu'on a fait entendre à Jérusalem qu'il vient des gens d'armes d'une terre reculée, qui se jetteront sur les villes de Juda avec de grands cris.

17. Ils environneront Jérusalem jour et nuit, comme ceux qui gardent un champ, parce qu'elle a irrité ma colère, dit le Seigneur.

18. Vos actions et vos pensées *criminelles* vous ont attiré ces maux, *ô Jérusalem!* c'est là *le fruit de* votre malice : parce qu'elle est pleine d'amertume, et qu'elle a pénétré jusqu'au fond de votre cœur.

19. Mes entrailles, mes entrailles sont percées de douleur! mon cœur est saisi de trouble au dedans de moi : je ne puis demeurer dans le silence, parce que j'ai entendu le bruit des trompettes et le cri de la mêlée.

20. On a vu venir malheur sur malheur : toute la terre *d'Israël* a été détruite : mes tentes ont été abattues tout d'un coup, et mes pavillons renversés?

21. Jusques à quand verrai-je des hommes qui fuient? jusques à quand entendrai-je le bruit des trompettes?

22. *Tous ces maux sont venus, dit le Seigneur,* parce que mon peuple est insensé, et qu'il ne m'a point connu : ce sont des enfants qui n'ont point de sens ni de raison; ils ne sont sages que pour faire le mal, et ils n'ont point d'intelligence pour faire le bien.

23. J'ai regardé la terre, et je n'y ai trouvé qu'un vide et qu'un néant : j'ai considéré les cieux, et ils étaient sans lumière.

24. J'ai vu les montagnes, et elles tremblaient; j'ai vu les collines, et elles étaient ébranlées.

19. *Ventrem meum.* C'est le Prophète qui parle de l'émotion qu'il éprouve, lorsqu'il songe aux malheurs qui vont écraser son pays. Le patriotisme de Jérémie est une de ses plus belles vertus.

---

lium decem tribuum pro monitore esse debere Judæ, quæ merces idololatriam maneat. — *Notum facientis idolum.* Vexilla Chaldæorum insigna idolo Bel; vel intelligit ignem quem colebant, et castris præferebant. Alii per idolum intelligunt idololatras, vel regem Babylonis qui se in statua adorandum proposuit, Dan., 3, 5. LXX habent, *annuntiantis laborem et calamitatem.*

16. *Dicite gentibus.* Suscipit personam nuntii bellum publice denuntiantis. — *Custodes.* Milites qui regem Nabuchodonosor custodiunt; vel qui Jerusalem obsidendo custodiunt ne quis possit evadere. — *Dare... vocem.* Clamare, et quasi leones rugitum edere contra civitates Juda.

17. *Quasi custodes agrorum.* Dum Jerusalem obsident et circumjectos agros insident.

18. *Viæ tuæ.* Actiones tuæ pravæ. — *Ista malitia tua.* Scilicet fecit hoc. — *Quia amara.* Particula *chi, quia*, redundat per pleonasmum; et sensus est : amara tua malitia cor tuum et animæ tuæ intima penetravit; vel malitia in causa fuit ut *mar*, id est, amarum hoc, calamitas hæc penetraverit usque ad cor tuum. Sic dixit n. 10 pervenisse gladium usque ad animam.

19. *Ventrem meum doleo* Ex hebræo bene vertas, viscera mea doleo, angor intimis animi sensibus. Loquitur propheta in persona civitatis, jam exitium sibi imminere animadvertentis. — *Vocem buccinæ.* Advenientis exercitus.

20. *Contritio super contritionem.* Malum ex malo, calamitas super calamitatem; nam prius fame, deinde gladio; vel prius obsidione, deinde captivitate afflictus est populus. — *Vocata est.* Adducta est a Deo; significat non casu id accidisse, sed divina voluntate. Sic Psalm. 104, 16, dicitur : *et vocavit famem super terram.* — *Tabernacula mea.* Omnes agri vastati sunt, et quæ in eis fiunt tentoria ex pellibus ad excubandum, ut mos est pastorum.

21. *Fugientem.* Populum judaicum. — *Vocem buccinæ.* Tubas hostiles.

22. *Quia stultus.* Respondet Deus, quasi dicat : Tamdiu durabit, quamdiu populus meus me non cognoverit.

23. *Aspexi terram.* Verba sunt prophetæ dicentis se animo et spiritu prophetico vastitatem terræ Juda vidisse. — *Et ecce vacua erat.* Alludit ad illud Genes., 1, 2 : *Terra autem erat inanis et vacua.* Quasi dicat : Vidi omnia adeo confusa et perturbata, ut vetus illud chaos referre viderentur. Idem significat quod subditur, *et cœlos et non erat, etc.*, tragice enim infelicem Judææ statum describit.

25. J'ai jeté les yeux et je n'ai point trouvé d'homme, et tous les oiseaux même du ciel s'étaient retirés.

26. J'ai vu les campagnes les plus fertiles changées en un désert, et toutes les villes détruites devant la face du Seigneur, et par le souffle de sa colère.

27. Car voici ce que dit le Seigneur : Toute la terre sera déserte; et néanmoins je ne la perdrai pas entièrement.

28. La terre fondra en larmes, et les cieux se couvriront de deuil, à cause de la parole que j'ai prononcée *contre mon peuple, car* j'ai formé mon dessein, je ne m'en suis point repenti, et je ne le rétracterai point.

29. Tout la ville fuit déjà au bruit de la cavalerie et de ceux qui lancent des flèches : ils se retirent aux lieux les plus hauts, et ils montent sur les pointes des rochers : toutes les villes *du pays* sont abandonnées; et il n'y a plus d'hommes pour les habiter.

30. Mais pour vous, *ô fille de Sion!* que ferez-vous dans ce pillage où vous serez exposée? Quand vous vous revêtiriez de poupre, quand vous vous pareriez d'or et de tous vos ornements, et que vous vous peindriez le visage avec du vermillon, en vain vous travailleriez à vous embellir. Ceux qui vous aimaient *auparavant* n'auront plus pour vous que du mépris : ils ne chercheront que votre mort.

31. Car j'entends la voix comme d'une femme qui est en travail, qui est déchirée par les douleurs de l'enfantement; j'entends la voix de la fille de Sion qui est toute mourante, qui étend les mains, *et qui crie :* Malheur à moi, puisque mon âme m'abandonne, à cause du carnage *de mes enfants!*

25. Intuitus sum, et non erat homo : et omne volatile cœli recessit.

26. Aspexi, et ecce carmelus desertus : et omnes urbes ejus destructæ sunt a facie Domini, et a facie iræ furoris ejus.

27. Hæc enim dicit Dominus : Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam.

28. Lugebit terra, et mœrebunt cœli desuper : eo quod locutus sum, cogitavi, et non pœnituit me, nec aversus sum ab eo.

29. A voce equitis et mittentis sagittam, fugit omnis civitas : ingressi sunt ardua, et ascenderunt rupes : universæ urbes derelictæ sunt, et non habitat in eis homo.

30. Tu autem vastata quid facies? cum vestieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, et pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris : contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent.

31. Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias ut puerperæ : Vox filiæ Sion intermorientis, expandentisque manus suas : væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

27. *Sed tamen consummationem non faciam.* Après la désolation, l'espérance. C'est ce qu'Isaïe n'a cessé de répéter. Il faut que les desseins de Dieu s'accomplissent. Juda sera éprouvé, châtié sévèrement, mais il ne sera pas détruit.

30. *Et pinxeris stibio.* D'après l'Hébreu : Quand vous vous fendriez les yeux avec de l'antimoine. L'antimoine est d'un grand usage dans l'Orient pour peintre et noircir les yeux et élargir les paupières, afin de faire paraître les yeux plus grands et mieux fendus (*Bible de Vence*).

---

25. *Et non erat homo.* Quia omnes pene homines in Judæa a Chaldæis vel occisi, vel abducti sunt, aut fuga delapsi. — *Omne volatile cœli recessit.* LXX habent, *et omnia volatilia cœli pavebant.*

26. *Carmelus.* Fertilissima regio, quæ prius frequentissime habitabatur. Vide dicta supra, c. 2, n. 7.

27. *Consummationem non faciam.* Non penitus terram perdam, quia in ea Chaldæi aliquos relinquent ad eam colendam, et quia Judæi captivi post septuaginta annos patriæ restituentur.

28. *Lugebit terra.* Terra squalore et solitudine lugere videbitur. — *Mœrebunt cœli.* Judæis afflictis et mœrentibus cœlum videbitur triste et tenebricosum. — *Eo quod locutus sum.* Quia quidquid dixi aut cogitavi me facturum, faciam, nec me pœnitebit. — *Nec aversus sum.* Præteritum pro futuro; non avertar, id est, non desistam a meo proposito.

29. *A voce equitis.* Audita fama advenientis equitis et sagittarii : est singulare pro plurali. — *Ingressi sunt ardua.* Ardua montium et silvarum. In Hebræo est, *in densitates;* LXX, *in speluncas.*

30. *Tu autem.* Jerusalem. — *Quid facies?* Nam remedium quod tibi profuturum putabas nihil proderit; nempe quod te induas coccino et monili aureo, quod pingas stibio oculos tuos. — *Pinxeris tibio.* Vide dicta IV. Reg., 9, 30, ubi hoc explicatum est. — *Frustra componeris.* In Hebræo, *fucabis te.* — *Amatores tui.* Externæ gentes, maxime vero Chaldæi quorum amicitiam sibi conciliabant Judæi colendo idola eorum. — *Animam tuam quærent.* Vitam tuam quærent ut perdant.

31. *Vocem enim quasi parturientis.* Verba sunt prophetæ dicentis se jam animo audire vocem civitatis suæ, quasi vocem parturientis. — *Puerperæ.* Vox Hebraica et Chaldaica significat eam quæ primo parit, atque ideo cum maximo dolore : idem expresserunt LXX, qui habent πρωτοτοκουσης, *primiparæ.* — *Expandentisque manus suas.* Ad petendum auxilium. — *Propter interfectos.* Dum video multitudinem filiorum meorum interfectorum. In Hebraico est, *propter interfectores*, id est, metu hostium.

CHAPITRE V.

Corruption générale des habitants de Jérusalem. Le Seigneur reproche aux enfants d'Israël leurs désordres et leur annonce leur châtiment.

1. Circuite vias Jerusalem, et aspicite, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, et quærentem fidem : et propitius ero ei.

1. Allez dans toutes les rues de Jérusalem : voyez et considérez : cherchez dans toutes ses places si vous trouverez un seul homme qui agisse selon la justice, et qui cherche la vérité; et *si vous en trouvez un seul*, je pardonnerai à toute la ville.

2. Quod si etiam, Vivit Dominus, dixerint : et hoc falso jurabunt.

2. Si quelqu'un *de ses habitants* jure par moi, en disant : Vive le Seigneur! ils se serviront de ce serment même pour *assurer* quelque fausseté.

3. Domine, oculi tui respiciunt fidem : percussisti eos, et non doluerunt : attrivisti eos, et renuerunt accipere disciplinam : induraverunt facies suas supra petram, et noluerunt reverti.

3. Seigneur, vos yeux regardent la vérité; vous les avez frappés; et ils ne l'ont point senti : vous les avez brisés de coups, et ils n'ont point voulu se soumettre au châtiment; ils ont rendu leur front plus dur que la pierre; et ils n'ont point voulu revenir *à vous*.

4. Ego autem dixi : Forsitan pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini, judicium Dei sui.

4. Pour moi, je disais : Il n'y a peut-être que les pauvres qui sont sans sagesse, qui ignorent la voie du Seigneur et les ordonnances de leur Dieu.

5. Ibo igitur ad optimates, et loquar eis : ipsi enim cognoverunt viam Domini, judicium Dei sui : et ecce magis hi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula.

5. J'irai donc trouver les princes *du peuple*, et je leur parlerai; car ce sont ceux-là qui connaissent la voie du Seigneur et les ordonnances de leur Dieu. Mais j'ai trouvé que ceux-là ont conspiré tous ensemble, avec encore plus de hardiesse, à briser le joug du Seigneur et à rompre ses liens.

6. Idcirco percussit eos leo de sylva, lupus ad vesperam vastavit eos, pardus vigilans super civitates eorum : omnis, qui egressus fuerit ex eis, capietur; quia multiplicatæ sunt prævaricationes eorum, confortatæ sunt aversiones eorum.

6. C'est pourquoi le lion de la forêt les dévorera; le loup qui cherche sa proie sur le soir les ravira; le léopard tiendra toujours les yeux ouverts sur leur ville, et déchirera tous ceux qui en sortiront, parce que leurs iniquités se sont multipliées, et que leurs désobéissances n'ont point de fin.

7. Super quo propitius tibi esse po-

7. Après cela, *dit le Seigneur*, que vous reste-

Cap. V. — 1. *Circuite vias Jerusalem.* Ces paroles sont la continuation du discours précédent. Le Seigneur s'adresse ici non-seulement à Jérémie, mais encore à tous ceux qui, comme lui, lui étaient restés fidèles. Pour justifier la sévérité de son châtiment, il leur dit : *Circuite....* Ces mots sont au pluriel, parce qu'ils s'adressent à la multitude.

3. *Domine, oculi tui.* Ici le Prophète répond aux paroles que le Seigneur lui a adressées. Il reconnaît la vérité des reproches qu'il fait à Israël.

Cap. V. — 1. *Facientem judicium.* Id quod rectum et justum est. — *Quærentem fidem.* Servantem fidem Deo et hominibus. — *Et propitius ero ei.* Parcam Jerusalem, si vel unus in ea justus inveniatur; vel est hyperbole, ut sensus sit : si vel pauci justi inveniantur, vel si vir aliquis inveniatur insignis sanctitatis.

2. *Quod si etiam : Vivit, etc.* Sententia est : aut per deos falsos jurant, aut si per verum Deum jurant, falso jurant, adeo illius numen contemnunt.

3. *Respiciunt fidem.* Rectum judicium, quasi dicat : Non sine causa illos punis; oculi enim tui vident uniuscujusque merita. — *Percussisti eos, et non doluerunt.* Hippocratis aphorismus est : *Cum corpus ægrum, vel afflictum, suas plagas, vel dolores non sentit, certum est signum mentem ægrotare.* — *Accipere disciplinam.* Ex tribulatione proficere, mores emendando. — *Induraverunt facies suas.* Impudentes fuerunt. — *Reverti.* A mala quam insistunt via.

4. *Forsitan pauperes sunt, et stulti.* Id est, plebeii et simplices. — *Judicium Dei sui.* Legem divinam.

5. *Hi simul.* Ipsi quoque, quemadmodum et pauperes. —*Confregerunt jugum.* Discesserunt a Dei obedientia; frequens est metaphora desumpta a bobus jugum excutientibus. — *Vincula.* Funes quibus boves ad jugum alligantur.

6. *Leo de silva.* Nabuchodonosor ex Syria quasi silva et Libano silvoso veniens. — *Lupus ad vesperam.* Lupus vespertinus, aut nocturnus, qui in tenebris grassari solet. Intelligit eumdem Nabuchodonosor qui leo dicitur ob ferociam, lupus ob avaritiam et voracitatem. — *Pardus vigilans.* Observans civitates Judæorum, eas obsidendo, ita ut nemo egredi possit : eumdem Nabuchodonosor intelligit, qui sævus ut pardus. — *Confortatæ sunt aversiones eorum.* Invaluerunt eorum rebelliones; vehementer contra rebellarunt.

7. *Super quo?* In quo? quomodo? Justitia enim a me postulat ut te graviter puniam. — *Filii tui.* Cives tui; alloquitur enim Jerusalem. — *In his qui non sunt dii.* Per idola. — *Saturavi eos.* Abundantia bonorum omnium. — *Mœchati sunt.* Scortando et adulterando peccaverunt; non enim sumitur hoc loco pro idololatria, ut patet ex sequentibus.

t-il qui puisse attirer *sur vous* ma miséricorde? Vos enfants m'ont abandonné, et ils jurent par ceux qui ne sont point des dieux. Je les ai rassasiés et ils sont devenus des adultères, ils ont été satisfaire leurs passions honteuses dans la maison d'une prostituée.

8. Ils sont devenus *comme* des chevaux qui courent et qui hennissent après les cavales, chacun d'eux a poursuivi de même avec une ardeur furieuse la femme de son prochain.

9. Ne punirai-je *donc* pas ces excès, dit le Seigneur? et ne me vengerai-je pas d'une nation si criminelle?

10. Montez sur ces murailles et renversez-les : ne la perdez pas néanmoins entièrement; mais arrachez les rejetons de sa race, parce qu'ils ne sont point fidèles au Seigneur.

11. Car la maison d'Israël et la maison de Juda ont violé l'obéissance qu'ils me devaient, et leur perfidie est montée à son comble, dit le Seigneur.

12. Ils ont renoncé le Seigneur, et ils ont dit : Le Seigneur n'est point Dieur : il ne nous arrivera aucun mal, nous ne verrons ni la guerre ni la famine.

13. Les prophètes ont prophétisé en l'air, et Dieu n'a point parlé par leur bouche. Voici donc ce qui leur arrivera.

14. Voici ce que le Seigneur le Dieu des armées m'a dit : Parce que vous avez parlé de cette sorte, *peuple de Juda et d'Israël*, je ferai que mes paroles deviendront du feu dans votre bouche, que ce peuple sera comme du bois, et que ce feu les dévorera.

15. Maison d'Israël, dit le Seigneur, je m'en vais faire venir un peuple des pays les plus reculés, un peuple puissant, un peuple ancien : un peuple dont la langue vous sera inconnue; et vous ne saurez ce qu'il dira.

tero? filii tui dereliquerunt me, et jurant in his qui non sunt dii : saturavi eos, et mœchati sunt, et in domo meretricis luxuriabantur.

8. Equi amatores, et emissarii facti sunt : *a* unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. [a *Ezech.* 22. 11.]

9. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? et in gente tali non ulciscetur anima mea?

10. Ascendite muros ejus, et dissipate, consummationem autem nolite facere; auferte propagines ejus, quia non sunt Domini.

11. Prævaricatione enim prævaricata est in me domus Israel et domus Juda, ait Dominus.

12. Negaverunt Dominum, et dixerunt : Non est ipse, neque veniet super nos malum : gladium et famem non videbimus.

13. Prophetæ fuerunt in ventum locuti, et responsum non fuit eis : hæc ergo evenient illis.

14. Hæc dicit Dominus Deus exercituum : Quia locuti estis verbum istud : ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, et populum istum in ligna, et vorabit eos.

15. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus; gentem robustam, gentem antiquam, gentem, cujus ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

10. *Ascendite muros ejus.* Ces paroles sont comme le texte de l'arrêt que le Seigneur prononce contre Jérusalem. Il voit les Chaldéens déjà arrivés sous les murs de Jérusalem, et il leur dit : *Ascendite.*

12. *Neque veniet super nos malum.* C'était le langage que tenaient les esprits forts du temps. Quand on leur mettait sous les yeux les prophéties d'Isaïe, de Jérémie et des autres prophètes, ils prétendaient que c'étaient de vaines paroles, comme aujourd'hui font les incrédules quand on leur oppose les oracles de nos livres saints.

15. *Ecce ego adducam.* Le Seigneur s'exprime ainsi, pour faire comprendre que les Babyloniens ne seront que les instruments de sa vengeance. S'ils triomphent de Juda, ils ne devront pas s'enorgueillir. Ce sera uniquement parce que le Seigneur l'aura voulu, et ils n'iront pas au delà du terme qu'il leur aura fixé.

---

8. *Equi amatores.* In libidine ferventes ut equi. — *Emissarii.* Qui admissuræ serviunt. Italice appellamus *stalloni;* in hac enim significatione *emissarii* vocem usurpat noster interpres, quod hujusmodi equi huc illuc emittantur ad eos qui ex equabus suis sobolem expetunt. * In hebræo est : *Ut equus pastus mane, sic quisque alienæ uxoris adhinniunt.* Post cibi saturitatem, et impetus ad libidinem.

9. *Non visitabo.* Non puniam.

10. *Ascendite muros ejus.* Id est, Jerusalem : loquitur in persona ducis imperantis ut Jerusalem funditus evertatur. — *Consummationem autem nolite facere.* Nolite Judæos penitus exstinguere, ut reliquiæ salvæ fiant, ut promisi Isaiæ, 10, 29 : sic supra, c. 4, n. 27. — *Auferte propagines ejus.* Nolite radicitus populum exstirpare, sed propagines tantum tollite. — *Quia non sunt Domini.* Quæ non sunt Domini : impios nimirum Judæos qui idola sectantur et libidinem.

11. *Prævaricatione... prævaricata.* Valde prævaricata; frequens hebraismus.

12. *Non est ipsi.* Deus. — *Neque veniet super nos malum.* Ut nobis minatur per prophetas.

13. *Fuerunt in ventum.* Putarunt vana esse dicta prophetarum ut ventus. — *Responsum.* Dei oraculum.

14. *Ecce ego do verba mea.* Faciam ut quæ ego per te loquar, efficacia sunt ut ignis, et ut eveniant omnia mala quæ illis prædixi, et quasi ligna consumant eos.

15. *Gentem de longinquo.* Quæ longe distat a domo Israel, nempe Chaldæos. — *Gentem antiquam.* Antiquissimum enim erat Chaldæorum regnum, constitutum, ut nonnulli putant, a Nemrod paulo post diluvium.

16. Pharetra ejus quasi sepulcrum patens, universi fortes.
17. Et comedet segetes tuas, et panem tuum : devorabit filios tuos, et filias tuas : comedet gregem tuum, et armenta tua : comedet vineam tuam, et ficum tuam : et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.
18. Verumtamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in consummationem.
19. *a* Quod si dixeritis : Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos : Sicut dereliquistis me, et servistis deo alieno in terra vestra, sic servietis alienis in terra non vestra. [a *Infr.* 16. 10.]
20. Annuntiate hoc domui Jacob, et auditum facite in Juda dicentes :
21. Audi, popule stulte, qui non habes cor : qui habentes oculos, non videtis, et aures, et non auditis.
22. Me ergo non timebitis, ait Dominus; et a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptum sempiternum, quod non præteribit : et commovebuntur, et non poterunt; et intumescent fluctus ejus, et non transibunt illud.
23. Populo autem huic factum est cor incredulum et exasperans, recesserunt et abierunt.
24. Et non dixerunt in corde suo : Metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam et serotinam in tempore suo; plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.
25. Iniquitates vestræ declinaverunt hæc : et peccata vestra prohibuerunt bonum a vobis :
26. Quia inventi sunt in populo meo impii insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes et pedicas ad capiendos viros.
27. Sicut decipula plena avibus, sic

16. Son carquois *pour vous* sera comme un sépulcre ouvert, tous *ses soldats* seront vaillants.
17. Il mangera vos blés et votre pain, il dévorera vos fils et vos filles, il pillera vos moutons et vos bœufs, il dépouillera vos vignes et vos figuiers, et il viendra l'épée à la main détruire vos plus fortes villes, dans lesquelles vous mettiez votre confiance.
18. Et néanmoins, en ce temps-là même, dit le Seigneur, je ne vous exterminerai pas entièrement.
19. Que si vous dites : Pourquoi le Seigneur notre Dieu nous a-t-il fait tous ces maux? vous leur direz : Comme vous m'avez abandonné pour adorer un dieu étranger dans votre propre pays; ainsi vous serez assujétis à des étrangers dans une terre étrangère.
20. Annoncez ceci à la maison de Jacob, faites-le entendre à Juda, et dites-leur :
21. Ecoutez, peuple insensé, qui êtes sans entendement et sans esprit, qui avez des yeux, et ne voyez point, qui avez des oreilles, et n'entendez point.
22. Ne me respecterez-vous donc point, dit le Seigneur, et ne serez-vous point saisi de frayeur devant ma face? Moi qui ai mis le sable pour bornes à la mer, qui lui ai prescrit une loi éternelle qu'elle ne violera jamais? Ses vagues s'agiteront, et elles ne pourront aller au delà; ses flots s'élèveront avec furie, et ils ne pourront passer ses limites.
23. Mais le cœur de ce peuple est devenu un cœur incrédule et rebelle, *ainsi* ils se sont retirés *de moi*, et s'en sont allés *après leurs idoles*.
24. Ils n'ont point dit en eux-mêmes : Craignons le Seigneur notre Dieu, qui donne en son temps aux fruits de la terre les premières et les dernières pluies, et qui nous conserve tous les ans une abondante moisson.
25. Vos iniquités ont détourné mes grâces *de dessus vous*, et vos péchés se sont opposés au bien que j'étais prêt à vous faire.
26. Parce qu'il s'est trouvé parmi mon peuple des impies qui dressent des embûches *à leurs frères*, comme on en dresse aux oiseaux; et qui tendent des filets pour surprendre les hommes.
27. Leurs maisons sont pleines des fruits de

24. *Temporaneam et serotinam.* L'Ecriture désigne ainsi les pluies d'automne, qui faisaient germer le blé, et les pluies du printemps, qui le faisaient croître et mûrir.

---

16. *Quasi sepulcrum patens.* Quæ gens adeo perita est in jaciendis sagittis, ut quod habet tela in pharetra, tot homines se interfecturam sciat, ita ut pharetra sepulcrum sagittæ homines mortui esse videantur.

18. *Non faciam vos in consummationem.* Non penitus abolebo vos. Vide supra n. 10.

20. *Annuntiate.* O prophetæ! — *Domui Jacob.* Duabus tribubus hæc dicite. Vide sequentia. — *Et auditum facite in Juda.* Videtur hic idem esse Juda et domus Jacob; loquitur enim propheta duabus tribubus, non autem aliis decem quæ jampridem in Assyriam abductæ fuerant.

21. *Qui non habes cor.* Sensum, mentem, sapientiam.

22. *A facie mea non dolebitis?* Non vos pœnitebit, non reverebimi conspectum meum, non me formidabitis? Chald. habet, *non contremiscetis?* LXX, *non formidabitis?* — *Commovebuntur.* Fluctus maris. — *Non poterunt.* Transilire fines constitutos.

23. *Exasperans.* Provocans me ad iracundiam. — *Recesserunt.* A Domino.

24. *Metuamus.* Rovereamur, colamus. — *Pluviam temporaneam et serotinam.* Vide dicta supra, c. 3, 3. — *Plenitudinem annuæ messis.* Qui messem integram et abundantem conservat in commodum nostrum

25. *Declinaverunt hæc.* Averterunt statim pluviam et messem a vobis.

26. *Insidiantes.* Per usuras et alias malas et dolosas artes grassantes, et injusta lucra captantes.

27. *Sicut decipula.* Decipulam vocat caveam aucupum in qua ipsi collocant aves cicures, ut alias sua specie et cantu alliciant; quasi dicat : Sicut decipula aucupum plena est avibus, tum decipientibus, tum decepti; ita domus Judæorum plenæ sunt dolo, usuris et fraudibus, itemque bonis per usuras et fraudes partis. — *Magnificati.* Aucti divitiis.

leurs tromperies, comme un trébuchet est plein des oiseaux qu'on y a pris : c'est ainsi qu'ils deviennent grands et qu'ils s'enrichissent.

28. Ils sont gras, ils sont vigoureux; et, ils violent ma loi par les actions les plus criminelles; ils n'entreprennent point la défense de la veuve; ils ne soutiennent point le droit du pupille, et ils ne font point justice aux pauvres.

29. Ne punirai-je *donc* point cet excès, dit le Seigneur; et ne me vengerai-je point d'une nation si criminelle?

30. Il s'est fait *par elle* sur la terre, des choses étranges, et qu'on ne peut écouter qu'avec le dernier étonnement.

31. Les prophètes débitaient des mensonges comme des prophéties, les prêtres les applaudissaient, et mon peuple y trouvait son plaisir. Quelle sera donc enfin la punition que je lui réserve?

domus eorum plenæ dolo; ideo magnificati sunt et ditati.

28. Incrassati sunt et impinguati; et præterierunt sermones meos pessime. *a* Causam viduæ non judicaverunt, causam pupilli non direxerunt, et judicium pauperum non judicaverunt. [a *Isai.* 1. 23. *Zach.* 7. 10.]

29. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea?

30. Stupor et mirabilia facta sunt in terra :

31. Prophetæ prophetabant mendacium, et sacerdotes applaudebant manibus suis : et populus meus dilexit talia : quid igitur fiet in novissimo ejus?

CHAPITRE VI.

Jérusalem sera prise et ravagée en punition de ses crimes. Jérémie a pour mission d'éprouver le peuple de Dieu.

1. Armez-vous de force, enfants de Benjamin, au milieu de Jérusalem; faites retenir la trompette à Thécua, levez l'étendard sur Béthacara, parce qu'il paraît un mal du côté de l'Aquilon, qui vous menace d'un grand ravage.

2. Je puis comparer la fille de Sion à une femme qui est belle et délicate.

1. Confortamini, filii Benjamin in medio Jerusalem, et in Thecua clangite buccina, et super Bethacarem levate vexillum : quia malum visum est ab Aquilone, et contritio magna.

2. Speciosæ et delicatæ assimilavi filiam Sion.

31. *Prophetæ prophetabant mendacium.* Il y avait dans la nation une sorte de conspiration générale contre la vérité. Il s'était trouvé de faux prophètes pour démentir ce que disaient les vrais prophètes; la plupart des prêtres étaient pour ces imposteurs, que la loi condamnait si sévèrement, et le peuple trouvait son plaisir dans toutes les erreurs et dans tous les mensonges qu'on lui débitait, se refusant de croire à la vérité, parce qu'elle ne flattait pas ses passions. C'est cette coalition universelle en faveur du mensonge qui excite l'indignation du Seigneur. Il y a tant d'analogie entre ces temps et les nôtres, qu'on ne peut s'empêcher de les rapprocher par la pensée, et de remarquer que les mêmes fautes amènent encore aujourd'hui les mêmes châtiments.

CAP. VI. — 1. *Confortamini, filii Benjamin.* Le partage de Benjamin était au nord de Jérusalem; Thécua et Béthacara étaient dans le partage de Juda au midi de Jérusalem : Jérusalem appartenait à ces deux tribus et était la capitale de tout le royaume. Béthacara était sur une eminence entre Jérusalem et Thécua (*Bible de Vence*).

---

28. *Incrassati.* Ditati. — *Præterierunt sermones meos pessime.* Violaverunt mandata mea sceleratissimis moribus suis. — *Non judicaverunt.* Juste, aut etiam eas audire contempserunt. — *Non direxerunt.* LXX, *non judicaverunt judicium pupilli*, recte non judicaverunt, nec pupillis jus suum reddiderunt.

29. *Non visitabo?* Non puniam.

30. *Stupor et mirabilia.* In hebræo ad verbum, *stupor et turpitudo,* id est, res stupenda et indigna quæ credatur ob turpitudinem. — *In terra.* In Judæa.

31. *Applaudebant.* Approbabant quæ dicebantur a prophetis. — *Talia.* Mendacia. — *Quid igitur fiet in novissimo ejus?* Quis erit finis, quæ merces tantorum scelerum?

CAP. VI. — 1. *Confortamini, filii Benjamin.* Loquitur ac si hostes jam adessent ut obsiderent Jerusalem, et ac si dux cives hortaretur ad fortiter pugnandum. — *Filii Benjamin.* Nominat potius Benjamin quam Judam, quia Jeremias erat ex Anathoth, vico Benjamin, unde cives suos alloquitur. * Vel alloquitur Benjamitas Hierosolymis habitantes, ut agros suos et villas irent defensum contra hostes adventantes. Significat hæc omnia fore inutilia. — *In Thecua.* Thecuam ait D. Hieronymus vicum fuisse in montem situm duodecim millibus passuum ab Jerusalem distantem. — *Clangite buccina.* In Thecua jubet tuba clangi et vexillum attolli, quia et in loco edito sita erat et arte munita, et armamentario etiam instructa quod in ea Roboam constituerat, II. Paralipom., II, 12; quasi dicat : Ibi delectum facite, ibi ex armamentario arma depromite ad repugnandum Chaldæis. — *Bethacarem.* Vicus est medius inter Jerusalem et Thecuam, in monte. — * *Vexillum.* In hebræo est, *facem*, qua scilicet adventus hostis signum detur.

2. *Speciosæ et delicatæ.* Mulieri. — *Assimilavi.* Similem esse vidi Jerusalem, quæ subito adventu hostium terreretur, neque se defenderet : significat Jerusalem facile capiendam. * Vel per speciosam intelligit optimam terram pascuam quo pastores cum magnis gregibus convenire solent.

3. Ad eam venient pastores, et greges eorum; fixerunt in ea tentoria in circuitu : pascet unusquisque eos qui sub manu sua sunt.

4. Sanctificate super eam bellum; consurgite, et ascendamus in meridie : væ nobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ sunt umbræ vesperi.

5. Surgite, et ascendamus in nocte, et dissipemus domos ejus.

6. Quia hæc dicit Dominus exercituum : Cædite lignum ejus, et fundite circa Jerusalem aggerem : Hæc est civitas visitationis, omnis calumnia in medio ejus.

7. Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam : iniquitas et vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas et plaga.

8. Erudire Jerusalem, ne forte recedat anima mea a te, ne forte ponam te desertam, terram inhabitabilem.

9. Hæc dicit Dominus exercituum : Usque ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel; converte manum tuam quasi vindemiator ad cartallum.

10. Cui loquar? et quem contestabor

3. Les pasteurs avec leurs troupeaux y viendront, ils dresseront leurs tentes autour de ses murs, et chacun aura soin des gens qui seront sous sa charge.

4. Préparez-vous à lui déclarer la guerre; allons, montons sur ses murs en plein midi. *Mais* malheur à nous, parce que le jour s'abaisse, et que les ombres sont devenues plus grandes sur le soir!

5. Allons, montons sur ses murailles *durant* la nuit même, et renversons toutes ses maisons.

6. Car voici ce que *nous a* dit le Seigneur des armées : Coupez les arbres d'alentour, et faites un rempart autour de Jérusalem. C'est la ville destinée à ma vengeance, parce que toute sorte de calomnie règne au milieu d'elle.

7. Comme la citerne rend froide l'eau qu'elle reçoit, ainsi *cette ville* a fait de sang-froid les actions les plus criminelles. On n'entend parler dans elle que d'injustice et d'oppression; et le cri des personnes languissantes et couvertes de plaies monte sans cesse devant moi.

8. Jérusalem, rentrez en vous-même, de peur que je ne me retire de vous et que je ne vous réduise en un désert et en une terre inhabitée.

9. *Car* voici ce que dit le Seigneur des armées : On prendra tout ce qui sera resté d'Israël, comme on coupe dans une vigne jusqu'à la dernière grappe de raisin. Retournez, s'entre-diront les vendangeurs, et mettez dans votre panier ce que vous trouverez de reste.

10. A qui adresserai-je ma parole, et qui con-

3. *Ad eam venient pastores.* D'après l'Hébreu, on peut entendre ainsi ce verset et le précédent : Je puis comparer la fille de Sion à un pâturage délicieux. Les pasteurs y viendront avec leurs troupeaux; ils dresseront leurs tentes autour d'elle, et chacun d'eux y fera paître le troupeau qu'il conduit. Ces pasteurs sont les princes de Babylone; leurs troupes sont leurs troupeaux. Dans Homère, les rois sont appelés les bergers des peuples.

4. *Sanctificate super eam bellum.* Le Prophète met ces paroles dans la bouche des généraux Babyloniens, s'adressant à leurs soldats. Le mot *sanctificate bellum* est une allusion aux cérémonies religieuses par lesquelles les peuples anciens se préparaient au combat.

---

3. *Pastores Pastores* vocat duces Chaldæorum, et *greges* exercitus. — *Pascet.* Satiabit spoliis suos milites; vel *pascet*, simpliciter positum est pro *reget*. In Hebr. est, *pascet unusquisque in loco suo.*

4. *Sanctificate..... bellum.* Solemni ritu ac publicum bellum indicite contra Judæos; sunt enim verba Chaldæorum. — *Ascendamus in meridie.* Omnem urbis invadendæ opportunitatem captemus, sive de die, sive de nocte, sive mane, sive meridie, expugnemus eam; vel sensus est : etiamsi meridies sit cum huc appulimus, tamen oppugnationem statim aggrediamur, ut, si fieri possit, hac eadem die urbem capiamus. — *Væ nobis, quia declinavit dies!* In vesperam. Hæc ostendunt quanta aviditate Chaldæi pugnaturi essent, quibus dies breves viderentur, et de nocte etiam pugnarent. — *Longiores factæ sunt umbræ.* Sole nimirum vergente ad occasum.

6. *Hæc dicit Dominus.* Scilicet Chaldæis. — *Lignum ejus.* Arbores et silvas quæ circa Jerusalem sunt, ad balistas arietesque faciendos.— *Fundite.* Pagninus et Vatablus, *effundite*, id est, explicate, circumducite. — *Civitas visitationis.* Quam Deus punit, et hostibus in prædam tradit, quia omne calumniarum et oppressionum genus in ea est.

7. *Sicut frigidam fecit.* Quemadmodum cisternæ et putei profundi etiam tepentes aquas in eos influentes æstivo tempore infrigidant, licet magnus color sit in aere et circa os putei : ita corda populi hujus, nec calore beneficiorum divinorum, nec ardore concionum prophetarum calorem concipere potuerunt, sed magis frigida facta sunt. Vel, sicut puteus frigidam aquam semper ebullit, ita nos omne sceleris genus. — *Iniquitas et vastitas.* Oppressio pauperum semper est in ea, sicut aqua in puteo. — *Coram me semper.* Perpetuo video eos affligere et percutere pauperes et innocentes.

8. *Erudire.* Respice, et monitis profice. — *Ne forte recedat anima mea a te.* Ne desinam te amare; vel ne te deseram.

9. *Usque ad racemum colligent.* Sicut post vindemiam racemi reliqui colliguntur in canistro, vel ut ferantur ad torcular, vel potius ut comedantur; ita plerique omnes Judæi, etiam qui alias captivitates evaserant, sub Sedecia captivi trahentur in Babylonem. — *Convérte manum... ad cartallum.* Vel sunt verba Dei ad Chaldæos, vel Chaldæorum ad se invicem, ut subaudiatur, *dicentes, converte, etc.*, id est, collige, et in cartallum conjice. — *Cartallum.* Cartallus est canistrum, cujus pars ima angustior est quam superior.

10. *Cui loquar?* Sunt verba Dei, vel prophetæ, quasi dicat : Cum hæc ita sint, tamen nihil proficio eos admonendo; verbum enim Dei vel audire nolunt, vel otiam irrident. — *Incircumcisæ aures.* Chaldæus, *obturatæ;* ideoque frustra effunditur sermo, cum non sit auditus. — *Factum est eis in opprobrium.* Quia illud irrident.

jurerai-je de m'écouter? Leurs oreilles sont incirconcises, et ils ne peuvent entendre; ils n'ont que du mépris pour la parole du Seigneur, et ils ne la veulent point recevoir.

11. C'est pourquoi je suis plein de la fureur du Seigneur : je n'en puis plus soutenir l'effort; *Seigneur*, répandez en même temps votre indignation sur les troupes des jeunes hommes et sur les petits enfants qui sont dans les rues, car l'homme et la femme seront pris ensemble, celui qui est avancé en âge, avec ceux qui sont dans la dernière vieillesse.

12. Leurs maisons, leurs champs et leurs femmes mêmes passeront à des étrangers. J'étendrai ma main sur les habitants de la terre, dit le Seigneur.

13. Parce que depuis le plus petit jusqu'au plus grand, tous s'étudient à satisfaire leur avarice, et que depuis le prophète jusqu'au prêtre, tous ne pensent qu'à tromper avec adresse.

14. Ils pansaient les plaies de mon peuple à leur confusion, en *leur* disant : La paix, la paix *demeurera sur vous*, lorsqu'il n'y avait point de paix *à espérer pour eux*.

15. Aussi ils ont été confondus, parce qu'ils ont fait des choses abominables; ou plutôt la confusion même n'a pu les confondre, et il n'ont su ce que c'était que de rougir : c'est pourquoi ils tomberont parmi la foule des mourants, ils périront tous ensemble au temps destiné à leur punition, dit le Seigneur.

16. Voici ce que dit le Seigneur : Tenez-vous sur les voies, considérez et demandez quels sont les anciens sentiers, pour connaître la bonne voie, et marchez-y; et vous trouverez le rafraîchissement de vos âmes. Mais ils m'ont répondu : Nous n'y marcherons point.

ut audiat? ecce incircumcisæ aures eorum, et audire non possunt : ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium, et non suscipient illud.

11. Idcirco furore Domini plenus sum, laboravi sustinens : effunde super parvulum foris, et super consilium juvenum simul : vir enim cum muliere capietur, senex cum pleno dierum.

12. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri et uxores pariter : quia extendam manum meam super habitantes terram, dicit Dominus.

13. *a* A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student : et a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. [a *Isai.* 56. 11. *Infr.* 8. 10.]

14. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes : Pax, pax : et non erat pax.

15. Confusi sunt qui abominationem fecerunt : quin potius confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt : quam ob rem cadent inter ruentes : in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

16. Hæc dicit Dominus : State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, et ambulate in ea : *a* et invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt : Non ambulabimus. [a *Matth.* 11. 29.]

11. *Laboravi sustinens.* Je n'en puis plus soutenir l'effort. Le zèle de sa gloire ne me permet pas de voir les outrages qu'on lui fait, sans lui dire : Seigneur, répandez en même temps, etc. C'est la transition dont se sert le P. de Carrières, pour montrer ici la liaison des idées.

15. *Confusi sunt.* Ces prophètes de mensonge, au lieu de reprocher au peuple ses crimes et de l'engager à s'en corriger, prétendaient, au contraire, que les menaces des vrais prophètes étaient vaines, et quand ceux-ci prédisaient la guerre avec toutes ses horreurs, ils disaient au peuple d'être tranquille, que la paix ne serait point troublée. Mais quand l'événement les convaincra d'imposture, ils devront être couverts de confusion.

16. *Interrogate de semitis antiquis.* Toute erreur est une innovation. Il n'y a que la vraie religion qui remonte à l'origine des temps. C'est pourquoi le Prophète veut que l'on s'informe des voies anciennes, qu'on y revienne et qu'on ne se laisse pas égarer par des nouveautés dangereuses et perfides.

---

11. *Idcirco furore Domini.* Ira et zelo vehementi æstuo, tantam cernens populi malitiam. Sic dicebat David : *Zelus domus tuæ comedit me.* Psal. 68, 10. — *Laboravi sustinens.* Non possum me continere; præteritum pro præsenti. — *Effunde.* O Jeremia! hunc furorem, et funestum verbum Domini. — *Super parvulum foris.* Effunde foras, exere zelum, annuntia Domini verbum parvulis et juvenibus, ut illi patribus et avis narrent, aut illi saltem sciant et doleant se cum patribus et rebus omnibus capiendos. — *Consilium.* Congregationem, cœtum. -- *Vir... cum muliere.* Omnis ætatis homines, infantes, pueros, viros, senes, mulieres.

12. *Extendam manum meam.* Ut percutiam.

13. *Omnes.* Plerique, multi.

14. *Curabant contritionem.* Prophetæ et sacerdotes consolabantur, et mitigare conabantur dolorem et timorem quem ex futura calamitate, quam illi comminabar, concipiebat populus. -- *Cum ignominia.* Ad ignominiam quam populus spe frustratus et confusus sustinebit. -- *Pax, pax.* Mendaciter promittentes populo fore ut Deus non immitteret bellum.

15. *Confusione sunt.* Confundentur, quia patebit eos falso pacem promisisse, cum non esset pax : vel, *confusi sunt*, * id est, confundi debuissent, si abominationes scelerum suorum perpendissent. -- * *Quin potius confusione non sunt confusi.* At ipsi confusi non sunt, nec illos puduit aut pœnituit scelerum. -- *Cadent inter ruentes.* Communi ruina involventur. -- *In tempore visitationis.* Cum eos punivero, et visitavero in virga iniquitates eorum.

16. *State super vias.* Speculamini et considerate vias, id est, vivendi rationes et semitas antiquas, quomodo vixerint majores vestri Abraham, Isaac et Jacob, etc. -- *Refrigerium.* Solatium, levamentum in ærumnis.

17. Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt : Non audiemus.

18. Ideo audite gentes : et cognosce congregatio, quanta ego faciam eis.

19. Audi terra : Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum ejus : quia verba mea non audierunt, et legem meam projecerunt.

20. *a* Ut quid mihi thus de Saba affertis, et calamum suave olentem de terra longinqua? holocautomata vestra non sunt accepta, et victimæ vestræ non placuerunt mihi. [a *Isai.* 1. 11.]

21. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo in populum istum ruinas, et ruent in eis patres et filii simul, vicinus et proximus peribunt.

22. Hæc dicit Dominus : Ecce populus venit de terra Aquilonis, et gens magna consurget a finibus terræ.

23. Sagittam et scutum arripiet : crudelis est, et non miserebitur : vox ejus quasi mare sonabit; et super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, adversum te, filia Sion.

24. Audivimus famam ejus, dissolutæ sunt manus nostræ : tribulatio apprehendit nos, dolores ut parturientem.

25. Nolite exire ad agros, et in via ne ambuletis, quoniam gladius inimici pavor in circuitu.

26. Filia populi mei accingere cilicio, et conspergere cinere; luctum unigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super nos.

17. J'ai établi des sentinelles sur vous, et je vous ai dit : Ecoutez le bruit de la trompette. Et ils ont répondu : Nous ne l'écouterons point.

18. C'est pourquoi écoutez, nations, peuples assemblés, avec quelle rigueur je les veux punir.

19. Terre, écoutez-moi; je m'en vais faire fondre sur ce peuple toutes sortes de maux, qui seront le fruit de leurs pensées *criminelles*, parce qu'ils n'ont point écouté ma parole, et qu'ils ont rejeté ma loi.

20. *Après cela*, pourquoi m'offrez-vous de l'encens de Saba, et pourquoi me faites-vous venir des parfums des terres les plus éloignées? Vos holocaustes ne me sont point agréables : vos victimes ne me plaisent point.

21. Voici donc ce que dit le Seigneur : Je m'en vais accabler ce peuple de malheurs : les pères tomberont avec leurs enfants, les proches périront avec leurs proches.

22. Car voici ce que dit le Seigneur : Une nation va venir de la terre de l'Aquilon, et un grand peuple s'élèvera des extrémités du monde.

23. Il s'armera de flèches, et il prendra son bouclier; il est cruel et impitoyable; ses troupes feront un bruit comme les vagues de la mer; ils monteront à cheval, et ils viendront les armes à la main fondre sur vous, ô fille de Sion! comme un homme qui va combattre son ennemi.

24. Nous les entendons déjà venir de loin, et nos bras se trouvent sans force; l'affliction nous saisit, et la douleur nous accable, comme une femme qui est en travail.

25. Ne sortez point dans les champs, n'allez point dans les chemins, parce qu'on n'y voit que les épées de l'ennemi, et que l'épouvante de toutes parts.

26. Fille de mon peuple, revêtez-vous de cilice, couchez-vous sur la cendre, pleurez avec amertume, comme une mère qui pleure son fils unique; parce que celui qui vous doit perdre viendra tout d'un coup fondre sur vous.

20. *Ut quid mihi thus de Saba affertis.* L'encens du pays de Saba, en Arabie, était le meilleur que l'on connût. Dans la nation juive, il y avait un certain nombre d'hommes superstitieux qui se figuraient que le culte extérieur apaiserait le Seigneur, et qu'il aurait égard au nombre et à la valeur des choses qu'on lui offrait sur ses autels. Isaïe avait déjà condamné cette erreur. Jérémie s'efforce également de leur enlever cette illusion; parce que le culte extérieur n'est rien s'il n'est animé et vivifié par le culte intérieur.

---

17. *Et constitui super vos speculatores.* Prophetas, qui speculatores vocantur, quia longe prævident quæ futura sunt; quasi dicat : Quia vos ipsi, ut debebatis, speculari vias Domini noluistis, dedi vobis prophetas qui eas vobis demonstrent. -- *Vocem tubæ.* Prophetæ exaltantis, quasi tubæ, vocem suam. Isa., 58, 1.

18. *Congregatio.* Omnium gentium. -- *Quanta ego faciam eis.* Quam multa et quam gravia mala eis immittam.

19. *Audi, terra.* Juda. -- *Fructum cogitationum ejus.* Supplicia consiliis et studiis eorum digna : sic Psal. 27, 4, dicitur : *Da illis secundum opera eorum, et secundum nequitiam adinventionum ipsorum.*

20. *Thus de Saba.* Thus ex Arabia Sabæa advectum. -- *Calamum.* Aromaticum : vide dicta supra, Isa., 43, 24 : ex his aliisque aromatibus fiebat unguentum gratissimi odoris. Vide Exod., 30, 34, 35. -- *Holocautomata.* Holocausta.

21. *Dabo in populum istum ruinas.* Immittam calamitates, clades et strages quibus patres cum filiis, vicini cum proximis suis involvantur.

22. *Populus.* Magna hostium multitudo. -- *De terra aquilonis.* E Chaldæa, quæ Judææ aquilonaris est, ut sup. c. 1, n. 1, 13 et 14; c. 3, 18; et 4, 6; et 7, 1.

23. *Quasi vir.* Ac si unus tantum essent unanimiter in tuam perniciem conspirantes.

24. *Audivimus.* Hæc dicuntur in persona Judæorum.

25. *Quoniam gladius inimici.* Hostis gladio armatus est, in circuitu civitatis pavorem incutiens.

26. *Filia populi mei.* O Jerusalem! o populi mi dilecte ut filia! -- *Cilicio.* Sacco, ut in luctu fieri solebat. Vide supra, c. 4, n. 8. -- *Luctum unigeniti.* Vehementissime et amarissime luge, ut fit cum unigenitus filius parentibus eripitur. Sic et Amos, 8, 10, et Zachar., 12, 10. -- *Vastator.* Chaldæorum exercitus.

27. *Jérémie*, je vous ai établi sur ce peuple, pour le mettre à la dernière épreuve, pour sonder leurs voies et leurs désirs et pour les connaître.

28. Les princes mêmes d'entre eux se sont détournés du *droit* chemin; leurs démarches sont pleines de déguisement; ce n'est que de l'airain et que du fer; et ils se sont tous corrompus.

29. Il a été inutile de souffler le creuset, le plomb s'est consumé dans le feu : en vain le fondeur les a mis dans le fourneau; leurs malices n'ont point été consumées.

30. Appelez-les un faux argent, parce que le Seigneur les a rejetés.

27. Probatorem dedi te in populo meo robustum; et scies, et probabis viam eorum.

28. Omnes isti principes declinantes : ambulantes fraudulenter, æs et ferrum : universi corrupti sunt.

29. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflavit conflator; malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

30. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos.

CHAPITRE VII.

Vaine confiance des Juifs dans le temple et les sacrifices. Le Seigneur défend à Jérémie de prier pour eux.

1. Le Seigneur parlant à Jérémie, lui dit :

2. Tenez-vous à la porte de la maison du Seigneur, prêchez-y ces paroles, et dites : Ecoutez la parole du Seigneur, vous tous habitants de Juda, qui entrez par ces portes pour adorer le Seigneur.

3. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Redressez vos voies, corrigez votre conduite, et j'habiterai dans ce lieu avec vous.

4. Ne mettez point votre confiance en des paroles de mensonge, en disant : Ce temple est au Seigneur, ce temple est au Seigneur, ce temple est au Seigneur.

5. Car si vous avez soin de redresser vos voies

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens :

2. Sta in porta domus Domini, et prædica ibi verbum istud; et dic : Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum.

3. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : *a* Bonas facite vias vestras, et studia vestra: et habitabo vobiscum in loco isto. [a *Infr.* 26. 13.]

4. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes : Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.

5. Quoniam si bene direxeritis vias

27. *Probatorem dedi te.* Ces paroles s'adressent à Jérémie, que le Seigneur avait chargé d'éprouver son peuple. Il le compare à un ouvrier qui jette dans un creuset les métaux qu'il veut éprouver et qui emploie du plomb pour purifier et séparer ces métaux. La métaphore est parfaitement continuée et donne lieu à des détails qui intéressent l'archéologie, relativement à l'affinage des métaux.

Cap. VII. — 2. *Sta in porta.* Cette prophétie qui s'étend jusqu'à la fin du chapitre X, eut lieu, comme la précédente, en la 18e année du règne de Josias. Le Prophète cherche à ouvrir les yeux aux Juifs superstitieux, qui croyaient que le temple ne pouvait être détruit, et que les sacrifices qu'on y offrait les sauveraient. Les faux prophètes avaient tiré parti de cette erreur et s'appuyaient sur cette donnée, pour contredire les envoyés de Dieu. Ici Jérémie les combat et leur montre la futilité du motif sur lequel ils se reposent.

---

27. *Probatorem.* Conflatorem, excoctorem metalli; quid significet patebit ex sequentibus. — *Robustum.* Interritum, impavidum. -- *Scies.* Et probabis, cognosces, explorabis actiones eorum.

28. *Principes declinantes.* Rebelles, qui a me deficiunt et declinant. -- *Æs et ferrum.* Non sunt aurum, sed æs potius et ferrum, inflexibiles, impudentes. — *Corrupti sunt.* Moribus. Hebræus et Chaldæus active, *corruptores,* id est, vitiorum magistri, sedentes *in cathedra pestilentiæ.* Psal. 1, 1.

29. *Defecit sufflatorium.* Sufflatorium appellat folles quibus excitatur ignis; qua metaphora Jeremiæ os significatur, qui probator et conflator a Deo fuerat constitutus; sensus ergo est : follis defecit, id est, clamando et concionando fatigatus et raucus factus sum. — *Consumptum est plumbum.* Argento aliisque metallis adulteratis, ut per conflatorium, vi ignis, separetur scoria et materia aliena, admisceri solebat plumbum, ut melius flueret argentum, et minori cum detrimento repurgaretur. Ita fiebat olim antequam in hanc rem argenti vivi efficacia conflatoribus, qui jam illo utuntur, innotuisset : significat hac plumbi metaphora omnem diligentiam inutilem fuisse, et successu caruisse.

30. *Reprobum.* Quod scilicet purgari non potest.

Cap. VII. — 2. *In porta domus Domini.* Templi ubi magna frequentia, ut ab omnibus audiaris.

3. *Bonas facite vias vestras.* Corrigite mores vestros. — *Et habitabo.* Alioqui non habitabo.

4. *In verbis mendacii.* Quæ vobis a falsis prophetis suggeruntur. — *Templum Domini.* Id est, nihil nobis a Chaldæis timemus, cum apud nos sit templum Domini. In Hebræo est *templum Domini ipsi*, id est, ipsi Judæi quasi templum quoddam Domini sunt, cum sint populus Deo sepositus et sacer; itaque nihil ab hostibus timendum.

5. *Si bene direxeritis vias vestras.* Si mores vestros rectos, justos, et sanctos feceritis. — *Si feceritis judicium.* Si recte judicaveritis inter litigantes, et cuique jus suum tribueritis.

vestras, et studia vestra : si feceritis judicium inter virum et proximum ejus,

6. Advenæ, et pupillo, et viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, et post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismetipsis :

7. Habitabo vobiscum in loco isto; in terra quam dedi patribus vestris a sæculo et usque in sæculum.

8. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis;

9. Furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, et ire post deos alienos, quos ignoratis.

10. Et venistis, et stetistis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum, et dixistis : Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.

11. *a* Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris? Ego, ego sum : ego vidi, dicit Dominus. [a *Matth.* 21. 13. *Marc.* 11. 17. *Luc.* 19. 46.]

12. Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum a principio : et videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel :

13. Et nunc, quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus : et locutus sum ad vos mane consurgens, et loquens, et non audistis, *a* et vocavi vos, et non respondistis : [a *Prov.* 1. 24. *Isai.* 65. 12.]

14. *a* Faciam domui huic, in qua invocatum est nomen meum, et in qua

et de corriger votre conduite, si vous rendez justice à ceux qui plaident ensemble;

6. Si vous ne faites point de violence à l'étranger, au pupille et à la veuve, si vous ne répandez point en ce lieu le sang innocent, et si vous ne suivez point les dieux étrangers pour votre malheur :

7. Je demeurerai avec vous de siècle en siècle dans ce lieu et dans cette terre que j'ai donnée à vos pères.

8. Mais *maintenant* vous mettez votre confiance en des paroles de mensonge où vous ne trouverez aucun secours.

9. Vous volez, vous tuez, vous commettez des adultères, vous jurez faussement, vous sacrifiez à Baal, vous allez chercher des dieux étrangers qui vous étaient inconnus.

10. Et *après cela*, vous venez vous présenter hardiment devant moi, dans cette maison en laquelle mon nom a été invoqué, et vous dites : Nous nous trouvons à couvert *de tous maux*, quoique nous ayons commis toutes ces abominations.

11. Ma maison en laquelle mon nom a été invoqué devant vos yeux est-elle donc devenue une caverne de voleurs? C'est moi, c'est moi qui suis. Je vous ai vus, dit le Seigneur.

12. Allez en Silo, au lieu qui m'était consacré, où j'avais établi ma gloire dès le commencement; et considérez comment je l'ai traité à cause de la méchanceté de mon peuple d'Israël.

13. Maintenant aussi, parce que vous avez fait toutes ces choses, dit le Seigneur, que je vous ai parlé avec toute sorte d'application sans que vous m'ayez entendu, que je vous ai appelés, sans que vous m'ayez répondu :

14. Je traiterai cette maison où mon nom a été invoqué, en laquelle vous mettez toute votre

7. *Habitabo vobiscum in loco isto.* La présence de Dieu dans le temple était subordonnée à la conduite des Juifs eux-mêmes. S'ils avaient observé la loi, le Seigneur serait resté perpétuellement dans le temple avec eux. Mais comme ils faisaient toute sorte d'abominations, le temple lui-même en était profané. Il avait cesse d'être la maison de Dieu pour devenir une caverne de voleurs (vers. 11).

11. *Spelunca latronum facta est domus ista.* Saint Matthieu (XXI, 31), saint Marc (XI, 17) et saint Luc (XIX, 46), nous apprennent que, lorsque le Sauveur étant entré dans le temple, eût chassé ceux qui y vendaient et qui y achetaient, il ajouta : Ma maison est une maison de prière et vous en faites une caverne de voleurs. De ces deux paroles, la première se trouve dans Isaïe (LVI, 7), et la seconde ici dans Jérémie. L'infidélité des Juifs au temps de Jérémie était une figure de leur infidélité au temps de Jésus-Christ; et les vengeances que Dieu exerça sur ce peuple, par les armes des Chaldéens, étaient une image de celles qu'il exerça ensuite sur ce même peuple, par les armes des Romains, après la mort de l'Homme-Dieu.

12. *Et videte quæ fecerim.* Ces expressions donnent lieu de présumer, que dans la destruction du royaume d'Israël par les Assyriens, les derniers vestiges du culte rendu au Seigneur à Silo furent effacés. Le Prophète tire de ce fait un argument *a pari* qui est sans replique.

---

7. *Habitabo vobiscum.* In Hebræo, ut nunc legitur est, *habitare faciam vos;* sed sententia est eadem; non patiar vos traduci in Babylonem : juxta me et meum templum eritis Jerosolymis. — *A sæculo, et usque in sæculum.* Quam olim dedi patribus vestris, ut eam perpetuo possiderent; quasi dicat : Servabo promissa mea.

8. *Sermonibus mendacii.* Rebus vanis, quæ statim enumerantur.

10. *Eo quod fecerimus.* Aliqui interpretantur, quamvis fecerimus.

11. *Numquid ergo spelunca latronum.* Ut scilicet vos in templum quasi in antrum latronum recipiatis, et omnia vobis tuta existimetis, si ex male partis aliquod mihi sacrificium offeratis. — *Ego sum : ego vidi.* Non me fallitis, ego enim ipse sum qui vidi facinora vestra.

12. *Videte quæ fecerim.* Nolite confidere quod templum apud vos habeatis; nam quemadmodum destruxi Silo, ubi prius habitavit, ita et templum destruam, et Jerusalem propter peccata evertam. Ps., 77, 60 : *Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum, ubi habitavit in hominibus.*

13. *Mane consurgens.* Tempestive, sollicite, vigilanter, opportuno tempore, quale rebus agendis est matutinum.

confiance, et ce lieu que je vous ai donné, après l'avoir donné à vos pères, comme j'ai traité Silo.

15. Et je vous chasserai bien loin de ma face, comme j'ai chassé tous vos frères, toute la race d'Ephraïm.

16. Vous donc, *Jérémie*, n'entreprenez point d'intercéder pour ce peuple, ni de me conjurer et de prier pour eux, et ne vous opposez point à moi parce que je ne vous exaucerai point.

17. Ne voyez-vous pas ce que fait ce peuple dans les villes de Juda, et dans les places publiques de Jérusalem?

18. Les enfants amassent le bois, les pères allument le feu, et les femmes mêlent de la graisse avec de la farine, pour faire des gâteaux à la reine du ciel, pour sacrifier à des dieux étrangers, et pour attirer sur eux ma colère.

19. Est-ce moi qu'ils irritent, dit le Seigneur? et ne se *blessent-ils pas plutôt* eux-mêmes en se couvrant *ainsi* de confusion?

20. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur: Ma fureur et mon indignation s'est embrasée, elle va fondre sur ce lieu, sur les hommes, sur les animaux, sur les arbres des champs, sur les fruits de la terre, et je mettrai le feu partout, sans qu'il y ait personne pour l'éteindre.

21. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Ajoutez tant que vous voudrez, vos holocaustes à vos victimes, et mangez de la chair de vos sacrifices.

22. Car je n'ai pas *seulement* ordonné à vos pères, au jour que je les ai tirés de l'Egypte, de m'offrir des holocaustes et des victimes;

23. Mais voici *encore* le commandement que je

vos habetis fiduciam, et loco quem dedi vobis et patribus vestris, sicut feci Silo. [a *I. Reg.* 4. 2. 10.]

15. Et projiciam vos a facie mea, sicut projeci omnes fratres vestros, universum semen Ephraim.

16. *a* Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem et orationem, et non obsistas mihi, quia non exaudiam te. [a *Infr.* 11. 14. et 14. 11.]

17. Nonne vides quid isti faciunt in civitatibus Juda, et in plateis Jerusalem?

18. Filii colligunt ligna, et patres succendunt ignem, et mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, et libent diis alienis, et me ad iracundiam provocent.

19. Numquid me ad iracundiam provocant? dicit Dominus? nonne semetipsos in confusionem vultus sui?

20. Ideo hæc dicit Dominus Deus : Ecce furor meus, et indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, et super jumenta, et super lignum regionis, et super fruges terræ, et succendetur, et non extinguetur.

21. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Holocautomata vestra addite victimis vestris, et comedite carnes.

22. Quia non sum locutus cum patribus vestris et non præcepi eis, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocautomatum et victimarum.

23. Sed hoc verbum præcepi eis, di-

15. *Universum semen Ephraim.* Le royaume des dix tribus est ainsi nommé, parce que celle d'Ephraïm tenait le premier rang. Saint Jérôme remarque que, comme le châtiment dont la maison d'Israël fut frappé, fut un exemple pour la maison de Juda au temps de Jérémie, et pour les Juifs au temps de Jésus-Christ; de même, le châtiment qui est tombé sur les Juifs incrédules depuis Jésus-Christ, est un exemple pour nous : *Sicut isto templi exemplum est, ita templum nobis.*

22. *Non præcepi eis.* Il y avait une grande différence entre les lois cérémonielles et les préceptes moraux. Ces derniers, inscrits dans le Decalogue, étaient la base de l'alliance du Seigneur avec son peuple; ils devaient être toujours obligatoires. Les lois cérémonielles ne furent données qu'après l'infraction de l'alliance, pour maintenir le peuple dans le devoir, et le retenir dans le culte du vrai Dieu par des moyens extérieurs. Elles ne devaient pas durer toujours, et les Juifs avaient le tort d'y attacher plus d'importance qu'aux preceptes moraux eux-mêmes. C'est ainsi qu'il y a de mauvais chrétiens qui croient couvrir leurs vices par de vaines pratiques religieuses.

---

15. *Universum semen Ephraim.* In qua tribu erat prius illud tabernaculum.

16. *Laudem.* Dei orationem. *Non obsistas mihi.* Loquitur Deus ac si justorum ratione impediretur ne quod vult effectum daret; sic ait Mosi Exod., 32, 10 : *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, etc.*

18. *Filii colligunt ligna.* Omnes qui in familia sunt conferunt aliquid ad sacrificia idolorum. — *Conspergunt adipem.* In hebræo est, *ponunt conspersionem :* conspersionem autem vocat farinam, aquam, salem, butyrum, aut adipem, et si quid aliud ad faciendas placentas miscebatur. — *Reginæ cœli.* Lunæ, cui sacrificare solebant, quæ cœli regina propter magnitudinem et splendorem esse videbatur, sicut sol rex.

19. *Numquid me ad iracundiam provocant.* Non mihi, sed sibi nocent : ego enim non irascor, neque humanis moveor affectibus. — *Nonne semetipsos.* Potius illi aliquando eam ob causam confundentur, id est, pudore et ignominia afficientur.

20. *Conflatur.* Incenditur. LXX, *effunditur.* — *Lignum.* Arbores.

21. *Addite.* Addite sane holocausta holaucaustis et victimis pacificis, indeque de more, juxta legem Levit., 7, 16, comedite. Est ironia : holocausta vestra non me placabunt nec vobis proderunt, quia ea nihili pendo quamdiu mores vestros non corrigitis.

22. *Quia non sum locutus.* Locutus quidem erat de holocaustis et victimis, eaque instituerat, ut ex Levitico manifestum est; sed loquitur comparate, ut cum dicit : *Misericordiam volui, et non sacrificium.* Oseæ, 6, 6; Matth., 9, 13, et 12, 7; id est, magis misericordiam volo quam sacrificium, vel nolo sacrificium sine misericordia. Ita hoc loco dicit se non præcepisse sacrificia, quia prius et potius bonos incolis Judæis mores præceperat, vel quia non præceperat offerri sibi sacrificia sine bonis moribus.

cens : Audite vocem meam, et ero vobis Deus, et vos eritis mihi populus : et ambulate in omni via quam mandavi vobis, ut bene sit vobis.

24. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam; sed abierunt in voluntatibus, et in pravitate cordis sui mali; factique sunt retrorsum et non in ante,

25. A die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, usque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes servos meos prophetas per diem consurgens diluculo, et mittens.

26. Et non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam : sed induraverunt cervicem suam : *a* et pejus operati sunt, quam patres eorum. [a *Infr.* 16.12.]

27. Et loqueris ad eos omnia verba hæc, et non audient te : et vocabis eos, et non respondebunt tibi.

28. Et dices ad eos : Hæc est gens quæ non audivit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam : periit fides, et ablata est de ore eorum.

29. Tonde capillum tuum, et projice; et sume in directum planctum : quia projecit Dominus, et reliquit generationem furoris sui.

30. Quia fecerunt filii Juda malum in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam :

31. Et ædificaverunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennom : ut incenderent filios suos, et filias suas igni : quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo.

32. Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, et non dicetur amplius Topheth,

leur ai fait : Ecoutez ma parole, et je serai votre Dieu, et vous serez mon peuple; et marchez dans toutes les voies que je vous prescrirai, afin que vous soyez comblé de biens.

24. Et après cela ils ne m'ont point écouté, ils n'ont point prêté l'oreille à ma voix, mais ils se sont abandonnés à leurs *mauvais* désirs et à la dépravation de leur cœur; ils ont retourné en arrière au lieu d'avancer,

25. Depuis le jour que leurs pères sont sortis de l'Egypte jusqu'aujourd'hui. Cependant je leur ai envoyé tous mes serviteurs et mes prophètes de jour en jour : je me suis hâté de les leur envoyer.

26. Mais ils ne m'ont point écouté, ils n'ont point prêté l'oreille à ma voix; au contraire, ils ont endurci leur tête, et ils ont agi d'une manière encore plus criminelle que leurs pères.

27. *Jérémie*, vous leur déclarerez toutes ces choses, et ils ne vous écouteront point : vous les appellerez, et ils ne vous répondront point.

28. Alors vous direz : Voici le peuple qui n'a point écouté la voix du Seigneur son Dieu, et qui n'a point voulu recevoir ses instructions. Il n'y a plus de foi parmi eux, elle est bannie de leur bouche.

29. Coupez vos cheveux, *filles de Jérusalem*, et jetez-les; *et* poussez vos cris vers le ciel, parce que le Seigneur a rejeté loin de lui, et a abandonné ce peuple qu'il regarde dans sa fureur.

30. Car les enfants de Juda ont commis des crimes devant mes yeux, dit le Seigneur; ils ont mis leurs abominations dans la maison en laquelle mon nom a été invoqué, pour la profaner.

31. Ils ont bâti *des autels sur* les lieux hauts de Topheth, qui est dans la vallée du fils d'Ennom, pour y consumer dans le feu, leurs fils et leurs filles, qui est une chose que je ne leur ai point ordonnée, et qui ne m'est jamais venue dans l'esprit.

32. C'est pourquoi le temps va venir, dit le Seigneur, qu'on n'appellera plus ce lieu Topheth,

32. *Vallis interfectionis.* Cet oracle, dit D. Calmet, s'est littéralement accompli dans le siége de Jérusalem par Nabuchodonosor et dans la destruction de cette ville par les Romains. On jeta une masse de cadavres dans les vallées qui entourent la cité sainte, et spécialement dans la vallée de Topheth. L'historien Josèphe raconte, qu'à la vue des ces horreurs, Titus ne put s'empêcher d'élever les mains au ciel et de prendre Dieu à témoin, qu'il n'était nullement l'auteur de ces cruautés (Cf. inf. cap. XIX, 11).

---

24. *In voluntatibus.* Suas concupiscentias sequentes. — *Factique sunt retrorsum.* Potius retrocesserunt quam processerunt; potius facti sunt pejores quam meliores.

25. *Per diem consurgens.* Vide supra, n. 13.

28. *Nec recepit disciplinam.* Admonitionibus aut plagis non profecit. — *Periit fides.* Vel fidem in Deum et veram religionem intelligit, vel fidelitatem et veracitatem.

29. *Tonde capillum tuum.* Tu, Jerusalem, cum tuis filiis in argumentum doloris et luctus. * D. Hieronymus ad hunc locum : *Apud veteres hæc erat omnium consuetudo lugentium tondere cæsariem ; at nunc e contrario dimittere luctus indicium est.* — *Sume in directum planctum.* Clama recta in altum, contenta voce ejula. * ut audiatur planctus super montes. — *Generationem furoris sui.* Contra quam furor ipsius incensus erat.

30. *Offendicula.* Idola et statuum Baal, quibus offensus est Deus, et quæ Judæis fuerunt in scandalum et causam ruinæ.

31. *Ædificaverunt excelsa.* Altaria, quæ excelsa in excelsis collibus aut montibus erigebant. — *Topheth.* Topheth erat locus et templum Moloch, et dicebatur Topheth a *toph*, id est, tympanum, quod pulsabant idololatræ, ne vagitus parvulorum occisorum audiretur a parentibus; Moloch vero fuit Saturnus. — *In valle filii Ennom* Locus erat amœnissimus prope Jerusalem, ita fortasse appellatus a nomine possessoris agri illius.

32. *Non dicetur amplius Topheth.* Alludit ad verbum *japha,* quod significat *pulchrum esse :* quasi dicat; Topheth nón vocabitur amplius, *Topheth.* id est, locus pulchritudinis, amœnitatis; et grätiæ (hoc enim significat Ennom), sed stragis et interfectionis, quia ibi plurimi occidentur. — *Et sepelient in Topheth.* Ubi interfecti fuerint, sicut in bello fieri solet. — *Eo quod non sit locus.* Alius sepeliendi.

ni la vallée du fils d'Ennom, mais la vallée de Carnage; et on ensevelira à Topheth les *corps* morts, parce qu'il n'y aura plus de lieu pour les mettre.

33. Et les corps morts de ce peuple seront en proie aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre, sans qu'il y ait personne qui les en chasse.

34. Et je ferai cesser dans les villes de Juda, et dans les places publiques de Jérusalem, les cris de réjouissance et les chants de joie, les cantiques de l'époux et les chansons de l'épouse, parce que toute la terre sera désolée.

et vallis filii Ennom : sed vallis interfectionis : et sepelient in Topheth, eo quod non sit locus.

33. Et erit morticinum populi hujus in cibos volucribus cœli, et bestiis terræ, et non erit qui abigat.

34. *a* Et quiescere faciam de urbibus Juda, et de plateis Jerusalem, vocem gaudii, et vocem lætitiæ, vocem sponsi, et vocem sponsæ : in desolationem enim erit terra. [a *Ezech.* 26. 13.]

CHAPITRE VIII.

Endurcissement de Juda. Sa maladie est irrémédiable.

1. En ce temps-là, dit le Seigneur, les os des rois de Juda, les os des princes, les os des prêtres, les os des prophètes et les os des habitants de Jérusalem seront jetés hors de leurs sépulcres :

2. Et on les exposera au soleil, à la lune, et à toute la milice du ciel, qu'ils ont aimés, qu'ils ont honorés, qu'ils ont suivis, qu'ils ont recherchés, et qu'ils ont adorés : on ne les ramassera point, et on ne les ensevelira point : mais on les laissera sur la terre comme du fumier.

3. Et tous ceux qui seront restés de cette race très-méchante, que j'aurai chassés en divers endroits, dit le Seigneur des armées, en quelque lieu qu'ils soient, souhaiteront plutôt la mort que la vie.

4. C'est pourquoi vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur : Quand on est tombé ne se relève-t-on pas? et quand on s'est détourné du droit chemin n'y revient-on plus?

5. Pourquoi donc ce peuple de Jérusalem s'est-il détourné de moi avec une aversion *si* opiniâtre? Ils se sont attachés au mensonge, et ils ne veulent point revenir *à moi.*

6. Je les ai considérés, je les ai observés, *et j'ai vu qu'*il n'y en a pas un qui parle selon la justice; il n'y en a pas un qui fasse pénitence de son péché, en disant : Qu'ai-je fait? *Au contraire,* ils courent tous où leur passion les emporte, comme un cheval qui court à toute bride au combat.

1. In illo tempore, ait Dominus : ejicient ossa regum Juda, et ossa principum ejus, et ossa sacerdotum, et ossa prophetarum, et ossa eorum qui habitaverunt Jerusalem, de sepulcris suis :

2. Et expandent ea ad solem, et lunam, et omnem militiam cœli quæ dilexerunt, et quibus servierunt, et post quæ ambulaverunt, et quæ quæsierunt, et adoraverunt : non colligentur, et non sepelientur : in sterquilinium super faciem terræ erunt.

3. Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in universis locis quæ derelicta sunt, ad quæ ejeci eos, dicit Dominus exercituum.

4. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Numquid qui cadit non resurget? et qui aversus est, non revertetur?

5. Quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem aversione contentiosa? Apprehenderunt mendacium, et noluerunt reverti.

6. Attendi, et auscultavi : nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens : Quid feci? omnes conversi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens ad prælium.

Cap. VIII — 1. *Ejicient ossa regum.* Il était d'usage chez les Juifs d'ensevelir les rois avec des couronnes d'or; les prêtres, les prophètes et les grands de la nation, avec des choses précieuses. Les Chaldéens devaient être portés par leur avarice à profaner les tombeaux et à les ouvrir pour s'approprier les richesses qu'ils renfermaient. Jérémie annonce aux Juifs que leurs barbares vainqueurs se livreront à ces excès monstrueux, et c'est ce qui arriva.

---

33. *Morticinum.* Cadavera.

34. *Et quiescere faciam.* Faciam ut nemo sit qui gaudeat, nemo qui lætetur, nemo qui nuptias celebret, sed ut omnes lugeant.

Cap. VIII. — 1. *Ejicient.* Chaldæi victores, sive ex crudelitate, sive auri aut alicujus alterius prætiosæ rei quærendæ causa, quæ, de veterum more, cum cadaveribus esset sepulta.

2. *Militiam cœli.* Stellas intelligit, ut supra non semel explicatum est. — *Quæ dilexerunt.* Quia solem, lunam, et stellas pro diis coluerant.

3. *Eligent.* Optabunt. — *Quæ derelicta sunt.* In locis montanis, abditis et desertis, ad quæ se contulerunt qui fuga elabi potuerunt.

4. *Numquid qui cadit non resurget?* An quisquam tam perversus et obstinatus esse solet, qui si ceciderit, non resurgat? — *Et qui aversus est.* An qui aversus est a recta via, et ab illa aberravit non revertetur, ut errorem corrigat?

5. *Aversus est.* A Deo. — *Aversione contentiosa.* Adeo pertinaci, ut reverti nolit : in hebræo est, *aversione perpetua.* — *Apprehenderunt mendacium.* Iniquitatem, idololatriam, mendacia et pseudologias falsorum prophetarum amplexi sunt.

6. *Ad cursum suum.* Consuetudinem suam peccandi, vel id in quod corruptæ naturæ impetu ferebantur; equis similes, qui magno impetu irruunt in prælium.

7. Milvus in cœlo cognovit tempus suum, turtur, et hirundo, et ciconia, custodierunt tempus adventus sui : populus autem meus non cognovit judicium Domini.

8. Quomodo dicitis : Sapientes nos sumus, et lex Domini nobiscum est? vere mendacium operatus est stylus mendax scribarum.

9. Confusi sunt sapientes, perterriti et capti sunt : verbum enim Domini projecerunt, et sapientia nulla est in eis.

10. *a* Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus, quia *a* a minimo usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur : a propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. [a *Isai.* 56. 11. *Sup.* 6. 13.]

11. Et sanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes : Pax, pax : cum non esset pax.

12. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt : quinimo confusione non sunt confusi, et erubescere nescierunt : idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

13. Congregans congregabo eos, ait Dominus : non est uva in vitibus, et non sunt ficus in ficulnea, folium defluxit : et dedi eis quæ prætergressa sunt.

14. Quare sedemus? convenite, et in-

7. Le milan connaît dans le ciel quand son temps est venu ; la tourterelle, l'hirondelle et la cigogne savent discerner la saison de leur passage : mais mon peuple n'a point connu le *temps du* jugement du Seigneur.

8. *Après cela* comment dites-vous : Nous sommes sages, et nous sommes les dépositaires de la loi de Dieu? la plume des docteurs de la loi est vraiment une plume d'erreur, et elle n'a écrit que le mensonge.

9. Les sages sont confus, ils sont épouvantés, ils ne peuvent échapper, parce qu'ils ont rejeté la parole du Seigneur, et qu'ils n'ont plus aucune sagesse.

10. C'est pourquoi je donnerai leurs femmes à des étrangers, et leurs champs à d'autres qui en hériteront, parce que, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, tous s'étudient à satisfaire leur avarice, et que, depuis le prophète jusqu'au prêtre, toutes leurs actions ne sont que mensonge.

11. Et ils entreprenaient, à leur confusion, de guérir les blessures de la fille de mon peuple, en disant : La paix, la paix : lorsqu'il n'y avait point de paix.

12. Ils sont confus *maintenant*, parce qu'ils ont fait des choses abominables ; ou plutôt la confusion même n'a pu les confondre, et ils n'ont su ce que c'était que de rougir. Ainsi ils tomberont dans la foule des mourants, ils seront tous enveloppés dans une même ruine au temps de leur punition, dit le Seigneur.

13. *Car* je les réunirai, je les rassemblerai tous dit le Seigneur. *Alors* les vignes n'auront point de raisins, ni les figuiers de figues, les feuilles mêmes tomberont des arbres ; et tout ce que je leur avais donné leur échappera des mains.

14. Pourquoi demeurons-nous *ici* assis? Al-

8. *Lex Domini nobiscum.* Ceux qui croyaient que le temple et les sacrifices les sauveraient, se reportaient aussi à l'alliance que le Seigneur avait faite avec leurs pères. Ils savaient qu'ils étaient dépositaires de la loi, et que le Messie devait naître d'eux. Ces considérations furent cause que la nation ne fut pas entièrement détruite, mais elles n'empêchèrent pas l'epreuve terrible que devaient attirer sur elle ses prévarications.

14. *Quare sedemus?* C'est ce que dirent alors les peuples de la campagne. La famine était toujours le cortège oblige de la guerre. A la suite de l'invasion, le Prophète voit toutes les campagnes stériles, et alors les habitants n'étant point protégés et n'ayant pas de quoi vivre, cherchent vainement un refuge dans les villes.

---

7. *In cœlo.* Ex cœlo, ex cœli temperie. — *Cognovit tempus suum.* Tempus scilicet migrationi opportunum, cum ex frigidioribus locis ad tepentes cœli plagas redire expedit, quod etiam faciunt hirundines, turtures et ciconiæ. — *Non cognovit judicium Domini.* Ultionem et flagella, propterea a Domino immissa ut populus ad Deum rediret.

8. *Mendacium operatus est.* Vel quod Scripturis sacris vitium afferent scribæ, quod innuit Chaldæus, qui ita vertit : *Frustra fecit scriba calamum mendacii ad falsandas Scripturas*; vel quasi dicat : Frustra sunt scribæ et scribarum officium in Jerusalem, quia ipsi legem et verbis et factis pervertunt, * mendaces sunt, et populum decipiunt; cum enim in lege intententur minæ peccantibus, ipsi ingeminant. Pax, pax, cum non sit pax, sed Judæorum res pessimo sint loco. In hebræo est, *vere etiam mendacium fecit stylus frustra scribæ.* Vel sensus est frustra scribæ in lege transcribenda laborant, cum vos, ô Judæi, minine illam servetis.

9. *Perterriti... sunt.* Obstupuerunt et obmutuerunt cum viderunt se in sapientia sua comprehensos. I. Cor., 3, 19. Vel est præteritum pro futuro, id est, obstupescent, etc. — *Sapientia nulla.* Id est, inefficax, inutilis, etc. *Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum.* I. Cor., 3, 19.

10. *Hæredibus.* Alienis possessoribus.

11. *Et sanabant.* Hæc supra explicata sunt c. 6, n. 14 et 15.

13. *Congregans congregabo eos.* In Jerusalem, ut omnes simul ab hostibus capiantur, dum volunt in munitam urbem confugere, ut tuti sint. — *Non est uva in vitibus.* Id est, non erit; minatur famen post obsidionem Chaldæorum. — *Dedi eis quæ prætergressa sunt.* Dabo Judæis uvas et ficus, quæ prætergredientur eos, id est, ab eis transibunt ad Chaldæos, et ab eis carpentur. Sic Isa., 5, 17, dicitur : *Et deserta in ubertatem versa advenæ comedent.* * Vel dabo eis prætermissa et derelicta a Chaldæis, paucissima scilicet et deterrima.

14. *Quare sedemus? convenite.* Quare desidemus et moramur in locis minime munitis, adventantibus hostibus ; quin confugimus in urbem munitam Jerusalem ! — *Sileamus ibi.* Nihil

lons, entrons tous ensemble dans les villes fortes, et demeurons-y en silence, car le Seigneur notre Dieu nous a réduits à nous taire ; et il nous a donné à boire de l'eau de fiel, parce que nous avons péché contre le Seigneur.

15. Nous attendions la paix, et il n'est venu rien de bon ; nous espérions la guérison, et nous nous voyons dans la frayeur.

16. Le bruit de la cavalerie s'entend déjà de Dan : toute la terre retentit des hennissements de leurs chevaux de bataille ; ils viendront en foule, et ils dévoreront tout le pays, tous les fruits de la terre, toutes les villes et les habitants.

17. J'enverrai contre vous des serpents, des basilics, contre lesquels les enchanteurs ne pourront rien ; et ils vous déchireront par leurs morsures, dit le Seigneur.

18. *Ainsi* ma douleur est au-dessus de toute douleur ; mon cœur est tout languissant au dedans de moi.

19. *Car* j'entends *déjà* la voix de la fille de mon peuple qui crie d'une terre éloignée : Le Seigneur n'est-il pas dans Sion ? le roi de Sion n'est-il pas au milieu d'elle, pourquoi donc *vos habitants* m'ont-ils irrité par leurs idoles et par la vanité des dieux étrangers.

20. La moisson s'est passée, l'été est fini ; et nous n'avons point été sauvés ;

21. La plaie profonde de la fille de mon peuple me blesse profondément ; j'en suis attristé, j'en suis tout épouvanté.

grediamur civitatem munitam, et sileamus ibi : quia Dominus Deus noster silere nos fecit, et potum dedit nobis aquam fellis : *a* peccavimus enim Domino. [a *Infr.* 9. 15.]

15. *a* Expectavimus pacem, et non erat bonum : tempus medelæ, et ecce formido. [a *Infr.* 14. 19.]

16. A Dan auditus est fremitus equorum ejus, a voce hinnituum pugnatorum ejus commota est omnis terra : et venerunt, et devoraverunt terram, et plenitudinem ejus; urbem, et habitatores ejus.

17. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio : et mordebunt vos, ait Dominus.

18. Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.

19. Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua : Numquid Dominus non est in Sion, aut rex ejus non est in ea ? Quare ergo me ad iracundiam concitaverunt in sculptilibus suis, et in vanitatibus alienis ?

20. Transiit messis, finita est æstas, et nos salvati non sumus.

21. Super contritione filiæ populi mei contritus sum, et contristatus, stupor obtinuit me.

17. *Serpentes regulos.* Le *regulus* est, d'après Pline, VIII, 21 ; Solin, XXX, et Ælien, IX, 18, le même serpent que celui qui porte le nom de *basilic*, en grec. Il est ainsi appelé parce qu'il a sur la tête une image qui ressemble à une couronne. Il était très-dangereux, et les anciens disaient que ses sifflements faisaient fuir les autres serpents, et c'est aussi pour cela qu'ils l'avaient appelé *regulus*, le roi des serpents.

18. *Dolor meus.* Il y a des interprètes qui attribuent ces paroles à Dieu, qui gémit d'être obligé de traiter avec tant de sévérité son peuple qu'il a autrefois comblé de ses bienfaits. D'autres supposent que c'est le Prophète qui déplore les malheurs de son pays.

19. *Quare ergo me ad iracundiam.* C'est la réponse de Dieu. Ce morceau est très-dramatique. On change à chaque instant de personnage. Ainsi dans le verset suivant : *Transiit messis*, ces paroles sont celles du peuple assiégé dans Jérusalem. Ils voient que le secours attendu de l'Egypte ne viendra pas, et ils commencent à désespérer. Au verset 21, *Super contritione*, c'est le Prophète qui reprend la parole et qui, à la vue de la situation désespérée de sa nation, répète ce qu'il a déjà dit (vers. 18).

---

moliamur, nec hostem provocemus, sed tantum muris defendamus nos. — *Silere non fecit.* Imbecilles ac timidos reddidit. — *Potum dedit nobis aquam fellis.* Id est, *ostendit populo suo dura, potavit eum vino compunctionis*, ut habetur Psalm. 59, 5. Aqua fellis, vel est liquor fellis, vel aqua, aut quilibet alius potus felle infectus.

15. *Exspectavimus pacem.* Credentes falsis prophetis qui dicebant, *Pax, pax : et non erat pax*, ut supra, c. 6, 14, et hoc ipso cap. n. 11. — *Et non erat bonum.* Scilicet pacis, quod exspectabamus.

16. *A Dan.* Dan et Ephraim erant inter Jerusalem et Babylonem, quâ viâ exercitus Chaldæorum venturus erat ; propterea dicit inde auditum esse fremitum equorum, et supra, c. 4, n. 15. — *Equorum ejus.* Nabuchodonosoris. — *Terram et plenitudinem ejus.* Cum omnibus fructibus qui in ea sunt inventi, et quibus plena erat.

17. *Quibus non est incantatio.* Qui incantari non possunt, qui incantationem non timent, sicut cæteri serpentes. Intelligit Chaldæos quos dicit incantari non posse, quia adeo erant barbari et crudeles, ut nullâ oratione ad misericordiam flecterentur.

18. *Dolor meus super dolorem.* Incredibilis est et inusitatus, aut dolor dolori accedit. Sunt verba Jeremiæ.

19. *Filiæ populi mei.* Jerosolymitanorum civium. — *De terra longinqua.* In qua jam video abductos cives meos.—*Numquid Dominus non est in Sion?* Sunt verba obsessorum, quærentium et dolentium quod Deus eorum mala non respiciat, nec illis opem ferat. — *Rex ejus.* Deus, qui peculiari cura populum regendum susceperat. — ˚ *Quare ergo.* Responsio est Dei.

20. *Transiit messis.* Verba sunt Judæorum per mimesin recitata, quibus confitentur se falsos fuisse spe quam in Ægyptiorum auxilio posuerant. Putabant aliquando post messem venturos, cum homines sunt minus occupati, et non veniebant ; deinde exspectabant illos post vindemiam, et pariter falsi sunt. Itaque ridet eos Deus eorum verba recitans. ˚ Vel populus iterum loquitur : Ecce jam tanto tempore obsidionem toleramus, nec spes ulla apparet.

21. *Super contritione.* Ob afflictione Jerusalem afflictus sum. Sunt verba Jeremiæ.

22. Numquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

22. N'y-t-il point de baume dans Galaad? ne s'y trouve-t-il plus de médecin? Pourquoi donc la blessure de la fille de mon peuple n'a-t-elle point été fermée?

CHAPITRE IX.

Jérémie déplore les désordres de Juda. Universalité de ces désordres. Vengeance du Seigneur sur Juda et sur les peuples voisins.

1. Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei.

2. Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, et derelinquam populum meum, et recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum.

3. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii et non veritatis : confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, et me non cognoverunt, dicit Dominus.

4. Unusquisque se a proximo suo custodiat, et in omni fratre suo non habeat fiduciam : quia omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet.

5. Et vir fratrem suum deridebit, et veritatem non loquentur : docuerunt enim linguam suam loqui mendacium : ut inique agerent, laboraverunt.

6. Habitatio tua in medio doli : in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus.

7. Propterea hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego conflabo, et probabo eos : quid enim aliud faciam a facie filiæ populi mei?

1. Qui donnera de l'eau à ma tête, et à mes yeux une fontaine de larmes, pour pleurer jour et nuit les enfants de la fille de mon peuple qui ont été tués?

2. Qui me fera trouver dans le désert une cabane de voyageur, afin que j'abandonne ce peuple, et que je me retire du milieu d'eux, car ils sont tous des adultères, c'est une troupe de violateurs de la loi.

3. Ils se servent de leur langue comme d'un arc, afin d'en lancer des traits de mensonge, et non de vérité; ils se sont fortifiés sur la terre, parce qu'ils ne font que passer d'un crime à un autre, et qu'ils ne me connaissent point, dit le Seigneur.

4. *Il faut parmi eux* que chacun se garde de son prochain, et que nul ne se fie à son frère, parce que le frère ne pense qu'à perdre son frère, et que l'ami use de tromperie contre son ami.

5. Chacun d'eux se rit de son frère, et ils ne se disent point la vérité; car ils ont instruit leurs langues à débiter le mensonge, ils se sont étudiés à faire des injustices.

6. *Jérémie*, votre demeure est au milieu d'un peuple tout rempli de fourberie; ce sont des trompeurs, et ils ont refusé de me connaître, dit le Seigneur.

7. Voici donc ce que dit le Seigneur des armées : Je vais les faire passer par le feu, et les éprouver. Car puis-je faire autre chose à l'égard *des enfants* de la fille de mon peuple?

Cap. IX. — 1. *Quis dabit capiti meo.* Ces sentiments du Prophète doivent être ceux du prêtre qui est chargé de reprocher aux pécheurs leurs infidélités, et de gémir sur les malheurs qu'ils se préparent en s'obstinant dans le mal.

---

22. *Numquid resina non est in Galaad?* Resina mitigat dolorem, adstringit vulnera, et cicatricem obducit. Sensus est : an defuerunt populo meo sacerdotes et prophetæ qui medicamento verbi Dei vulnera, id est, peccata ejus sanare possent? quasi diceret : Non defuerunt. * De usu resinæ Plin., lib. 14, c. 20 et lib. 24. cap. 6. — *Quare igitur non est obducta cicatrix.* Quasi dicat : Quia curari noluit; quia noluit *recipere disciplinam*, ut non semel dixit supra.

Cap. IX. — 1. *Quis dabit capiti meo aquam?* In Hebr. est, *quis det caput meum aquas?* id est, utinam caput meum, aut cerebrum in lacrymas liquesceret, ut ubertim flere possem. — *Interfectos.* Eos qui a Chaldæis interficiendi sunt. — *Filiæ populi mei.* Jerusalem civitatis populi mei.

2. *In solitudine diversorium.* Utinam haberem in solitudine diversorium aliquod, quo me reciperem, ne scelera et cladem populi viderem. — *Viatorum.* In hebræo est, *remotorum* id est, eorum qui se longe ab urbibus segregare solent, italice dicimus, *un eremitaggio.* — *Adulteri.* Tum proprie, tum metaphorice, id est, idololatræ.

3. *Quasi arcum mendacii.* Ut lingua, quasi arcu, dolos, fraudes et mendacia, quasi sagittas ejaculentur. — *Confortati sunt.* Potentes fuerunt, dominati sunt, de malo in malum progrediendo.

4. *Supplantabit.* Insidias struet, ut illum dolis dejiciat et evertat. * Hoc est quod ait Ovidius :

..... Fratrum quoque gratia rara est.

5. *Ut inique agerent, laboraverunt.* Multum laboris exhauserunt in malo agendo; vel usque ad lassitudinem inique egerunt. Sic Isa., 57, 10, dicitur : *In multitudine viæ tuæ laborasti.*

6. *Habitatio tua in medio doli.* Sunt verba Dei ad Jeremiam : ô Jeremia! in medio hominum dolosorum habitas. Sic Isa., 6, 5 : *In medio populi polluta labia habentis ego habito.* — *In dolo renuerunt scire me.* Dolose et fraudulenter fixerunt se non nosse me.

7. *Ego conflabo, et probabo eos.* LXX, *examinabo eos igne*, id est, bello ardentissimo Chaldæorum. *Quid enim aliud faciam?* Quæ enim alia superest via quam non tentaverim ut populum meum ad sanitatem revocarem?

8. Leur langue est comme une flèche qui perce; elle ne parle que pour tromper : ils ont la paix dans la bouche en parlant avec leur ami, et en même temps ils lui tendent un piege en secret.

9. Ne punirai-je point ces excès, dit le Seigneur, et ne me vengerai-je point d'une nation si criminelle?

10. J'irai répandre des larmes et jeter de grands cris sur les montagnes, et dans les lieux autrefois si agréables. *Je vois que* tout y a été brûlé : il n'y a plus personne qui y passe ; on n'y entend plus la voix de celui qui les possédait. Tout a quitté et s'est retiré, depuis les oiseaux du ciel jusqu'aux bêtes de la terre.

11. Je ferai de Jérusalem un amas de sable et une caverne de dragons : je changerai les villes de Juda en une affreuse solitude, sans qu'il n'y ait plus personne qui y habite.

12. Qui est l'homme sage qui comprenne ceci, à qui l'on puisse faire entendre la parole du Seigneur, afin qu'il l'annonce aux autres; qui comprenne pourquoi cette terre a été désolée, pourquoi elle est devenue sèche et toute brûlée comme un désert, sans qu'il y ait personne qui y passe?

13. C'est parce qu'ils ont abandonné la loi que je leur avais donnée, dit le Seigneur, qu'ils n'ont point écouté ma voix, qu'ils n'ont point marché selon que je leur avais prescrit.

14. Mais qu'ils ont suivi les égarements de leur cœur, et qu'ils ont adoré Baal, selon qu'ils l'avaient appris de leurs pères.

15. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Je m'en vais nourrir ce peuple d'absinthe, je lui donnerai à boire de l'eau de fiel.

16. Je les disperserai parmi les nations qui leur sont inconnues comme elles l'ont été à leurs pères, et je les poursuivrai avec l'épée, jusqu'à ce qu'ils soient entièrement détruits.

17. Voici *donc* ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Cherchez avec soin, et

8. *a* Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, et occulte ponit ei insidias. [a *Psalm.* 27. 3.]

9. Numquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gente hujusmodi non ulciscetur anima mea?

10. Super montes assumam fletum ac lamentum, et super speciosa deserti planctum : quoniam incensa sunt, eo quod non sit vir pertransiens : et non audierunt vocem possidentis; a volucre cœli usque ad pecora transmigraverunt et recesserunt.

11. Et dabo Jerusalem in acervos arenæ, et cubilia draconum : et civitates Juda dabo in desolationem, eo quod non sit habitator.

12. Quis est vir sapiens, qui intelligat hoc, et ad quem verbum oris Domini fiat ut annuntiet istud, quare perierit terra, et exusta sit quasi desertum, eo quod non sit qui pertranseat?

13. Et dixit Dominus : Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, et non audierunt vocem meam, et non ambulaverunt in ea :

14. Et abierunt post pravitatem cordis sui, et post Baalim, quod didicerunt a patribus suis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : *a* Ecce ego cibabo populum istum absinthio, et potum dabo eis aquam fellis. [a *Infr.* 23. 15.]

16. Et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi et patres eorum : et mittam post eos gladium, donec consumantur.

17. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Contemplamini et vocate

11. *Et dabo Jerusalem in acervos.* C'est ce qui arriva sous Nabuchodonosor. Tous les édifices de la ville sainte furent brûlés et tous ses monuments réduits en cendres. Au retour de la captivité, lorsque les Juifs essayèrent de relever leur ville, leurs ennemis se moquaient d'eux en disant : *Numquid ædificare poterunt lapides de acervis cineris qui combusti sunt?*

16. *Et dispergam eos in gentibus.* Nabuchodonosor fit trois expeditions contre Juda, et à chaque expédition, il emmena en captivite une partie du peuple (Cf. inf., vers. 19).

17. *Quæ sapientes sunt.* Ces femmes sages ou savantes étaient apparemment celles qui se mêlaient de consoler les parents ou celles qui composaient le cantique de deuil que les autres pleureuses repetaient après elles.

---

9. *Non visitabo?* Non puniam?

10. *Super montes assumam fletum.* Propter montes Jerusalem, quia scilicet ab hostibus incensi sunt. -- *Super speciosa deserti.* Propter deserti amœnitates : in Hebræo est, *propter habitationes deserti.* Et videntur significari villæ Jerusalem circumjectæ. -- *Eo quod non sit vir pertransiens.* Ita ut non sit vir pertransiens. -- *Et non audierunt vocem possidentis.* Homines in deserto non audierunt voces; hoc est, mugitus et balatus armentorum et gregum, pascuis illis in deserto inerrantium, et illa quodammodo possidentium. In Hebræo pro *possidentis* est, *mignea*, id est, pecoris possessi. — *A volucre cœli.* Significat adeo vastandum esse desertum, ut ne aves quidem in eo maneant ob horrorem loci, pabuli defectum, et quia arbores non invenient in quibus nidulentur.

11. *In acervos arenæ.* Id est, ruderum. -- *Eo quod non sit.* Ita ut non sit.

12. *Quis est vir sapiens.* Quis sapiens aut propheta vobis causam tantæ cladis Judæorum ediscerat?

15. *Absinthio.* Quæ est herba amarissima : similis sententia habetur supra, c. 8, 14, et infra, c. 23, 15. Chaldæus habet : *Iuducam tribulationem amaram quasi absinthium, et potum dabo eis calicem maledictionis pessimæ.*

16. *Mittam post eos gladium.* Chaldæi enim, capta Jerusalem, fugientes ex ea Judæos in Ægyptum insecuti, eos vel occiderunt, vel ceperunt.

17. *Contemplamini.* Providete, prospicite rebus vestris. — *Vocate lamentatrices.* Præficas, quæ ad luctum funeralem conduci solebant, quasi dicat Deus : Non poteritis ipsi satis deflere calamitatem civitatis vestræ, nisi etiam præficas lamentandi peritas advocetis. — *Quæ sapientes sunt.* In arte lamentandi.

lamentatrices, et veniant : et ad eas quæ sapientes sunt, mittite, et properent :

18. Festinent, et assumant super nos lamentum : deducant oculi nostri lacrymas, et palpebræ nostræ defluant aquis,

19. Quia vox lamentationis audita est de Sion : Quomodo vastati sumus et confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam dejecta sunt tabernacula nostra.

20. Audite ergo mulieres verbum Domini : et assumant aures vestræ sermonem oris ejus : et docete filias vestras lamentum, et unaquæque proximam suam planctum.

21. Quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere parvulos de foris, juvenes de plateis.

22. Loquere : Hæc dicit Dominus : Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, et quasi fœnum post tergum metentis, et non est qui colligat.

23. Hæc dicit Dominus : *a* Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiis suis. [a *I. Cor.* 1. 31. *II. Cor.* 10. 17.]

24. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire et nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, et judicium, et justitiam in terra : hæc enim placent mihi, ait Dominus.

25. Ecce dies veniunt, dicit Dominus ; et visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium.

26. Super Ægyptum, et super Juda, et super Edom, et super filios Ammon,

faites venir les femmes qui pleurent les morts ; envoyez à celles qui y sont les plus habiles.

18. *Et dites :* Qu'elles se hâtent de pleurer sur nous avec des cris lamentables : que nos yeux fondent en pleurs, et qu'il sorte de nos paupières des ruisseaux de larmes,

19. Parce qu'on entend de Sion des plaintes et des cris lugubres : *chacun dit en pleurant : Seigneur,* à quelle désolation sommes-nous réduits, et qu'elle est la confusion où nous nous voyons? Nous abandonnons notre pays; et nos maisons ont été renversées par terre.

20. Ecoutez donc, femmes *écoutez* la parole du Seigneur, prêtez l'oreille à sa voix, apprenez à vos filles à fondre en larmes, et enseignez-vous les unes les autres à jeter des cris dans votre douleur.

21. Parce que la mort est montée par nos fenêtres, qu'elle est entrée dans nos maisons pour exterminer nos enfants dans les rues, et nos jeunes hommes dans les places publiques.

22. *Jérémie,* parlez *à ce peuple, et dites-lui :* Voici ce que dit le Seigneur : Les corps morts des hommes tomberont sur la face de la terre, comme le fumier et comme les javelles tombent derrière les moissonneurs, sans qu'il y ait personne pour les relever.

23. Voici ce que dit le Seigneur : Que le sage ne se glorifie point dans sa sagesse, que le fort ne se glorifie point dans sa force, que le riche ne se glorifie point dans ses richesses.

24. Mais que celui qui se glorifie, dit le Seigneur, mette sa gloire à me connaître et à savoir que je suis le Seigneur qui fais miséricorde, et qui exerce l'équité et la justice sur la terre, parce que c'est là ce qui me plaît, dit le Seigneur.

25. Le temps vient, dit le Seigneur, que je visiterai *dans ma colère* tous ceux qui sont circoncis.

26. *Je visiterai* l'Egypte, Juda, Edom, les enfants d'Ammon et Moab, tous ceux qui se font

26. *Super Ægyptum.* Il y a des commentateurs qui ont cru, avec Ménochius, que tous les peuples nommés ici étaient circoncis. L'expression équivoque du verset 25 le leur a fait supposer. Mais les Egyptiens ne l'étaient pas, les Iduméens ne le furent que longtemps après;

---

18. *Deducant oculi nostri lacrymas.* Sunt verba præficarum.

19. *Audita est.* Præteritum pro futuro. — *Quomodo vastati sumus.* Hæc est vox lamentationis populi, quæ audita erat ex monte Sion; * vel vox præficarum ad lugendum conductarum. — *Dereliquimus terram.* Abducti in captivitatem : vel dereliquimus agros in hostium potestate, cum nos recepimus intra urbem, ut tuti esse possemus. — *Tabernacula nostra.* Casæ pastorum nostrorum, et omnia ruris ædificia.

21. *Ascendit mors per fenestras.* Hostes in nos nec opinantes irruerunt, et qua minime putabamus; non enim solet hostis per fenestram ascendere, sed per januam ingredi. * Vel significantur saxa balistis excussa et mortem inferantia. — *Disperdere parvulos de foris.* Ita ut nullus supersit ex parvulis aut juvenibus, qui versetur in vicis, aut plateis, ut prius consueverant.

22. *Morticinum.* Cadaver.

23. *Non glorietur.* Quia neque sapientem sapientia, neque fortem fortitudo, neque divitem divitiæ in illa calamitate a morte liberabunt; sed liberabit cognitio Domini, id est, ejus fides et cultus.

24. *Qui facio misericordiam et judicium.* Qui vel misericorditer salvo, vel severe vindico scelera, ut homines merentur; vel qui gratiæ meæ auxilio, et justitiæ, et misericordiæ auctor sum, et omnis generis virtutum.

25. *Qui circumcisum habet præputium.* Non discernam inter circumcisos et incircumcisos, inter Judæos cæterosque vicinos qui circumcidi solent, et inter alias gentes quæ non circumciduntur : quia quamvis circumcisio in signum Judæis data sit, ut a cæteris gentibus discernerentur, tamen non minus incircumcisi sunt quam cæteræ gentes, quia alii incircumcisi sunt carne, Judæi corde. — *Si autem prævaricator legis sis, circumcisio tua præputium est*, ad Rom., 2, 25.

26. *Super Ægyptum.* Connumerat inter circumcisos carne Ægyptios, Idumæos, Ammonitas, Moabitas, quia omnes illæ gentes (vel ex iis saltem aliqui) circumcidebantur, Ægyptii

couper les cheveux en rond, qui demeurent dans le désert, parce que toutes ces nations sont incirconcises *de corps;* mais *je visiterai* tous les enfants d'Israël, *parce qu'ils* sont incirconcis de cœur.

et super Moab, et super omnes ; qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto : quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircumcisi sunt corde.

CHAPITRE X.

Vanité des idoles. Grandeur, sagesse et puissance de Dieu. Jérusalem le conjure de détourner d'elle sa colère.

1. Ecoutez ce que le Seigneur *m'*a dit pour vous, maison d'Israël.

2. Voici ce que dit le Seigneur : Ne vous rendez point disciples des erreurs des nations, et ne craignez point les signes du ciel comme ces nations les craignent,

3. Parce que les lois des peuples de la terre ne sont que vanité. *En effet,* un ouvrier coupe un arbre avec la cognée dans la forêt;

4. Il le met en œuvre, il l'embellit, en le couvrant de lames d'or et d'argent, qu'il unit ensemble avec des clous à coups de marteau, afin que nulle partie ne se sépare :

5. *Et* cette statue demeure droite comme un tronc de palmier, et elle ne parle point : on la porte *et* on la met où l'on veut, parce qu'elle ne peut marcher; ne craignez donc point toutes ces idoles, parce qu'elles ne peuvent faire ni bien ni mal.

6. *Non*, Seigneur, il n'y a point de dieu qui vous soit semblable, vous êtes grand, et votre nom est grand en vertu.

7. Qui ne vous craindra, ô Roi des nations ? parce que c'est à vous *seul* que la gloire appartient ; et que, parmi tous les sages et dans tous les royaumes du monde, nul n'est semblable à vous.

1. Audite verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israel.

2. Hæc dicit Dominus : Juxta vias gentium nolite discere : et a signis cœli nolite metuere quæ timent gentes :

3. Quia leges populorum vanæ sunt : quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia.

4. *a* Argento et auro decoravit illud : clavis et malleis compegit, ut non dissolvatur. [a *Sap.* 13. 11. et 14. 8.]

5. In similitudinem palmæ fabricata sunt, et non loquentur : portata tollentur, quia incedere non valent : nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene.

6. *a* Non est similis tui, Domine : magnus es tu, et magnum nomen tuum in fortitudine. [a *Mich.* 7. 18.]

7. *a* Quis non timebit te, o Rex gentium! tuum est enim decus : inter cunctos sapientes gentium, et in universis regnis eorum nullus est similis tui. [a *Apoc.* 15. 4.]

les Ammonites et les Moabites ne l'étaient point, les Arabes Ismaélites l'étaient, mais le texte ne dit point que ceux dont il est ici parlé fussent Ismaélites; il était si naturel de les désigner par ce nom, s'ils étaient de cette famille, qu'il y a tout lieu de présumer qu'ils n'en étaient point; et il est bien remarquable, qu'à la fin de ce verset, le Prophète n'oppose aux nations incirconcises dont il parle, que la seule maison d'Israël; d'où il résulte que toutes celles qu'il vient de nommer étaient incirconcises (*Bible de Vence*).

Cap. X. — 1. *Domus Israel.* Le Prophète s'adresse ici aux dix tribus, et le conjure de ne pas se laisser entraîner au culte des idoles par l'exemple des nations au milieu desquelles elles étaient captives. Il montre la vérité de ce culte en se moquant des idoles elles-mêmes, avec une ironie que nous avons déjà rencontrée dans Isaïe, dans le Psalmiste, et qu'on retrouve aussi dans l'auteur du *livre de la Sagesse.*

---

quidem imitatione Judæorum, qui apud eos peregrini fuerant; Idumæi vero, Ammonitæ et Moabitæ, quia ex Hebræis originem ducebant : dixi vel ex iis saltem aliqui; nam non omnes fuisse circumcisos patet ex Achior duce Ammonitarum, qui Judith, 14, 6, conversus et circumcisus est. — *Omnes qui attonsi sunt in comam.* In rotundum eam attondentes, quod Hebræis vetitum erat, Levit., 19, 27. Vide ibidem dicta. — *Habitantes in deserto.* Saraceni et Arabes, qui sub tentoriis in deserto pastoritiam vitam agentes versabantur. — *Quia omnes gentes.* Vide dicta n. 25.

Cap. X. — 1. *Super vos.* De vobis, aut contra vos.

2. *Vias gentium.* Mores gentilium. — *A signis cœli nolite metuere.* Declarat mores gentium quæ omnia putabant stellarum vi, non divina providentia gubernari. Itaque magis stellas quam Deum metuebant.

3. *Leges populorum.* Ritum præscribentes quo colenda sunt idola. — *Quia lignum de saltu.* De silva. — *Præcidit opus manus artificis.* Id est, ut sit opus manus artificis, ut fiat Deus.

5. *In similitudinem palmæ fabricata sunt.* Idolum æquabile est, erectum, procerum, flecti nescium, pulchrum, comatum quasi palma, quasi dicat : Idola exterius pulchra sunt, sed interius inania, elinguia, stupida.

6. *Non est similis tui.* Idola tecum conferri non possunt, Domine, qui Deus vivens es, et omnipotens, et ideo miranda operaris. — *Magnum nomen tuum in fortitudine.* Celebre est nomen tuum ob res a te fortiter gestas : loquitur de Deo quasi de magno aliquo duce.

7. *Tuum est enim decus.* Scilicet regnum, ut sis et colaris quasi rex et Deus gentium. Chald vertit, *tuum est enim regnum.*

8. Pariter insipientes et fatui probabuntur : doctrina vanitatis eorum lignum est.

9. Argentum involutum de Tharsis affertur, et aurum de Ophaz : opus artificis, et manus ærarii : hyacinthus et purpura indumentum eorum : opus artificum universa hæc.

10. Dominus autem Deus verus est : ipse Deus vivens, et Rex sempiternus : ab indignatione ejus commovebitur terra : et non sustinebunt gentes comminationem ejus.

11. Sic ergo dicetis ei : Dii, qui cœlos et terram non fecerunt, pereant de terra, et de his quæ sub cœlo sunt.

12. *a* Qui fecit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, et prudentia sua extendit cœlos. [a *Genes.* 1. 1. *Infr.* 51. 15.]

13. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, et elevat nebulas ab extremitatibus terræ : *a* fulgura in pluviam facit, et educit ventum de thesauris suis. [a *Psal.* 134. 7. *Infr.* 51. 11.]

14. Stultus factus est omnis homo a scientia, confusus est artifex omnis in sculptili : quoniam falsum est quod conflavit, et non est spiritus in eis.

8. Aussi on les convaincra qu'ils sont des fous et des insensés, car le bois qu'ils adorent est la preuve de leur doctrine.

9. On apporte de Tharsis le meilleur argent et d'Ophaz l'or le plus pur; la main de l'ouvrier, du statuaire, le met en œuvre, l'hyacinthe et la pourpre éclatent dans les vêtements de leurs statues. *Tout cela n'est que* l'ouvrage d'un homme habile dans son art.

10. Mais le Seigneur est lui-même le Dieu véritable, le Dieu vivant, le Roi éternel. Son indignation fait trembler la terre, et les nations ne peuvent soutenir ses menaces.

11. Vous leur parlerez donc de la sorte : Que les dieux qui n'ont point fait le ciel et la terre périssent sous le ciel et soient exterminés de *dessus* la terre.

12. *Le Dieu que nous adorons est celui* qui a créé la terre par sa puissance, qui a affermi le monde par sa sagesse, qui a étendu les cieux par sa souveraine intelligence.

13. Au seul bruit de sa voix, il fait tomber du ciel un déluge d'eaux, il élève des extrémités de la terre les nuées, il fait suivre de la pluie les foudres et les éclairs, et il fait sortir les vents du secret de ses trésors :

14. *Ainsi* la science de tous ces hommes les rend des insensés : *et* la statue est la confusion du sculpteur, parce que ce qu'il a fait est une chose fausse. *C'est* un corps sans âme.

9. *Aurum de Ophaz.* D. Calmet croit que l'or d'Ophaz ou de Phaz était le même que celui du fleuve Phison (Gen., II, 11); mais la plupart des commentateurs prennent Ophaz pour Orphir, comme le fait Ménochius.

11. *Sic ergo dicetis eis.* Le Seigneur, non-seulement voulait qu'Israël ne se laissât pas corrompre par les erreurs des nations; mais d'après ces paroles du Prophète, il lui faisait un devoir d'éclairer ces peuples, en leur montrant la fausseté de leurs dieux et en les ramenant aux traditions primitives dont ils s'étaient écartés. Cet apostolat ne fut pas sans influence. Car il se fit à cette époque en Orient des réformes religieuses, qui eurent évidemment pour cause l'action des Juifs qui, en découvrant à ces païens leur doctrine, les désabusèrent en partie de leurs superstitions.

---

8. *Pariter insipientes et fatui.* Facile est probare et convincere eos esse fatuos, ex eo quod doctrina vanitatis eorum lignum est. — *Doctrina vanitatis eorum lignum est.* Quia docent idola lignea esse deos, quod vanissimum est et stultissimum; vel sensus est : lignum ipsum, ex quo formant idola quibus supplicant, satis ostendit doctrinam eorum vanam esse.

9. *Argentum involutum.* Plicatum in laminas. In Hebræo est *meruquah*, id est, extensum, ductile, ductum in laminas, quod postea, ut commodius transferri possit, in seipsum plicatur et involvitur. — *De Tharsis.* Ex indico mari. — *De Ophaz.* Ophaz idem est cum Ophir; quænam autem sit regio quæ dicitur Ophir, variæ sunt sententiæ. Verior esse videtur eorum opinio qui putant Ophir esse insulam Taprobanam, quæ etiam Sumatra dicitur. Imo totam illam oram quæ continet Pegu, Malacam, et quam memoravimus Taprobanam. — *Opus artificis.* Nihil penitus in idolis est quod non sit manibus artificum factum.

10. *Ab indignatione ejus.* Opponit Dominum idolis, probatque ex effectis eum esse verum Deum, quia vivit, et terram cum irascitur tremefacit. — *Comminationem.* Minas et vindicem manum.

11. *Sic ergo dicetis eis.* Totus hic versiculus non hebraice, sed chaldaice scriptus est, vel irrisorie; solemus enim cum aliquem irridemus, illius idioma usurpare, præsertim si barbarum sit; vel chaldaice scribit, ut populum non solum sententiam doceat, sed etiam verba ipsa quibus uti debeat loquendo cum Chaldæis. — *De his quæ sub cœlo sunt.* Chaldaice, *et de sub cœlis istis.*

12. *Qui facit terram.* Deus noster est, qui facit terram, vel nos eum colimus qui facit terram. — *In fortitudine sua.* Potentia sua. — *Præparat.* Fundat, ut est in Hebræo et Chaldæo. — *Prudentia sua.* Sapientia sua.

13. *Ad vocem suam.* Jussu suo. — *Multitudinem aquarum.* Pluviam copiosam. — *Ab extremitatibus terræ.* Extrema pars terræ dicitur illa quam vulgus judicat esse extremam; inde enim eminus videmus vespere elevari vapores qui in nubes concrescunt et solvuntur in pluviam. — *Fulgura in pluviam facit.* In signum pluviæ; mirabiliter etiam miscens igni fulgurum et fulminum aquas pluviarum. — *De thesauris suis.* De secretis locis, ex quibus venti erumpunt; vel de opibus suis; nam venti ac reliquæ creaturæ inter opes Dei censentur.

14. *Stultus factus est omnis homo a scientia.* Scientia artificis eum stultum facit, vel ostendit, cum scilicet inane idolum fabricatur, et illud pro deo habendum stulte proponit. — *Confusus est... in sculptili.* Quia tandem apparet idolum, nullum numen, nullam vim habere, ideoque artifici est pudori quod deum illud existimarit. — *Falsum.* Inane, vanum.

15. Leur ouvrage n'est que vanité ; ce n'est qu'une illusion dont on doit rire. *Aussi* ils périront tous lorsque Dieu les visitera dans sa colère.

16. *Mais* celui que Jacob a pris pour son partage ne ressemble pas à ces idoles; c'est lui-même qui a créé toutes choses. Israël est son peuple et son héritage, et son nom est le Dieu des armées.

17. Ville *de Jérusalem*, qui serez bientôt assiégée, rassemblez des champs votre honte.

18. Car voici ce que dit le Seigneur : Je jetterai bien loin cette fois les habitants de cette terre, et je les affligerai de telle sorte que pas un n'échappera.

19. *Alors Jérusalem dira :* Hélas, malheureuse que je suis ! je me sens toute brisée, ma plaie est maligne *et* incurable. Mais je me suis dit à moi-même : C'est moi qui suis l'unique cause de mon malheur ; il est juste que je le souffre.

20. Mes tentes ont été renversées, tous les cordages qui les tenaient ont été rompus; mes enfants sont sortis de mon enceinte, et ils ne sont plus; il n'y a plus personne pour dresser mes tentes ni pour élever mes pavillons.

21. Car tous les pasteurs ont agi d'une manière insensée; ils n'ont point cherché le Seigneur : c'est pourquoi ils ont été sans intelligence, et tout leur troupeau a été dispersé :

22. Un grand bruit s'entend de loin, un tumulte effroyable vient de la terre de l'Aquilon, pour réduire les villes de Juda en un désert, et les rendre la demeure des dragons.

15. Vana sunt, et opus risu dignum : in tempore visitationis suæ peribunt.

16. Non est his similis pars Jacob : qui enim formavit omnia, ipse est : et Israel virga hæreditatis ejus : Dominus exercituum nomen illi.

17. Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione :

18. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego longe projiciam habitatores terræ in hac vice : et tribulabo eos ita ut inveniantur.

19. Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi : plane hæc infirmitas mea est, et portabo illam.

20. Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt, filii mei exierunt a me, et non subsistunt : non est qui extendat ultra tentorium meum, et erigat pelles meas.

21. Quia stulte egerunt pastores, et Dominum non quæsierunt : propterea non intellexerunt, et omnis grex eorum dispersus est.

22. Vox auditionis ecce venit, et commotio magna de terra Aquilonis; ut ponat civitates Juda solitudinem, et habitaculum draconum.

17. *Congrega de terra confusionem.* Le P. de Carrières s'écarte, dans sa paraphrase, du sens de Ménochius, qui est pourtant celui de beaucoup de commentateurs. Voici sa paraphrase : Ville de Jérusalem, qui avez ainsi outragé votre Dieu, vous serez bientôt assiégée par vos ennemis. Préparez-vous donc à une vigoureuse défense, rassemblez des champs toutes vos richesses. Elles sont maintenant votre gloire; mais elles vont devenir votre honte, parce qu'elles vous seront enlevées par vos ennemis. Ils vous transporteront vous-mêmes hors de votre pays.

19. *Et portabo illam.* Quand Dieu nous frappe, dit saint Thomas, nous devons supporter patiemment ses coups : 1° par affection pour celui qui nous éprouve ou qui nous punit; 2° à cause du sentiment que nous avons de nos fautes; 3° à cause de la récompense que nous avons lieu d'attendre de notre résignation ; 4° parce que tout murmure serait inutile. *Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis* (Thren., III, 39).

---

15. *Vana sunt.* Idola. — *In tempore visitationis.* Cum a me visitabuntur, cum puniam idololatras : idola enim comminuentur, Dario et Cyro Babylonem vastante, et plenius post Christi adventum.

16. *Pars Jacob.* Deus Jacob, quem Israelitæ religiose colunt, et partem et hæreditatem suam esse volunt. Sic dicebat David, Psal. 72, 26 : *Pars mea Deus in æternum.* — *Qui enim formavit omnia, ipse est.* Ipse enim verus Deus est qui omnia fecit. — *Virga hæreditatis.* Vocat virgam hæreditatis, quia virgis, aut perticis hæreditas dividi solebat, ut Psal. 73, 2 : *Redemisti virgam hæreditatis tuæ, montem Sion, in quo habitasti in eo;* vel Israel est, *scabet*, id est, virga, sive sceptrum hæreditatis Dei, quia Deus in Israel regnum suum constituit.

17. *Congrega... confusionem tuam.* Collige, o Jerusalem! tuas opes et tua idola, quæ tibi tandem erunt in confusionem. — *Quæ habitas in obsidione.* Quæ paulo post es obsidenda.

18. *Longe projiciam habitatores terræ.* Cum scilicet Judæi in terram longinquam captivi abducentur. * Aquila et Symmachus habent, σφενδονήσω, *ejiciam velut funda.* -- *Ita ut inveniantur.* Ita ut omnes in urbe reperiantur, nec effugere possint, ut D. Hieronymus interpretatur.

19. *Væ mihi!* Sunt verba lamentantis populi. -- *Super contritione mea.* Ob contritionem meam, et plagam doloris plenam. -- *Pessima.* Gravissima. -- *Plane hæc infirmitas mea est.* Mihi debetur; digna peccatis meis patior, ideo feram patienter.

20. *Tabernaculum meum.* Nomine tabernaculi intelligit Jerusalem metropolim; nomine vero funiculorum, circumjectos vicos et pagos qui eam quasi funes sustinebant et alebant. -- *Filii mei exierunt.* In captivitatem abducti. -- *Non subsistunt.* Quia nimirum perierunt. -- *Non est qui extendat.* Non est qui me in pristinum statum restituat. -- *Pelles meas.* Tentoria enim fiebant ex pellibus.

21. *Stulte egerunt pastores.* Reges, principes, sacerdotes et prophetæ qui dicebant : *Pax, pax : et non erat pax*, supra, cap. 6, n. 14, et cap. 8, n. 11.

22. *Vox auditionis.* Magna et clara, ita ut facile audiatur. -- *Commotio magna.* Magnus belli tumultus ex Chaldæa, quæ Judææ aquilonaris est.

23. Scio, Domine, quia non est hominis via ejus; nec viri est ut ambulet, et dirigat gressus suos.

24. *a* Corripe me, Domine; verumtamen in judicio, et non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. [a *Psal.* 6. 2.]

25. *a* Effunde indignationem tuam super gentes, quæ non cognoverunt te; et super provincias, quæ nomen tuum non invocaverunt : quia comederunt Jacob, et devoraverunt eum, et consumpserunt illum, et decus ejus dissipaverunt. [a *Psal.* 78. 6.

23. Seigneur, je sais que la voie de l'homme ne dépend point de l'homme, et que l'homme ne marche point et ne conduit point ses pas par lui-même.

24. Châtiez-moi, Seigneur, mais que ce soit dans votre justice et non pas dans votre fureur, de peur que vous ne me réduisiez au néant.

25. Répandez *plutôt* votre indignation sur les nations qui ne vous connaissent point, et sur les provinces qui n'ont point invoqué votre nom, parce qu'elles se sont acharnées sur Jacob, qu'elles l'ont dévoré entièrement, qu'elles l'ont consumé, et qu'elles ont détruit tout ce qu'il avait de beau.

CHAPITRE XI.

Jérémie exhorte Israël et Juda à observer l'alliance du Seigneur. Conjuration qui se forme contre le Prophète. Prophétie contre Anathoth sa patrie.

1. Verbum quod factum est a Domino ad Jeremiam, dicens :

2. Audite verba pacti hujus, et loquimini ad viros Juda, et habitatores Jerusalem,

3. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Maledictus vir qui non audierit verba pacti hujus

4. Quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens : Audite vocem meam, et facite omnia quæ præcipio vobis, et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum :

5. Ut suscitem juramentum quod juravi patribus vestris, daturum me eis terram fluentem lacte et melle, sicut est dies hæc. Et respondi, et dixi : Amen, Domine.

6. Et dixit Dominus ad me : Vociferare omnia verba hæc in civitatibus Ju-

1. Voici ce que le Seigneur dit à Jérémie :

2. Ecoutez les conditions de l'alliance que je veux faire : parlez à ceux de Juda et aux habitants de Jérusalem,

3. Et dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Malheur à l'homme qui n'écoutera point présentement les paroles de cette alliance

4. Que je fis autrefois avec vos pères, au jour que je les tirai de l'Egypte, de la fournaise de fer, et que je leur dis : Ecoutez ma voix, et faites tout ce que je vous ordonnerai; alors vous serez mon peuple, et moi je serai votre Dieu.

5. Afin que j'accomplisse de nouveau le serment que je fis autrefois à vos pères, en leur jurant que je leur donnerais une terre où couleraient le lait et le miel, comme on le voit encore aujourd'hui. Et je lui répondis en ces termes : Qu'il soit fait, Seigneur, comme vous le dites.

6. Et le Seigneur me dit : Elevez votre voix, et faites entendre toutes ces paroles dans les

23. *Non est hominis via ejus.* Rien ne se passe ici-bas que par l'ordre de Dieu. L'homme s'agite, mais Dieu le mène. Par conséquent, Nabuchodonosor et ses Babyloniens ne peuvent marcher contre Jérusalem qu'autant que le Seigneur leur en aura inspiré la pensée.

Cap. XI. — 3. *Qui non audierit verba pacti hujus.* Cette prophétie fut faite à l'occasion du renouvellement de l'alliance avec Jéhova, en la dix-huitième année du règne de Josias. Ce pieux roi voulut alors ramener son peuple à l'observation de la loi; il lui fit, à cet effet, renouveler l'alliance que ses pères avaient faite avec le Seigneur, et Jérémie en profita pour rappeler à toute la nation que de là dépendait son bonheur ou son malheur. C'était, d'ailleurs, ce que Moïse avait dit dans les dernières instructions qu'il avait laissées à son peuple.

---

23. *Non est hominis via ejus.* Nihil enim boni sine Deo homines facere possunt; * sed omnia divina providentia reguntur : vel de Nabuchodonosore tantum loquitur; et sensus est : scio Nabuchodonosorem non posse venire, neque expugnare me, nisi tu illum juveris. -- *Nec viri est.* Est repetitio ejusdem sententiæ.

24. *Verumtamen in judicio.* Moderate, cum modo et mensura. Sic orabat David : *Domine, ne in furore tuo arguas me.* Psal. 6, 2.

25. *Effunde.* Hæc usque ad finem capitis repetita sunt ex Psal. 78, 6.

Cap. XI. — 2. *Audite.* Tu, ô Jeremia, et prophetæ socii tui! — *Verba pacti hujus.* Refricat memoriam pacti cum populo initi in monte Sion.

3. *Qui non audierit.* Pagninus et Vatablus vertunt, *qui non paruerit.*

4. *Fornace ferrea.* Servitute durissima, quam sustinuistis in Ægypto.

5. *Suscitem.* Confirmem et reipsa perficiam, aut ut faciam reviviscere quod quodammodo intermortuum est, cum enim patriarchis promissa fuisset Palestina in possessionem æternam, videbatur captivitate Babylonica interrupta promissio. — *Et respondi.* Ego propheta. — *Et dixi : Amen.* Ita faciam ut dixisti. Hæc dicam viris Juda et Jerusalem.

6. *Et foris Jerusalem.* In plateis Jerusalem.

villes de Juda, et hors de Jérusalem, et dites-leur : Ecoutez les paroles de cette alliance, et observez-les.

7. Car j'ai conjuré vos pères avec les instances les plus pressantes, depuis le jour que je les ai tirés de l'Egypte, jusqu'aujourd'hui; je les ai conjurés, *dis-je*, avec empressement, et je leur ai dit : Ecoutez ma voix.

8. Cependant ils ne m'ont point écouté; ils n'ont point prêté l'oreille à ma parole; mais chacun a suivi les égarements de son cœur dépravé et corrompu : et, j'ai fait venir sur eux tous les maux que je leur avais prédits dans cette alliance que j'avais faite avec eux, que je leur ai commandé d'observer, et qu'ils n'ont point observée.

9. Le Seigneur me dit ensuite : Ceux de Juda et les habitants de Jérusalem ont fait une conjuration contre moi.

10. Ils sont retournés aux anciennes iniquités de leurs pères, qui n'avaient point voulu obéir à ma parole. Ceux-ci ont couru de même après des dieux étrangers pour les adorer; la maison d'Israël et la maison de Juda ont rompu l'alliance que j'avais faite avec leurs pères.

11. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur : Je ferai fondre sur eux des maux dont ils ne pourront sortir; ils crieront vers moi, et je ne les exaucerai point.

12. Et les villes de Juda et les habitants de Jérusalem iront crier aux dieux auxquels ils offrent des sacrifices, et ils ne les sauveront point au temps de leur affliction.

13. Car pour vous, ô Juda! vous avez eu autant de dieux différents que de villes; et pour vous, ô Jérusalem! vous n'avez point eu de rue qui n'eût son autel de confusion, son autel pour sacrifier à Baal.

14. Vous donc, *Jérémie*, n'entreprenez point d'intercéder pour ce peuple, et ne me conjurez point et ne me priez point pour eux, parce que je ne les écouterai point au temps qu'ils crieront vers moi, au temps qu'ils seront le plus affligés.

da, et foris Jerusalem, dicens : Audite verba pacti hujus, et facite illa :

7. Quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de terra Ægypti, usque ad diem hanc : mane consurgens contestatus sum, et dixi : Audite vocem meam :

8. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam : sed abierunt unusquisque in pravitate cordis sui mali : et induxi super eos omnia verba pacti hujus quod præcepi ut facerent, et non fecerunt.

9. Et dixit Dominus ad me : Inventa est conjuratio in viris Juda, et in habitatoribus Jerusalem.

10. Reversi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea : et hi ergo abierunt post deos alienos, ut servirent eis irritum fecerunt domus Israel et domus Juda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

11. Quam ob rem hæc dicit Dominus : ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt; et clamabunt ad me, et non exaudiam eos.

12. Et ibunt civitates Juda, et habitatores Jerusalem, et clamabunt ad deos quibus libant, et non salvabunt eos in tempore afflictionis eorum.

13. *a* Secundum numerum enim civitatum tuarum, erant dii tui Juda : et secundum numerum viarum Jerusalem, posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim. [a *Supr.* 2. 28.]

14. *a* Tu ergo noli orare pro populo hoc, et ne assumas pro eis laudem et orationem : quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. [a *Supr.* 7. 16. *Infr.* 14. 11.]

8. *Omnia verba pacti hujus.* Moïse, en promulguant la loi, avait dit à son peuple : Si vous l'observez vous serez heureux; et il avait énuméré toutes les bénédictions que le Seigneur répandrait sur eux. Si vous ne l'observez pas, vous serez malheureux; et il avait fait le tableau de toutes les calamités qui fondraient sur eux (Deut., XXVIII). L'histoire des Juges et des Rois n'avait été que la réalisation de ces promesses et de ces menaces.

13. *Secundum numerum enim civitatum.* C'était le principe du polythéisme. Non-seulement chaque peuple devait avoir son Dieu, mais chaque ville devait avoir le sien, et chaque famille avait aussi ses lares ou dieux domestiques.

15. *Numquid carnes sanctæ auferent.* La mesure des iniquités de ce peuple était comble, et le temps que Dieu lui avait donné pour faire pénitence était passé; c'est pour cela que le Seigneur défend à son Prophète de prier pour ces pécheurs endurcis. Cependant, si leurs sacrifices, leurs jeûnes et tous leurs actes de piété avaient été sincères, Dieu leur aurait pardonné, parce qu'il ne méprise jamais un cœur contrit et humilié.

---

7. *Contestans contestatus sum.* Frequenter et vehementer sum protestatus. — *Mane consurgens.* Vigilanter et summo studio; quod enim studiose agimus, summo mane agimus. Vide supra, c. 7, 13, et infra, c. 35, 14.

8 *In pravitate cordis sui mali.* Potius secui obstinationem suam, quam admonitionem meam. — *Verba pacti.* Maledictiones et pœnas quas pacti violatoribus fueram minatus, Deuteron., 27, 13 et sequentibus.

9. *Inventa est conjuratio.* Quasi conspiratione facta defecerunt a me et secuti sunt iniquitatem patrum suorum.

13. *Secundum numerum.* Tot deos habebas quot civitates. — *Aras confusionis.* Profani et pudendi cultus.

14. *Tu ergo* Repetita hæc sunt ex c. 7, n. 16. Vide ibi dicta.

15. Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es?

16. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Dominus nomen tuum : ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, et combusta sunt fruteta ejus.

17. Et Dominus exercituum qui plantavit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israel et domus Juda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.

18. Tu autem, Domine, demonstrasti mihi, et cognovi : tunc ostendisti mihi studia eorum.

19. Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam : et non cognovi quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : Mittamus lignum in panem ejus et eradamus eum de terra viventium, et nomen ejus non memoretur amplius.

20. *a* Tu autem, Domine Sabaoth, qui judicas juste, et probas renes et corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam. [a *Infr.* 17. 10. et 20. 12.]

21. Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam

15. *En effet*, d'où vient que mon *peuple* bien-aimé a commis plusieurs crimes dans ma maison? la chair sainte des victimes vous purifiera-t-elle de votre malice *et des abominations* où vous avez mis votre gloire?

16. Le Seigneur vous avait établi comme un olivier fertile, très-beau à la vue et chargé de fruit; mais au bruit de sa parole un grand feu s'est mis dans cet arbre, et toutes ses branches ont été brûlées.

17. Le Seigneur des armées qui vous avait planté, a prononcé cet arrêt contre vous : A cause des maux que la maison d'Israël et la maison de Juda ont commis pour m'irriter, en sacrifiant à Baal.

18. Mais vous m'avez fait voir, Seigneur, quelles sont leurs pensées, et je les ai reconnues ; vous m'avez découvert leurs mauvais desseins.

19. Pour moi, j'étais comme un agneau plein de douceur, qu'on porte pour en faire une victime, et je n'avais point su les entreprises qu'ils avaient formées contre moi, en disant : Mettons du bois dans son pain; exterminons-le de la terre des vivants, et que son nom soit effacé de la mémoire des hommes.

20. Mais vous, ô Dieu des armées! qui jugez selon l'équité, et qui sondez les reins et les cœurs, faites-moi voir la vengeance que vous devez prendre d'eux, parce que j'ai remis entre vos mains la justice de ma cause.

21. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur aux habitants d'Anathoth, qui cherchent à m'ôter

19. *Mittamus lignum in panem ejus.* Le sens du P. de Carrières et de Ménochius est celui de la plupart des commentateurs; mais ce texte, dit la *Bible de Vence*, pourrait aussi signifier : Appliquons le bois à sa chair, attachons son corps au bois. C'est précisément ce que les Juifs ont fait, en demandant que Jésus-Christ fût crucifié. Saint Jérôme observe que le sentiment commun de toutes les Eglises est que Jérémie parle ici au nom de Jésus-Christ, dont il était la figure : *Omnium ecclesiarum est iste consensus, ut sub persona Jeremiæ a Christo hæc dici intelligant.*

21. *Qui quærunt animam tuam.* Personne n'est prophète dans son pays, a dit Notre Seigneur. Comme il fut persécuté par les habitants de Nazareth, de même Jérémie le fut par les habitants d'Anathoth, sa patrie. Le Prophète annonça à ses compatriotes les maux que devait attirer sur eux leur crime. Le voyageur qui visite aujourd'hui la Terre Sainte voit l'accomplissement de la sentence prononcée, au nom de Dieu, par le Prophète. Tout est mort à Anathoth, dit Mgr Mislin : tout a été frappé, tout a disparu ; c'est à peine si l'on peut retrouver quelques anciens débris (*Les saints lieux*, tom. III, pag. 304).

---

15. *Dilectus meus.* Populus meus. — *In domo mea.* In ipso templo, in quo erexit idola. — *Numquid carnes sanctæ.* Non sacrificia quæ mihi offers, expiare poterunt peccata tua? quasi dicat : Non poterunt, quia hujusmodi idololatrarum sacrificia mihi placere non possunt. Vide supra, c. 6, 20; et 7, 21 et 22.

16. *Olivam.* Similem olivæ, ob pinguedinem gratiæ, fertilitatem bonorum operum, etc. — *Vocavit.* Effecit, ita ut vere talis appellari posses. — *Ad vocem loquelæ.* Loquente et jubente Deo danteque Chaldæis signum ut venirent. * Vel dicto citius. — *Exarsit ignis.* Chaldæorum furor. — *Fruteta ejus.* In hebræo est, rami ejus, ut etiam habent LXX.

17. *Locutus est super te malum.* Decrevit te punire, perdere et vastare. — *Pro malis.* Pro sceleribus, in pœnam peccatorum.

18. *Demonstrasti mihi.* Peccata eorum, et scelera studia quibus tenebantur, * et machinationes contra me, quem de medio tollere cupiebant, molestum monitorem, scelerum ipsorum objurgatorem, et tristium vaticiniorum auctorem.

19. *Et ego quasi agnus mansuetus.* Loquitur propheta ad litteram de seipso; certum tamen est sub persona Jeremiæ hæc de Christo dici, et propter Christum hæc Jeremiæ evenisse; et scripta esse. — *Et non cognovi.* Ductus sum ad mortem nihil dicens, ac si non intelligerem quo me ducerent. — *Mittamus lignum in panem ejus.* Ponamus lignum taxi comminutum in cibum ejus : taxus enim arbor est tam præsentis veneni, ut quicumque sub ea dormiat, vel comedat, moriatur. * Vide Plin., lib. 16, c. 10. Quod hoc versiculo de Jeremia historice dicitur prophetice de Christo, cujus corpus panis verus est, qui de cœlo descendit, crux lignum.

20. *Domine Sabaoth.* Domine exercituum, Domine omnipotens. — *Probas renes.* Scrutaris corda. — *Videam ultionem.* Fac ut videam punitionem a te profectam. Hæc dicit Jeremias non studio vindictæ; sed justitiæ desiderio. — *Revelavi.* Commendavi, nam ad te tanquam ad justissimum judicem confugi.

21. *Hæc dicit Dominus.* Ego dico; ipse enim Dominus est qui de se per tertiam personam loquitur. — *Ad viros Anathoth.* Sacerdotes populares Jeremiæ, qui eum maxime insectabantur; erat enim Jeremias Anathothites. — *Non prophetabis.* Futurum pro imperativo, ne prophetes. — *Non morieris.* Non occidemus te.

la vie, et qui *me* disent : Ne prophétisez point au nom du Seigneur, de peur que vous ne mourriez de notre main.

22. Voici donc ce que dit le Seigneur des armées : Je visiterai les habitants d'Anathoth; les jeunes gens mourront par l'épée, leurs fils et leurs filles mourront de faim.

23. Et il ne restera rien d'eux, parce que je ferai fondre les maux *les plus terribles* sur les habitants d'Anathoth, au temps destiné à leur châtiment.

meam, et dicunt : Non prophetabis in nomine Domini, et non morieris in manibus nostris :

22. Propterea hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego visitabo super eos : juvenes morientur in gladio, filii eorum, et filiæ eorum morientur in fame.

23. Et reliquiæ non erunt ex eis, inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

CHAPITRE XII.

Continuation du chapitre précédent. Dieu annonce à Jérémie les maux qu'il aura à souffrir.

1. Seigneur, si je dispute avec vous, ce n'est pas que je ne sache que vous êtes juste. Permettez-moi cependant de vous faire ces justes plaintes : Pourquoi les méchants marchent-ils avec tant de prospérité dans leur voie? pourquoi tous ceux qui violent votre loi et qui agissent injustement sont-ils heureux?

2. Vous les avez plantés, et ils jettent de profondes racines, ils croissent, et ils portent du fruit. *Cependant* vous êtes près de leur bouche et loin de leurs reins.

3. Mais *pour moi*, Seigneur, vous m'avez connu, vous m'avez vu, et vous avez éprouvé que mon cœur est tout à vous. Assemblez-les dans *Jérusalem* comme un troupeau qu'on amène à la boucherie, et préparez-les pour le jour auquel ils doivent être égorgés.

4. Jusqu'à quand la terre pleurera-t-elle? jusqu'à quand toute l'herbe de ses champs sera-t-elle desséchée à cause de la méchanceté de ceux qui l'habitent? Il n'y a plus de bêtes ni d'oiseaux, parce qu'ils ont dit : *Le Seigneur* ne verra point quelle sera la fin de notre vie.

1. Justus quidem tu es, Domine, si disputem tecum : verumtamen justa loquar ad te : *a* Quare via impiorum prosperatur : bene est omnibus qui prævaricantur et inique agunt? [a *Job*. 21. 7. *Hab*. 1. 13.]

2. Plantasti eos, et radicem miserunt : proficiunt, et faciunt fructum : prope es tu ori eorum, et longe a renibus eorum.

3. Et tu, Domine, nosti me, vidisti me, et probasti cor meum tecum : congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis.

4. Usquequo lugebit terra, et herba omnis regionis siccabitur, propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal, et volucre, quoniam dixerunt : Non videbit novissima nostra.

Cap. XII. — 1. *Quare via impiorum prosperatur?* D'après la loi, la nation devait être heureuse ou malheureuse, suivant qu'elle obéirait ou non aux préceptes du Seigneur. Mais il n'en était pas de même des individus. Par respect pour leur liberté, à cette époque comme aujourd'hui, le châtiment ne suivait pas immédiatement la faute. Jérémie venait d'être persécuté par ses compatriotes, et parmi ces méchants qui avaient voulu lui enlever la vie, il y en avait qui jouissaient avec insolence des biens de ce monde, et c'est de ce desordre apparent qu'il se plaint.

4. *Usquequo lugebit terra.* Avant l'arrivée des Chaldéens, la main de Dieu s'était déjà appesantie sur la terre de Juda. Elle n'avait plus la fertilité d'autrefois; c'est ce qu'indiquent ces paroles du Prophète.

---

22. *Visitabo.* Puniam enim eos.

23. *Reliquiæ non erunt ex eis.* Delebo omnem eorum posteritatem; sic dicitur Psal. 36, 28 : *Semen impiorum peribit.* — *Visitationis eorum.* Punitionis et excidii.

Cap. XII. — 1. *Justus... si disputem.* Id est, justior quam ut ego tecum disputare debeam. — *Verumtamen justa loquar.* Quasi dicat : Mihi tamen pace tua liceat proferre justas querelas meas, ut mihi quidem videntur.

2. *Plantasti eos.* Stabilisti sicut arbores quæ altas egerunt radices. — *Proficiunt.* Divitiis et prolibus augentur. — *Prope es tu ori eorum.* Quæ postulant et habent in votis large tribuens. Vel sensus est : ore tenus nomen tuum usurpant, cor autem eorum longe est a te. — *Longe a renibus eorum.* Quia nec modico flagello cædis terga eorum. Sic Threm., 3, 13 dicitur : *Misit in renibus meis filias pharetræ suæ;* id est, sagittas; vel sensus est, non cogitant de te.

3. *Nosti me.* Quod innocens sim, et colam te sincere. — *Et sanctifica eos.* Destina tanquam victimas ad diem sacrificii : sic ille apud Virg., l. 2, ait : *Et me destinat aræ;* hoc enim est sanctificare, consecrare, dedicare Deo.

4. *Lugebit terra.* Sterilis erit et horrida, more lugentium. — *Propter malitiam habitantium in ea.* Sæpe enim hominum malitia fit, ut terra fructus non proferat; quasi dicat : Quousque feres, Domine, ut propter impiorum scelera, nos quoque sterilitatis malo et cladibus belli obnoxii simus? — *Non videbit novissima nostra.* Deus non videt, aut non curat quid nobis eventurum sit.

5. Si cum peditibus currens laborasti, quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbia Jordanis?

6. Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversum te, et clamaverunt post te plena voce : ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.

7. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam : dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus.

8. Facta est mihi bæreditas mea quasi leo in silva : dedit contra me vocem, ideo odivi eam.

9. Numquid avis discolor hæreditas mea mihi? numquid avis tincta per totum? venite, congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad devorandum.

10. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, conculcaverunt partem meam : dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.

11. Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me : desolatione desolata est omnis terra : quia nullus est qui recogitet corde.

5. Si vous avez eu tant de peine à suivre à la course ceux qui étaient à pied, comment pourrez-vous courir contre ceux qui sont à cheval? si lorsque vous étiez dans une terre de paix, *vous n'avez pu y demeurer* en assurance, que ferez-vous, parmi des gens aussi fiers que le Jourdain lorsqu'il se déborde?

6. Car vos frères mêmes et ceux de la maison de votre père se sont unis pour vous combattre, et ils se sont élevés contre vous avec de grands cris. C'est pourquoi ne les croyez point, lors même qu'ils vous parleront avec douceur.

7. J'ai quitté ma propre maison, j'ai abandonné mon héritage, j'ai exposé celle qui m'était chère comme mon âme entre les mains de ses ennemis.

8. La terre que j'avais choisie pour mon héritage est devenue à mon égard comme un lion de la forêt; elle a jeté de grands cris contre moi, c'est pourquoi elle est devenue l'objet de ma haine.

9. Ai-je prétendu que l'héritage que j'ai choisi serait comme un oiseau de différentes couleurs et diversement peint dans tout son plumage? Bêtes de la terre, assemblez-vous toutes *contre Jérusalem*, hâtez-vous de *la* dévorer.

10. Un grand nombre de pasteurs a détruit ma vigne; ils ont foulé aux pieds le lieu que j'avais pris pour mon partage; ils ont changé en une affreuse solitude l'héritage que j'avais choisi et que j'avais rendu si beau.

11. Ils ont renversé la terre, et elle pleure, voyant que je l'ai abandonnée; et elle est dans une extrême désolation, parce qu'il n'y a personne qui ait le cœur attentif.

5. *Si cum peditibus currens.* Au lieu de rassurer Jérémie, le Seigneur lui fait comprendre qu'il n'est qu'au début de sa mission. C'est à Jérusalem qu'il doit rencontrer les ennemis les plus acharnés et la plus violente persécution. N'est-ce pas ce qui arriva à Jésus, dont Jérémie était la figure? Il échappa à la colère des habitants de Nazareth, mais ce fut pour tomber entre les mains des princes des prêtres qui le crucifièrent sur le Calvaire.

9. *Numquid avis tincta per totum?* Beaucoup de commentateurs admettent le sens de Ménochius. Mais il y en a qui voient dans cet oiseau au plumage varié une image de la nation judaïque, qui, en se livrant aux faux dieux, avait fini par avoir autant de cultes que de villes; de là cette bigarure stigmatisée par le Prophète.

---

5. *Si cum peditibus currens.* Est Domini responsio ad querelas Jeremiæ; et sensus est : si Anathothitis civibus tuis resistere non potuisti, quomodo resistes Jerosolymitanis, cum illi quasi pedites, hoc est, infirmiores; hi quasi equites, id est, valentiores sint. * Exigua sunt quæ passus es, duriora restant tibi ferenda. — *Cum autem in terra pacis securus fueris.* Quasi dicat : Videbaris tibi in terra et patria tua in pace securus versari, et tamen ibi exitio tuo imminebant; quid ergo tibi exspectandum erit Hierosolymis? — *In superbia Jordanis?* Populum Jerosolymitanum comparat Jordanis fluctibus; solet enim Jordanis æstate intumescere, ripas supergredi, et violento cursu ferri.

6. *Fratres tui.* Cives anathothitæ. — *Ne credas eis.* Ne fidas, si forte se tibi placatos aut benevolos ostenderint.

7. *Domum meam.* Templum. — *Hæreditatem meam.* Populum judaicum. — *Dilectam animam meam.* Jerusalem, quam tanquam animam meam diligebam, dedi in manus Chaldæorum.

8. *Hæreditas mea.* Populus meus. — *Quasi leo in silva.* Ut homines, audito rugitu leonis, in silva fugient; ita ego ab hoc populo rebelli et contra me efferato aversus sum, et eum reliqui. — *Dedit contra me vocem.* Blasphemans me, et de mea divinitate et providentia male sentiens et loquens.

9. *Numquid avis discolor.* Puto sensum esse : an populus meus meretur mihi esse in deliciis, ut sunt aves peregrinis coloribus pictæ et elegantes, quæ domi in caveis habentur? potius degeneravit in fœdam volucrem bestiis tradendam in prædam.

10. *Pastores multi.* Reges et principes quos sibi junxit Nabuchodonosor : sic etiam supra, c. 6, 3, hostes pastores vocantur. — *Vineam meam.* Judæam. — *Partem meam.* Hæreditatem meam, quam etiam *portionem* suam vocat. — *Desiderabilem.* Speciosam, ubercm, invidendam : sic dicebat David Psal., 15, 6 : *Funes ceciderunt mihi in præclaris : etenim hæreditas mea præclara est mihi.* — *In desertum solitudinis.* Desertam et solitariam.

11. *Posuerunt eam in dissipationem.* Dissipaverunt et pessumdederunt eam. — *Luxitque super me.* Ad me, vel coram me, quasi in desolatione sua opem a me postulans. — *Quia nullus est qui recogitet.* Terra luget et dissipata est, et tamen non est qui recogitet, id est, qui consideret quænam sit plagarum causa, quod remedium. Chaldæus habet, *quia nemo est qui proponat animo timorem mei.*

12. Ceux qui la doivent piller viennent fondre sur elle par tous les endroits du désert, parce que l'épée du Seigneur va la dévorer d'une extrémité à l'autre, et qu'il n'y aura point de paix pour tout ce qui respire en elle.

13. Ils ont semé du froment, et ils ne moissonneront que des épines; ils ont reçu un héritage, et ils n'en tireront aucun fruit. Vous serez confondus par la perte de vos fruits, à cause de la colère et de la fureur du Seigneur.

14. Voici ce que dit le Seigneur : Tous ces méchants qui sont mes voisins, qui touchent à l'héritage que j'ai distribué à mon peuple d'Israël, je les arracherai de leur pays, et j'arracherai la maison de Juda du milieu d'eux.

15. Et lorsque je les aurai ainsi déracinés de leur terre, je me tournerai vers eux, et j'aurai compassion d'eux, et je les ramènerai chacun à son héritage et à se retirer.

16. Alors s'ils sortent de leur ignorance, et s'ils s'instruisent des voies de mon peuple ; s'ils apprennent à jurer par mon nom, comme ils ont appris à mon peuple à jurer par Baal, je les établirai au milieu de mon peuple.

17. Que s'ils n'écoutent point ma voix, je détruirai ces nations jusqu'à la racine, et je les perdrai, dit le Seigneur.

12. Super omnes vias deserti venerunt vastatores, quia gladius Domini devorabit ab extremo terræ usque ad extremum ejus : non est pax universæ carni.

13. Seminaverunt triticum, et spinas messuerunt : hæreditatem acceperunt, et non eis proderit : confundemini a fructibus vestris, propter iram furoris Domini.

14. Hæc dicit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hæreditatem quam distribui populo meo Israel : Ecce ego evellam eos de terra sua, et domum Juda evellam de medio eorum.

15. Et cum evulsero eos, convertar, et miserebor eorum : et reducam eos, virum ad hæreditatem suam, et virum in terram suam.

16. Et erit : si eruditi didicerint vias populi mei, ut jurent in nomine meo, vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum jurare in Baal, ædificabuntur in medio populi mei.

17. Quod si non audierint, evellam gentem illam evulsione et perditione, ait Dominus.

CHAPITRE XIII.

Ceinture de Jérémie. Il exhorte le peuple à faire pénitence et lui annonce les vengeances du Seigneur.

1. Le Seigneur me dit : Allez, achetez-vous une ceinture de lin, et vous la mettrez sur vos reins, et vous ne la laverez point dans l'eau.

1. Hæc dicit Dominus ad me : Vade, et posside tibi lumbare lineum, et pones illud super lumbos tuos, et in aquam non auferes illud.

14. *Omnes vicinos meos.* Les nations qui entouraient la Judée furent frappées par Nabuchodonosor et les Babyloniens, comme la Judée elle-même. Leurs habitants furent aussi emmenés en captivité, et ils en revinrent, comme on le voit (I. Esd., IX), puisque les Juifs, est-il dit dans ce livre, contractèrent des mariages avec les Ammonites et les Moabites. Ils retournèrent à leurs erreurs, et ils en furent punis, comme l'avait prédit Jérémie; car une partie des Ammonites fut taillée en pièces par Judas Machabée, et Pella, la capitale du pays des Moabites, fut ruinée du temps d'Alexandre, roi des Juifs.

Cap. XIII. — 1. *Posside tibi lumbare lineum.* Les actions symboliques avaient une grande puissance sur l'imagination des Orientaux. Jérémie voyant que ses concitoyens étaient insensibles à ses paroles, a recours à ce moyen pour les frapper plus vivement. Cette ceinture est l'image de leur souillure, elle se pourrit, et devient ainsi la figure du triste avenir qui les attend.

---

12. *Super omnes vias deserti.* Per omnes vias deserti. — *Vastatores.* Hostes chaldæi. — *Gladius Domini.* Vindex Dei ira, et Chaldæorum gladius a Domino immissus. — *Non est pax universæ carni.* Quia omnes Judæos hæc clades tanget.

13. *Seminaverunt triticum.* Id est, felicitas in miseriam vertetur. — *Confundemini a fructibus vestris.* Propter iram furoris Domini fallent fructus expectationem vestram; itaque quasi pudore vos afficient.

14. *Hæc dicit Dominus.* Minatur Deus hostibus Judæorum. — *Vicinos meos.* Gentes vicinas Judæis intelligit, quæ primæ in exercitu Nabuchodonosoris venerunt contra Jerusalem, Philisthæos, Idumæos, Ammonitas, Moabitas. — *Qui tangunt hæreditatem.* Attrectant, vatant, vindicant sibi hæreditatem meam. — *Evellam eos.* Id est, Chaldæos, et efficiam ut Medi eos de terra sua deturbent. Vel vicinos simul cum Judæis evellam et ejusdem captivitatis participes efficiam. — *Et domum Juda.* Et Judæos apud eos captivos hac ratione de eorum captivitate liberabo.

15. *Reducam eos.* Gentes prædictas intelligit, scilicet Ammonitas et Moabitas, quas se cum Judæis reducturum pollicetur; quod et factum esse patet ex c. 48, 47; 49, 6. — *Virum.* Unumquemque.

16. *Si eruditi didicerint.* Moabitæ et Ammonitæ. — *Vias populi mei.* Fidem et religionem Judæorum. — *Ut jurent in nomine meo.* Et consequenter colant me ut Deum. — *Vivit Dominus.* Hæc est juramenti forma, si pro eo quod prius jurabant et jurare docebant, *Vivit Baal,* jurabunt et dicent, *Vivit Dominus.* — *Ædificabuntur.* Pacifice et prospere agent, abundantes opibus, prole, familia. — *In medio populi mei.* Erunt enim de populo et Ecclesia mea, licet habitent in suis regionibus Judææ vicinis.

17. *Evulsione et perditione.* Omnino evellens et perdens.

Cap. XIII. — 1. *Posside.* Eme. — *Lumbare lineum.* Cingulum quo lumbi cinguntur. Li-

2. Et posside lumbare juxta verbum Domini, et posui circa lumbos meos.

3. Et factus est sermo Domini ad me, secundo, dicens :
4. Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, et surgens vade ad Euphraten, et absconde ibi illud in foramine petræ.
5. Et abii, et abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.
6. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me : Surge, vade ad Euphraten : et tolle inde lumbare, quod præcepi tibi ut absconderes illud ibi.
7. Et abii ad Euphraten, et fodi et tuli lumbare de loco ubi absconderam illud et ecce computruerat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset.

8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :
9. Hæc dicit Dominus : Sic putrescere faciam superbiam Juda, et superbiam Jerusalem multam :
10. Populum istum pessimum qui nolunt audire verba mea, et ambulant in pravitate cordis sui : abieruntque post deos alienos ut servirent eis, et adorarent eos : et erunt sicut lumbare istud quod nulli usui aptum est.
11. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel, et omnem domum Juda, dicit Dominus : ut essent mihi in populum, et in nomen, et in laudem, et in gloriam; et non audierunt.

12. Dices ergo ad eos sermonem istum : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te : Numquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino?

2. J'achetai donc une ceinture, selon que le Seigneur me l'avait ordonné, et je me la mis sur les reins.
3. Le Seigneur me parla une seconde fois, et me dit :
4. Prenez cette ceinture, que vous avez achetée qui est sur vos reins, allez promptement au bord de l'Euphrate, et cachez-la dans le trou d'une pierre.
5. Je m'en allai aussitôt, et je la cachai près de l'Euphrate, comme le Seigneur me l'avait commandé.
6. Il se passa ensuite beaucoup de jours, et le Seigneur me dit : Allez promptement à l'Euphrate, et tirez de là cette ceinture que je vous ai commandé d'y cacher.
7. J'allai donc au bord de l'Euphrate; et ayant creusé dans la terre, je tirai cette ceinture du lieu où je l'avais cachée, et je la trouvai si pourrie, qu'elle n'était plus propre à aucun usage.
8. Alors le Seigneur me dit :

9. Voici ce que dit le Seigneur : C'est ainsi que je ferai pourrir l'orgueil de Juda et l'orgueil excessif de Jérusalem,
10. Et tout ce peuple d'hommes très-méchants, qui ne veulent point écouter mes paroles, qui marchent dans les égarements de leur cœur, et qui courent après les dieux étrangers pour les servir et les adorer. Ils deviendront comme cette ceinture qui n'est plus propre à aucun usage.
11. Car comme une ceinture s'attache autour des reins d'un homme ; ainsi j'avais étroitement uni à moi toute la maison d'Israël et toute la maison de Juda, dit le Seigneur, afin qu'elles fussent mon peuple et que j'y établisse mon nom, ma louange et ma gloire : et cependant elles ne m'ont point écouté.
12. Vous direz donc à ce peuple : Voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël : tous les vaisseaux seront remplis de vin. Et ce peuple vous répondra : Est-ce que nous ignorons qu'on remplit de vin toutes sortes de vaisseaux.

4. *Vade ad Euphraten.* L'Euphrate était très-éloigné, et il n'est pas vraisemblable que le Prophète ait fait ce voyage. L'action, d'ailleurs, se serait passée loin des yeux des habitants de Juda, et cependant c'était à eux que la leçon du Prophète s'adressait. L'Hébreu dit simplement *Phrath;* comme ce mot désigne ordinairement l'Euphrate, les Septante l'ont traduit par *Euphratis*, et saint Jérôme, dans sa version, a fait de même. Bochart soupçonne que ce pourrait être *Ephrata*, le même lieu que Bethléhem, à deux lieues de Jérusalem.

---

neum autem esse vult, ut significet non esse super vestem, sed super carnem induendum. Quod nobis conjunctissimum esse ac diligentissime servare volumus, ad lumbos cingimus, ut faciunt viatores, qui pecuniam lineo cingulo insutam circa lumbos circumcingunt. Voluit autem Deus hoc lineo cingulo significare populum Judæorum conjunctissimum et charissimum sibi fuisse; tamen propter ejus peccata eum repudiasse, id est, exposuisse Chaldæorum furori (Euphrates enim Chaldæam alludit), ibique in captivitate et sordibus computruisse. — *In aquam non inferes illud.* Postquam scilicet contraxerit sordes, ut scilicet significetur propter sordes peccatorum captivos ductos Judæos, ut vexatione servitutis labes eorum eluerentur et purgarentur. S. Hieronymus explicat, *in aquam non inferes*, id est, recens textum in aqua non macerabis, ut illud candefacias, sed rude et asperum relinques, ut scilicet significaretur populum Judaicum recens natum a Deo assumptum in hæreditatem, cum rudis esset et parum politus in cultu Dei, et probatis moribus.

2. *Et possedi lumbare.* Volunt aliqui hæc in visione tantum gesta esse. Plures sentiunt esse acta ut verba sonant; est enim hoc genus prophetiæ ænigmaticum, quod ad persuadendum efficacius est, quam illud quod verbis solum perficitur.

9. *Putrescere faciam superbiam Juda.* Perdam, corrumpam, deprimam arrogantiam et superbiam Judæorum.

11. *Ut essent mihi... in nomen, et in laudem.* Sicut enim uxor gloria est viri, ita Israel Deo obediens et serviens fuit gloria Dei, cujus nomen et laudem apud gentes celebrem fecit.

12. *Omnis laguncula implebitur vino.* Sicut laguncula impletur vino, ita implebo vos ebrietate, non bonorum et voluptatum, ut vos putatis, o Judæi, sed malorum et dolorum. — *Numquid ignoramus.* Irrident prophetam tanquam nihil novi dicentem; propterea explicat versu sequenti quæ sint lagenæ, quod vinum.

13. Vous leur répondrez : Voici ce que dit le Seigneur : Je remplirai d'ivresse tous les habitants de cette terre, les rois de la race de David, qui sont assis sur son trône, les prêtres, les prophètes et tous les habitants de Jérusalem.

14. Je les disperserai : *et* je séparerai le frère d'avec le frère, les enfants d'avec les pères, dit le Seigneur; je ne pardonnerai point, je n'userai point d'indulgence, je ne ferai point de miséricorde: mais je les perdrai sans ressource.

15. Ecoutez-moi donc, prêtez l'oreille, et ne vous élevez point d'orgueil, parce que le Seigneur a parlé.

16. *Au contraire,* rendez gloire au Seigneur votre Dieu, avant que les ténèbres vous surprennent, avant que vos pieds se heurtent contre les montagnes couvertes de ténèbres, vous attendrez la lumière, et Dieu la changera en une ombre de mort et en une profonde obscurité.

17. Que si vous n'écoutez point ces avertissements, mon âme pleurera en secret sur votre orgueil, et il sortira de mes yeux des ruisseaux de larmes, parce que tout le troupeau du Seigneur se trouvera pris.

18. Dites au roi et à la reine : Humiliez-vous, asseyez-vous par terre, parce que la couronne de votre gloire est tombée de votre tête.

19. Les villes du midi sont fermées, et il n'y a personne qui les ouvre; tout Juda a été transféré ailleurs, tout est passé dans une terre étrangère.

13. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Ecce ego implebo omnes habitatores terræ hujus, et reges qui sedent de stirpe David super thronum ejus, et sacerdotes, et prophetas, et omnes habitatores Jerusalem, ebrietate;

14. Et dispergam eos virum a fratre suo, et patres et filios pariter, ait Dominus : non parcam, et non concedam ; neque miserebor ut non disperdam eos.

15. Audite et auribus percipite. Nolite elevari, quia Dominus locutus est.

16. Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos : expectabitis lucem, et ponet eam in umbram mortis, et in caliginem.

17. Quod si hoc non audieritis, in abscondito plorabit anima mea a facie superbiæ : *a* plorans plorabit, et deducet oculus meus lacrymam, quia captus est grex Domini. [a *Thren.* 1. 2.]

18. Dic regi, et dominatrici : Humiliamini, sedete : quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.

19. Civitates Austri clausæ sunt, et non est qui aperiat : translata est omnis Juda transmigratione perfecta.

13. *Ecce ego implebo.* Je remplirai d'ivresse, c'est-à-dire, j'ôterai aux rois, aux prêtres, aux faux prophètes et à tout le peuple, le bon sens, et ils seront comme des hommes ivres. C'est, en effet, ce qui arriva au siege de Jérusalem. Les Juifs auraient sauve la ville et l'Etat, en se soumettant à Nabuchodonosor; Jérémie le leur certifiait de la part de Dieu. Mais sans vouloir écouter ses salutaires avis, ils se précipitèrent, par orgueil, dans les malheurs qu'ils voulaient éviter.

16. *Ad montes caliginosos.* Dans l'Ecriture, l'adversité est ordinairement représentée sous l'image d'épaisses ténèbres. Au contraire, le bonheur est assimilé à une vive et pure lumière qui cause une grande joie.

18. *Dic regi et dominatrici.* Le roi, dont il est ici parlé, est Joachim. Il avait succédé à Josias, son père, mais au lieu d'imiter sa piété, il avait marché plutôt sur les traces impures et ensanglantées des Ammon et des Manassé. Cette prophétie eut lieu dans les premières années du règne de ce prince. Il avait pour épouse la reine Nohesta. Leur couronne tomba, en effet, de leur tête, comme l'annonce le Prophète. Joachim perdit la sienne par une mort funeste et Nohesta par la captivité.

---

13. *Prophetas.* Pseudoprophetas.

14. *Virum a fratre.* Unumquemque a proximo suo. — *Non concedam.* Non indulgebo.

15. *Nolite elevari.* Superbia, ut scilicet in vestra fortitudine superbe fidatis.

16. *Date Domino Deo vestro gloriam.* Vestram infirmitatem et iniquitatem, Dei vero potentiam et bonitatem agnoscentes et prædicantes; vestra peccata detestantes, et ita viventes, ut Deo sitis in nomen, laudem et gloriam, ut n. II dictum est. — *Antequam contenebrescat.* Antequam tenebras calamitatum super vos inducat. — *Offendam pedes vestri ad montes caliginosos.* Antequam fugitivi per montes tanquam in tenebris abieritis, et pedes, ut fit in tenebris, ad lapides frequenter offendatis; vel sensus est : antequam ad celsos et caliginosos, nebulis scilicet obvolutos montes Chaldææ captivi abducamini, ad quorum montium lapides pedes offendetis inter eundum, fessi de via, et ægre promoventes gressum. — *Exspectabitis lucem.* Res prosperas quas exspectatis, convertet vobis Deus in adversas. — *Umbram mortis.* Densissimas tenebras, quales tenebræ sunt in sepulcris.

17. *Si hoc non audieritis.* Sunt verba prophetæ. — *In abscondito.* In locum absconditum recedam, ut liberius lacrymis indulgere possim. — *A facie superbiæ.* Propter superbiam et inobedientiam vestram. — *Grex Domini.* Populus Juda.

18. *Dic regi.* Jechoniæ, ut vult S. Hieronymus; vel ut alii sentiunt, Sedeciæ. — *Dominatrici.* S. Hieronymus intelligit Nohestam Jechoniæ matrem; alii Sedeciæ uxorem. — *Humiliamini.* Humiliabimini. — *Sedete.* Sedebitis, scilicet in terra jacebitis humiliati et afflicti. — *Descendit.* Cadet de capitibus vestris corona regia qua gloriamini; amittetis regnum.

19. *Civitates Austri.* Meridionales : ita appellat urbes Judææ quæ respectu Babylonis erant ad austrum. — *Clausæ sunt.* Desertæ, habitatoribus vacuæ, atque ideo clausæ, nam quæ domus non habitantur, claudi solent. Vel ab Ægypto, quæ est ad austrum Judææ, nihil vobis erit auxilii, omnia ibi vobis erunt clausa. Vide IV. Reg., 24, 8. — *Translata est.* Ita in captivitatem ducta, ut nemo remanserit. Ponuntur præterita pro futuris.

20. Levate oculos vestros, et videte qui venitis ab Aquilone, ubi est grex qui datus est tibi, pecus inclytum tuum?

21. Quid dices cum visitaverit te? tu enim docuisti eos adversum te, et erudisti in caput tuum : numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem?

22. Quod si dixeris in corde tuo : Quare venerunt mihi hæc? *a* Propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata sunt verecundiora tua, pollutæ sunt plantæ tuæ. [a *Infr.* 30. 14.]

23. Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas : et vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

24. Et disseminabo eos quasi stipulam quæ vento raptatur in deserto.

25. Hæc sors tua, parsque mensuræ tuæ a me, dicit Dominus, quia oblita es mei, et confisa es in mendacio.

26. Unde et ego nudavi femora tua contra faciem tuam, et apparuit ignominia tua.

27. Adulteria tua, et hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ : super colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Jerusalem, non mundaberis post me : usquequo adhuc?

20. Levez les yeux, et considérez ceux qui viennent de l'Aquilon. Où est ce troupeau qui vous avait été confié, ce troupeau si excellent?

21. Que direz-vous lorsque Dieu vous visitera, car c'est vous-même qui avez appris à vos ennemis la manière de vous combattre; c'est vous qui les avez instruits contre vous-même. Ne sentirez-vous pas alors des douleurs semblables à celles d'une femme qui est en travail?

22. Que si vous dites en vous-même : Pourquoi tous ces maux sont-ils venus fondre sur moi? C'est à cause de la multitude de vos offenses que votre honte a été découverte, et que vos pieds ont été souillés.

23. Si un Ethiopien peut changer sa peau, ou un léopard la variété de ses couleurs, vous pourrez aussi faire le bien, vous qui n'avez appris qu'à faire le mal.

24. *C'est pourquoi* je les disperserai en divers lieux, comme la paille que le vent emporte dans le désert.

25. C'est là le sort qui vous attend, c'est le partage que vous recevrez de moi, dit le Seigneur, parce que vous m'avez oublié, et que vous avez mis votre confiance dans le mensonge.

26. C'est pourquoi j'ai relevé vos vêtements sur votre visage, et on a vu votre honte.

27. Vos adultères, vos débordements, et le crime de vos fornications. J'ai vu vos abominations sur les collines et au milieu des champs. Malheur à vous, Jérusalem! Ne serez-vous jamais pure, en vous attachant à me suivre? Jusqu'à quand demeurerez-vous *dans votre impureté?*

23. *Si mutare potest Æthiops.* Ces paroles ne signifient pas qu'il est absolument impossible au pécheur habitudinaire de sortir de son péché; mais elles veulent dire que cela lui est très-difficile, et qu'il ne peut y parvenir que par un miracle de la grâce. Jésus-Christ ayant dit (Matth., XIX) : *Facilius est camelum transire per foramen acus quam divitem intrare in regnum cœlorum;* ses disciples lui dirent : *Quis ergo poterit salvus esse?* et il leur répondit : *Apud hominem hoc impossibile est; apud Deum autem omnia possibilia sunt.*

---

20. *Levate oculos vestros.* O Judæi! — *Et videte qui venitis ab aquilone.* Qui aquilonares estis respectu Jerusalem, vel qui cum Babyloniis commercium habere solebatis, et eo ire, indeque venire, videte Judæ et Jerusalem desolationem, et dicite illi. — *Ubi est grex.* Populus ille pene innumerabilis quem Dominus in te succrescere fecerat. — *Pecus inclytum.* Repetitio.

21. *Cum visitaverit te.* Cum Deus per Nabuchodonosor te castigabit. — *Docuisti eos adversum te.* Chaldæos : docuit autem, vel quia cum eis amicitiam et familiaritatem contraxerat per mercimonia; vel quia auxilium ab eis contra Ægyptios petiverat; vel quia Ezechias nuntiis regis Babylonis omnes thesauros suos ostentaverat; quare Babylonii ad prædam Hierosolymitanam invitati sunt, Is., 39, 2.

22. *Verecundiora tua.* Pudenda tua, — *Pollutæ sunt plantæ tuæ.* In hebræo est, *discooperta sunt plantæ tuæ.* Loquitur de populo tanquam de honesta aliqua et proba muliere, cui ignominiosum est, si ei pedes et crura nudentur.

23. *Varietates suas.* Maculas suas; est enim pardus animal maculis distinctum.

24. *Disseminabo.* Dispergam, dissipabo, in exilium et in captivitatem mittam.

25. *Hæc sors tua.* Hæc est hereditas tua. — *Parsque mensuræ tuæ a me.* Hæc tibi remetiar et rependam peccatis tuis. — *In mendacio.* In idolis et falsis promissis pseudoprophetarum et Ægyptiorum.

26. *Unde et ego nudavi.* Unde et ego nudam te, et captivam quasi meretricem omnium ludibrio exponam. Vide n. 22. — *Contra faciem tuam.* Ut ipsa te nudam aspiciens erubescas : vel, ut alii interpretantur, attollam vestes tuas super faciem tuam, id est, super caput, ut appareat turpitudo tua.

27. *Adulteria.* Adulteria, hinnitus, scelus fornicationis, vocat idololatriam. — *Super colles.* In excelsis. — *Abominationes.* Idola. — *Non mundaberis.* Non curas ut te a peccatis et idolis emundes. — *Post me.* Me et cultum meum sequendo. — *Usquequo adhuc?* Scilicet talis eris? vel exspectabo ut resipiscas? quousque te feram, et furorem continebo, ne te perdam?

CHAPITRE XIV.

Sécheresse et famine. Faux prophètes. Jérémie pleure sur les maux de ses concitoyens et prie le Seigneur en leur nom.

1. Paroles du Seigneur touchant une sécheresse.
2. La Judée est dans les larmes : les portes de Jérusalem sont tombées par terre et sont couvertes de ténèbres, et le cri de la ville est monté *au ciel*.
3. Les plus grands ont envoyé à la fontaine ceux qui étaient au-dessous d'eux. Ils y sont venus pour puiser de l'eau, et ils n'y en ont point trouvé ; ils ont rapporté leurs vaisseaux vides ; ils ont été tout confus et affligés, et ils ont couvert leurs têtes.
4. Les laboureurs sont dans la consternation, à cause de la stérilité de la terre, et parce qu'il ne vient pas de pluie, ils se couvrent le visage.
5. La biche s'est déchargée de son faon dans la campagne, et elle l'a abandonné, parce qu'elle ne trouve point d'herbe.
6. Les ânes sauvages montent sur les rochers, ils attirent l'air comme *font* les dragons; leurs yeux sont tout languissants et comme morts, parce qu'il n'y a point d'herbe *pour les nourrir*.
7. Si nos iniquités rendent témoignage contre nous, faites-nous grâce néanmoins, Seigneur, à cause de votre nom, car nos révoltes sont grandes, et nous avons péché contre vous.

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam de sermonibus siccitatis.
2. Luxit Judæa, et portæ ejus corruerunt, et obscuratæ sunt in terræ, et clamor Jerusalem ascendit.
3. Majores miserunt minores suos ad aquam : venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua : confusi sunt et afflicti, et operuerunt capita sua.
4. Propter terræ vastitatem, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.
5. Nam et cerva in agro peperit, et reliquit : quia non erat herba.
6. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.
7. Si iniquitates nostræ responderint nobis : Domine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus.

Cap. XIV. — 1. *De sermonibus siccitatis.* Cette prophétie fut faite dans les premières années du règne de Joachim. Car nous voyons que les faux prophètes soutenaient encore qu'on ne verrait point l'épée de l'ennemi et que le roi de Babylone ne viendrait point. La famine prédite ici par Jérémie arriva, sans doute, sous le règne de Sédécias, vers les temps du dernier siége de Jérusalem par Nabuchodonosor. C'est du moins ce qui semble résulter du verset 18.

3. *Miserunt minores suos ad aquam.* Ils ont envoyé leurs serviteurs aux citernes où l'on conservait l'eau dans la ville, mais ils ont trouvé toutes les citernes taries.

7. *Propter nomen tuum.* C'est le seul motif que le Prophète puisse invoquer. Si l'on regarde aux sentiments de la multitude, ils sont mauvais, et justifient le fléau dont on est frappé. Mais Jéremie interesse la gloire de Dieu au salut de sa nation. Il le prie de la sauver, afin que son nom ne soit pas blasphémé parmi les nations, qu'on ne l'accuse ni de cruauté, ni d'impuissance. Ce sont les mêmes motifs qu'on retrouve dans les prières de Moïse, cherchant ainsi à désarmer la colère du Seigneur.

Cap. XIV. — 1. *De sermonibus siccitatis.* De re, et pœna siccitatis et sterilitatis, quæ contigit sub Sedecia, ante obsidionem Jerusalem.

2. *Luxit Judæa.* Lugere dicitur terra cum inculta, cum sterilis et horrida est, more lugentium. — *Portæ ejus corruerunt.* Nemo per eas transit ac si corruissent. In Hebr. est, *infirmatæ sunt,* id est, desolatæ, desertæ, ita ut nemo per eas ingrediatur aut egrediatur. LXX habent, ἐκενώθησαν, *vacuæ factæ sunt.* — *Obscuratæ sunt.* Tristes, horridæque factæ sunt ac si in terram corruissent ; vel factæ sunt obscuri nominis et nullius pretii, cum ante claræ essent.

3. *Majores.* Potentiores civitatis. — *Minores suos.* Famulos suos. — *Operuerunt capita sua.* Mos enim erat Judæis in luctu capita operire.

4. *Propter terræ vastitatem.* Hebr., *propter terram contritam.*

5. *Et reliquit.* Pullos suos, id est, non nutrivit, quia non hebebat lac, cum herba non esset. Usus est exemplo cervæ potius quam alterius bestiæ, quia magis quam aliæ amare solet fœtus suos ; quasi dicat : Si cerva pullos suos ob herbæ inopiam derelinquet, quid facient cæteræ bestiæ ?

6. *Onagri.* Asini silvestres qui, ut cervæ et dracones, sicci sunt et æstuantes ob caloris copiam, teste Plin., lib. 8, c. 12. Ideoque sitibundi præ siccitate ventum haurient ut sitim et famem temperent, et calorem refrigerent. — *Defecerunt oculi eorum.* Oculi eorum præ inedia debilitati deficient et caligabunt, qui cibo spiritibus redeuntibus illuminari solent, ut oculi Jonathæ, I. Reg., 14, 27. Vel sensus est : sunt depressi et introrsum conditi præ macie.

7. *Si iniquitates nostræ responderint nobis.* Accusaverint nos in Judicio coram te, sicut accusator respondere solet, et rei excusationes refutare. * Chaldæus vertit, *testificatæ sunt contra nos.* — *Domine, fac propter nomen tuum.* Fac nobiscum clementer propter te et nominis tui gloriam, licet nihil tale mereamur. * Ita nobiscum age ut memineris nos tuos esse. — *Aversiones nostræ.* Rebelliones a te, prævaricationes et peccata.

8. Expectatio Israel, Salvator ejus in tempore tribulationis : quare quasi colonus futurus es in terra, et quasi viator declinans ad manendum?

9. Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest salvare? tu autem in nobis es Domine, et nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos.

10. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, et non quievit, et Domino non placuit : Nunc recordabitur iniquitatum eorum, et visitabit peccata eorum.

11. Et dixit Dominus ad me : *a* Noli orare pro populo isto in bonum. [a *Supr.* 7. 16. et 11. 14.]

12. Cum jejunaverint, non exaudiam preces eorum; et si obtulerint holocautomata, et victimas, non suscipiam ea : quoniam gladio, et fame, et peste consumam eos.

13. Et dixit, A! a! a! Domine Deus : Prophetæ dicunt eis : *a* Non videbitis gladium, et fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. [a *Supr.* 5. 12. *Infr.* 23. 17.]

14. Et dixit Dominus ad me : *a* Falso prophetæ vaticinantur in nomine meo : non misi eos, et non præcepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem, et divinationem, et fraudulentiam, et seductionem cordis sui prophetant vobis. [a *Infr.* 29. 9.]

8. Attente d'Israël, et son Sauveur au temps de l'affliction! voudriez-vous être dans votre terre comme un étranger, ou comme un voyageur qui se détourne pour *n'y* demeurer *que peu de temps.*

9. Pourquoi serez-vous à notre égard comme un homme errant et vagabond, ou comme un homme fort, qui ne peut pas sauver *ceux qu'il veut?* Pour vous, Seigneur, vous êtes dans nous *comme dans votre héritage;* nous portons votre nom, comme vous appartenant. Ne nous abandonnez point.

10. *Mais* voici ce que dit le Seigneur à ce peuple qui aime à remuer ses pieds, qui ne demeure point en repos, et qui n'est point agréable à Dieu : Le Seigneur rappellera ses iniquités dans son souvenir, et il visitera ses péchés.

11. Le Seigneur *me* dit encore : Ne *me* priez point de faire grâce à ce peuple.

12. Lorsqu'ils jeûneront, je n'écouterai point leurs prières, et quoiqu'ils m'offrent des holocaustes et des sacrifices, je ne les recevrai point, parce que je les veux exterminer par l'épée, par la famine et par la peste.

13. Alors je dis : Ah! ah! ah! ah! Seigneur *mon* Dieu! les *faux* prophètes leur disent : Vous ne verrez point l'épée *ni* la guerre, et la famine ne sera point parmi vous : mais le Seigneur, vous donnera en ce lieu une véritable paix.

14. Le Seigneur me répondit : Les prophètes *qui parlent de la sorte* prophétisent faussement en mon nom; je ne les ai point envoyés, je ne leur ai point ordonné de dire ce qu'ils disent, et je ne leur ai point parlé. Les prophéties qu'ils vous débitent sont des visions pleines de mensonges. Ils parlent en devinant, ils publient les illusions trompeuses *de leur esprit*, et les séductions de leur cœur.

10. *Movere pedes suos.* La vraie doctrine est immuable. L'erreur est, au contraire, nécessairement changeante. Le peuple de Dieu n'aimait pas à rester attaché invariablement à la doctrine de ses Pères, et il préférait courir après le culte des idoles; dans ce changement de religion, il allait volontiers d'une divinité à une autre. C'est ce que signifie cette expression.

13. *Prophetæ dicunt eis.* A côté des vrais prophètes il y eut constamment de faux prophètes, qui cherchaient à les contredire et à les discréditer. Moïse l'avait prévu, et, dans sa loi, il porte la peine de mort contre ces imposteurs (Deut., XIII, 5). On pouvait distinguer les faux prophètes des vrais prophètes, comme aujourd'hui on distingue les hérétiques des catholiques; mais Jérémie, néanmoins, cherche à excuser le peuple, pour rejeter principalement la faute sur ces fauteurs de mensonges et d'illusions.

---

8. *Exspectatio Israel.* O tu, Domine, in quo Israel spem omnem suam constituit. Quæ hic dicuntur allegorice conveniunt Christo, et, ut aliqui volunt, etiam ad litteram. — *Quasi colonus.* Qui agrum alienum pretio conduxit, ut eum colendo anni unius fructum colligat, qui proinde agrum quantum potest exhaurit; vel colonus, id est, mercenarius, qui minus diligenter agrum heri sui, utpote alienum, mercede conductus colit, quam si suus esset. — *Declinans ad manendum.* Ab breve tempus, ut fit in hospitiis. LXX habent, *divertens ad diversorium.* Quasi dicat : Hactenus, Domine, apud nos habitasti in Judæa et in templo; nunc vero alienato animo esse videris, similis colono, aut mercenario agrum quem susceperat colendum negligenti.

9. *Velut vir vagus.* Vox hebraica *nidham*, significat pavidum, qui præ stupore et pavore huc illuc vagatur et discurrit; quasi dicat : Videris nos fugitare territus scelcribus nostris. LXX habent, *velut vir dormiens*, ac proinde non videns afflictionem nostram. — *Ut fortis.* Quasi homo qui, cum se fortem esse jactet, opem ferre non potest. — *Tu autem in nobis es, Domine.* Videris in nobis esse peregrinus, ut proxime dictum est, et revera non es, quia habitas in medio nostri. — *Et nomen tuum.* Quia dicimur populus tuus, hæreditas tua, peculium tuum.

10. *Movere pedes suos.* Longo, et magno cum laboro a me discedere; vel, non quiescere, sed longum iter pedibus suscipiendum conficere, ut ab Ægyptiis auxilium peterent. Vide Isa., 30, 2, et supra, c. 2, n. 18. — *Visitabit.* Puniet.

11. *In bonum.* Ut boni aliquid a me petas : sic supra, c. 7, 16, et 11, 14.

* 12. *Gladio.* Quæ vel singula sufficerent. Sunt hæc tria gravissima iræ divinæ instrumenta. Vide II. Reg., 24.

13. *Et dixi :* A, *a*, *a*. Hebraice est unica dictio, *aha*, eheu, de qua dixi supra, c. 1, n. 6. Excusat populum Jeremias, dicens fuisse deceptum a pseudoprophetis.

15. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur touchant les prophètes qui prophétisent en mon nom, quoique je ne les aie point envoyés, en disant : L'épée et la famine n'affligeront point cette terre : Ces prophètes périront eux-mêmes par l'épée et par la famine.

16. Et les corps morts de ceux à qui ils prophétisent seront jetés dans les rues de Jérusalem, après avoir été consumés par la famine et par l'épée, sans qu'il y ait personne pour les ensevelir. Ils y seront jetés, eux et leurs femmes, leurs fils et leurs filles; et je ferai tomber sur eux les maux qu'ils ont faits.

17. Et vous leur direz cette parole : Que mes yeux versent jour et nuit des ruisseaux de larmes, et qu'ils ne se taisent point, parce que la vierge, la fille de mon peuple a été accablée sous la grandeur de ses ruines, et que sa plaie est mortelle *et* incurable.

18. Si je sors à la campagne, je trouve des gens que l'épée a transpercés; si j'entre dans la ville, j'en vois d'autres qui sont consumés par la famine : les prophètes mêmes et les prêtres ont été emmenés en une terre qui leur était inconnue.

19. *Seigneur,* avez-vous rejeté et abandonné Juda pour toujours? Sion est-elle devenue l'horreur de votre âme? Pourquoi donc nous avez-vous frappés d'une plaie qui est incurable? Nous attendions la paix, et la paix n'est point venue; nous espérions la guérison, et nous voici dans le trouble.

20. Seigneur, nous reconnaissons nos impiétés et l'iniquité de nos pères, parce que nous avons péché contre vous.

21. *Mais* ne nous laissez pas tomber dans l'opprobre, afin que votre nom ne soit pas déshonoré; et ne nous couvrez pas de confusion en permettant que le trône de votre gloire, soit foulé aux pieds. Souvenez-vous de l'alliance que vous avez faite avec nous, et ne la rendez pas inutile.

22. Y a-t-il quelqu'un parmi les faux dieux des nations qui fasse pleuvoir ou qui répande les eaux du ciel sur la terre? N'est-ce pas vous qui êtes le Seigneur notre Dieu que nous attendons *pour nous secourir?* N'est-ce pas vous qui faites toutes ces choses?

15. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes : Gladius, et fames non erit in terra hac : In gladio et fame consumentur prophetæ illi.

16. Et populi, quibus prophetant, erunt projecti in viis Jerusalem præ fame et gladio : et non erit qui sepeliat eos; ipsi et uxores eorum, filii et filiæ eorum, et effundam super eos malum suum.

17. Et dices ad eos verbum istud : *a* Deducant oculi mei lacrymam per noctem et diem, et non taceant : quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. [a *Thren.* 1. 16. et 2. 18.]

18. Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio : et si introiero in civitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque et sacerdos abierunt in terram quam ignorabant.

19. Numquid [projiciens abjecisti Judam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita ut nulla sit sanitas? *a* expectavimus pacem, et non est bonum; et tempus curationis, et ecce turbatio. [a *Sup.* 8. 15.]

20. Cognovimus, Domine, impietates nostras, iniquitates patrum nostrorum, quia peccavimus tibi.

21. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solii gloriæ tuæ : recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum.

22. Numquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant? aut cœli possunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noster, quem expectavimus? tu enim fecisti omnia hæc.

18. *Si egressus fuero ad agros.* Cette peinture se rapporte trait pour trait à l'état de Jérusalem assiégée par Nabuchodonosor, et à l'état de toute la contrée qui l'environnait.

22. *Tu enim fecisti omnia hæc.* C'est vous qui avez fait toutes ces choses, c'est-à-dire, qui êtes cause de la stérilité dont nous souffrons si horriblement. Par conséquent, ajoute le P. de Carrières, après nous avoir fait sentir les effets de votre colère, faites-nous sentir ceux de votre miséricorde.

---

16. *Malum suum.* Pœnas malitiæ suæ.

17. *Deducant.* Deducent; quasi dicat : Quando vobis persuadere non possum fore ut fames et gladius veniant super vos, saltem plorabo futuram vestram calamitatem. — *Non taceant.* Est hebraismus, nam apud Hebræos tacere et silere ponitur pro cessare. — *Virgo filia populi mei.* Est hebraismus; ita enim vocatur Jerusalem, vel congregatio populi a Deo dilecti tenerrime, instar filiæ virginis.

18. *Si egressus fuero.* Ponit illis ante oculos faciem futurorum malorum, gladii, famis captivitatis. — *In terram.* In Chaldæam.

19. *Turbatio.* Confusio, tumultus, bellum, quo omnia undique miscentur.

21. *Ne des nos in opprobrium.* Ne facias nos contemptibiles, viles, et apud omnes despicabiles. In Hebræo est, *ne reprobes.* — *Propter nomen tuum.* Ut, nobis salvis, constet tibi gloria quæ debetur nomini tuo. — *Neque facias nobis contumeliam solii gloriæ tuæ.* Ne sinas, Domine, vastari et pollui Jerusalem, vel potius templum in quo, quasi solio glorioso, inter nos habitare diceris; hæc enim contumelia fit non tantum nobis, sed et solio tuo, et tibi. Vide ne, ut nos castiges, solium gloriæ tuæ Sion contumelia afficias.

22. *Numquid sunt in sculptilibus.* Redit ad capitis initium, quasi dicat : Non ab idolis, sed a te, Domine, exspectamus et oramus pluviam, ut sanes et evertas sterilitatis tuæ plagam in nos immissam; tu enim imbres immittis aut retines pro arbitrio.

CHAPITRE XV.

Dieu livrera son peuple à la peste, à l'épée, à la famine et à la captivité. Il promet son secours à Jérémie, que ces menaces ont rendu odieux.

1. Et dixit Dominus ad me : Si steterit Moyses et Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum : ejice illos a facie mea et egrediantur.

2. Quod si dixerint ad te : Quo egrediemur? dices ad eos : Hæc dicit Dominus : *a* Qui ad mortem, ad mortem : et qui ad gladium, ad gladium : et qui ad famem, ad famem, et qui ad captivitatem, ad captivitatem. [a *Zach.* 11. 9.]

3. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus : Gladium ad occisionem, et canes ad lacerandum, et volatilia cœli et bestias terræ ad devorandum et dissipandum.

4. Et dabo eos in fervorem universis regnis terræ : *a* propter Manassen filium Ezechiæ regis Juda, super omnibus quæ fecit in Jerusalem. [a *IV. Reg.* 21. 2. 11.]

5. Quis enim miserebitur tui, Jerusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibis ad rogandum pro pace tua?

6. Tu reliquisti me, dicit Dominus, retrorsum abiisti : et extendam manum meam super te, et interficiam te : laboravi rogans.

1. Le Seigneur me dit encore : Quand Moïse et Samuel se présenteraient devant moi, mon cœur ne se tournerait pas vers ce peuple. Chassez-les de devant ma face, et qu'ils se retirent.

2. Que s'ils vous disent : Où irons-nous? vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur : *Que celui* qui *est destiné* à mourir, meure; *que celui* qui *est destiné* à périr par l'épée, périsse par l'épée; et *que celui* qui *est destiné* à périr par la famine, périsse par la famine; *enfin que celui* qui *est destiné* à aller en captivité, aille en captivité.

3. Car j'enverrai pour les punir quatre fléaux différents, dit le Seigneur : l'épée pour les tuer, les chiens pour les déchirer, les oiseaux du ciel et les bêtes de la terre pour les dévorer et les mettre en pièces.

4. Et je les exposerai à la persécution pleine de fureur de tous les royaumes de la terre, à cause de Manassé, fils d'Ézéchias, roi de Juda, et de tous les crimes qu'il a commis dans Jérusalem.

5. Qui sera touché de compassion pour vous, ô Jérusalem! qui s'attristera de vos maux? qui priera pour obtenir votre paix?

6. Vous m'avez abandonné, dit le Seigneur; vous êtes retournée en arrière : c'est pourquoi j'étendrai ma main sur vous, et je vous perdrai; car je suis las de vous conjurer.

Cap. XV. — 1. *Si steterit Moyses et Samuel.* Nous apprenons par là deux vérités, dit Mézenguy, l'une, que les saints, même après leur mort, peuvent, par leurs prières, détourner la colère divine de dessus les choses humaines; l'autre, qui est, que la malice et l'endurcissement des pécheurs sont quelquefois montés à un tel excès, que Dieu ne se laisserait pas fléchir, quand même les saints, qui sont dans la gloire, intercéderaient pour eux. Le Seigneur cite Moïse et Samuel, parce qu'ils furent l'un et l'autre lévites, prophètes et chefs d'Israël, et parce que personne ne fut plus attaché à cette nation et n'eut plus de sollicitude pour son salut, et qu'ils ont toujours prié pour elle avec la plus grande ferveur (Cf. Exod., XXXII, 11, 14, et I. Jud., VII, 9).

4. *Propter Manassen.* Les quatre fléaux dont parle le Seigneur, la peste, la guerre, la famine et la captivité, furent, en effet, déchaînés sur le peuple de Dieu au temps de Nabuchodonosor. Le Seigneur ajoute, que ce fut à cause de Manassé; il faut entendre par là les abominations que fit Manassé, ses superstitions idolâtriques que les contemporains de Jérémie avaient imitées, sans en faire pénitence comme ce monarque.

Cap. XV. — 1. *Si steterit.* Si sese opposuerint pro populo isto, ut pro eo orent, quomodo Moses se mihi aliquando opposuit, Exod., 32, 31, dicens : *Aut dimitte eis hanc noxam, aut, si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Nominat autem Mosem et Samuelem, quia uterque sanctissimus fuit, et maxime sollicitus de salute populi, et pro eo diligentissime oravit. — *Non est anima mea ad populum istum.* Non placabor populo huic, nec diligam illum. — *Ejice.* Prædic illos ejiciendos a facie mea, id est, a terra Judææ, cui in templo præsens sum; vel a protectione et benevolentia mea.

2. *Qui ad mortem, ad mortem.* Id est, alii ad mortem, alii ad gladium, alii ad famem, alii ad captivitatem; vel, qui ad mortem destinati sunt, eant ad mortem; qui ad gladium, eant ad gladium, etc. * Nihil mea refert quomodo ab hac terra tollantur, dummodo tollantur.

3. *Visitabo.* Inducam, visitando eorum scelera et puniendo. — *Species.* Genera calamitatum et pœnarum. In hebræo est, *perficiam eis quatuor familias*, vel *cognationes*, id est, quatuor gentes, vel potius quatuor cognata carnivora, gladium, canes, aves et feras.

4. *Dabo eos in fervorem.* Tradam eos ferventi furori omnium regum. In Hebr. est, *in commotionem*, id est, faciam ut vagentur peregrini et fugitivi per omnia regna. — *Propter Manassem.* Regem perditissimum, qui maxime populum in idololatriam induxit. Vide IV. Reg., 21 n. 2 et 3, — *Super omnibus.* Propter omnia.

5. *Quis enim miserebitur.* Quasi dicat : Nemo.

6. *Retrorsum abiisti.* Recessisti a me. — *Laboravi rogans.* Fatigatus sum rogans te, et toties ad pœnitentiam invitans.

7. Je prendrai le van, et je les disperserai jusqu'aux extrémités de la terre. J'ai tué et j'ai perdu mon peuple; et néanmoins ils ne sont pas revenus de l'égarement de leurs voies.

8. J'ai fait plus de veuves parmi eux qu'il n'y a de grains de sable dans la mer; j'ai fait venir un ennemi pour les perdre, qui a tué en plein midi les jeunes gens entre les bras de leurs mères; j'ai frappé leurs villes d'une terreur soudaine.

9. Celle qui avait eu tant d'enfants, a cessé d'en avoir; son âme est tombée dans la défaillance; le soleil s'est couché pour elle, lorsqu'il était encore jour; elle est couverte de confusion et de honte; et s'il lui reste encore quelques enfants, je les ferai passer au fil de l'épée à la vue de leurs ennemis, dit le Seigneur.

10. Hélas, ma mère, que je suis malheureux! Pourquoi m'avez-vous mis au monde pour être un homme de contradiction, un homme de discorde dans toute la terre? Je n'ai point donné d'argent à intérêt; et personne ne m'en a donné; et cependant tous me couvrent de malédictions.

11. Alors le Seigneur me répondit : je vous jure que vous serez à la fin comblé de biens, que je vous assisterai dans l'affliction; et que, lorsqu'on vous persécutera, je vous soutiendrai contre vos ennemis.

12. Le fer peut-il s'allier avec le fer qui vient de l'Aquilon? et l'airain *avec l'acier?*

7. Et dispergam eos ventilabro in portis terræ : interfeci et disperdidi populum meum, et tamen a viis suis non sunt reversi.

8. Mutiplicatæ sunt mihi viduæ ejus super arenam maris : induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie : misi super civitates repente terrorem.

9. *a* Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima ejus : *b* occidit ei sol, cum adhuc esset dies : confusa est, et erubuit : et residuos ejus in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum. ait Dominus [a *I. Reg.* 2. 5. || b *Amos.* 8. 9.]

10. Væ mihi mater! quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ in universa terra? non fœneravi, nec fœneravit mihi quisquam : omnes maledicunt mihi.

11. Dicit Dominus : Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, et in tempore tribulationis adversus inimicum.

12. Numquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, et æs?

8. *Multiplicatæ sunt mihi viduæ.* Ces maux étaient arrivés dans les derniers temps du royaume d'Israël. Car nous voyons que sous le règne d'Achaz, Phacée avait tué en un seul combat cent vingt mille jeunes hommes du royaume de Juda. Israël avait été à son tour écrasé et dispersé dans le pays des Ninivites, et ces exemples terribles n'avaient servi de rien aux Juifs qui les avaient vus sous les yeux.

10. *Væ mihi, mater!* En annonçant de pareilles vérités, Jérémie s'était rendu odieux à ses concitoyens. Les faux prophètes, au contraire, avaient la faveur du peuple, parce qu'ils le flattaient en contredisant les menaces de Jérémie. L'homme de Dieu se voyant repoussé de tout le monde, souffre dans son patriotisme et sa foi, de tous les reproches qu'on lui adresse. La vie lui devient amère, et il expose à Dieu ses angoisses. Son rôle est celui des apôtres, que Jésus-Christ envoya au milieu des nations pour leur annoncer des vérités qui soulevèrent contre eux d'horribles persécutions.

12. *Numquid fœderabitur ferrum ferro.* Les faux prophètes annonçaient la paix, et faisaient espérer que les Juifs pouvaient s'allier avec les Chaldeens. Le Seigneur enlève à son peuple cet espoir, en lui disant que cette alliance est impossible, et que le faible sera nécessairement détruit par le fort.

---

7. *Ventilabro.* Ut ventilabro paleæ et aceres projiciuntur temere, ut abripiantur a vento. — *In portis terræ.* Terræ portas intelligit ultimas partes terræ quibus ex terra in mare exitur, et e mari in terram intratur quasi dicat : Dispergam vos usque ad fines terræ. Sanchez per portas terræ orientem et occidentem intelligit, per quas portas dies et nox ingrediuntur.

8. *Multiplicatæ sunt mihi viduæ.* Maritis interfectis. — *Super arenam maris.* Est hyperbole; plurimæ.— *Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem.* Induxi vastatorem et interfectorem adolescentis, qui consequenter matrem dolore et orbitate afficeret. — *Terrorem.* Hostium Chaldæorum.

9. *Infirmata est.* Vatabl. vertit, *enervata;* LXX *vacua facta est.* — *Quæ peperit septem.* Jerusalem, quæ plurimos habebat filios; vel quamlibet matrem intelligit quæ multiplici prole lætabatur. — *Septem.* Numerus definitus pro indefinito, juxta frequentem Scripturæ phrasim. — *Occidit ei sol.* Id est, prosperitas : in medio prosperitatis cursu eversa est Jerusalem et tribus Juda. — *Residuos.* Sub Joakim. *In gladium dabo.* Ut sub Sedecia per Nabuchodonosor occidantur.

10. *Væ mihi, mater mea!* Est epiphonema Jeremiæ, quo queritur se nescio quo fato genitum, ut omnibus probro sit quod veritatem annuntiet. — *Virum rixæ.* Omnium hominum rixis et contumeliis propositum, cui omnes contradicant, et quem omnes insectentur; nam juxta vulgatum illud : *Obsequium amicos veritas odium parit.* — *Non fœneravi.* Nihil negotii cum quopiam habui, non dedi aut accepi ad usuram, unde frequentes lites et controversiæ existunt, et tamen omnes maledicunt mihi.

11. *Si non reliquæ tuæ in bonum.* Si non fuerit successus ac finis tuus felix, non habear verax, non credar esse Deus : est promissio juramento firmata, qua Deus prophetam mœrentem consolatur. — *Si non occurri tibi.* Si non occurrero et juvero te adversus inimicos, ut tibi promisi, c. 1, n. 8.

12. *Numquid fœderabitur ferrum ferro ab aquilone, et æs?* Num poterit osse societatas et amicitia inter populum Chaldæorum, et Judæorum, ut Chaldæi Judæis parcant? quasi dicat : Nullo modo.

13. Divitias tuas et thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, et in omnibus terminis tuis.

14. Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis : quia ignis succensus est in furore meo ; super vos ardebit.

15. Tu scis, Domine, recordare mei, et visita me, et tuere me ab his qui persequuntur me, noli in patientia tua suscipere me : scito quoniam sustinui propter te opprobrium.

16. Inventi sunt sermones tui, et comedi eos, et factum est mihi verbum tuum in gaudium et in lætitiam cordis mei : quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

17. *a* Non sedi in concilio ludentium, et gloriatus sum a facie manus tuæ : solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. [a *Psalm.* 1. 1. et 25. 4.]

18. *a* Quare factus est dolor meus perpetuus, et plaga mea desperabilis renuit curari ? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium [a *Infr.* 30. 15.]

19. Propter hoc hæc dicit Dominus : Si converteris, convertam te, et ante

13. J'abandonnerai au pillage dans tous vos confins vos richesses et vos trésors ; sans que vous en receviez aucun prix, à cause de la multitude de vos péchés.

14. Je ferai venir vos ennemis d'une terre que vous ne connaissez point, parce que le feu de ma fureur s'est allumé, et qu'il vous embrasera de ses flammes.

15. Seigneur, vous qui connaissez *mon innocence*, souvenez-vous de moi, et défendez-moi contre ceux qui me persécutent. N'entreprenez pas ma défense avec tant de patience. Vous savez que c'est pour vous que je souffre ces opprobres.

16. J'ai trouvé vos paroles, et je m'en suis nourri, et votre parole est devenue la joie et les délices de mon cœur ; parce que j'ai porté le nom de votre prophète, ô Seigneur Dieu des armées !

17. Je ne me suis point trouvé dans les assemblées de ceux qui se divertissent ; je ne me suis point glorifié d'être envoyé de votre part, mais je me suis tenu solitaire, parce que vous m'avez rempli de paroles menaçantes.

18. Pourquoi ma douleur est-elle devenue continuelle ? Pourquoi ma plaie est-elle désespérée et refuse-t-elle de se guérir ? Elle est à mon égard comme une eau trompeuse à laquelle on ne peut se fier.

19. C'est pourquoi voici ce que *m'a* dit le Seigneur : *Jérémie*, si vous vous tournez vers moi

---

13. *Gratis.* In hebræo est, *non pretio*, nullo persoluto pretio. — *In omnibus peccatis tuis.* Id est, *propter peccata tua*, ut habent LXX. — *Et in omnibus terminis tuis.* Ob idola, quæ in omnibus terminis et vicis tuis erexisti, ut patet c. 11, n. 13.

14. *De terra, quam nescis.* De Chaldæa. — *Quia ignis succensus est.* Quia sum vobis vehementer iratus.

13. *Tu scis Domine.* Humilitatem meam et laborem meum, ut dicitur Psal., 24, 18 : sunt verba Jeremiæ. — *Visita me.* Auxilio tuo. — *Noli in patientia tua suscipere me.* Noli esse adeo patiens contra inimicos meos, sed quamprimum suscipe causam meam, et eos plecte ut meriti sunt.

16. *Inventi sunt sermones tui.* Scilicet a me. — *Et comedi eos.* Et hausi, et excepi eos tanquam cibum suavissimum. * Vide Ezech., 3. 1. — *Et factum est mihi verbum tuum in gaudium.* Dulce mihi fuit audire tua consilia et decreta ; at postquam ob ea Judæis tam dira passus sum, facta sunt mihi amara, æque ac Ezechieli, c. 3, 3, et Joan., in Apoc., c. 10, 9. — *Quoniam invocatum est nomen tuum.* Quia vocatus sum et vocor, atque revera sum propheta tuus ; quasi dicat : Quia certus sum me quasi prophetam audire oracula tua, qui es Deus omnipotens, hinc ea, utpote divina, fuerunt mihi dulcia.

17. *Non sedi in concilio ludentium.* Cum prophetam agere cœpi, abstinui a risu, ludis et jocis, omnique levitate ; serius fui, spiransque compunctionem. — *Gloriatus sum a facie manus tuæ.* Repete ex proximo negationem *non*, quasi dicat : Non sum gloriatus a facie manus tuæ, c. 1, n. 9, * quod scilicet prophetiæ dono decoraverit me manus tua ; sed solus sedi ab omnibus desertus, quia prophetiam minacem et ut est in hebræo, *plenam indignatione* commisisti mihi.

18. *Desperabilis.* Desperata, incurabilis : quasi dicat : Cur me relinquis in afflictione hac veluti desperatum, nec consolaris ? — *Facta est mihi.* Manus tua, de qua n. 17. — *Quasi mendacium aquarum infidelium.* Est modus loquendi proverbialis, quo explicat id quod dixerat de plaga sua desperabili. Ait enim esse incurabilem instar vulneris chironii, quod cum sanatum videtur et obductum, interius putrescit, et gangrena profundiore recrudescit : sicut fallaces quidam torrentes, aut lacunæ, quæ cum putantur exaruisse et sicco pede posse transiri, cedunt incedenti, eumque hauriunt et mergunt ; hæ enim vocantur infideles, quia cum videntur siccæ et solidæ, de novo bulliunt et scaturiunt instar paludis. * Vel sensus est : tanquam fons fallax largos promittens latices et nullos subministrans.

19. *Si converteris.* Est futurum et sensus est : si convertaris, o Jeremia, a tua diffidentia, pusillanimitate, et impatientia ad firmam in me spem et constantiam, convertam et restituam te, ut firmus stes ante faciem meam, sisque mihi familiaris et propheta clarissimus, ac mihi curæ sit salus tua. — *Si separaveris pretiosum a vili.* Si separaveris verbum meum pretiosum a verbis Judæorum minacibus, sed levibus, vilibus et infirmis, quia ipsi invalidi sunt, et minas suas explere non poterunt ; si fortiter et animose, ô Jeremia, adhæseris verbo meo, et contempseris Judæorum minas, * et humanas rationes spreveris quæ animum tuum dejiciunt, eris quasi os meus ; id est, eris propheta, et præco meus mihi conjunctissimus, per quem ego mea secreta et decreta edicam et proloquar. — *Convertentur ipsi ad te.* Ipsi Judæi tibi infensi, fient tibi supplices, et subjicientur tibi, non tu illis : imo ipsi requirent te tuamque amicitiam ut eis consulas, et pro eis ores ; tu vero mea virtute roboratus, quasi murus æreus, non curabis nec requires eos.

je ferai que vous changerez vous-même *de sentiment;* et que, vous demeurerez ferme devant ma face : et si vous savez distinguer ce qui est précieux de ce qui est vil, vous serez alors comme la bouche de Dieu, et ce ne sera pas vous qui vous tournerez vers le peuple; mais ce sera ce peuple qui se tournera vers vous.

20. Et je vous rendrai, à l'égard de ce peuple, comme un mur d'airain fort *et inébranlable;* car ils vous feront la guerre, et ils n'auront sur vous aucun avantage, parce que je suis avec vous pour vous sauver et pour vous délivrer, dit le Seigneur.

21. Je vous dégagerai donc des mains des méchants, et je vous préserverai de la puissance des forts.

faciem meam stabis : et si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris : convertentur ipsi ad te, et tu non converteris ad eos.

20. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem ; et bellabunt adversum te, et non prævalebunt : quia ego tecum sum ut salvem te, et eruam te, dicit Dominus.

21. Et liberabo te de manu pessimorum, et redimam te de manu fortium.

CHAPITRE XVI.

Virginité de Jérémie. Délivrance d'Israël. Conversion des Gentils.

1. Alors le Seigneur me dit :

2. Vous ne prendrez point de femme, et vous n'aurez point de fils ni de filles en ce lieu.

3. Car voici ce que dit le Seigneur touchant les fils et les filles qui naîtront en ce lieu, touchant les mères qui les ont mis au monde, et les pères qui leur ont donné la vie.

4. Ils mourront de divers genres de maladies; ils ne seront ni pleurés ni ensevelis : ils seront exposés comme un fumier sur la face de la terre; ils seront consumés par l'épée et par la famine : et leurs corps morts seront en proie aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre.

5. Car voici ce que dit le Seigneur : N'entrez point dans une maison de festin, et n'y allez point pour pleurer *les morts,* ou pour consoler ceux qui y sont, parce que j'ai retiré ma paix de ce peuple, dit le Seigneur ; j'en ai retiré ma bonté et mes miséricordes.

6. Ils mourront *tous* en cette terre, grands et

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Non accipies uxorem, et non erunt tibi filii et filiæ in loco isto.

3. Quia hæc dicit Dominus super filios et filias qui generantur in loco isto, et super matres eorum quæ genuerunt eos : et super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac :

4. Mortibus ægrotationum morientur : non plagentur, et non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt : et gladio et fame consumentur, et erit cadaver eorum in escam volatilibus cœli et bestiis terræ.

5. Hæc enim dicit Dominus : Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos : quia abstuli pacem meam a populo isto, dicit Dominus, misericordiam et miserationes.

6. Et morientur grandes et parvi in

20. *Bellabunt adversum te, et non prævalebunt.* Ce sont les promesses que Jésus-Christ a faites à ses apôtres. Il leur a annoncé la lutte qu'ils auraient à soutenir, les persécutions auxquelles ils seraient en proie : *Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis vapulabitis. — Eritis odio omnibus propter nomen meum.* Mais il leur a promis d'être perpétuellement au milieu de son Eglise, et de ne pas laisser les puissances de l'enfer prévaloir contre elle. *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* (Cf. Marc., XIII, 9-13; Matth., XVI, 18).

Cap. XVI. — 2. *Non accipies uxorem.* On conclut de ces paroles que jusque-là Jérémie avait vécu dans le célibat et la virginité, et on croit qu'il y persévéra jusqu'à la mort. L'Eglise l'honore comme un des plus grands saints de l'Ancien Testament, parce qu'il fut sanctifié dès le sein de sa mère et qu'il réunit dans sa personne les qualités de prophète, de martyr et de vierge.

5. *Ne ingrediaris domum convivii.* C'était la coutume chez les Juifs de faire un festin solennel après les funérailles. Les amis du mort y envoyaient des présents et se rendaient au repas pour consoler les parents et les engager à prendre quelque nourriture, supposant que dans leur affliction ils n'auraient pas assez soin d'eux-mêmes (Glaire, *Introd. à l'Ancien et au Nouveau Testament,* tom. II, pag. 291). Le Seigneur défend au Prophète de suivre cet usage, pour montrer que les malheurs de son peuple seront si grands, qu'il sera véritablement inconsolable.

Cap. XVI. — 2. *Non erunt tibi filii.* Id est, non sint; futurum pro imperativo. — *In loco isto.* In Judæa, quia mox vastabitur, ne super dolorem proprium uxoris et liberorum miseriis torqueare.

3. *Super filios.* De filiis.

4. *Mortibus ægrotationum morientur.* Variis morborum generibus. Videtur peculiariter esse sermo de peste, ut superiori c., n. 2; nam de fame et gladio sequitur. — *Non plangentur.* Quia non erit qui plangat, ut in magna pestilentia fieri solet.

5. *Quia abstuli pacem meam a populo isto.* Sum enim illi iratus et infensus.

6. *Non se incident.* Ut facere solent in funeribus more gentilium : scalpellis aut cultellis cutem incidentes. Vide Deut., 14, 1, et Lev., 19, 28, et ibi dicta. — *Neque calvitium fiet pro eis.* Detonsis, vulsis, aut abrasis capillis, ut fecit Job, c. 1, n. 20.

terra ista : non sepelientur neque plangentur, et non se incident, neque calvitium fiet pro eis.

7. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo : et non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo et matre.

8. Et domum convivii non ingrediaris, ut sedeas cum eis, et comedas et bibas ;

9. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego auferam de loco isto in oculis vestris, et in diebus vestris, vocem gaudii, et vocem lætitiæ, vocem sponsi, et vocem sponsæ.

10. Et cum annuntiaveris populo huic omnia verba hæc, et dixerint tibi : *a* Quare locutus est Dominus super nos omne malum grande istud ? quæ iniquitas nostra? et quod peccatum nostrum, quod peccavimus Domino Deo nostro ? [a *Supr.* 5. 19.]

11. Dices ad eos : Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus, et abierunt post deos alienos, et servierunt eis, et adoraverunt eos, et me dereliquerunt, et legem meam non custodierunt.

12. Sed et vos *a* pejus operati estis quam patres vestri : ecce enim ambulat unusquisque post pravitatem cordis sui mali, ut me non audiat. [a *Sup.* 7. 26.]

13. Et ejiciam vos de terra hac, in terram quam ignoratis vos et patres vestri : et servietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.

14. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicetur ultra : Vivit Dominus qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.

15. Sed vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, et de

petits : ils ne seront ni ensevelis ni pleurés : on ne se découpera point le corps pour faire leur deuil, et on ne se rasera point les cheveux.

7. On ne donnera point de pain à celui qui pleure un mort, pour le soulager, et on ne lui donnera point à boire pour le consoler de la mort de son père et de sa mère.

8. N'entrez point dans une maison de festin, pour vous asseoir pour manger et pour boire avec eux :

9. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Je ferai cesser dans ce lieu, en vos jours et à vos yeux, tous les cris de joie et les chants de réjouissance, les cantiques de l'épouse et les chansons de l'époux.

10. Et lorsque vous annoncerez ces paroles à ce peuple, et qu'ils vous diront : Pourquoi le Seigneur a-t-il résolu de nous affliger de si grands maux? quelle est notre iniquité ? quel est le péché que nous avons commis contre le Seigneur notre Dieu?

11. Vous leur direz : C'est parce que vos pères m'ont abandonné, dit le Seigneur, qu'ils ont couru après des dieux étrangers, qu'ils les ont servis et adorés, et qu'ils m'ont abandonné et n'ont point observé ma loi.

12. Mais vous-mêmes, vous avez encore fait plus de mal que vos pères; car chacun de vous suit la corruption de son mauvais cœur, et ne veut point écouter ma voix.

13. Je vous chasserai donc de ce pays, dans une terre qui vous est inconnue, comme elle l'a été à vos pères; et vous servirez là jour et nuit des dieux étrangers qui ne vous donneront aucun repos :

14. C'est pourquoi le temps vient, dit le Seigneur, qu'on ne dira plus à l'avenir : Vive le Seigneur, qui a tiré les enfants d'Israël de l'Egypte :

15. Mais : Vive le Seigneur qui a tiré les enfants d'Israël et de la terre de l'Aquilon, et de

7. *Lugenti panem.* Ce pain s'appelait le *pain des douleurs*, et le vin qu'on donnait aux parents du mort s'appelait le *calice des consolations : Bonum vinum lætificat cor hominis.*

15. *Qui eduxit filios Israel.* Après la justice de Dieu doit venir sa miséricorde. Israël sera emmené en captivité, mais il reviendra ensuite.

---

7. *Et non frangent inter eos lugenti panem.* Tanta erit strages Judæorum, ut ipsi invicem in morte charissimorum consolari non curent : imo vix supersint qui filiis in morte parentum lugentibus, de more, cibum et vinum propinent ad dolorem mitigandum : quod tamen dicitur. *panem ad consolandum*, videtur significare funebre convivium, de quo dictum est n. 5. * Respicit etiam morem Hebræorum mittentium amicis qui in luctu versabantur epulas et vinum ad mœrorem abstergendum.

8. *Domum convivii non ingrediaris.* Non intelligit convivium funebre, sed geniale, quale dari solet in nuptiis; festis, victoriis, etc.; vult enim Deus prophetam abstinere suorum civium conviviis, ut hoc ipso significet tempus esse luctus, non gaudii.

9. *Vocem sponsi, et vocem sponsæ.* Cantiones nuptiales et lætas, quales erant apud gentiles hymenæi et epithalamia.

10. *Et ejiciam vos.* Particula *et* hoc loco causam significat, quasi dicat : Propterea ejiciam vos. — *In terram quam ignoratis.* Chaldæam, ut supra, c. 14, 18, et 15. 14. Hanc enim plebeii Judæorum non viderant, ejusque situm, conditiones et mores ignorabant. — *Et servietis ibi diis alienis.* Est figura, concessio, quasi dicat : Poteritis ibi usque ad satietatem servire idolis ad quæ ita anhelatis, imo insanitis ; vel cogent vos Chaldæi servire diis ipsorum.* Vel, ut interpretatur Chaldæus ; servietis populis qui diis illis serviunt. Videtur enim qui domino imperat et servo imperare. — *Non dabunt vobis requiem.* Liberantes a captivitate et ejus ærumnis.

14. *Qui eduxit filios Israel de terra Ægypti.* Post Babylonicam captivitatem futurum prædicit, ut non dicant : *Qui eduxit de terra Ægypti* sed *de terra aquilonis*, id est, Chaldæa, indicans fore ut durior sit eorum servitus in Chaldæa, quam olim fuisset in Ægypto, et ut acerbitate præsentis, veteris obliviscantur. Vel significat majus se in illos beneficium collaturum, a Babylonica captivitate liberando, quam olim contulerat liberans ab Ægypto.

tous les pays où je les aurai chassés, jusqu'à ce que je les ramène en cette terre que j'ai donnée à leurs pères.

16. *Car* j'enverrai beaucoup de pêcheurs, dit le Seigneur, et ils les prendront à la pêche ; et je leur enverrai ensuite beaucoup de chasseurs, et ils les iront chercher pour les prendre dans toutes les montagnes, dans toutes les collines et dans les cavernes des rochers.

17. *Car* mes regards sont arrêtés sur leurs voies; elles ne me sont point cachées, et leur iniquité n'a pu se dérober à mes yeux.

18. *Ainsi* je leur rendrai premièrement au double ce que méritent leurs iniquités et leurs péchés, parce qu'ils ont souillé ma terre par l'horrible puanteur de leurs idoles, et qu'ils ont rempli mon héritage de leurs abominations.

19. Seigneur, qui êtes ma force, mon appui et mon refuge au jour de l'affliction, les nations viendront à vous des extrémités de la terre, et elles diront : il est vrai que nos pères n'ont possédé que le mensonge et qu'un néant qui leur a été inutile.

20. Comment un homme se ferait-il lui-même des dieux? certainement ce ne sont point des dieux.

21. C'est donc maintenant, c'est présentement que je vais leur faire voir que ma main est toute puissante, et *alors* ils sauront que mon nom est celui qui est.

universis terris ad quas ejeci eos, et reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum.

16. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, et piscabuntur eos : et post hæc mittam eis multos venatores, et venabuntur eos de omni monte, et de omni colle, et de cavernis petrarum.

17. Quia oculi mei super omnes vias eorum : non sunt absconditæ a facie mea, et non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.

18. Et reddam primum duplices iniquitates, et peccata eorum : quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum, et abominationibus suis impleverunt hæreditatem meam.

19. Domine, fortitudo mea, et robur meum, et refugium meum in die tribulationis : ad te gentes venient ab extremis terræ, et dicent : Vere mendacium possederunt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit.

20. Numquid faciet sibi homo deos, et ipsi non sunt dii?

21. Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam et virtutem meam : et scient quia nomen mihi Dominus.

16. *Post hæc mittam eis multos venatores.* Ces pêcheurs et ces chasseurs sont les Chaldéens; leur envoi successif designe les differentes expeditions qui eurent lieu sous Nabuchodonosor. La première arriva sous Joachim qui régnait en Juda lorsque cette prophétie fut publiée; la seconde se fit sous Jéchonias; et la troisième, qui fut la plus terrible, eut lieu sous Sédécias.

19. *Ad te gentes venient.* La conversion des Gentils est ici évidemment annoncée; elle a commencé au temps des Apôtres; elle s'est perpétuée de siècle en siècle, et recevra son dernier accomplissement à la fin des temps, lorsque l'Evangile aura été annoncé par toute la terre (*Bible de Vence*).

21. *Nomen mihi Dominus.* Dans l'Hébreu se trouve ici le grand nom tetragrammaton, *Jéhova* que la Vulgate exprime communément par le mot *Dominus*. Le P. de Carrières a traduit : Ils sauront que mon nom est, celui qui est, par allusion à cette définition que Dieu donne de lui-même à Moïse : *Ego sum qui sum* (Cf. Exod., III, 14).

---

16. *Ecce ego mittam piscatores.* Sensus est, futurum ut nemo latere possit, neque captivitatem effugere. Primum enim Chaldæi tanquam piscatores Judæos in Jerusalem, quasi reti conclusos, ceperunt. Deinde Sedeciam et principes viros de nocte ad montes fugientes tanquam venatores persecuti sunt, et captivos reduxerunt, IV. Reg., 25, 5. Alii, cum S. Hieronymo, hæc de temporibus gratiæ intelligunt, et piscatores interpretantur apostolos et venatores viros apostolicos, qui piscationi et venationi animarum in earum bonum insistent.

17. *Super omnes vias eorum.* Super peccata, quia non fugiunt me peccata eorum.

18. *Et reddam primum.* Antequam eos a captivitate liberem, efficiam ut pœnas quas debent persolvant. — *Duplices.* Multiplices : numerus certus pro incerto. — *Morticinis idolorum suorum.* Cadaveribus filiorum et bestiarum quas idolis suis sacrificabant. — *Hæreditatem meam.* Terram Juda, quæ hæreditas mea et peculium meum est.

19. *Ad te gentes venient.* Vaticinatur futuram conversionem gentium, quæ ex Babylonica captivitate occasionem et initium sumpsit. Cyrus enim primus a Deo excitatus Deum cognovit, et Judæos in libertatem asseruit, ut habemus I. Esdræ, 1, 1 ; ' nec defuerunt et Chaldæis qui judaica sacra susciperent. Post Christi autem adventum expleta est, cum *plenitudo gentium intravit*, ut loquitur D. Paulus ad Rom., 11, 25. — *Vere mendacium.* Deos falsos habuerunt, qui eis prodesse non poterant. ' Hoc dicent malo suo et experimento edocti.

20. *Numquid faciet sibi homo deos?* Numquid convenit aut decet ut homo sibi deos faciat? quasi dicat : Nullo modo.

21. *Per vicem hanc.* Vice hac. — *Ostendam eis manum meam.* Potentiam meam, mirabiliter eos liberando et ad me convertendo.

CHAPITRE XVII.

Endurcissement de Juda. Le Prophète implore la protection du Seigneur. Sanctification du sabbat.

1. Peccatum Juda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, et in cornibus ararum eorum.

2. Cum recordati fuerint filii eorum ararum suarum, et lucorum suorum, lignorumque frondentium, in montibus excelsis,

3. Sacrificantes in agro; fortitudinem tuam, et omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in universis finibus tuis.

4. Et relinqueris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi : et servire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras, quoniam ignem succendisti in furore meo, usque in æternum ardebit.

5. Hæc dicit Dominus : *a* Maledictus homo qui confidit in homine, et ponit carnem brachium suum, et a Domino recedit cor ejus. [a *Isai.* 30. 2. 31. 1. *Infr.* 48. 7.]

6. *a* Erit enim quasi myricæ in deserto, et non videbit cum venerit bonum : sed habitabit in siccitate, in deserto, in terra salsuginis et inhabitabili : [a *Infr.* 48. 6.]

1. Le péché de Juda est écrit avec une plume de fer et une pointe de diamant; il est gravé sur la table de leur cœur et sur les coins de leurs autels.

2. Leurs enfants ont imprimé dans leur souvenir leurs autels, leurs grands bois, leurs arbres chargés de feuilles sur les hautes montagnes,

3. Et les sacrifices qu'ils *leur* offraient dans les champs. C'est pourquoi, *ô Sion!* j'abandonnerai au pillage tout ce qui vous rendait forte, tous vos trésors et vos hauts lieux où vous adoriez vos idoles, pour punir les péchés que vous avez commis dans toutes vos terres.

4. Vous demeurerez toute seule dépouillée de l'héritage que je vous avais donné; et je vous rendrai l'esclave de vos ennemis, *qui vous transporteront* dans un pays que vous ne connaissez point, parce que vous avez allumé ma colère comme un feu qui brûlera éternellement.

5. Voici ce que dit le Seigneur : Maudit est l'homme qui met sa confiance en l'homme, qui se fait *pour appui* un bras de chair, et dont le cœur se retire du Seigneur.

6. Il sera semblable au tamaris qui est dans le désert, et il ne verra point le bien, lorsqu'il sera arrivé : mais il demeurera au désert dans la sécheresse, dans une terre brûlée et inhabitable.

Cap. XVII. — 5. *Qui confidit in homine*. Là était la différence qu'il y avait entre les impies et les hommes de foi. Les premiers avaient une politique tout humaine. Au lieu de s'appuyer sur les promesses divines, comme l'auraient voulu les hommes de foi, ils cherchaient un appui dans les alliances étrangères, et principalement dans l'Egypte. Ils enlevaient ainsi à leur État le caractère théocratique qu'il avait à son origine et qui devait faire sa grandeur. C'est ce que le Seigneur condamne ici comme une suite de la perte de la foi.

Cap. XVII. — 1. *Scriptum est*. Inscriptum, insculptum. — *Stylo ferreo*. Veteres enim stylis scribebant in tabulis ceratis, non calamo. — *In ungue adamantino*. In tabella ex adamante, qui unguis dicitur ob nitorem et levitatem. Docet ergo peccatum Judæorum pene esse indelebile, ac propterea eos puniendos. Sanchez per *peccatum*, intelligit idolum, per *unguem adamantinum*, gemmam inclusam annulo; per *latitudinem cordis*, laminam a collo usque ad cor demissam, cui, æque ut gemmæ, idoli imaginem insculpere solent. — *Super latitudinem cordis*. Significat cordis tabulis alte im pressum esse amorem idolorum. — *Et in cornibus ararum*. Peccatum idola colentium dicitur scriptum in cornibus ararum, quia cornua altarium victimarum sanguine redundabant, quas idolis sacrificabant; aspergebant enim sanguine cornua altaris, sicut in sacrificiis quæ vero Deo fiebant. Vide Exod., 29, 12, et Levit., 4, 7, 18. Vel quia in cornibus aitarium scribi solebant idolorum nomina, et symbola, vel imagines quibus ibi sacrificabatur, sicut invenit Athenis D. Paulus in ara quadam scriptum : *Ignoto Deo*. Act., 17, 23.

2. *Cum recordati fuerint*. Filii, cum recordati fuerint peccata patrum, ut scilicet ea imitentur sacrificantes idolis sicque impleant mensuram peccatorum, qua impleta ego vindictam sumere decrevi; tunc omnia tua, o Juda, hostibus dabo, et tu omnino desolata relinqueris. — *Lucorum suorum*. Sæpius enim dictum est in lucis et sub frondentibus arboribus in montibus excelsis superstitiosos suos cultus idolorum exercere solitos fuisse.

3. *Sacrificantes in agro*. Necte cum præcedentibus verbis, *cum recordati fuerint filii eorum sacrificantes in agro*. — *Fortitudinem*. Opes et divitias. — *Excelsa tua*. Templa et aras idolorum tuorum.

4. *Et relinqueris sola*. Destituta, privata hæreditate tua. Pagninus et alii ex Hebræo vertunt, *et remissio erit tibi ab hæreditate tua*, quod sic explicant : quia præceperam tibi ut septimo quoque anno sineres terram quiescere, Levit., 25, 4, et non fecisti, efficiam ut coactus facias, et ad tempus diuturnius. — *Ignem*. Furoris mei. — *Succendisti*. Multitudine peccatorum.

5. *Qui confidit in homine*. Tanquam in Deo, aut magis quam in Deo. — *Carnem*. Hominem carneum, imbecillum, nam *omnis caro fœnum*, Isa., 40, 6. — *Brachium suum*. Robur suum in quo confidat. Hoc ideo dicit quia Judæi, contempto Deo, in Ægyptiis confidebant, ut Isa., 31, 3 : *Ægyptus homo et non Deus; et equi eorum caro, et non spiritus*.

6. *Erit enim quasi myricæ in deserto*. Myrica, sive tamarix (quo etiam nomine appellatur in Italis) notum est arbustum quod nonnisi in aridissimis locis nascitur, et nullum fructum

7. Au contraire, heureux l'homme qui met sa confiance au Seigneur, et dont le Seigneur est l'espérance.

8. Il sera semblable à un arbre transplanté sur le bord des eaux, qui étend ses racines vers l'eau qui l'humecte, et qui ne craint point la chaleur lorsqu'elle est venue : sa feuille sera toujours verte, il ne sera point en peine au temps de la sécheresse, et il ne cessera jamais de porter du fruit.

9. Le cœur de tous les hommes est corrompu, il est impénétrable. Qui pourra le connaître?

10. C'est moi qui suis le Seigneur, qui sonde les cœurs et qui éprouve les reins, qui rends à chacun selon sa voie, et selon le fruit de ses pensées *et* de ses œuvres.

11. Comme la perdrix couve des œufs qui ne sont point à elle, ainsi l'injuste s'enrichit du bien des autres par son injustice : il quittera ses richesses au milieu de ses jours, et sa fin sera la conviction de sa folie.

12. Le trône de la gloire du Seigneur est élevé dès le commencement; et c'est de ce lieu que vient la grâce qui nous sanctifie.

13. Seigneur, qui êtes l'attente d'Israël, tous ceux qui vous abandonnent seront confondus; ceux qui se retirent de vous seront écrit sur la terre, parce qu'ils ont abandonné le Seigneur, qui est la source des eaux vives.

14. Seigneur, guérissez-moi, et alors je serai guéri; sauvez-moi, et je serai sauvé, parce que vous êtes ma gloire.

7. Benedictus vir qui confidit in Domino, et erit Dominus fiducia ejus.

8. *a* Et erit quasi lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas : et non timebit cum venerit æstus. Et erit folium ejus viride, et in tempore siccitatis non erit sollicitum, nec aliquando desinet facere fructum. [a *Psalm.* 1. 3.]

9. Pravum est cor omnium, et inscrutabile : quis cognoscet illud?

10. *a* Ego Dominus scrutans cor, et probans renes : qui do unicuique juxta viam suam et juxta fructum adinventionum suarum. [a *I. Reg.* 16. 7. *Psalm.* 7. 10. *Apoc.* 2. 23.]

11. Perdix fovit quæ non peperit : fecit divitias, et non in judicio : in dimidio dierum suorum derelinquet eas, et in novissimo suo erit insipiens.

12. Solium gloriæ altitudinis a principio, locus sanctificationis nostræ.

13. Exspectatio Israel, Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur : recedentes a te, in terra scribentur : quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.

14. Sana me, Domine, et sanabor : salvum me fac, et salvus ero : quoniam laus mea tu es.

8. *Et erit quasi lignum.* Ces images rappellent celles que le Psalmiste emploie quand il veut peindre le bonheur du juste. *Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum* (Ps. 2, 3).

---

profert. * Vide Plin., l. 24, c. 9, et Dioscorid., l. 1, c. 99. Significat ergo eum qui in homine confidit, futurum infructiferum et aridum, id est, nullum bonum successum habiturum. — *Non videbit.* Non experietur, non sentiet, non erit particeps. — *Cum venerit bonum.* Id est, pluvia ut patet ex sequentibus. — *Sed habitabit in siccitate.* Etiam cum pluet super alios, non pluet super eum, nec super agros ejus, id est, erit in summa desolatione, siccitate et bonorum omnium penuria. — *In terra salsuginis.* Quæ propter salsuginem, qua infecta est, sterilis est.

9. *Pravum est cor omnium.* Occurrit objectioni, ne quis existimet posse Deum latere, in quo quisque confidat, in Deone, an in hominibus. In Hebræo habetur, *fraudulentum est cor præ omnibus rebus*, id est, nihil est ex omnibus rebus quod æque fallax sit atque cor hominis.

10. *Probans.* Scrutans, tentans, et quid in illis lateat cognoscens. — *Juxta viam suam.* Ut merentur actiones ejus. — *Et juxta fructum.* Repetitio ejusdem sententiæ : nam adinventiones alicujus sunt ea quæ quis excogitat ut faciat.

11. *Perdix fovit.* Tradunt Aristoteles, Teophrastus, Plinius, et alii physici, perdicem alterius perdicis, id est, aliena ova furari, eis incubare, excludere pullos, qui cum adoleverint, et vocem excludentis audiverint, ab ea, quasi ab aliena, avolant, et ad veram matrem se conferunt. Idipsum ait propheta Judæis eventurum, qui congregaverunt divitias, et non in judicio, hoc est, inique, per usuram, aut rapinam. — *In dimidio dierum suorum.* Antequam illis perfruantur, eas amittent, eripientibus Chaldæis; male enim parta male dilabuntur. — *In novissimo suo erit insipiens.* Apparebit eum insipientem esse, qui aliena rapit.

12. *Solium gloriæ.* Est epiphonema prophetæ. Nos, inquit, non in homine confidimus, non tanquam alieni pulli alienam perdicem sequimur, neque tanquam perdix alienis ovis incubamus : sed in solo Domino confidimus, et gloriosum excelsumque ejus solium, quod ab omni æternitate fuit, confugium nostrum est, et locus unde sanctificamur, vel quem sanctificamus, solum Deum adorantes. * Vel sensus est : locus cultus nostri non sunt excelsa et luci, sed templum illud magnificum a te ipso, ô Deus, jam a Salomonis temporibus ei rei destinatum.

13. *Expectatio Israel.* O Domine, in quo Israel sperat et confidit. — *In terra scribentur.* Ascribentur et annumerabuntur iis qui terrena sapiunt, vel peribit eorum nomen et fama, ut delentur et dissipantur characteres qui formantur in pulvere, quos ventus nullo negotio dispergit et dissipat. — *Venam aquarum viventium.* Deum qui est scaturigo numquam deficiens omnium bonorum.

14. *Sana me Domine.* Non postulat sanari a peccato, sed a calumnia et dolore quem propter ea capiebat — *Quoniam laus mea tu es.* Tu es, Domine, in quo et de quo gloriari soleo; esto rideant me Judæi quod serviam tibi quem illi contemnunt, præ diis suis.

15. Ecce ipsi dicunt ad me : Ubi est verbum Domini? veniat.

16. Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens ; et diem hominis non desideravi, tu scis : Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit.

17. Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis.

18. Confundantur qui me persequuntur, et non confundar ego : paveant illi, et non paveam ego : induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos.

19. Hæc dicit Dominus ad me : Vade, et sta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Juda, et egrediuntur, et in cunctis portis Jerusalem,

20. Et dices ad eos : Audite verbum Domini reges Juda, et omnis Juda, cunctique habitatores Jerusalem qui ingredimini per portas istas.

21. Hæc dicit Dominus : Custodite animas vestras, et nolite portare pondera in die sabbati, nec inferatis per portas Jerusalem.

22. Et nolite ejicere onera de domibus vestris in die sabbati, et omne opus non facietis : sanctificate diem sabbati, sicut præcepi patribus vestris.

23. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam : sed induraverunt cervicem suam ne audirent me, et ne acciperent disciplinam.

15. Je les vois qui me disent sans cesse : Où est la parole du Seigneur? Quelle s'accomplisse.

16. Mais pour moi, je n'ai point été troublé en vous suivant comme mon pasteur, et je n'ai point désiré le jour *ni la faveur* de l'homme. Vous le savez, ce qui est sorti de mes lèvres a été droit devant vos yeux.

17. Ne me devenez pas un sujet de crainte, puisque c'est vous qui êtes mon espérance au jour de l'affliction.

18. Que ceux qui me persécutent soient confondus, et que je ne sois point confondu moi-même ; qu'ils soient dans l'épouvante, et que je ne sois point épouvanté. Faites venir sur eux un jour de malheur, et brisez-les par les divers maux, dont vous les frapperez.

19. Voici ce que le Seigneur me dit : Allez, tenez-vous à la porte *de la ville* des enfants de mon peuple, par laquelle les rois de Juda entrent et sortent : allez dans toutes les portes de Jérusalem,

20. Et dites-leur : Ecoutez la parole du Seigneur, rois de Juda, habitants de la Judée, et vous tous qui demeurez dans Jérusalem et qui entrez par ces portes.

21. Voici ce que dit le Seigneur : Veillez sur vos âmes, ne portez point de fardeaux au jour du sabbat, n'en faites point entrer par les portes de Jérusalem ;

22. Et n'en faites point sortir hors de vos maisons aux jours du sabbat ; et ne faites point en ce jour d'œuvre servile ; sanctifiez le jour du sabbat, selon que je l'ai ordonné à vos pères.

23. Mais ils ne m'ont point écouté, leur oreille ne s'est point soumise ; ils ont rendu leur tête dure *et* inflexible, pour ne m'entendre point, et pour ne point recevoir mes instructions.

15. *Ubi est verbum Domini?* Les menaces que le Prophète avait fait retentir aux oreilles de ses concitoyens n'ayant pas eu immédiatement leur accomplissement, les incrédules s'en moquaient, et ils lui disaient, avec insolence : Qu'ils viennent ces maux que vous nous annoncez depuis si longtemps! Ce langage est encore aujourd'hui celui des incrédules, lorsque, sans être prophètes, nous leur annonçons les maux qui doivent résulter de leurs mauvaises doctrines.

19. *Per quam ingrediuntur reges Juda.* Ces rois de Juda étaient Joachim qui régnait alors, et ses successeurs Jéchonias son fils, et Sédécias, son frère, les deux derniers rois de Juda. Le but principal de l'institution du sabbat avait été de reconnaître que Dieu avait créé l'univers, et la loi punissait du dernier supplice la profanation de ce grand jour (Is., XXXV, 2) ; parce que c'était comme une négation du souverain domaine de Dieu. Ces rois impies, qui favorisaient le culte des idoles, laissaient publiquement profaner le jour du sabbat et c'est cette profanation que le Prophète désigne comme une des causes de la colère de Dieu. Si ce désordre avait cessé, le Seigneur se serait laissé toucher, et n'aurait pas déchaîné contre son peuple les nations étrangères qui ont fait sa ruine et son malheur (vers. 25). Que dire de la profanation du dimanche? Quels maux ce crime public ne doit-il pas attirer sur nos sociétés modernes?

---

15. *Ubi est verbum Domini?* Ubi sunt quæ prædicis ventura mala, Chaldæi, etc., venturos non credimus, nec timemus, Ægyptiis auxilium ferentibus.

16. *Non sum turbatus.* Licet illis irridentibus et improperantibus. — *Te pastorem sequens.* Id est, ut in hebræo, non detractavi quominus essem pastor post te, non recusavi munus prophetæ, quod mihi injunxisti ut essem pastor post te, secundus a te, personam tuam gerens; vel, quod ex præscripto tuo tuaque sequens vestigia populum tuum pascerem et regerem. * Ex hebræo etiam verti potest : *Ego non cucurri post te, ut pastor essem*, id est, non ambivi munus hoc propheticum. — *Et diem hominis non desideravi.* Non optavi prosperitatem humanam. * Vel ex hebræo, *diem doloris non optavi.* — *Quod egressum est.* Tu scis me nihil dixisse nisi verum et rectum, et quod tu mihi suggessisses.

7. *Non sis tu mihi formidini.* Nihil mihi sum conscius, propter quod te timeam, et satis mihi est; nam in te solo spes meas locavi, præsertim cum ingruunt adversa; reliqua omnia nihil curo.

18. *Confundantur...* Pudefiant, erubescant se falsos et opinione sua frustratos esse animadvertentes, cum sperabant ea ventura non esse quæ ego prædicebam. — *Duplici contritione.* Multiplici clade et afflictione, ut experiantur vera esse quæ illis vaticinatus sum.

19. *Sta in porta.* In portu frequentissima, regia, ad quam principes et primarii cives juris dicendi causa convenire solent.

21. *Custodite animas vestras.* A peccato.

22. *Ejicere.* Efferre onera.

24. Si vous m'écoutez, dit le Seigneur, et si vous ne faites point passer de fardeaux par les portes de cette ville au jour du sabbat; si vous sanctifiez le jour du sabbat sans y faire aucun ouvrage;

25. Des rois et des princes entreront par la porte de cette ville, qui s'assiéront sur le trône de David, qui seront montés sur des chariots et sur des chevaux, eux et leurs princes, les habitants de Juda et ceux de Jérusalem; et cette ville sera habitée éternellement.

26. Ils viendront des villes de Juda, des environs de Jérusalem et de la terre de Benjamin, des plaines et des montagnes *qui sont* du côté du midi, portant des holocaustes et des victimes, des sacrifices et de l'encens; et ils les viendront offrir à la maison du Seigneur.

27. Mais si vous ne m'écoutez, et si vous ne sanctifiez le jour du sabbat, en ne portant point de fardeaux en ce jour, et n'en faisant point entrer par les portes de Jérusalem, je mettrai le feu à ces portes, il dévorera les maisons de Jérusalem, et il ne s'éteindra point.

24. Et erit : Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die sabbati : et si sanctificaveritis diem sabbati, ne faciatis in eo omne opus :

25. Ingredientur per portas civitatis hujus reges et principes, sedentes super solium David, et ascendentes in curribus et equis, ipsi et principes eorum, viri Juda, et habitatores Jerusalem : et habitabitur civitas hæc in sempiternum.

26. Et venient de civitatibus Juda, et de circuitu Jerusalem, et de terra Benjamin, et de campestribus, et de montuosis, et ab Austro, portantes holocaustum, et victimam, et sacrificium, et thus, et inferent oblationem in domum Domini.

27. Si autem non audieritis me ut sanctificetis diem sabbati, et ne portetis onus, et ne inferatis per portas Jerusalem in die sabbati : succendam ignem in portis ejus, et devorabit domos Jerusalem, et non extinguetur.

CHAPITRE XVIII.

Comparaison du potier. Conspiration contre Jérémie. Plaintes du Prophète.

1. Le Seigneur dit à Jérémie :

2. Allez et descendez dans la maison d'un potier; et là vous entendrez ce que j'ai à vous dire.

3. J'allai dans la maison d'un potier; et je le trouvai qui travaillait sur sa roue.

4. En même temps le vase qu'il faisait de terre d'argile avec ses mains se rompit, et aussitôt il en fit un autre vase en la manière qu'il lui plut.

5. Le Seigneur me dit ensuite :

6. Maison d'Israël, dit le Seigneur, ne pourrai-je donc pas faire de vous ce que le potier fait de son argile? Car comme l'argile est dans la main du potier; ainsi vous êtes dans ma main, maison d'Israël.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens :

2. Surge, et descende in domum figuli, et ibi audies verba mea.

3. Et descendi in domum figuli, et ecce ipse faciebat opus super rotam.

4. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis : conversusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus ut faceret.

5. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

6. *a* Numquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. [a *Isai.* 45. 9. *Rom.* 9. 20.]

Cap. XVIII. — 2. *Descende in domum figuli.* L'empire absolu de Dieu, dit Bossuet, a pour premier titre et pour fondement la création. Il a tout tiré du néant, et c'est pourquoi tout est en sa main, comme le fait comprendre la comparaison qu'emploie ici le Prophète. Saint Paul a reproduit cette comparaison (Rom., IX, 20) et l'a développée, pour montrer dans quelle dépendance nous sommes de Dieu. C'est d'ailleurs là qu'il faut en revenir pour expliquer l'inégalité des conditions sociales et la diversité des destinées humaines (Cf. *Politique sacrée*, liv. II, Prop. *Dieu est le vrai roi*).

3. *Super rotam.* Cette expression est au pluriel en Hébreu. Les commentateurs observent que les potiers avaient anciennement deux roues à leur métier; ou plutôt que c'était une machine composée d'une grande roue qui en soutenait une petite sur laquelle était posée l'argile. Horace a dit : *Amphora capit institui, currente rota, cur urceus exit* (*De art. poet.*).

---

25. *Reges et principes.* Dabo vobis reges ex stirpe David, et servabo pactum quod cum illo inii. Psal. 131, 11, et II. Reg., 7, 12. — *In curribus et equis.* Pace, gloria et rebus prosperis affluentes; currus enim et equi sunt gloria regum.

26. *Et venient.* Jerusalem florebit, et templum mirifice frequentabitur.

27. *Succendam.* Per Nabuzardam et Chaldæos.

Cap. XVIII. — 2. *Descende.* Phrasis hebraica, descendere pro ire, qua sæpe etiam evangelistæ usi sunt, Joan., 4, 49 : *Domine, descende priusquam moriatur filius meus;* vel etiam capitur ut sonat, quia officinæ figulorum in valle erant, ubi argillæ et aquæ copia, quibus ad suum opus perficiendum indigent figuli. — *Audies verba mea.* Suggeram tibi quæ debeas dicere. Ita docet Deus aliquando prophetas, ostenso aliquo signo, ut supra, c. 1, n. 11, ostensa virga vigilante, et versu 13, ostensa olla bulliente.

7. Repente loquar adversum gentem et adversus regnum, *a* ut eradicem, et destruam, et disperdam illud. [a *Supr.* 1. 10.]

8. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitavi ut facerem ei.

9. Et subito loquar de gente et de regno, ut ædificem et plantem illud.

10. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam : pœnitentiam agam super bono quod locutus sum ut facerem ei.

11. Nunc ergo dic viro Juda, et habitatoribus Jerusalem dicens : Hæc dicit Dominus : Ecce ego fingo contra vos malum, et cogito contra vos cogitationem : *a* revertatur unusquisque a via sua mala, et dirigite vias vestras et studia vestra. [a *IV. Reg.* 17. 13. *Infr.* 25. 5. et 35. 15. *Joan.* 3. 9.]

12. Qui dixerunt : Desperavimus : post cogitationes enim nostras ibimus et unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.

13. Ideo hæc dicit Dominus : Interrogate gentes : Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel?

14. Numquid deficiet de petra agri nix Libani? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, et defluentes?

15. Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, et impingentes

7. *Car* quand j'aurai prononcé l'arrêt contre un royaume, pour le perdre et pour le détruire jusqu'à la racine,

8. Si cette nation fait pénitence des maux pour lesquels je l'avais menacée, je me repentirai aussi moi-même du mal que j'avais résolu de lui faire.

9. De *même*, quand je me serai déclaré en faveur d'une nation ou d'un royaume, pour l'établir ou pour l'affermir,

10. Si ce royaume ou cette nation pèche devant mes yeux, et qu'elle n'écoute point ma voix, je me repentirai aussi du bien que j'avais résolu de lui faire.

11. Dites donc maintenant aux habitants de Juda et de Jérusalem : Voici ce que dit le Seigneur : Je vous prépare plusieurs maux, je forme contre vous des pensées : Que chacun quitte sa mauvaise vie; faites que vos voies soient droites et vos œuvres *justes*.

12. Ils m'ont répondu : Nous avons perdu toute espérance ; nous nous abandonnerons *comme auparavant* à nos pensées, et chacun de nous suivra l'égarement et la dépravation de son cœur.

13. Voici donc ce que dit le Seigneur : Interrogez les nations. Qui a jamais ouï parler d'excès aussi horribles que sont ceux qu'a commis la vierge d'Israël?

14. La neige du Liban peut-elle cesser jamais de couvrir la pointe des rochers? Peut-on faire tarir une source dont les eaux vives et fraîches coulent sur la terre?

15. Car mon peuple m'a oublié, en faisant de vains sacrifices *à ses idoles*, en se heurtant lui-

8. *Pœnitentiam super malo.* Ici le mot *malum* désigne le mal physique ; la peine qui est la punition du péché. Dans le premier membre de ce verset, le même mot *malum* exprime le mal moral ou le péché lui-même. C'est le mal qui souille.

14. *Numquid deficiet.* Le P. de Carrières ajoute à ce verset cette paraphrase explicative : Ces créatures ne suivent-elles pas invariablement l'ordre que je leur ai prescrit? Mais pour Israël, il s'en est bientôt écarté ; c'est-à-dire, il a abusé de sa liberté au point de méconnaître entièrement ma volonté.

---

7. *Repente.* Cum minime id expectant. — *Loquar.* Sententiam feram ut evellantur, et statim fiet.

8. *Agam et ego pœnitentiam.* Mutabo sententiam desistam a proposito evellendi illam. Loquitur de Deo humano more sic Genes., 6, 6, dicitur : *Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra.*

11. *Viro Juda.* Singularis numerus pro plurali, Hebræorum more, ad significandam distributionem, id est, unicuique, vel singulis viris Judæ. — *Fingo.* Formo, instruo, paro. Alludit ad figulum, de quo paulo ante.

2. *Desperavimus. Desperatum est,* ut est in hebræo, actum est, non possumus inolitas voluptates et consuetudines deserere. — *Post cogitationes enim nostras ibimus.* Vitæ rationes quas suscepimus sequemur, mala quæ animo concepimus perficiemus. — *Pravitatem cordis sui.* Feremur quocumque obstinatum cor nostrum inclinaverit.

13. *Talia horribilia.* Quis audivit ullam gentem fecisse rem æque turpem atque fecit olim virgo Israel, nunc impudens meretrix?

14. *Numquid deficiet de petra agri nix Libani?* Id est, de rupibus Libani nix? Libanum enim vocat agrum, quasi dicat : Non deficiet. — *Aut evelli possunt.* Id est, exhauriri : intellige, sicut ego non deero iis qui me colent, * sic populus meus mei non debuisset oblivisci, et tamen reliquit me fontem inexhaustum aquæ vivæ, et fodit sibi cisternas, cisternas dissipatas quæ continere non valent aquas. Vide supra, c. 2, 13, et c. 17, 13. * Totus hic versiculus 14, ex hebræo sic verti potest : *An deseret* (viator aliquis), *agrum præ rupe ac nive Libani? aut deseret* (sitiens aliquis) *aquas fluentes præ corruptis gelu?* et sensus est non erit aliquis tam stultus, qui iter confragosum ac nivibus obsitum malit inire, quam vias planas, nec qui salientem et vivam aquam pro corrupta bibat, aut glacie constricta; et tamen hoc fecit populus meus, cum mei oblitus, idolis adhæsit.

15. *Quia oblitus est.* Et tamen oblitus est et reliquit me, ut proxime diximus. — *Frustra libantes.* Idolis libantes nullo cum fructu, imo cum maximo detrimento. — *Impingentes in viis suis.* Aberrantes a viis antiquis patrum suorum, et incendentes per vias novas quæ nondum tritæ sunt. — *Semitis sæculi.* Viis antiquis.

même dans ses propres voies et dans les sentiers du siècle, et y marchant par un chemin qui n'était point battu.

16. Pour attirer la désolation sur la terre, et pour l'exposer à un opprobre éternel, quiconque y passera sera dans l'étonnement et témoignera sa surprise par le mouvement de la tête.

17. Je serai comme un vent brûlant: je les disperserai devant leurs ennemis, je leur tournerai le dos, et non le visage, au jour de leur affliction.

18. Et ils ont dit : Venez, formons des desseins contre Jérémie. Car nous ne laisserons pas de trouver des prêtres qui nous instruisent de la loi, des sages qui nous fassent part de leurs conseils, et des prophètes qui nous annoncent la parole *du Seigneur*. Venez, perçons-le avec les traits de nos langues, et n'ayons aucun égard à tous ses discours.

19. Seigneur, jetez les yeux sur moi, et faites attention aux paroles de mes adversaires.

20. Est-ce ainsi qu'on rend le mal pour le bien, et que des personnes creusent une fosse pour m'y faire tomber? Souvenez-vous que je me suis présenté devant vous pour vous prier de leur faire grâce, et pour détourner votre indignation de dessus eux.

21. C'est pourquoi abandonnez leurs enfants à la famine, et faites-les passer par le fil de l'épée: que leurs femmes perdent leurs enfants, et qu'elles deviennent veuves; que leurs maris soient mis à mort; que ceux qui sont jeunes parmi eux soient percés de coups dans le combat;

22. Et que leurs maisons retentissent de cris

in viis suis, in semitis sæculi, ut ambularent per eas in itinere non trito :

16. *a* Ut fieret terra eorum in desolationem, et in sibilum sempiternum : omnis qui præterierit per eam obstupescet, et movebit caput suum. [a *Infr.* 19. 8; 49. 13; et 50. 13.]

17. Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico : dorsum, et non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

18. Et dixerunt : Venite, et cogitemus contra Jeremiam cogitationes : non enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente : nec sermo a propheta : venite, et percutiamus eum lingua, et non attendamus ad universos sermones ejus.

19. Attende, Domine, ad me, et audi vocem adversariorum meorum.

20. Numquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, et averterem indignationem tuam ab eis.

21. Propterea da filios eorum in famem, et deduc eos in manus gladii : fiant uxores eorum absque liberis, et viduæ : et viri earum interficiantur morte : juvenes eorum confodiantur gladio in prælio.

22. Audiatur clamor de domibus eo-

18. *Et dixerunt.* Au lieu de profiter des avis que leur donnait le Prophète, ce peuple ingrat et rebelle s'est coalisé contre lui. Ces méchants ont dit : Conspirons contre Jérémie. Lorsque nous l'aurons fait mourir, nous n'y perdrons rien, car nous ne manquerons pas de prêtres qui nous instruiront de la loi, etc.

21. *Propterea da filios eorum in famem.* Ces paroles que nous trouvons ici sont beaucoup moins une prière qu'une prophetie. C'est ainsi que dans les Psaumes nous avons rencontré une foule d'imprécations qui n'étaient qu'une annonce des maux qui allaient fondre sur les ennemis de Dieu. On ne peut douter du dévouement de Jérémie pour ses concitoyens. Il se trouva malade quand il vit les châtiments dont le Seigneur allait les frapper. Il conjura le Seigneur d'adoucir l'épreuve. Maintenant qu'il voit que l'endurcissement de la nation a obligé la justice de Dieu à sévir contre elle, il décrit ici les effets de la vengeance divine, mais il est loin de souhaiter ces maux à ses ennemis, malgré l'indignite de leur conduite à son égard.

---

16. *Ut fieret.* Unde secutum est ut terra ipsa desolaretur. — *Et in sibilum.* In contemptum. — *Movebit caput suum.* Movere caput, irridentis et contemnentis est. Est ejusdem sententiæ repetitio.

17. *Ventus urens.* In hebræo est, *quadim*. Ventus est qui flat ab oriente. Vide dicta Job, 13, 2. Sensus est : sicut ventus orientalis, qui vehemens esse solet et calidus, segetes adurit, et paleas et stipulas spargit; ita ego arescere vos faciam et sicut stipulas dispergam ante inimicos vestros. — *Dorsum, et non faciem.* Aversus ab illis ero, non propitios.

18. *Cogitemus.* Conspiremus contra illum ; paremus illi insidias, ineamus adversus eum consilium. — *Non enim peribit lex.* Legis interpretatio. Quasi dicat : Non erit magna jactura, etiamsi Jeremias hic occidatur, licet sacerdos sapiens et propheta; non enim deerunt alii qui mitius agant et moderatius quam ille. Vel, occidamus eum quasi falsum prophetam, quia dixit perituros sapientes, sacerdotes, prophetas; non enim peribunt hi quos Deus instituit. Vel occidamus eum, alioqui non peribit lex, id est, alioqui non cessabit, ipse docens nos legem, nosque arguens quod eam non servemus, tanquam sacerdos; dans etiam consilia nostris contraria, tanquam sapiens, et mala nobis prænuntians, tanquam propheta. — *Percutiamus eum lingua.* Calumnias contra eum struentes et tanquam falsum prophetam traducentes. Alii vertunt : *percutiamus eum in lingua*, il est, imponamus ei silentium. Italice diceretur : *Diamo gli sulla voce.*

20. *Numquid redditur pro bono malum?* Num reddi solet aut debet pro bono malum? quasi dicat : Nullo modo; quare ergo malum mihi pro bono reddunt? — *Foderunt foveam.* Insidias mihi struxerunt ut me perderent. — *Steterim in conspectu tuo.* Orans, et mala deprecans quæ illis imminere videbam.

21. *Da.* Dabis; non enim est desiderium vindictæ, sed prædictio futuræ pœnæ.

22. *Latronem.* Nabuchodonosor intelligit, qui c. 4, n. 7, vocatur *prædo gentium*.

rum : adduces enim super eos latronem repente : quia foderunt foveam ut caperent me, et laqueos absconderunt pedibus meis.

23. Tu autem, Domine, scis omne consilium eorum adversum me in mortem : ne propitieris iniquitati eorum, et peccatum eorum a facie tua non deleatur : fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

et de plaintes. Car vous ferez fondre tout d'un coup sur eux, ce brigand *des nations,* parce qu'ils ont creusé une fosse pour m'y faire tomber, et qu'ils ont tendu et caché des filets sous mes pieds.

23. Vous donc, Seigneur, qui connaissez tous les desseins de mort qu'ils ont formés contre moi, ne leur pardonnez point leur iniquité, et que leur péché ne s'efface jamais de devant vos yeux ; qu'ils tombent tout d'un coup en votre présence ; et traitez-les selon votre sévérité, au temps de votre fureur.

CHAPITRE XIX.

Vase de terre brisé par Jérémie dans la vallée de Topheth.

1. Hæc dicit Dominus : Vade, et accipe lagunculam figuli testeam a senioribus populi, et a senioribus sacerdotum :

2. Et egredere ad vallem filii Ennom quæ est juxta introitum portæ Fictilis : et prædicabis ibi verba quæ ego loquar ad te.

3. Et dices : Audite verbum Domini, reges Juda, et habitatores Jerusalem : hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis qui audierit illam, tinniant aures ejus :

4. Eo quod dereliquerint me, et alienum fecerint locum istum : et libaverunt in eo diis alienis quos nescierunt ipsi, et patres eorum, et reges Juda : et repleverunt locum istum sanguine innocentum.

5. Et ædificaverunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim : quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

1. Car voici ce que le Seigneur me dit : Allez, et prenez ; *en présence* des plus anciens d'entre le peuple et des plus anciens d'entre les prêtres, un vase de terre fait par un potier.

2. Et allez à la vallée des fils d'Ennom, qui est devant la porte d'Argile ; et, vous leur annoncerez les paroles que je vous dirai.

3. Vous leur direz : Ecoutez la parole du Seigneur, rois de Juda et habitants de Jérusalem : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Je ferai tomber cette ville en une si grande affliction, que quiconque en entendra parler en sera frappé comme d'un coup de tonnerre.

4. Parce qu'ils m'ont abandonné, et qu'ils ont rendu ce lieu profane en y sacrifiant à des dieux étrangers, qui leur étaient inconnus, comme ils l'avaient été à leurs pères et aux rois de Juda, parce qu'ils ont rempli ce lieu du sang des innocents.

5. Et qu'ils ont bâti un temple à Baal, pour brûler leurs enfants dans le feu, et pour les offrir à Baal en holocauste ; ce que je ne leur ai point ordonné, ni ne leur en ai point parlé, et ce qui ne m'est jamais venu dans l'esprit.

23. *In tempore furoris tui abutere eis.* Cette conspiration des Juifs contre Jérémie peut représenter celle qu'ils formèrent dans la suite contre Jésus-Christ : et la punition qui tomba sur les Juifs persecuteurs de Jérémie est l'image de celle qui est tombée sur les Juifs coupables du sang de Jésus-Christ (*Bible de Vence*).

Cap. XIX. — 1. *Accipe lagunculam figuli testeam.* C'est encore une de ces prophéties par action tout à fait conformes au goût des Orientaux. Ces faits symboliques les impressionnaient vivement, et les prophètes y avaient recours pour graver plus profondément dans l'esprit du peuple leurs prédictions.

5. *Et ædificaverunt excelsa Baalim.* Baal est ici un nom général que l'on employait pour désigner toute espèce de fausses divinités. Mais le dieu qui était adoré dans la vallée de Topheth était Moloch. Le rabbin Siméon le décrit ainsi : C'etait une statue d'airain, ayant une tête de bœuf, et les mains étendues comme celle d'un homme qui veut recevoir quelque chose d'un autre ; elle était vide interieurement. Devant elle, il y avait sept chapelles, celui qui voulait offrir une jeune colombe ou une autre pièce de volaille entrait dans la première ; on entrait dans la seconde pour offrir un agneau ou une brebis ; dans la troisième pour un bé-

---

23. *In mortem.* Ut morte me afficiant. — *Ne propitieris.* Non propitiaberis. — *Abutere eis.* Consume, disperde eos : abutere ad ignominiam et excidium eis quos ad gloriam et decus creaveras.

Cap. XIX. — 1. *A senioribus populi.* In hebræo est : *et duc tecum de senioribus populi*, ut etiam habent LXX. Itaque *a senioribus* positum est pro *de senioribus.*

2. *Ad vallem filii Ennom.* Vide dicta sup., c. 7, n. 31. — *Portæ Fictilis.* Ita appellabatur, vel quod juxta eam portam habitarent figuli, vel quod extra illam fragmenta vasorum fictilium exportarentur, sicut extra Romam videmus montem Testaceum, ex hujusmodi fragmentis conflatum.

3. *Tinniant aures ejus.* Præ dolore et pavore, quasi dicat : Ita percellentur metu ac si validissimo tonitru aures ferirentur.

4. *Alienum fecerint.* Profanaverint consecrando illum idolis. Vide dicta supra, c. 7, n. 31. — *Sanguine innocentum.* Quia illic *immolarunt filios suos et filias suas dæmoniis*, ut dicitur Psal. 105, 37.

6. C'est pourquoi le temps vient, dit le Seigneur, que ce lieu ne sera plus appelé Topheth, ni la Vallée des fils d'Ennom, mais la vallée du Carnage.

7. Car je renverserai en ce lieu tous les desseins des habitants de Juda et de Jérusalem; je les perdrai par l'épée à la vue de leurs ennemis, et par la main de ceux qui cherchent à leur ôter la vie; et je donnerai leurs corps morts en proie aux oiseaux du ciel et aux bêtes de la terre.

8. Je rendrai cette ville l'objet de l'étonnement et de la raillerie des hommes ; quiconque y passera sera épouvanté, et il insultera à ses châtiments.

9. Je nourrirai les habitants de Jérusalem de la chair de leurs fils et de la chair de leurs filles. L'ami mangera la chair de son ami pendant le siége, dans l'extrémité où les réduiront leurs ennemis, qui ne chercheront que leur mort.

10. Vous romprez ce vase de terre devant les personnes qui iront avec vous ;

11. Et vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur des armées : Je briserai ce peuple et cette ville, comme ce vase de terre est brisé, et ne peut plus être rétabli; et les morts seront ensevelis à Topheth, parce qu'il n'y aura plus d'autre lieu pour les ensevelir.

12. C'est ainsi que je traiterai ce lieu et ses habitants, dit le Seigneur; et je mettrai cette ville dans le même état que Topheth.

13. *En sorte que* les maisons de Jérusalem et les palais des rois de Juda seront impurs comme Topheth; toutes les maisons sur les terrasses desquelles ils ont sacrifié à toute la milice du ciel, et où ils ont présenté des oblations à des dieux étrangers.

14. Jérémie étant revenu de Topheth, où le Seigneur l'avait envoyé pour prophétiser, se tint

6. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus : et non vocabitur amplius locus iste, Topheth, et vallis filiis Ennom, sed vallis occisionis.

7. Et dissipabo consilium Juda et Jerusalem in loco isto : et subvertam eos gladio in conspectu inimicorum suorum et in manu quærentium animas eorum : et dabo cadavera eorum escam volatilibus cœli, et bestiis terræ.

8. *a* Et ponam civitatem hanc in stuporem, et in sibilum : omnis qui præterierit per eam, obstupescet, et sibilabit super universa plaga ejus. [a *Supr.* 18. 16. *Infr.* 49. 13. et 50. 13.]

9. Et cibabo eos carnibus filiorum suorum, et carnibus filiarum suarum : et unusquisque carnem amici sui comedet in obsidione, et in angustia, in qua concludent eos inimici eorum, et qui quærent animas eorum.

10. Et conteres laguncula m in oculis virorum qui ibunt tecum.

11. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum : Sic conteram populum istum, et civitatem istam, sicut conteritur vas figuli quod non potest ultra instaurari : et in Topheth sepelientur, eo quod non sit alius locus ad sepeliendum.

12. Sic faciam loco huic, ait Dominus, et habitatoribus ejus : et ponam civitatem istam sicut Topheth.

13. Et erunt domus Jerusalem, et domus regum Juda sicut locus Topheth, immundæ ; omnes domus, in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiæ cœli, et libaverunt libamina diis alienis.

14. Venit autem Jeremias de Topheth, quo miserat eum Dominus ad prophe-

lier; dans la quatrième pour un veau; dans la cinquième pour un taureau; et dans la sixième pour un bœuf; mais celui qui venait sacrifier son propre fils entrait dans la septième chapelle et embrassait l'idole de Moloch. L'enfant était placé devant l'idole sous laquelle on faisait du feu jusqu'à ce qu'elle fût chauffée en rouge. Alors le prêtre prenait l'enfant et le plaçait sur les mains brûlantes de Moloch, et afin que les parents ne pussent entendre les cris de l'enfant, on battait du tambour. C'est de là que ce lieu reçut le nom de *Topheth;* car *Topheth* signifie tambour ou timbales (*Les saints lieux*, tom. II, pag. 501-502).

13. *In quarum domatibus.* Comme il y avait dans la vallée de Topheth un temple consacré à Moloch, il y avait sur les toits ou terrasses des principaux habitants de Juda, des autels qu'ils avaient dressés en l'honneur de la lune et des astres. Le Prophète annonce la destruction de tous ces lieux que le Seigneur avait en abomination, parce que l'idolâtrie les avait souillés.

---

6. *Topheth.* Hoc explicatum est c. 7, n. 32. — *Sed vallis Occisionis.* Quia nimirum ibi Judæi a Chaldæis occidentur.

7. *Dissipabo.* Irritum faciam, frustrabor, putabant enim se eo loco auxilium ab idolis habituros; at eo loco occidentur.

8. *In stuporem, et in sibilum.* Vide supra, c. 18, n. 16.

9. *Carnibus filiorum suorum.* Quod ante etiam acciderat Judæis in obsidione Samariæ, IV. Reg., 6, 28, 29, et post etiam accidit in obsidione Jerosolymitana, ut scribit Josephus, lib. 7, c. 8, de bello Jud.

11. *Quod non potest ultra instaurari.* Scilicet humana potentia, licet possit divina, ut supra, c. 18, n. 6. Dixit posse se populum perdere et restaurare, sicut figulus vas quod dissipatum fuerat refingit. Sic Christus ait : *Apud homines hoc impossibile est : apud Deum autem omnia possibilia sunt.* Matth., 19, 26. — *In Topheth sepelientur.* Vide dicta c. 7, n. 32.

12. *Sicut Topheth.* In carnificinam et sepulturam occisorum, sicut erit Topheth.

13. *Immundæ.* Profanatæ cadaveribus mortuorum. — *In quarum domatibus.* Id est, tectis; erant enim tecta in Judæa superne complanata, leviter tantum declivia, quantum satis erat ut pluvia defluere. In tecta ergo solebant ascendere, ut conspecto inde cœlo, stellas, quas hic appellat militiam cœli, adorarent. Vide Sophon., 1, 4, 5.

tandum, et stetit in atrio domus Domini, et dixit ad omnem populum :

15. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego inducam super civitatem banc, et super omnes urbes ejus, universa mala quæ locutus sum adversum eam : quoniam induraverunt cervicem suam, ut non audirent sermones meos.

à l'entrée de la maison du Seigneur; et il dit à tout le peuple :

15. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Je ferai venir sur cette ville, et sur toutes les villes qui en dépendent, tous les maux que j'ai prédits lui devoir arriver, parce qu'ils ont endurci leur tête pour ne point obéir à mes paroles.

CHAPITRE XX.

Prophétie contre Phassur. Plaintes de Jérémie. Il maudit le jour de sa naissance.

1. Et audivit Phassur filius Emmer sacerdos, qui constitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetantem sermones istos.

2. Et percussit Phassur Jeremiam prophetam, et misit eum in nervum quod erat in porta Benjamin superiori, in domo Domini.

3. Cumque illuxisset in crastinum, eduxit Phassur Jeremiam de nervo, et dixit ad eum Jeremias : Non Phassur vocavit Dominus nomen tuum sed pavorem undique.

4. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo te in pavorem, te et omnes amicos tuos : et corruent gladio inimicorum suorum, et oculi tui videbunt : et omnem Judam dabo in manum regis Babylonis : et traducet eos in Babylonem, et percutiet eos gladio.

5. Et dabo universam substantiam civitatis hujus, et omnem laborem ejus, omneque pretium, et cunctos thesauros regum Juda dabo in manu inimicorum eorum : et diripient eos, et tollent, et ducent in Babylonem.

6. Tu autem Phassur, et omnes ha-

1. Phassur, fils d'Emmer, l'un des prêtres, qui était établi intendant de la maison du Seigneur, entendit Jérémie prophétiser de la sorte.

2. Et il frappa le prophète Jérémie, et le fit lier et mettre dans la prison, qui était à la haute porte de Benjamin en la maison du Seigneur.

3. Le lendemain au point du jour, Phassur fit délier Jérémie, et Jérémie lui dit : Le Seigneur ne vous appelle plus Phassur, mais *il vous appelle* Frayeur de toutes parts.

4. Car voici ce que dit le Seigneur : Je vous remplirai de frayeur, vous et vos amis : ils périront par l'épée de vos ennemis, et vous les verrez de vos propres yeux. Je livrerai tout Juda entre les mains du roi de Babylone; et il les transportera à Babylone, et il les fera mourir par l'épée.

5. J'abandonnerai entre les mains de leurs ennemis toutes les richesses de cette ville, tout le fruit de ses travaux, tout ce qu'elle a de précieux, et tous les trésors des rois de Juda. Ils les pilleront, ils s'en empareront, et ils les porteront à Babylone.

6. Et vous, Phassur, vous serez emmené captif

Cap. XX. — 1. *Phassur, filius Emmer.* D. Calmet conjecture que cela pourrait signifier de la famille d'Emmer, qui était la seizième des familles sacerdotales (I. Par., XXIV, 14). Il suppose que le père immédiat de Phassur était Melchias (I. Par., IX, 12; et Inf., XXI, 1). En tout cas, ce prêtre appartenait à ce parti politique qui, non-seulement refusait de croire aux prédictions des envoyés de Dieu, mais qui les traitait encore de séditieux et de perturbateurs. C'est à ce titre qu'il arrête Jérémie et qu'il le jette en prison.

2. *In porta Benjamin superiori.* D. Calmet suppose qu'il y avait deux portes de Benjamin : l'une, qui conduisait hors de la ville : c'était la porte basse de Benjamin; l'autre, qui était près du temple et qui y conduisait : c'était la porte haute de Benjamin.

6. *Prophetasti mendacium.* Ces prêtres, qui n'avaient reçu de Dieu aucune mission prophétique, contredisaient les prophètes et endormaient le peuple en lui disant que les maux qu'on lui annonçait ne pouvaient arriver, parce que Dieu avait promis sa protection à Jérusalem, et qu'il ne permettrait pas que l'on détruisît son temple.

Cap. XX. — 1. *Princeps in domo Domini.* Unus e templi præfectis; variis enim muniis et officiis templi varii præficiebantur, ut, verbi gratia, oblationibus, cantoribus, sartis tectis, etc. * Videtur fuisse στρατηγος τοῦ ἱεροῦ, *magistratus templi,* cujus mentio Luc., 22, 52, et alibi, cui jus erat reprehensionis in eos qui in templo delinquebant.

2. *Percussit.* Pugno, ut credibile est. — *In nervum.* Vinculum intelligit quo cervices et pedes impediuntur; appellatur vero nervus, quia talia vincula ex duratis nervis primum olim fieri cœperunt, deinde ex ligno et ferro. — *Quod erat in porta Benjamin superiori.* Juxta portam, vel versus portam. — *In domo Domini.* Intra templi atria.

3. *In crastinum, eduxit.* Sibi fortasse timens, quod vexasset innocentem. — *Non Phassur.* Hebr. est *phascur,* quod nomen Arias deducit a *phascah*, vel *phusc*, id est, *expandens*, *expatians*, *luxurians* et *chur*, id est, *candor*, vel *heros*, vel *principatus*. Quasi dicat : Vocaris Phassur, id est, luxurians, candor, heros, aut princeps, sed mox vocaberis *Pavor*. — *Pavorem undique.* In Hebræo est, *magor*, quæ vox *pavorem* significat. LXX tamen et Theodotio vertunt μετοικον, id est, *transmigrantem;* Aquila, *peregrinum;* Symmachus, *ablatum :* quæ omnia significant Phassur capiendum, abducendum in captivitatem, et ipsum propter ingentia mala pavori et terrori obnoxium futurum. Vide infra, vers. 6.

4. *Et omnes amicos tuos.* Quibus scilicet prophetasti mendacium, ut habetur n. 6, quibus dicebas : *Pax, pax, cum non esset pax.*

avec tous ceux qui demeurent dans votre maison, vous irez à Babylone, et vous y mourrez, et vous y serez enseveli, vous et tous vos amis à qui vous avez prophétisé le mensonge.

7. Vous m'avez séduit, Seigneur, et j'ai été séduit *par vos promesses*. Vous avez été plus fort que moi, et vous avez prévalu contre moi, *car* je suis devenu l'objet de leur moquerie pendant tout le jour, et tous me raillent avec insulte ;

8. Parce qu'il y a déjà longtemps que je parle, que je crie contre leurs iniquités, et que je leur prédis une désolation générale. Et la parole du Seigneur est pour moi un sujet d'opprobre et de moquerie pendant tout le jour.

9. Alors j'ai dit : Je ne nommerai plus le Seigneur, et je ne parlerai plus en son nom. Et en même temps il s'est allumé au fond de mon cœur un feu brûlant qui s'est renfermé dans mes os, et je suis tombé dans la langueur, n'en pouvant plus supporter la violence.

10. Parce que j'ai entendu les malédictions d'un grand nombre de personnes, et la frayeur qu'ils tâchent de me donner de toutes parts, disant : Persécutez-le, persécutons-le tous ensemble. Tous ceux-*là même* qui auparavant vivaient en paix avec moi, et qui étaient sans cesse à mes côtés, s'entredisent : Tâchons de le tromper en quelque manière que ce soit, *tâchons* d'avoir l'avantage sur lui, et de nous venger de lui.

11. Mais le Seigneur est avec moi comme un guerrier invincible. C'est pourquoi ceux qui me persécutent tomberont, et ils n'auront aucun pouvoir *contre moi*. Ils seront couverts de confusion, parce qu'ils n'ont pas compris quel est cet opprobre éternel qui ne s'effacera jamais.

12. Vous donc, Seigneur des armées, qui

bitatores domus tuæ, ibitis in captivitatem : et in Babylonem venies, et ibi morieris, ibique sepelieris tu, et omnes amici tui, quibus prophetasti mendacium.

7. Seduxisti me, Domine, et seductus sum : fortior me fuisti, et invaluisti : factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me ;

8. Quia jam olim loquor, vociferans iniquitatem, et vastitatem clamito ; et factus est mihi sermo Domini in opprobrium, et in derisum tota die.

9. Et dixi : Non recordabor ejus, neque loquar ultra in nomine illius ; et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususque in ossibus meis ; et defeci, ferre non sustinens.

10. Audivi enim contumelias multorum, et terrorem in circuitu : Persequimini, et persequamur eum ; ab omnibus viris qui erant pacifici mei, [et custodientes latus meum ; si quomodo decipiatur, et prævaleamus adversus eum, et consequamur ultionem ex eo.

11. Dominus autem mecum est quasi bellator fortis ; idcirco qui persequuntur me, cadent et infirmi erunt ; confundentur vehementer, *a* quia non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nunquam delebitur. [a *Infr.* 23. 40.]

12. Et tu, Domine exercituum, *a* pro-

8. *Quia jam olim loquor*. Les châtiments qu'il avait annoncés n'arrivant pas, les incrédules se moquaient de lui et l'appelaient un imposteur. Jérémie sent vivement ses souffrances et il s'en plaint au Seigneur en lui disant, qu'en acceptant sa mission, il ne se doutait nullement des épreuves qui l'attendaient.

---

7. *Seduxisti me, Domine*. Queritur Jeremias humano more et ex pusillanimitate de Deo, dolore incitante, quod se deceperit : promiserat enim illi Deus supra, c. 1, n. 8, fore ut illi semper adesset, et ex omnibus periculis liberaret, quod non videbatur Deus præstitisse, permittens eum a Phassur percuti et in carcerem mitti, et toti populo risui esse, non animadvertens fortasse præ dolore Deum non dixisse nihil eum passurum, sed se eum liberaturum. Similis est Jonæ quærimonia c. 4, n. 2 et 3. * Ex Hebræo verti potest : *Si tu me seduxisti, Domine, seductus sum*. Aiunt me falsa vaticinari ; at ego decipi non possum, nisi tu me deceperis, cui fidem habui. — *Fortior me fuisti, invaluisti*. Cum scilicet tecum contenderem et pugnarem ne mihi prophetandi munus imponeres, c. 1, n. 6.

8. *Vociferans iniquitatem*. Declamans contra peccata et scelera, imminentem ultionem denuntians.

9. *Et dixi*. Decrevi, aut cogitavi apud me. — *Non recordabor ejus*. Non amplius oracula hæc divina et minas memorabo, cum nihil proficiam apud incredulos, et nihil aliud reportem quam irrisiones et probra. Hæc cogitavit Jeremias veniali pusillanimitate victus. — *In nomine illius*. Usurpans solemnem illam formulam : *Hæc dicit Dominus*. — *Et factus est*. Sermo Domini. — *Quasi ignis exæstuans*. Non potui, ut deliberaveram, ardorem intus æstuantem continere, sed erupit. Nam ut ait ille :

... Quis enim celaverit ignem,
Lumine qui semper proditur ipse suo?

Ignitum est autem *eloquium* Domini *vehementer*, ut ait Psal. 118, 140. — *Defeci*. In Hebr. est. : *et fatigatus sum ferendo, nec potui*.

* 10. *Audivi enim*. Audivi quidem. — *Persequimini*. Id est, dicentium : *Persequimini*. — *Pacifici mei*. Amici mei, quibuscum pacifice et amanter agere solebam. — *Custodientes latus meum*. Qui a latere meo non discedebant, qui mihi familiares erant. Vel custodire latus, hoc loco significat observare, insidiari et accusandi ansam quærere ; unde aliqui vertunt, *observant claudicationem meam*, id est, an aliqua in re claudicem, an labar in sermone, aut offendam.

11. *Opprobrium sempiternum*. Quod incurrent ex urbis excidio, et exitio suo, quod ego illis minor et ipsi irrident.

12. *Probator justi*. LXX, *probans justa*. Qui uniuscujusque merita ponderas, justique remuneras. Vide supra, c. 17, 10. — *Videam quæso ultionem*. Hæc explicata sunt supra, c 11, 20.

bator justi, qui vides renes et cor ; videam, quæso, ultionem tuam ex eis; tibi enim revelavi causam meam. [a *Supr.* 11. 20. et 17. 10].

13. Cantate Domino, laudate Dominum; quia liberavit animam pauperis de manu malorum.

14. *a* Maledicta dies in qua natus sum; dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. [a *Job.* 3. 2.]

15. Maledictus vir qui annuntiavit patri meo, dicens : Natus est tibi puer masculus; et quasi gaudio lætificavit eum.

16. Sit homo ille ut sunt civitates quas subvertit Dominus, et non pœnituit eum; audiat clamorem mane; et ululatum in tempore meridiano;

17. Qui non me interfecit a vulva ut fieret mihi mater mea sepulcrum, et vulva ejus conceptus æternus.

18. Quare de vulva egressus sum, ut viderem laborem et dolorem, et consumerentur in confusione dies mei?

éprouvez le juste, qui pénétrez les reins et le cœur, faites-moi voir, je vous prie, la vengeance que vous prendrez d'eux, parce que j'ai remis entre vos mains la justice de ma cause.

13. Chantez des cantiques au Seigneur, louez le Seigneur, parce qu'il a délivré l'âme du pauvre de la main des méchants.

14. Maudit soit le jour auquel je suis né; que le jour auquel ma mère m'a enfanté ne soit point béni.

15. Maudit soit l'homme qui en porta la nouvelle à mon père, en disant : Il vous est né un enfant mâle, et crut lui donner un sujet de joie.

16. Que cet homme devienne comme les villes que le Seigneur a détruites par un arrêt irrévocable; qu'il entende les cris le matin, et les hurlements à midi.

17. *C'est l'état où Dieu a permis que je sois tombé, lui* qui ne m'a pas fait mourir avant de naître, afin que ma mère devînt mon sépulcre, et que son sein ayant conçu n'enfantât jamais.

18. Pourquoi suis-je sorti du sein de ma mère pour être accablé de travail et de douleur, et pour voir consumer mes jours dans une confusion?

CHAPITRE XXI.

Sédécias envoie consulter Jérémie. Le Prophète lui annonce les maux qui vont fondre sur Jérusalem, et lui indique le moyen de les éviter.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, et Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens :

2. Interroga pro nobis Dominum, quia

1. Voici ce que le Seigneur dit à Jérémie, lorsque le roi Sédécias lui envoya Phassur, fils de Melchias, et Sophonias, fils de Maasias, prêtre, pour lui faire dire :

2. Consultez le Seigneur pour nous, parce

14. *Maledicta dies.* Comme Job, Jérémie en arrive à maudire le jour de sa naissance. Le zèle dont il brûle pour la gloire de Dieu lui fait déplorer le malheur qu'il a eu d'être né, pour voir les impiétés dont ses concitoyens lui donnaient l'exemple, et pour avoir à annoncer à sa nation des malheurs horribles et inouïs. Mais cette tristesse profonde, qui est l'image de la tristesse de Jésus au moment de son agonie, n'exclut ni la résignation, ni la confiance en Dieu. Car il vient de protester de ces sentiments dans les termes les moins équivoques.

Cap. XXI. — 1. *Verbum quod factum est.* C'est à tort que ce chapitre se trouve ici intercalé. Ceux qui précèdent et ceux qui suivent se rapportent aux trois premières années du règne de Joachim, tandis que le fait qui est raconté dans ce chapitre XXI appartient à la dixième année du règne de Sédécias, lorsque Nabuchodonosor, après avoir marché contre le roi d'Egypte, revient assiéger une seconde fois Jérusalem. — *Phassur, filium Melchiæ.* D. Calmet croit que c'est ce même Phassur qui a frappé Jérémie, et dont il est parlé au chapitre 20 (Voyez notre note).

---

13. *Cantate Domino.* Epiphonema prophetæ agentis Deo gratias, quod animo vidisset se et populum liberatum iri.

14. *Maledicta dies.* Vide dicta, Job., 3, n. 1. Maledictam vocat diem, quia alii illi diei tanquam infortunato, et multorum malorum initio, maledicturi essent. * Mala, misera, infelix dies.

16. *Non pœnituit eum.* Non mutavit sententiam, non reædificavit eas, sed eas subvertit in æternum. — *Audiat clamorem mane.* Versetur in perpetuo periculo, terrore ac luctu, sicut illi qui ab hostibus obsessi sunt, qui toto die clamores et luctus in urbe audiunt.

17. *Qui.* Quippe qui, vel quia me non interfecit. — *A vulva.* Simul atque ex utero prodii matris meæ, vel dum adhuc utero continerer. — *Conceptus æternus.* Utinam mater mea semper in utero me gestasset, et nunquam in lucem edidisset.

18. *Consumerentur in confusione dies mei.* Ut ignominiose vitam finirem.

Cap. XXI. — 1. *Verbum, quod factum est.* Est hic hysterologia, sive præposterus ordo; hic enim narrantur gesta sub Sedecia, cum post ea c. 24, et sequentibus narrentur gesta sub Joakim et Joachim, qui ante Sedeciam regnarunt. Rursus prophetia hujus capitis diu post præcedentes est edita; illæ enim editæ fuerunt diu ante adventum Chaldæorum, hæc illis præsentibus et urbem obsidentibus. — *Phassur.* Non ille qui capite præcedenti, n. 2, percussit Jeremiam; ille enim Emmer, hic Melchiæ filius appellatur.

2. *Interroga.* Ecce hic impletum id quod promisit Deus Jeremiæ, c. 15, 19 : *Convertentur ipsi ad te, tu non converteris ad eos;* necessitas enim compulit impium Sedeciam adire et

que Nabuchodonosor, roi de Babylone, nous attaque avec son armée; pour savoir si le Seigneur ne fera point, pour nous délivrer, quelqu'une de ces merveilles qu'il a accoutumé de faire, et si l'ennemi se retirera.

3. Jérémie leur répondit : Vous direz à Sédécias :

4. Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Je ferai retourner *contre vous* les armes qui sont dans vos mains, par lesquelles vous combattez contre le roi de Babylone, et contre les Chaldéens qui vous assiégent, et qui environnent vos murailles. Je les rassemblerai toutes au milieu de cette ville.

5. Je vous ferai moi-même la guerre, et je vous perdrai avec une main étendue et avec un bras fort, et dans toute l'effusion de ma fureur, de mon indignation et de ma colère.

6. Et je frapperai d'une grande peste les habitants de cette ville, les hommes et les bêtes en mourront.

7. Après cela le Seigneur dit : Je livrerai Sédécias, roi de Juda, ses serviteurs, et ceux qui auront échappé dans la ville, à la peste, à l'épée et à la famine; *je les livrerai* entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone; entre les mains de ceux qui cherchent à leur ôter la vie: et ils les feront passer au fil de l'épée; *car ce prince* ne se laissera point fléchir; il ne pardonnera point, et il ne sera touché d'aucune compassion.

8. Vous direz encore à ce peuple : Voici ce que dit le Seigneur : Je mets devant vous la voie de la vie et la voie de la mort.

9. Celui qui demeurera dans cette ville mourra par l'épée, par la famine et par la peste; mais celui qui en sortira, et qui ira se rendre aux Chaldéens qui vous assiégent, vivra, et son âme sera comme une dépouille *qu'il aura sauvée du pillage*.

10. Car j'arrête mes regards sur cette ville, dit le Seigneur, non pour lui faire du bien, mais pour l'accabler de maux. Elle sera livrée entre les mains du roi de Babylone, et il la consumera par le feu.

Nabuchodonosor rex Babylonis prœliatur adversum nos; si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, et recedat a nobis.

3. Et dixit Jeremias ad eos : Sic dicetis Sedeciæ :

4. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ecce ego convertam vasa belli quæ in manibus vestris sunt, et quibus vos pugnatis adversum regem Babylonis, et Chaldæos qui obsident vos in circuitu murorum; et congregabo ea in medio civitatis hujus.

5. Et debellabo ego vos in manu extenta, et in brachio forti, et in furore, et in indignatione, et in ira grandi.

6. Et percutiam habitatores civitatis hujus : homines et bestiæ pestilentia magna morientur.

7. Et post hæc ait Dominus : Dabo Sedeciam regem Juda, et servos ejus, et populum ejus, et qui derelicti sunt in civitate hac a peste, et gladio, et fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu inimicorum eorum, et in manu quærentium animam eorum, et percutiet eos in ore gladii; et non flectetur, neque parcet, nec miserebitur.

8. Et ad populum hunc dices : Hæc dicit Dominus : Ecce ego do coram vobis viam vitæ et viam mortis.

9. *a* Qui habitaverit in urbe hac, morietur gladio, et fame, et peste; qui autem egressus fuerit, et transfugerit ad Chaldæos qui obsident vos, vivet, et erit ei anima sua quasi spolium. [a *Infr.* 38. 2.]

10. Posui enim faciem meam super civitatem hanc in malum et non in bonum, ait Dominus; in manu regis Babylonis dabitur, et exuret eam igni.

4. *Ecce ego convertam vasa belli.* Les commentateurs sont partagés sur le sens de ce verset. Mais nous croyons avec Ménochius, qu'il signifie que les Juifs seront désarmés et que leurs armes, après avoir été déposées sur les places publiques, seront enlevées par l'ennemi, comme en trophée.

8. *Et ad populum hunc dices.* Ces paroles s'adressent à Jérémie. C'est un conseil et un nouveau témoignage de sa bonté, que Dieu donne à son peuple pour sauver la vie au moins à ceux qui voudraient ajouter foi à ses paroles. Le parti politique et incroyant voulait la guerre à outrance; cette obstination amena inutilement les plus grands malheurs. Le Seigneur ordonne à son Prophète de donner au roi un conseil opposé dans l'intérêt de sa nation.

---

petere opem ab Jeremia. — *Secundum omnia mirabilia sua.* Quæ facere solet contra hostes, cum cordi illi est liberare populum suum significat Sedecias eo redactas esse res suas, ut citra miraculum eripi non possit.

4. *Convertam vasa belli.* Reflectam *vasa*, id est, arma bellica contra vos, ut scilicet Chaldæi iis vos armatos videntes magis provocentur ad pugnam contra vos, eaque urbe capta, uti fieri solet, vobis eripiant, et in medio, scilicet in foro, aut publico armamentario colligant, iisque vos trucident.

5. *Debellabo.* Pugnans pro Chaldæis contra vos. — *In manu extenta.* Robusta, ut infra, c. 32, 21.

7. *In manu quærentium animam eorum.* In manu inimicorum, qui eis vitam conantur eripere.

8. *Do coram vobis viam vitæ.* Do vobis optionem vitæ aut mortis, doceo vos rationem qua vitam servare possitis, si eam sequamini; quam si negligatis, vos manet exitium.

9. *Qui habitaverit.* Declarat quæ sit vita vitæ, quæ mortis : manere in urbe est via mortis; confugere ad hostes, est via vitæ. — *Erit ei anima sua, quasi spolium.* Hastibus ereptum, et quo lætatur, tanquam re præter spem inventa.

10. *Posui... faciem meam... in malum.* Ponere faciem in malum, est torvo vultu aspicere, more hominis male facere volentis. Italice dicimus : *Guardare di mal'occhio.*

11. Et domui regis Juda : Audite verbum Domini.

12. Domus David, hæc dicit Dominus : *a* Judicate mane judicium, et eruite vi oppressum de manu calumniantis; ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea; et succendatur, et non sit qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum. [a *Infr.* 22. 3.]

13. Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris, ait Dominus; qui dicitis : Quis percutiet nos? et quis ingredietur domos nostras?

14. Et visitabo super vos juxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus; et succendam ignem in saltu ejus, et devorabit omnia in circuitu ejus.

11. Vous direz aussi à la maison du roi de Juda : Ecoutez la parole du Seigneur.

12. Maison de David, voici ce que dit le Seigneur : Rendez la justice dès le matin, et arrachez d'entre les mains du calomniateur celui qui est opprimé par la violence, de peur que mon indignation ne s'allume comme un feu, et qu'elle ne s'embrase, sans qu'il y ait personne pour l'éteindre, à cause du dérèglement de vos affections et de vos pensées.

13. Je *viens* à toi, ô ville *superbe!* dit le Seigneur, qui es située dans une vallée, et sur un rocher large et spacieux : *je viens* à vous qui dites : Qui pourra nous vaincre? et qui entrera dans nos maisons?

14. Je vous visiterai pour vous faire recueillir le fruit de toutes vos œuvres, dit le Seigneur. Je mettrai le feu dans le bois de Jérusalem, et il dévorera tout ce qui l'environne.

CHAPITRE XXII.

Jérémie est envoyé à Joakim.

1. Hæc dicit Dominus : Descende in domum regis Juda, et loqueris ibi verbum hoc,

2. Et dices : Audi verbum Domini, rex Juda, qui sedes super solium David; tu et servi tui, et populus tuus qui ingredimini per portas istas.

3. Hæc dicit Dominus : *a* Facite judicium et justitiam, et liberate vi oppressum de manu calumniatoris; et advenam, et pupillum, et viduam nolite contristare, neque opprimatis inique; et sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. [a *Supr.* 21. 12.]

4. Si enim facientes feceritis verbum istud, ingredientur per portas domus hujus, reges sedentes de genere David super thronum ejus, et ascendentes currus et equos, ipsi et servi, et populus eorum.

1. Voici ce que dit le Seigneur : Descendez dans la maison du roi de Juda; et vous lui parlerez en ces termes :

2. Ecoutez la parole du Seigneur, roi de Juda, qui êtes assis sur le trône de David : vous et vos serviteurs, et votre peuple, qui entrez par les portes *de la maison royale.*

3. Voici ce que dit le Seigneur : Agissez selon l'équité et la justice, et délivrez de la main du calomniateur celui qui est opprimé par la violence; n'affligez point l'étranger, l'orphelin et la veuve; ne les opprimez point injustement, et ne répandez pas en ce lieu le sang innocent :

4. Car si vous vous conduisez de cette sorte, des rois passeront par les portes de ce palais; qui seront de la race de David, qui s'assiéront sur son trône, et qui monteront, eux et leurs serviteurs et leurs peuples, sur des chariots et sur des chevaux.

Cap. XXII. — 1. *Descende in domum regis Juda.* On a vu jusqu'à présent Jérémie s'adresser au peuple, aux anciens et aux prêtres. Mais voici que le Seigneur lui ordonne de descendre dans la maison du roi de Juda. C'était alors Joakim. A Josias avait succédé Sellum, appelé aussi Joachas. Ce prince n'avait régné que trois mois. Le roi d'Egypte, Néchao, l'avait détrôné, et remplacé par son frère aîné, *Eliakim,* et pour marquer son autorité sur lui, il avait changé son nom en celui de Joakim. Cette prophetie se rapporte aux trois premières années de Joakim, comme celles qu'on lit du chapitre XIII au chapitre XXI.

4. *Ingredientur per portas.* A partir du règne de Joakim on ne vit plus passer que deux monarques sur le trône, Joakim, appelé aussi Jéchonias, fils de Joakim et de Nohesta, et son oncle paternel Mathanias, qui prit le nom de Sédecias. Les predictions du prophète s'accomplirent littéralement sous ce dernier règne. Le royaume de Juda fut détruit, le palais des rois, le temple et toute la ville furent réduits en cendres.

---

11. *Et domui regis Juda.* Scilicet dices.

12. *Judicate mane judicium.* Tempestive, vigilanter, diligenter, et cito absolvite lites et causas innocentium.

13. *Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris.* Jerusalem intelligit, quæ erat supra rupem montis Sion posita, cincta autem aliis majoribus montibus, ut simul rupes et vallis esset. Propterea vocat vallem rupis et campestrem, id est, planam, quia ad radicem montis planities erat, qui locus natura munitissimus erat; quasi dicat : Ne confidas loco natura munito; ego enim sum qui contra te pugno.

14. *Visitabo.* Reddam vobis secundum opera vestra : fructum colligetis eorum quæ seminastis. — *In saltu ejus.* In silva. Vocat autem silvam per metaphoram, ipsam domorum frequentiam et densitatem; fortasse etiam alludens ad domum saltus Libani, quam Salomon ædificavit, III. Reg., 7, 2.

Cap. XXII. — 1. *Descende.* Id est, vade. Vide dicta supra, c. 18, n. 2. — *Regis.* Joakim, quem Pharao Nechao, abducto in Ægyptum Joachaz ejus fratre, regem Judææ constituerat.

2. *Per portas istas.* Civitatis vel domus regiæ.

3. *In loco isto.* In domo regia, ubi causæ agebantur.

5. Que si vous n'écoutez point mes paroles, je jure par moi-même, dit le Seigneur, que ce palais sera réduit en un désert.

6. Car voici ce que le Seigneur dit de la maison du roi de Juda : Galaad, qui es la tête du Liban, je jure que je te réduirai en une affreuse solitude, et que je rendrai tes villes inhabitables.

7. Je consacrerai les mains et les armes de tes ennemis qui tueront ceux qui t'habitent. Ils abattront tes cèdres les plus hauts, et ils les jetteront dans le feu.

8. Plusieurs peuples passeront par cette ville et ils se diront l'un à l'autre : Pourquoi Dieu a-t-il ainsi traité cette ville si puissante?

9. Et on leur répondra : C'est parce qu'ils ont abandonné l'alliance de leur Seigneur et de leur Dieu, et qu'ils ont adoré et servi des dieux étrangers.

10. Ne pleurez point *celui qui est* mort : ne faites point pour lui le deuil ordinaire : mais pleurez avec beaucoup de larmes celui qui sort de cette ville, parce qu'il n'y reviendra plus, et qu'il ne reverra jamais le pays de sa naissance.

11. Car voici ce que dit le Seigneur, à Sellum, fils de Josias, roi de Juda, qui a régné après Josias, son père, et qui est sorti de cette ville : Il n'y reviendra jamais :

12. Mais il mourra au lieu où je l'ai fait transférer ; et il ne verra plus cette terre.

5. Quod si non audieritis verba hæc, in memetipso juravi, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc.

6. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Juda : Galaad tu mihi caput Libani ; si non posuero te solitudinem, urbes inhabitabiles.

7. Et sanctificabo super te interficientem virum, et arma ejus : et succident electas cedros tuas, et præcipitabunt in ignem.

8. Et pertransibunt gentes multæ per civitatem hanc ; et dicet unusquisque proximo suo : *a* Quare fecit Dominus sic civitati huic grandi? [a *Deut.* 29. 24. *III. Reg.* 9. 8.]

9. Et respondebunt. Eo quod dereliquerint pactum Domini Dei sui, et adoraverint deos alienos, et servierint eis.

10. Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu ; plangite eum qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis suæ.

11. Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Josiæ regem Juda, qui regnavit pro Josia patre suo, qui egressus est de loco isto : Non revertetur huc amplius :

12. Sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, et terram istam non videbit amplius.

6. *Galaad tu mihi caput Libani.* Galaad, dit la *Bible de Vence*, était un pays très-beau et très-fertile, au delà du Jourdain, et qui avait fait partie du royaume d'Israël. Dieu donna ce nom au palais des rois de Juda, pour relever sa magnificence et ses richesses ; mais en même temps pour faire connaître que, comme cette province du royaume d'Israël avait été désolée par Théglath-Phalasar, roi des Assyriens (IV. Reg., XV, 29), la maison même de Juda devait craindre le même traitement, si elle imitait l'infidélité de la maison d'Israël.

10. *Plangite eum qui egreditur.* C'était Sellum, le troisième fils de Josias. La mort de son père avait été un deuil universel. Jérémie composa, à cette occasion, des lamentations, qui sont malheureusement perdues. On ne sait pourquoi le peuple l'avait préféré à son frère aîné, Eliakim ou Joakim, et l'avait proclamé roi à la place de son père. Néchao ne ratifia pas ce choix. Il emmena Sellum en Egypte. Jérémie annonce qu'il n'en reviendra pas et qu'il y mourra, et c'est, en effet, ce que l'histoire rapporte. Sellum avait mérité, par sa conduite, l'arrêt dont il fut frappé.

---

5. *In memetipso juravi.* Per memetipsum, per meam vitam, dicens : Vivo ego ; quasi dicat : Si non fecero, non habear Deus vivens.

6. *Galaad, tu mihi caput Libani.* Alloquitur domum et stirpem regiam cujus arx et domus, instar montis Galaad, erat edita in monte Sion, quasi dicat : O domus regia, quæ nobilitate, auctoritate, imperio, pulchritudine, altitudine caput es Jerosolymæ, sicut Galaad caput est, principium et nobilissima pars Libani : solet autem Scriptura alienis nominibus vocare urbes: et gentes, maxime si alienatæ sint a Deo ; sic Jerusalem hic dicitur Libanus. — *Si non posuero.* Est formula jurantis, id est, si non fecero, non habear Deus, aut quid simile ; et sententia est : non habear Deus, aut verax, nisi redegero te in solitudinem, una cum tota Jerusalem, et domibus ejus cedrinis ex Libano excisis, ut fias desolata sicut urbes inhabitabiles.

7. *Sanctificabo super te.* Mea auctoritate confirmabo interficientem virum, sive, ut est in Hebræo, *interfectores virorum.* Sanctificare apud Hebræos non semper significat sanctum facere, sed etiam publica auctoritate sancire. Sic dicitur, *sanctificate bellum*, Joel, 3, 9 ; *sanctificate jejunium*, Joel, 1, 14 : sed infra, c. 51, 27, dicitur, *sanctificate super eam gentes*, et c. 51, 28, *sanctificate contra eam gentes.* — *Interficientem.* Nabuchodonosorem, vel ejus exercitum ; in Hebræo enim, ut dixi, est pluralis numerus, *Interfectores virorum.* — *Et arma ejus.* Scilicet sanctificabo. LXX habent, *secures ejus.* — *Electas cedros.* Magnificas domos, quæ eminent in te, ut cedri in Libano, suntque factæ ut cedro.

10. *Nolite flere mortuum.* Nolite lugere Josiam a Pharaone cæsum, utpote pie et gloriose defunctum ; flete potius ejus filium, qui longe miserior erit in miserrima captivitate ad quam egredietur et ducetur ; flete, inquam, Sellum.

11. *Sellum.* Qui alio nomine dictus est Joachaz. Vide dicta I. Paral., 3, 15. — *Qui regnavit pro Josia patre suo.* Vide ibidem : explicavimus enim ibi quo ordine Josiæ filii regnaverint. — *Egressus est de loco isto.* Cum ductus est in captivitatem.

13. Væ qui ædificat domum suam in injustitia, et cœnacula sua non in judicio; amicum suum opprimet frustra, et mercedem ejus non reddet ei.

14. Qui dicit : Ædificabo mihi domum latam, et cœnacula spatiosa; qui aperit sibi fenestras, et facit laquearia cedrina, pingitque sinopide.

15. Numquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus numquid non comedit et bibit, et fecit judicium et justitiam tunc cum bene erat ei?

16. Judicavit causam pauperis et egeni in bonum suum; numquid non ideo quia cognovit me, dicit Dominus?

17. Tui vero oculi et cor ad avaritiam, et ad sanguinem innocentem fundendum, et ad calumniam, et ad cursum mali operis.

18. Propterea hæc dicit Dominus ad Joakim filium Josiæ regem Juda : Non plangent eum : Væ frater, et væ soror; non concrepabunt ei : Væ, Domine, et væ, inclyte.

19. *a* Sepultura asini sepelietur, putrefactus et projectus extra portas Jerusalem. [*Infr.* 36. 30.]

20. Ascende Libanum, et clama; et in Basan da vocem tuam, et clama ad transeuntes, quia contriti sunt omnes amatores tui.

13. Malheur à celui qui bâtit sa maison dans l'injustice, qui se fait de grands appartements dans l'iniquité, qui opprimera son ami sans aucun sujet, et qui ne le récompensera point de ce qu'il lui aura ravi ;

14. Qui dit en lui-même : Je me ferai bâtir une maison vaste et des appartements spacieux ; qui s'y fait faire de grandes fenêtres, des lambris de cèdre qu'il peint d'un rouge éclatant.

15. Prétendez-vous affermir votre règne puisque vous vous comparez au cèdre? votre père, n'a-t-il pas mangé et bu *en repos*, en suivant l'équité et en rendant la justice? et alors tout ne lui succédait-il pas à souhait?

16. En défendant la cause du pauvre et de l'indigent, il s'est fait du bien à lui-même. Car tout son bonheur ne lui est-il pas arrivé parce qu'il m'a connu, dit le Seigneur.

17. Mais *pour vous*, vos yeux et votre cœur ne sont attentifs qu'à satisfaire votre avarice, qu'à répandre le sang innocent, qu'à inventer des calomnies, qu'à courir au mal.

18. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur à Joakim, fils de Josias, roi de Juda : Ils ne le pleureront point, en disant : Ah! frère malheureux! ah! sœur malheureuse! Ils ne le plaindront point en criant : Ah! prince déplorable! ah! grandeur bientôt finie!

19. Sa sépulture sera comme celle d'un âne mort ; on le jettera tout pourri hors des portes de Jérusalem.

20. Montez sur le Liban, et criez ; élevez votre voix sur le Basan, et criez à ceux qui passent, parce que tous ceux qui vous aimaient ont été réduits en poudre.

13. *Væ qui ædificat domum suam.* Ceci se rapporte à Joakim, qui avait imité l'orgueil et l'injustice de son frère Sellum, au lieu de suivre les beaux exemples de Josias son père. Jérémie lui dit qu'il prétend en vain affermir son trône par l'injustice et la violence, et qu'il a beau se croire incorruptible comme le cèdre ; qu'un prince ne peut être heureux que par la piété et la vertu, et que d'affreux revers l'attendent.

19. *Sepultura asini sepelietur.* Jérémie raconte ainsi à l'avance la triste fin de ce monarque. Il fut d'abord conduit en captivité à Babylone (II. Par., XXXVI, 6). Renvoyé à Jérusalem, il se révolta contre Nabuchodonosor, comptant sur le secours de l'Egypte. Le roi de Babylone ayant pris Jérusalem, fit mourir Joakim, et ordonna de jeter son corps hors de la ville. Peut-être fut-il tué dans une sortie qu'il fit pendant le siége, et jeté sur le grand chemin, hors des portes de Jérusalem (Cf. II. Par., XXXVI, 8).

20. *Ascende Libanum.* Le Liban s'élevait au nord-ouest de la Palestine, et la montagne de Basan au nord-est. Ces montagnes se trouvaient sur le passage des Chaldéens, et avaient été en quelque sorte témoins de toutes leurs horreurs.

---

13. *Qui ædificat domum suam in injustitia.* Hæc aliqui de Joakim, alii de Joachaz dici putant : utrumque flagitiose vixisse legimus IV. Reg., c. 23 et 24. — *In injustitia.* Tributa nimis gravia imponendo, aut alia ratione pecunias cum subditorum injuria corradendo. — *Non in judicio.* In injustitia; est enim repetitio. — *Amicum suum. Proximum suum*, ut est in Hebræo. — *Frustra.* Gratis et mercede non persoluta.

14. *Pingitque sinopide.* Rubrica, quæ apud Sinopem optima est. * Vide Plinium, l. 35, c. 6.

15. *Numquid regnabis?* Num superbia tua, qua te cum altissimis cedris comparas, regnare te faciet? quasi dicat : Nullo modo. — *Comedit et bibit.* Hebraismus, pro diu vixit, pacifice regnavit, et nihil illi defuit.

16. *In bonum suum.* Nam propterea fortunatus fuit et felix. — *Quia cognovit me.* Coluit et reveritus est.

17. *Ad cursum mali operis.* Ad quod præceps curris et ruis.

18. *Væ frater!* Planctu quo dici solet, *væ, frater! væ soror!* Hac formula, *væ, frater! væ, soror!* utebantur domestici, cum lugebant defunctum ; externi vero, qui principem exstinctum lamentabantur, dicebant, *væ, Domine! et væ, inclyte!* quasi dicat : Non plangent eum domestici neque externi.

19. *Sepultura asini sepelietur.* Non sepelietur, sed projicietur extra urbem in sterquilinium ut canibus et avibus devoretur, sicut asini mortui. — *Putrefactus.* Hebraice est, *sachob, raptatus.* Chaldæus, *laceratus.*

20. *Ascende.* O civitas Jerusalem ; verbum enim Hebraicum est feminini generis. — *Et clama.* Implorans auxilium ; quasi dicat ironice : Clama quantum voles ex altissimis montibus Libano et Basan ; nemo erit qui tibi auxilium ferat. — *Contriti sunt omnes amatores tui.* Ægyptii amici tui a Chaldeis. Idola etiam in quibus spem tuam locaveras.

21. Je vous ai parlé lorsque vous étiez dans l'abondance, et vous avez dit : Je n'écouterai point. Ça été votre conduite ordinaire, dès votre jeunesse, de vous rendre toujours sourde à ma voix.

22. Tous vos pasteurs, ne se repaîtront que de vent; et tous ceux qui vous aimaient, seront emmenés captifs. C'est alors que vous serez confondue et que vous rougirez de toute votre malice.

23. Vous qui êtes assise sur le Liban et qui faites votre nid dans les cèdres, combien jetterez-vous de cris lorsque vous vous sentirez tout d'un coup attaquée par des douleurs pareilles à celles d'une femme qui est en travail d'enfant.

24. Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que quand Jéchonias, fils de Joakim, roi de Juda, serait comme un anneau dans ma main droite, je ne laisserai pas de l'arracher de mon doigt,

25. Et de le livrer entre les mains de ceux qui cherchent à lui ôter la vie, entre les mains de ceux dont vous redoutez le visage, entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et entre les mains des Chaldéens.

26. Et je vous enverrai, vous et votre mère qui vous a mis au monde, dans une terre étrangère, dans laquelle vous n'êtes point nés, et vous y mourrez.

17. Leur âme soupirera dans le désir de revenir à cette terre ; et néanmoins ils n'y reviendront jamais.

28. Seigneur, ce Jéchonias est-il un pot de terre cassé? est-ce un vase qui n'ait plus rien que de méprisable? Pourquoi a-t-il été rejeté, lui et sa race? et pourquoi ont-ils été envoyés dans un pays qui leur était inconnu?

29. Terre, terre, terre, écoutez la parole du Seigneur.

21. Locutus sum ad te in abundantia tua, et dixisti : Non audiam; hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam.

22. Omnes pastores tuos pascet ventus, et amatores tui in captivitatem ibunt; et tunc confunderis, et erubesces ad omni malitia tua.

23. Quæ sedes in Libano, et nidificas in cedris, quomodo congemuisti, cum venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis?

24. Vivo ego, dicit Dominus; quia si fuerit Jechonias filius Joakim regis Juda annulus in manu dextera mea, inde evellam eum.

25. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, et in manu quorum tu formidas faciem, et in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manu Chaldæorum.

26. Et mittam te, et matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, et qua nati non estis, ibique moriemini;

27. Et in terram ad quam ipsi levant animam suam ut revertantur illuc, non revertentur.

28. Numquid vas fictile atque contritum vir iste Jechonias? numquid vas absque omni voluptate; quare abjecti sunt ipse et semen ejus, et projecti in terram quam ignoraverunt?

29. Terra, terra, terra, audi sermonem Domini.

24. *Si fuerit Jechonias, filius Joakim.* Après avoir prédit la triste fin de Joakim, le Prophète passe à son fils Jéchonias, appelé aussi Joakim. Il le désigne comme son successeur, et annonce qu'il sera emmené captif à Babylone par Nabuchodonosor, avec sa mère Nohesta, et qu'ils ne reviendront plus en Judée. Tel fut, en effet, le sort de ce jeune prince, dont le règne ne fut que de trois mois et dix jours.

---

21. *Locutus sum.* Invitans et ad emendandos mores in bonum. — *In abundantia.* Tempore prosperitatis. — *Hæc est via tua.* Hæc semper fuit consuetudo tua, ut non audires vocem meam. — *Ab adolescentia tua.* Ex quo eduxi te de Ægypto, cum te mihi in sponsam accepi. Eam enim vocare solet synagogæ adolescentiam, ut supra, c. 2, 2, et Isa., 47, 12, 15.

22. *Omnes pastores tuos.* Principes, falsos prophetas et sacerdotes, qui te vana Ægyptiorum confidentia decipiebant. — *Pascet ventus.* Nam spe quam ipsi conceperant, et qua te lactabant, frustrabuntur. Vel sensus est : in ventum dispergentur, evanescent ac delebuntur. — *Ab omni malitia tua.* Propter omnem malitiam tuam.

23. *Quæ sedes in Libano.* O gens, quæ habitas in Jerusalem, quasi in Libano, quia ex cedris Libani tibi nidos, id est, domos et palatia facis, quæque quasi cedrus Libani inter alias gentes excellis et celebraris, ideoque superbe, secure et opulenter vivis. — *Congemuisti.* Præteritum pro futuro. LXX habent, *ingemisces.*

24. *Jechonias.* Qui etiam dictus est Joakim. Vide quæ diximus I. Paral., c. 3, n. 16. — *Annulus.* Annulus est res conjunctissima et maxime chara. Non erat ejusmodi Jechonias ; sed si esset, dicit se eum propter illius peccata abjecturum.

25. *Quærentium animam tuam.* Inimicorum tuorum, * vitam tibi eripere cupientium. — *In manu quorum.* In manus eorum, quorum tu formidas faciem.

26. *Mittam te.* O Jechonia! — * *Matrem tuam.* Nohestam, de cujus flagitiis vide supra, c. 13, 18 et sequentibus, et IV. Reg., 24, 12 et 15.

27. *Ad quam ipsi levant animam suam.* In quam se reversuros sperant, aut cupiunt reverti ; est phrasis hebræa : sic Latini dicunt, animum in exspectationem erigere.

28. *Numquid vas fictile?* Perinde est ac si dicat : Jechonias similis est idolo et vasi inutili, propterea projicietur. Interrogatio quæ hoc loco habetur non postulat negativam sed affirmativam responsionem. * Vel est objectio Judæorum fidem verbis Jeremiæ non habentium, quasi dicant : An ita Deus regem nostrum haberet despicatui ? — *Vas absque omni voluptate. Vas in quo non est voluptas*, ut est in hebræo, id est, vas quod nullus habere velit.

29. *Terra, terra, terra.* Habitatores terræ Judææ.

30. Hæc dicit Dominus : Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine ejus vir qui sedeat super solium David, et potestatem habeat ultra in Juda.

30. Voici ce que dit le Seigneur : Ecrivez que cet homme sera stérile; que rien ne lui réussira durant sa vie, et qu'il ne sortira point d'homme de sa race qui soit assis sur le trône de David, ni qui exerce à l'avenir la puissance souveraine dans Juda.

CHAPITRE XXIII.

Règne du Messie. Nouvelle promesse du rappel futur des Juifs. Discours contre les faux prophètes.

1. Væ *a* pastoribus qui disperdunt et dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. [a *Ezech.* 13. 3. et 34. 2.]

2. Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum : Vos dispersistis gregem meum, et ejecistis eos, et non visitastis eos; ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum, ait Dominus.

3. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejecero eos illuc; et convertam eos ad rura sua; et crescent et multiplicabuntur.

4. *a* Et suscitabo super eos pastores, et pascent eos; non formidabunt ultra, et non pavebunt; et nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. [a *Supr.* 3. 15.]

5. *a* Ecce dies veniunt, dicit Dominus; et suscitabo David germen justum

1. Malheur aux pasteurs qui font périr et qui déchirent les brebis de mes pâturages, dit le Seigneur.

2. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur le Dieu d'Israël aux pasteurs qui conduisent mon peuple : Vous avez dispersé les brebis de mon troupeau; vous les avez chassées, et vous ne les avez point visitées : et moi je vous visiterai, pour punir le dérèglement de votre cœur *et* de vos œuvres, dit le Seigneur.

3. Je rassemblerai toutes les brebis qui resteront de mon troupeau, de toutes les terres dans lesquelles je les aurai chassées. Je les ferai revenir à leurs champs, et elles croîtront et se multiplieront.

4. Je leur donnerai des pasteurs qui auront soin de les paître; elles ne seront plus dans la crainte et dans l'épouvante; et le nombre s'en conservera, sans qu'il en manque une seule, dit le Seigneur.

5. *Car* le temps vient, dit le Seigneur, que je susciterai à David une race juste; un roi régnera

30. *Scribe virum istum sterilem.* Jéchonias, dit la *Bible de Vence*, ne fut pas stérile d'une stérilité entière; il est certain, par l'Ecriture même, qu'il eut un fils nommé Salathiel, et qui fut père de Zorobabel (I. Par., III, 17; Matth., I, 12). Mais il fut stérile en ce qu'il n'y eut aucun de ses descendants qui lui succédât dans le royaume de Juda avec la même autorité et la même puissance que lui et ses prédécesseurs.

Cap. XXIII. — 1. *Væ pastoribus.* Ce discours est une continuation de celui qui précède. Il est, par conséquent, de la même époque, c'est-à-dire, du commencement du règne de Joakim.

4. *Et suscitabo super eos pastores.* Littéralement, ces pasteurs sont Zorobabel, Jésus, fils de Josédech, Esdras, Néhémias, et tous les autres qui gouvernèrent Juda après la captivité. Mais ils figuraient les pasteurs par excellence, qui devaient diriger le monde au temps de Jésus-Christ.

5. *Et suscitabo David germen justum.* Toute la Tradition a entendu ce passage du Messie. On ne peut, en effet, dit Auguste Nicolas, imaginer rien de plus complet à la fois et de plus précis que cette prophétie. L'avenir final, auquel se rapportent les prophéties primitives, y est indiqué. Les promesses, en tant qu'elles regardent la maison d'Israël, c'est-à-dire la nation juive en général, puis la maison de Juda en particulier, sont rappelées. Reprenant ces

---

30. *Scribe.* Scribe, ne obliviscaris quod facere decrevi. Scribe etiam, ut prophetia populo litteris consignata proponi possit. — *Virum istum.* Jechoniam. — *Sterilem.* Qui filios quidem suscipiet, sed regni sui successores non relinquet. Pro *sterilem*, Symmachus vertit, *vacuum;* LXX, et Theodotion, *abdicatum;* Aquila, *non crescentem.*

Cap. XXIII. — 1. *Pastoribus.* Principes intelligit, sacerdotes et pseudoprophetas. — *Disperdunt.* Quia sua incuria, impietate, malo exemplo, mendacibus promissis quasi lupi populum perdiderunt.

2. *Qui pascunt.* Nomine tenus; qui pastores se profitentur. — *Ejecistis.* Chald., *vagari fecistis*, et recta via depulistis. — *Non visitastis.* Pastoris enim est gregem suum visitare, ut videat numquid illi desit, illique provideat. — *Visitabo.* Puniam.

3. *Et ego.* Ego autem; quasi dicat : Quos vos vestra culpa dispersistis, ego mea misericordia et providentia congregabo. Loquitur autem simul de reductione populi ex captivitate Babylonis, et de vocatione gentium ad Ecclesiam. — *Ad rura sua.* Ad agros suos, ad Judæam, ad Ecclesiam.

4. *Pastores.* Bonos, fideles, sanctos, sollicitos, Christum et apostolos. — *Pascent eos.* Magna cura. — *Non formitabunt.* Quia bonos pastores habebunt. — *Nolite timere, pusillus grex.* Luc., 12, 32. — *Nullus quæretur.* Nulla ovis desiderabitur ex grege.

5. *Suscitabo David.* Davidi; id est, ex Davidis posteritate. — *Germen justum.* Christum intelligit, *qui factus est ei ex semine David secundum carnem*, ad Rom., 1, 3. — *Justum.* Quia Christus causa est omnis justitiæ nostræ, et quia ex vi conceptus sui ex Spiritu sancto natus est sanctus et justus, et quia justum judicium exercuit in bonos et malos. — *Regnabit Rex.* Per fidem, spem, charitatem, gratiam, quod Christi regnum spirituale est. — *Faciet judicium.* Faciet id quod justum est.

qui sera sage, qui agira selon l'équité et la justice sur la terre.

6. En ce temps-là Juda sera sauvé. Israël habitera dans ses maisons sans rien craindre : Voici le nom qu'ils donneront à ce roi : Le Seigneur qui est notre juste.

7. C'est pourquoi le temps vient, dit le Seigneur, qu'on ne dira plus : Vive le Seigneur qui a tiré les enfants d'Israël de l'Egypte !

8. Mais : Vive le Seigneur, qui a tiré et qui a ramené les enfants de la maison d'Israël de la terre d'Aquilon et de tous les pays dans lesquels je les avais chassés, afin qu'ils habitassent dans leurs terres.

9. Aux prophètes : Mon cœur s'est brisé en moi-même, tous mes os ont été ébranlés. Je suis devenu comme un homme ivre, comme un homme rempli de vin, en contemplant la face du Seigneur, en considérant ses paroles saintes.

10. Car la terre est remplie d'adultères; la terre pleure à cause des blasphèmes qu'on y entend; les champs du désert sont devenus tout secs. Ils ont couru pour faire le mal, et toute leur puissance n'a servi qu'à l'injustice.

11. Car le prêtre et le prophète se sont cor-

et regnabit rex, et sapiens erit; et faciet judicium et justitiam in terra. [a *Isai.* 4. 2. et 40. 11. et 45. 8. *Infr.* 33. 14. *Ezech.* 34. 12. *Dan.* 9. 24. *Joan.* 1. 45.]

6. In diebus illis salvabitur Juda, et *a* Israel habitabit confidenter; et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster. [a *Deut.* 33. 28.]

7. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, et non dicent ultra : Vivit Dominus, qui eduxit filios Israel de terra Ægypti :

8. Sed : *a* Vivit Dominus, qui eduxit et adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, et de cunctis terris, ad quas ejeceram eos illuc; et habitabunt in terra sua. [a *Supr.* 16. 14.]

9. Ad prophetas : Contritum est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea; factus sum quasi vir ebrius, et quasi homo madidus a vino, a facie Domini, et a facie verborum sanctorum ejus.

10. Quia adulteris repleta est terra, quia a facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arva deserti; factus est cursus eorum malus, et fortitudo eorum dissimilis.

11. Propheta namque et sacerdos pol-

anciennes prophéties, le nouveau prophète y ajoute l'indication de la famille d'où doit sortir Celui qui en est l'objet; et c'est de la famille de David (cette famille dont Isaïe nous a déjà dit : *Un rejeton sortira de Jessé*), que Jérémie nous dit que *germera ce germe de justice*, lequel, en même temps qu'il sera fils de David, fils de Juda, fils d'Israël, fils de l'homme, et, à proprement parler, de la femme, sera en même temps fils de Dieu, Dieu même, car son nom sera Jehova, notre Juste, c'est-à-dire, il recevra le grand nom de Dieu, le nom incommunicable à tout autre qu'à Dieu lui-même (*Etudes philosophiques sur le christianisme*, part. III, ch. 4, *les Prophéties*).

8. *De terra Aquilonis et de cunctis terris.* Sur ce texte, saint Jérôme s'exprime ainsi : « Le sens est qu'on ne dira plus que le peuple de Dieu a été délivré de l'Egypte par Moïse, mais qu'il a été délivré par Jésus-Christ, de toutes les régions de la terre où il avait été dispersé. Et dès maintenant, cela est accompli en partie dans le monde; mais cela ne sera entièrement accompli, que quand ils viendront de l'Orient et de l'Occident, du Septentrion et du Midi, et s'assoieront avec Abraham, Isaac et Jacob; en sorte que la plénitude des nations étant entière, tout Israël soit sauvé (Hier., in Jerem., XXIII, t. III, col. 53). »

9. *Ad prophetas.* Ici commence un nouveau discours contre les faux prophètes, qui étaient, à proprement parler, des hommes semblables aux philosophes et aux incrédules de nos jours. Le Prophète leur associe, pour ce motif, les docteurs prévaricateurs, dont la plume était une plume d'erreur (V. supr., VIII, 8), et les prêtres sans foi et sans entrailles qui abusaient le peuple comme eux. Ces hommes faisaient le plus grand mal à la nation, parce qu'ils empêchaient les autres de profiter des avis que Dieu leur donnait par ses véritables envoyés.

---

6. *In diebus illis.* Hebr. habet, *illius*, scilicet Christi. — *Salvabitur Juda.* Duæ tribus, Juda scilicet et Benjamin. — *Et Israel.* Decem reliquæ tribus. — *Habitabit confidenter.* Non timens hostes, cum habeat Christum pastorem adeo fortem et vigilem. — *Dominus justus noster.* Justificans nos, aut *noster*, id est, nobiscum. Emmanuel, nobiscum Deus, Isa., 7, 14. Non quid Christus ita vocandus esset, sed quod re ipsa talis esset futurus; nam vocari apud Hebræos sæpe idem significat quod esse.

7. *Propter hoc.* Quia suscitabo David germen justum. — *Vivit Dominus.* Hæc supra explicata sunt, c. 16, n. 14 et 15.

8. *De terra Aquilonis.* De captivitate diaboli et peccati. — *Habitabunt in terra sua.* In Jerusalem spirituali quæ est Ecclesia.

9. *Ad prophetas.* Scilicet falsos, dirigitur hæc mea prophetia quæ sequitur. — *Contritum est cor meum.* Conficior dolore, et tremunt ossa mea. — *Quasi vir ebrius.* Attonitus et obstupefactus, ut qui sunt ebrii. — *A facie Domini.* Propter Dominum, videns quid Dominus huic populo minetur. — *Verborum.* Minacium.

10. *A facie maledictionis.* Ob maledicta et blasphemias Judæorum in Deum. — *Luxit terra.* Desolata est et facta sterilis. — *Factus est cursus eorum malus.* Qui currunt præcipites et effrenes ad peccata. — *Fortitudo eorum dissimilis.* Inconstans, infirma, minime durabilis. Sic Prov., 15, 7, dicitur : *Cor stultorum dissimile erit.* Sunt fortes et potentes ad male, non ad bene agendum.

11. *Polluti sunt.* Profani sunt et hypocritæ. — *In domo mea inveni.* Quia in templo Dei sacrificant idolis, conflant fraudes et rapinas, et juxta illud ædificarunt prostibula et ædes effeminatorum. Hinc illa conquestio, c. 11, 15 : *Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa.*

luti sunt; et in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus.

12. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris; impellentur enim, et corruent in ea; afferam enim super eos mala, annum visitationis eorum, ait Dominus.

13. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem; prophetabant in Baal, et decipiebant populum meum Israel.

14. Et in prophetis Jerusalem vidi similitudinem adulterantium, et iter mendacii; et confortaverunt manus pessimorum, ut non converteretur unusquisque a malitia sua; facti sunt mihi omnes ut Sodoma, et habitatores ejus quasi Gomorrha.

15. Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas : *a* Ecce ego cibabo eos absinthio, et potabo eos felle, a prophetis enim Jerusalem egressa est pollutio super omnem terram. [a *Supr.* 9. 15.]

16. Hæc dicit Dominus exercituum : *a* Nolite audire verba prophetarum qui prophetant vobis, et decipiunt vos; visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. [a *Infr.* 27. 9. et 29. 8.]

17. Dicunt his, qui blasphemant me : Locutus est Dominus : *c* Pax erit vobis, et omni qui ambulat in pravitate cordis sui, dixerunt : Non veniet super vos malum. [a *Supr.* 5. 12. et 14. 13.]

18. Quis enim affuit in consilio Domini, et vidit et audivit sermonem ejus? quis consideravit verbum illius et audivit?

19. *a* Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, et tempestas erumpens super caput impiorum veniet. [a *Infr.* 30. 14.]

20. Non revertetur furor Domini, usque dum faciat, et usque dum compleat cogitationem cordis sui, in novissimis diebus intelligetis consilium ejus.

21. *a* Non mittebam prophetas, et ipsi currebant; non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant [*a Infr.* 27. 15. et 29. 9.]

rompus; et j'ai trouvé dans ma maison les maux qu'ils ont faits, dit le Seigneur.

12. C'est pourquoi leur voie sera comme un chemin glissant dans les ténèbres. Car on les pressera avec effort, et ils tomberont tous ensemble, parce que je les accablerai de maux au temps que je les visiterai, dit le Seigneur.

13. J'ai vu l'extravagance dans les prophètes de Samarie; ils prophétisaient au nom de Baal, et ils séduisaient mon peuple d'Israël.

14. J'ai vu les prophètes de Jérusalem semblables à des femmes adultères. J'ai vu parmi eux la voie du mensonge; ils ont fortifié les mains des méchants, pour empêcher que les hommes ne se convertissent du dérèglement de leur vie, ils sont tous devenus devant mes yeux comme Sodome, et les habitants de Jérusalem comme Gomorrhe.

15. C'est pourquoi voici ce que le Seigneur des armées dit aux prophètes : Je les nourrirai d'absinthe, et je les abreuverai de fiel, parce que la corruption s'est répandue, des prophètes de Jérusalem, sur toute la terre.

16. Voici ce que dit le Seigneur des armées : N'écoutez point les paroles des prophètes, qui vous prophétisent et qui vous trompent, ils publient les visions de leur cœur, et non ce qu'ils ont appris de la bouche du Seigneur.

17. Ils disent à ceux qui me blasphèment : Le Seigneur l'a dit; vous aurez la paix; et à tous ceux qui marchent dans la corruption de leur cœur, il ne vous arrivera point de mal.

18. Mais qui d'entre eux a assisté au conseil de Dieu? qui l'a vu? et qui a entendu ce qu'il a dit?

19. Le tourbillon de la colère du Seigneur va éclater sur la tête des impies; et la tempête, après avoir rompu la nuée, tombera sur eux.

20. La fureur du Seigneur ne se relâchera point, jusqu'à ce qu'elle exécute et qu'elle accomplisse toutes les pensées de son cœur. Vous comprendrez enfin quel aura été son dessein sur vous.

21. Je n'envoyais point ces prophètes, et ils couraient d'eux-mêmes; je ne leur parlais point, et ils prophétisaient de leur tête.

---

12. *Quasi lubricum in tenebris.* Facile offendent et cadent. — *Afferam.* Inducam. — *Visitationis.* Punitionis.

13. *In prophetis Samariæ.* Decem tribuum, in quibus erat Samaria. Subintelligenda est particula *sicut* hoc sensu : sicut vidi in Samaria stultum idolorum cultum, ita et in Jerusalem. — *Prophetabant in Baal.* Baal consulentes, aut mendaci spiritu dæmonis afflati.

14. *Similitudinem adulterantium.* Id est, quod Jerosolymis essent qui imitarentur fatuitatem falsorum prophetarum Samariæ. — *Confortaverunt.* Confirmaverunt eos in suis sceleribus prospera omnia promittendo.

15. *Cibabo eos absinthio.* Vide dicta supra, c. 9, n. 15. — *Egressa est pollutio.* Ipsi inficiunt et polluunt populum falsitate doctrinæ et promissionum suarum.

16. *Visionem cordis sui.* Somnia quæ sibi fingunt.

17. *His qui blasphemant me.* In Hebræo est, *spernentibus me*, populo judaico spernenti et blasphemanti me. — *Et omni, qui ambulat.* Est repetitio præcedentis hemistichii.

18. *Quis enim affuit.* Hæc ideo dicit ut doceat falsos prophetas, quibus ipse locutus non est non posse res futuras divinare.

19. *Ecce.* Subito et improviso, præter pseudoprophetarum opinionem. — *Turbo.* Vehementia. Chald. *increpatio;* LXX, *commotio.*

20. *Non revertetur.* Non cessabit, non discedet a vobis, donec sumat de vobis omnes pœnas quas Dominus cogitavit. — *Intelligetis.* Re ipsa sentietis et experiemini Dei vindictam.

22. S'ils eussent assisté dans mon conseil, et qu'ils eussent fait connaître mes paroles à mon peuple, je les aurais retirés de leur mauvaise voie et du dérèglement de leurs pensées.

23. Ne suis-je Dieu que de près? dit le Seigneur; ne le suis-je pas aussi de loin?

24. Celui qui se cache se dérobe-t-il à moi? et ne le vois-je point, dit le Seigneur? N'est-ce pas moi qui remplis le ciel et la terre, dit le Seigneur.

25. J'ai entendu ce qu'ont dit ces prophètes, qui prophétisent le mensonge en mon nom, en disant : J'ai songé, j'ai songé.

26. Jusqu'à quand cette imagination sera-t-elle dans le cœur des prophètes qui prophétisent le mensonge, et dont les prophéties ne sont que les séductions de leur cœur?

27. Qui veulent faire que mon peuple oublie mon nom, à cause de leurs songes qu'ils débitent à quiconque les consulte; comme leurs pères ont oublié mon nom à cause de Baal.

28. Que le Prophète qui a un songe raconte son songe, et que celui qui a entendu ma parole annonce ma parole dans la vérité. Quelle comparaison y a-t-il entre la paille et le blé? dit le Seigneur.

29. Mes paroles ne sont-elles pas comme du feu, dit le Seigneur, et comme un marteau qui brise la pierre?

30. C'est pourquoi je viens aux prophètes, dit le Seigneur, qui dérobent mes paroles, chacun à leurs frères.

31. Je viens aux prophètes, dit le Seigneur, qui n'ont que la douceur sur la langue, et qui disent : Voici ce que dit le Seigneur.

22. Si stetissent in consilio meo, et nota fecissent verba mea populo meo, avertissem utique eos a via sua mala, et a cogitationibus suis pessimis.

23. Putasne Deus e vicino ego sum, dicit Dominus? et non Deus de longe?

24. Si occultabitur vir in absconditis; et ego non videbo eum, dicit Dominus? numquid non cœlum et terram ego impleo, dicit Dominus?

25. Audivi quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes : Somniavi, somniavi.

26. Usquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, et prophetantium seductiones cordis sui?

27. Qui volunt facere ut obliviscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat unusquisque ad proximum suum, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal.

28. Propheta qui habet somnium, narret somnium; et qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum vere; quid paleis ad triticum, dicit Dominus?

29. Numquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, et quasi malleus conterens petram?

30. Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea unusquisque a proximo suo.

31. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui assumunt linguas suas, et aiunt : Dicit Dominus.

22. *Si stetissent in consilio meo.* Le Seigneur attribue l'endurcissement et les erreurs du peuple, à ces hommes de mensonge qui, au lieu d'éclairer la multitude et de l'éloigner du mal, se servent de leur crédit pour flatter les passions mauvaises, et empêcher le triomphe du bien et de la vérité. C'est l'effet que produit parmi nous la mauvaise presse alimentée par la science fausse et hypocrite.

30. *Ecce ego ad prophetas.* Le Seigneur distingue dans ce verset et les deux suivants, trois sortes de faux prophètes. Les premiers se servaient des paroles ou des actions des vrais prophètes, pour les détourner du vrai et les entendre dans leur propre sens. C'est ce que fit Hananias (Vid. infr., cap. XXVIII). Les seconds étaient des orateurs qui déclamaient au sein de la multitude, et la trompaient, par un langage insinuant et flatteur. C'étaient les rhéteurs du temps qui enivraient la foule de belles paroles. Les troisièmes étaient les faux prophètes proprement dits, qui prétendaient que Dieu leur avait parlé, quoiqu'il n'en fût rien. C'étaient de véritables imposteurs.

---

22. *Si stetissent in consilio meo.* Voluntatem et consilia mea sequendo. — *Avertissem... eos.* Populum a scelere et a pœna quæ scelus comitatur. * In Hebræo, Græco et Chaldæo est, *avertissent.*

23. *Deus e vicino.* Qui vicina tantum, et non longe posita videat et moderetur.

24. *Si occultabitur vir.* Non occultabitur, etc.; Deus enim omnia videt. — *Cœlum et terram ego impleo.* Ubique præsens.

25. *Somniavi.* Vidi in somnis revelationem propheticam.

26. *Usquequo.* Quousque volent aut cogitabunt mendacium prophetare et seductiones cordis sui?

28. *Qui habet somnium, narret somnium.* Tanquam somnium suum, non tanquam prophetiam a me acceptam. — *Quid paleis ad triticum?* Paleas vocat somnia pseudoprophetarum, quæ vento feruntur; triticum, verbum Dei, quod manet in æternum. * Quid simile habent talia somnia cum revelationibus divinis?

29. *Quasi ignis.* Id est, efficacissima. — *Conterens petram.* Duritiam humani cordis.

30. *Qui furantur verba mea.* Qui imitantur verba meorum prophetarum, dicentes : *Hæc dicit Dominus*, cum Dominus non sit locutus.

31. *Qui assumunt linguas suas.* Qui linguam suam moderantur, et ita dirigunt ut placere velint auditoribus. Nam veri prophetæ non moderantur linguas suas, sed eas moderatur Dominus, et per eas loquitur quæ vult. Aliqui vertunt, *qui lenificant linguas suas.* Alii, *dulcorantes*, vel, *mollientes linguas suas.* * Vel etiam sensus esse potest : qui dicunt id quod ipsis venit in mentem.

32. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus, qui narraverunt ea, et seduxerunt populum meum in mendacio suo, et in miraculis suis cum ego non misissem eos, nec mandassem eis qui mihi profuerunt populo huic, dicit Dominus.

33. Si igitur interrogaverit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens : Quod est onus Domini ? dices ad eos : Vos estis onus ; projiciam quippe vos, dicit Dominus.

34. Et propheta, et sacerdos, et populus qui dicit : Onus Domini ; visitabo super virum illum, et super domum ejus.

35. Hæc dicetis unusquisque ad proximum, et ad fratrem suum : Quid respondit Dominus ? et quid locutus est Dominus ?

36. Et onus Domini ultra non memorabitur ; quia onus erit unicuique sermo suus ; et pervertistis verba Dei viventis, Domini exercituum Dei nostri.

37. Hæc dices ad prophetam : Quid respondit tibi Dominus ? et quid locutus est Dominus ?

38. Si autem onus Domini dixeritis ; propter hoc hæc dicit Dominus : Quia dixistis sermonem istum : Onus Domini ; et misi ad vos, dicens : Nolite dicere : Onus Domini.

39. Propterea ecce ego tollam vos portans, et derelinquam vos, et civitatem quam dedi vobis et patribus vestris, a facie mea.

40. *a* Et dabo vos in opprobrium sempiternum, et in ignominiam æternam, quæ nunquam oblivione delebitur. [a *Supr.* 20. 11.]

32. Je viens aux prophètes, dit le Seigneur, qui ont des visions de mensonge, qui les racontent à mon peuple et qui le séduisent par leurs mensonges et par leurs faux miracles, quoique je ne les aie point envoyés, et que je ne leur aie donné aucun ordre. Aussi ces faux prophètes n'ont servi de rien à ce peuple, dit le Seigneur.

33. Si donc ce peuple, ou un prophète, ou un prêtre vous interroge, et vous dit : Quel est le fardeau du Seigneur ? vous lui direz : C'est vous-mêmes qui êtes le fardeau. C'est pourquoi je vous jetterai bien loin de moi, dit le Seigneur.

34. Si donc un prophète, ou un prêtre, ou quelqu'un du peuple vous fait cette demande : Quel est le fardeau du Seigneur ? je visiterai cet homme et sa maison.

35. Chacun de vous dira désormais à son prochain et à son frère : Qu'a répondu le Seigneur ? Qu'est-ce que le Seigneur a dit ?

36. Et on ne parlera plus de fardeau du Seigneur : car la parole de chacun sera son propre fardeau, parce que vous avez perverti les paroles du Dieu vivant, du Seigneur des armées, notre Dieu.

37. Vous direz aux prophètes : Que vous a répondu le Seigneur ? Qu'est-ce que le Seigneur a dit ?

38. Que si vous dites encore : La parole du Seigneur est pesante, je vous déclare, dit le Seigneur, que, parce que vous avez dit : La parole du Seigneur est pesante, quoique je vous eusse envoyé dire : Ne dites point que la parole du Seigneur est pesante ;

39. Je vous prendrai moi-même, et je vous emporterai comme un fardeau, et je vous abandonnerai, et je vous rejetterai loin de ma face, vous et la ville que j'ai donnée à vos pères et à vous.

40. Je vous couvrirai de mon ombre qui ne finira point, et d'une éternelle ignominie, dont la mémoire ne s'effacera jamais.

33. *Quod est onus Domini ?* Toutes les prophéties menaçantes portaient le titre *d'onus*, fardeau (Is. XIII, XV, XVII, XIX, XXI, XXII, XXIII *et alibi*). Les incrédules jouant sur ce mot, allaient trouver Jérémie et lui disaient en se moquant : Quel est aujourd'hui le fardeau du Seigneur ? Quelles nouvelles accablantes vas-tu nous annoncer aujourd'hui en son nom ? Le Seigneur, irrité de cette incrédulité moqueuse, ordonna au Prophète de leur répondre : « Vous êtes le fardeau que le Seigneur ne peut plus supporter, » et il leur confirme toutes les prédictions terribles qu'il a fait retentir à leurs oreilles.

---

32. *In miraculis suis.* Quæ fingunt. LXX habent, τῷ πλάνῳ αὐτῶν, id est, *errore quo alios decipiunt.* — *Nihil profuerunt.* Minus dicitur quam significatur ; nam sententia est plurimum nocuisse.

33. *Quod est onus Domini.* Iis verbis pseudoprophetæ et plebs irridebant Jeremiam et prophetas minantes supplicia ; unde cum eis occurrebant, interrogabant per jocum : *Quod est onus Domini ?* Id est, quid calamitatis nobis Dominus prædicit ? quid mali nobis annuntiatis ? Diximus enim supra non semel *onus* significare prophetiam tristem, qua malum aliquod imminens prænuntiatur. — *Vos estis onus.* Vos ipsi estis mihi onus importabile, atque ideo me exonerabo, et vos projiciam.

34. *Visitabo.* Puniam illum et totam ejus familiam quod verbum meum irriserit, onus vocando.

35. *Hæc dicetis.* Monet ne prophetias Domini appellent in posterum *onus Domini.* Sententia ergo hæc est : si quis interroget : *Quid respondit Dominus ?* non dicetis : *Onus Domini, etc.*

36. *Onus erit unicuique sermo suus.* Onus ab ipso nominatim fiet ipsi onus, id est, grave supplicium. — *Et pervertistis.* Convertistis in jocum et risum verba Domini.

37. *Hæc dices.* In hebræo est, *sic dices.* Id est, cum de prophetia sciscitari volueris non dices : *Quod est onus Domini ?* sed potius : Quid dixit, jussit aut respondit Dominus ?

38. *Si autem onus Domini dixeritis.* Si contra id quod jussi et mandavi vobis ne usurparetis hunc loquendi modum, *onus Domini, etc.*

39. *Tollam vos portans.* Tollendo tollam vos sicut onus, et in captivitatem deportabo.

40. *Dabo vos.* Afficiam vos æterna ignominia.

CHAPITRE XXIV.

Vision prophétique des deux paniers de figues.

1. Le Seigneur me fit voir *une vision*. Il y avait dans le temple du Seigneur deux paniers pleins de figues. Et ceci arriva depuis que Nabuchodonosor, roi de Babylone, eût transféré Jéchonias, qui était fils de Joakim, roi de Juda, avec ses princes, les architectes, et les ingénieurs, et qu'il les eût emmenés de Jérusalem à Babylone.

2. Dans l'un de ces paniers il y avait d'excellentes figues, comme sont d'ordinaire les figues de la première saison; et dans l'autre il y avait des figues très-méchantes dont on ne pouvait manger, parce qu'elles ne valaient rien.

3. Alors le Seigneur me dit : Que voyez-vous, Jérémie? Je lui répondis : Je vois des figues, dont les unes sont bonnes et très-bonnes, et les autres sont méchantes et très-méchantes, et on n'en peut point manger, parce qu'elles ne valent rien.

4. Le Seigneur me parla ensuite, et me dit :

5. Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Comme ces figues que vous voyez sont très-bonnes, ainsi je traiterai bien ceux que j'ai envoyés hors de ce lieu, et qui ont été transférés de Juda dans le pays des Chaldéens.

6. Je les regarderai d'un œil favorable, et je les ramènerai dans ce pays; je les édifierai, et je ne les détruirai point; je les planterai, et je ne les arracherai point.

7. Je leur donnerai un cœur *docile*, afin qu'ils me connaissent, et qu'ils sachent que je suis le Seigneur. Ils seront mon peuple et je serai leur Dieu, parce qu'ils retourneront à moi de tout leur cœur.

1. Ostendit mihi Dominus; et ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini, postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam filium Joakim regem Juda, et principes ejus, et fabrum, et inclusorem de Jerusalem, et adduxit eos in Babylonem.

2. Calathus unus ficus bonas habebat nimis ut solent ficus esse primi temporis; et calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quod essent malæ.

3. Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides Jeremia, et dixi : Ficus, ficus bonas, bonas valde; et malas, malas valde, quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ.

4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

5. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Sicut ficus hæc bonæ; sic cognoscam transmigrationem Juda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum, in bonum.

6. Et ponam oculos meos super eos ad placandum, et reducam eos in terram hanc; et ædificabo eos, et non destruam; et plantabo eos, et non evellam.

7. Et dabo eis cor ut sciant me, quia ego sum Dominus; *a* et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum; quia revertentur ad me in toto corde suo. [*a Supr.* 7. 23. *Infr.* 29. 17.]

Cap. XXIV. — 1. *Ostendit mihi Dominus.* Ce chapitre n'est pas à sa place. Il devrait être reporté immédiatement avant le chapitre XXIX. La vision qui y est rapportée eut lieu au début du règne de Sédécias, après que Nabuchodonosor eût transféré à Babylone, Jéchonias avec ses princes, ses architectes et les ingénieurs qui avaient conduit les travaux de défense pendant le siège de Jerusalem. — *Ante templum Domini.* Ces paniers furent montrés au Prophète, dans le parvis des prêtres, devant la porte du sanctuaire. C'était là qu'on déposait les prémices, devant l'autel du Seigneur (Deut., XXVI, 4).

Cap. XXIV. — 1. *Calathi.* Corbes, canistri. — *Postquam transtulit.* Incipiunt enim hoc capite prophetata post transmigrationem Jechoniæ, sub Sedecia. — *Fabrum, et inclusorem.* Aliqui intelligunt aurifices et gemmarum inclusores, quod hæc artificia apud barbaros magno essent in pretio. Alii intelligunt peritos castrametandi, muniendi et vallo includendi. Hujusmodi enim artifices legimus IV. Reg., 24, 16, Babylonem abductos, ne si rebellio tentaretur usui essent.

2. *Ficus esse primi temporis.* Sunt enim ficus quædam biferæ, quæ bis fructus singulis annis ferunt, primo æstate, deinde rursus ineunte autumno; ficus vero primi temporis, hoc est, æstivi, sunt grandiores et pulchriores.

3. *Quid tu vides, Jeremia?* Respondet propheta se videre ficus bonas et malas. Satis enim ex visu apperere poterant ficus, verbi gratia, esse malas, quia agrestes, exsuccæ, æstu contractæ, vel quid simile. Vel per verbum *vides* intelligitur etiam gustatus; visus enim sæpe sumitur pro quolibet sensu. — *Ficus bonas.* Ficus malæ significant Sedeciam perdendum cum suis, qui se Chaldæis, Deo per Jeremiam id jubente, tradere noluit; ficus vero bonæ significant Joakim cum suis, qui se Chaldæo Dei jussu tradiderant, prospere acturos in Babylone, et cum inde post septuaginta annos in patriam revertentur.

5. *Cognoscam... in bonum.* Favebo, benefaciam, tanquam bonos conservabo et tuebor eos qui meo jussu transmigrarunt in Babylonem.

6. *Et ponam oculos meos super eos.* Benigne et misericorditer respiciam eos. — *Ad placandum.* Ut eis me placatum et benignum exhibeam. — *Ædificabo eos.* Stabiles eis sedes dabo, quas non amplius mutabunt. Hoc primo intelligitur de restauratione Jerusalem; deinde de Ecclesia catholica, tandemque de vita æterna.

7. *Et dabo eis cor ut sciant me.* Cor docile, ut legem meam admittant, intelligant et se libenter mihi subjiciant eorum Domino.

8. *a* Et sicut ficus pessimæ quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ; hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Juda, et principes ejus, et reliquos de Jerusalem, qui remanserunt in urbe hac, et qui habitant in terra Ægypti.

9. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ; in opprobrium, et in parabolam; et in proverbium, et in maledictionem in universis locis, ad quæ ejeci eos.

10. Et mittam in eis gladium, et famem, et pestem, donec consumantur de terra quam dedi eis, et patribus eorum.

8. Et comme vous voyez les méchantes figues, dont on ne peut manger, parce qu'elles ne valent rien, ainsi, dit le Seigneur, j'abandonnerai Sédécias, roi de Juda, les princes et ceux qui sont restés de Jérusalem, qui demeurent dans cette ville, ou qui habitent dans la terre d'Egypte.

9. Je ferai qu'ils seront tourmentés et qu'ils seront affligés en tous les royaumes de la terre, et qu'ils deviendront l'opprobre, le jouet, la fable et la malédiction des hommes dans tous les lieux où je les aurai chassés.

10. J'enverrai contre eux l'épée, la famine et la peste, jusqu'à ce qu'ils soient exterminés de la terre que je leur avais donnée, aussi bien qu'à leurs pères.

CHAPITRE XXV.

Prédiction des soixante-dix ans de captivité. Calice de la colère du Seigneur présenté aux différentes nations. Vengeances de Dieu.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno quarto Joakim filii Josiæ regis Juda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.)

2. Quod locutus est Jeremias propheta ad omnem populum Juda, et ad universos habitatores Jerusalem, dicens :

3. A tertio decimo anno Josiæ filii Ammon regis Juda, usque ad diem hanc; iste tertius et vigesimus annus; factum est verbum Domini ad me, et

1. Parole qui fut adressée à Jérémie touchant tout le peuple de Juda, la quatrième année de Joakim, fils de Josias, roi de Juda, qui est la première année de Nabuchodonosor, roi de Babylone;

2. Et que le prophète Jérémie annonça à tout le peuple de Juda et à tous les habitants de Jérusalem, en disant :

3. Depuis la treizième année de Josias, fils d'Ammon, roi de Juda, jusqu'à ce jour, il s'est passé vingt-trois ans : et le Seigneur m'ayant fait entendre sa parole, je vous l'ai annoncée et je

8. *Sic dabo Sedeciam.* Ainsi miséricorde, pour ceux que deux transmigrations avaient déjà éloignés de la patrie, ou qu'attendait une transmigration prochaine, en considération de leur repentir : Sévérité, au contraire, pour les infidèles qui continuaient de souiller la Judée de leur idolâtrie, ou qui, au mépris de la défense des prophètes, s'étaient retirés en Egypte, à l'approche de Nabuchodonosor, pour y servir tranquillement leurs idoles, comme si la main de Dieu n'avait pu les chercher et les atteindre jusque-là. Tel est le sens de cette vision prophétique.

Cap. XXV.— 1. *In anno quarto Joakim.* D'après les auteurs de l'*Art de vérifier les dates*, la 4e année du règne de Joakim fut l'an 605 avant l'ère vulgaire. Ce fut cette même année que Nabuchodonosor monta sur le trône de Babylone pour succéder à son père Nabopolassar qui l'avait auparavant associé à la royauté.— Les autres chronologistes, qui supposent que cette 4e année était l'an 607 avant l'ère vulgaire, sont obligés, pour concilier cette date avec l'histoire de Daniel, de supposer que cette première année de Nabuchodonosor n'est pas celle où il commença à régner seul, après la mort de son père, mais celle où il fut associé à l'empire, environ deux ans avant la mort de ce prince.

3. *Iste tertius et vigesimus annus.* La 13e année du règne de Josias, dans laquelle Jérémie reçut sa mission, était l'an 627 avant Jésus-Christ suivant les auteurs de l'*Art de vérifier les dates*. Comme on était alors en l'an 605, il s'était passé vingt-trois ans entre ces deux événements, ou du moins on était dans la 23e année qui les avait séparés.

---

8. *Sic dabo Sedeciam.* Sic faciam ut sit Sedecias. — *Et qui habitant in terra Ægypti.* Qui metu Chaldæorum e Judæa, contra monita Jeremiæ, fugerunt in Ægyptum. Vide IV. Reg., 25, 26.

9. *Dabo eos in vexationem.* Chald. *dabo eos in commotionem;* LXX, *dabo eos in dispersionem;* quasi dicat : Dispergam eos per omnia regna in quibus varie exercebuntur et vexabuntur. — *In parabolam.* In comparationem, ut, eum quem volent dicere miserum, dicant : Miserior est Judæo. — *In proverbium.* Chald. vertit, *fabulam*, de quorum calamitate omnes loquantur. LXX vertunt, *in odium et in maledictionem*, ut scilicet homines, cum volent alicui male precari dicant : Contingat illi id quod contigit Sedeciæ regi Juda, ejusque familiæ et asseclis.

Cap. XXV. — 1. *Anno quarto.* Hoc est quod supra initio capitis vigesimi primi diximus, non servare prophetam ordinem temporum. Nam superiori capite egit de Jechonia, nunc autem de Joakim ejus patre agit.

3. *A tertio decimo anno.* Inclusive : regnavit enim Josias annos 31, et cæpit Jeremias anno decimo tertio regni ejus vaticinari; itaque vaticinatus est eo regnante annis 19, quibus si accedant quatuor regni Joakim, sunt viginti tres. Quo tempore hæc prophetia edita est. — *De nocte consurgens.* Diligenter et sedulo. Vide supra, c. 7, 13, et c. 11, 7.

vous ai parlé jour et nuit : et vous ne m'avez point écouté.

4. Et le Seigneur s'est hâté de vous envoyer tous les prophètes, ses serviteurs : et vous ne l'avez point écouté, et vous n'avez point soumis vos oreilles pour l'entendre,

5. Lorsqu'il vous disait : Que chacun de vous se retire de sa mauvaise voie et du dérèglement de ses pensées criminelles, et vous habiterez de siècle en siècle dans la terre que le Seigneur vous a donnée, à vous et à vos pères.

6. Ne courez point après des dieux étrangers pour les servir et les adorer, et n'irritez point ma colère par les œuvres de vos mains, et je ne vous affligerai point.

7. Cependant vous ne m'avez point écouté, dit le Seigneur. Au contraire vous m'avez irrité par les œuvres de vos mains, pour attirer sur vous tous ces maux.

8. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées : Parce que vous n'avez point écouté mes paroles,

9. Je prendrai tous les peuples de l'Aquilon, dit le Seigneur; je les enverrai avec Nabuchodonosor, roi de Babylone, mon serviteur, et je les ferai venir contre cette terre, contre ses habitants, et contre toutes les nations qui l'environnent. Je les ferai passer au fil de l'épée ; je les rendrai l'étonnement et la fable des hommes; et je réduirai *leurs villes*, à d'éternelles solitudes.

10. Je ferai cesser parmi eux les cris de joie et les chants de réjouissance, les cantiques de l'époux et les chants de l'épouse, le bruit de la meule et la lumière de la lampe.

11. Et toute cette terre deviendra un désert affreux, qui épouvantera ceux qui le verront : et toutes ces nations seront assujéties au roi de Babylone pendant soixante-dix années.

locutus sum ad vos de nocte consurgens, et loquens ; et non audistis.

4. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo, mittensque ; et non audistis, neque inclinastis aures vestras ut audiretis.

5. *a* Cum diceret : Revertimini unusquisque a via sua mala, et a pessimis cogitationibus vestris; et habitabitis in terra quam dedit Dominus vobis, et patribus vestris, a sæculo et usque in sæculum. [*a IV. Reg.* 17. 13. *Supr.* 18. 11. *Infr.* 35. 15.]

6. Et nolite ire post deos alienos, ut serviatis eis, adoretisque eos; neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum vestrarum et non affligam vos.

7. Et non audistis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum.

8. Propterea hæc dicit Dominus exercituum : Pro eo quod non audistis verba mea,

9. Ecce ego mittam, et assumam universas cognationes Aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor regem Babylonis servum meum; et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus, et super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt; et interficiam eos, et ponam eos in stuporem et in sibilum, et in solitudines sempiternas.

10. Perdamque ex eis vocem gaudii, et vocem lætitiæ, vocem sponsi, et vocem sponsæ, vocem molæ, et lumen lucernæ.

11. *a* Et erit universa terra hæc in solitudinem, et in stuporem : et servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis [*a II. Par.* 36. 22. *I. Esdr.* 1. 1. *Inf.* 26. 6. et 29. 10. *Dan.* 9. 2.]

11. *Septuaginta annis.* Ces 70 années se comptent de l'an 606 avant Jésus-Christ. Cette année-là, Nabuchodonosor prit Jérusalem, chargea de fers Joakim, et emmena en captivité une partie des Juifs parmi lesquels se trouvaient Daniel et ses trois compagnons, Ananias, Azarias et Misaël. Cyrus rendit son édit de délivrance en 536, lorsque les années marquées par Jérémie furent accomplies (II. Esd., I, 1).

---

5. *A sæculo et usque in sæculum.* Perpetuo, nisi obstent peccata vestra.

6. *In operibus manuum vestrarum.* Idolis quæ vos fabricati estis.

7. *Ut me ad iracundiam provocaretis.* Ita ut provocaveritis ad iracundiam.

9. *Cognationes.* Tribus et populos habitantes ad aquilonem, id est, Chaldæos, * Medos aliasque gentes Chaldæis aut subditas aut fœderatas. — *Servum meum.* Lictorem meum, per quem effecta dabo ea quæ toties minatus sum. — *In stuporem et in sibilum.* Faciam ut omnes eorum ruinas admirentur et irrideant. Vide supra, c. 18, 16, et 19, 8. — *Solitudines sempiternas.* Diuturnas, scilicet per 70 annos captivitatis Babylonicæ. Sic sæpe in Scriptura *æternum* per hyperbolem significat longum tempus.

10. *Vocem gaudii.* Faciam ut nemo sit qui gaudeat, nemo qui lætetur, nemo qui nuptias celebret. Sic supra, c. 7, n. 34, et c. 16, 9. — *Vocem molæ.* Strepitum molæ et molentium. Solebant enim in Judæa, ubi aqua et ventus deerat, quo molæ circumagerentur, habere molas domesticas quas puellæ binæ manibus vertebant interimque cantillabant, ut tædium et laborem levarent. Hinc ait Christus. Matth., 24, 41 : *Erunt... duæ molentes in molâ : una assumetur, et una relinquetur.* Vox ergo molæ est puellarum molentium cantus, quasi dicat : Non erunt qui, vel quæ molant frumenta, et inter molendum cantent, ut solebant. — *Et lumen lucernæ.* Id est, effecturum se ne amplius puellæ ad lumen lucernæ nentes cantitent. * Vel faces intelligit, cum quibus ad convivia ibatur.

11. *In stuporem.* Vide proxime dicta n. 9.

12. Cumque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, et super terram Chaldæorum; et ponam illam in solitudines sempiternas.

13. Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcumque prophetavit Jeremias adversum omnes gentes.

14. Quia servierunt eis, cum essent gentes multæ, et reges magni; et reddam eis secundum opera eorum, et secundum facta manuum suarum.

15. Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel : Sume calicem vini furoris hujus de manu mea ; et propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.

16. Et bibent, et turbabuntur, et insanient a facie gladii quem ego mittam inter eos.

17. Et accepi calicem de manu Domini, et propinavi cunctis gentibus ad quas misit me Dominus :

18. Jerusalem, et civitatibus Juda, et regibus ejus, et principibus ejus ; ut darem eos in solitudinem, et in stuporem, et in sibilum, et in maledictionem sicut est dies ista :

19. Pharaoni regi Ægypti, et servis ejus, et principibus ejus, et omni populo ejus.

12. Et lorsque les soixante-dix ans seront finis, je visiterai le roi de Babylone et son peuple, dit le Seigneur : je jugerai leur iniquité; et *je répandrai ma fureur sur* la terre des Chaldéens, et je la réduirai à une éternelle solitude.

13. Je vérifierai mes paroles, je ferai fondre sur cette terre tous les maux que j'ai prédits contre elle, tout ce qui est écrit dans ce livre, et tout ce que Jérémie a prophétisé contre toutes les nations.

14. (Car quoique ce fussent de grands peuples et de grands rois, ils ont été assujétis aux Chaldéens). *Et à l'égard des Chaldéens*, je les traiterai selon leurs mérites et selon les œuvres de leurs mains.

15. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Prenez de ma main cette coupe du vin de ma fureur, et vous en ferez boire à tous les peuples vers lesquels je vous enverrai.

16. Ils en boiront, et ils en seront troublés : et ils sortiront comme hors d'eux-mêmes, à la vue de l'épée que j'enverrai contre eux.

17. J'ai *donc* reçu la coupe de la main du Seigneur : et j'en ai fait boire à tous les peuples vers lesquels le Seigneur m'a envoyé :

18. A Jérusalem, aux villes de Juda, à ses rois et à ses princes, pour réduire leurs terres en un désert, et pour les rendre l'étonnement, la fable et la malédiction des hommes, comme il paraît aujourd'hui.

19. J'en ai fait boire à Pharaon, roi d'Egypte, à ses serviteurs, à ses princes et à tout son peuple,

14. *Secundum facta manuum suarum.* Babylone fut prise par Cyrus, et les Chaldéens qui avaient ravi aux Juifs leur liberté, tombèrent à leur tour sous le joug des Mèdes et des Perses.

17. *Et propinavi cunctis gentibus.* Cette attitude de Jérémie, dit Mgr Plantier, se promenant à travers les nations de l'Orient et leur servant tour à tour le mystérieux breuvage qui doit les tuer, n'est pas aussi belle que la situation d'Isaïe leur lançant du sein de Dieu même ses fameuses malédictions. Il y a, dans cette immobilité du fils d'Amos, je ne sais quoi de plus royal. Mais n'importe, cette idée est grandiose; c'est là un de ces drames dont les anciens poètes du polythéisme ne purent jamais atteindre la solennité; nos poésies bibliques en offrent seules des exemples (*Etudes littéraires sur les poètes bibliques*, t. II, pag. 18).

---

12. *Visitabo.* Puniam. — *In solitudines sempiternas.* Vide dicta n. 9.

13. *Verba mea.* Minas, prædictiones. — *Adversum omnes gentes.* Quæcumque adversus Judæos et adversus vicinas gentes prædixit n. 9, omnia contra Babylonem convertam.

14. *Quia servierunt.* Judæi, Ægyptii, Moabitæ, Ammonitæ. — *Eis.* Chaldæis. — *Secundum opera eorum.* Nam superbe et crudeliter potestatem exercuerunt in captivos, et aliis se macularunt sceleribus.

* 15. *Sume calicem.* Hoc factum in visione imaginaria. In illo autem calice quem videbat Jeremias erat vinum fumigans. Usitata prophetis metaphora, qua significatur iram Dei quodammodo propinari hominibus. Desumpta est metaphora a symposiarchis, sive modimperatoribus, qui præficiebantur in conviviis, et bibendi modum præscribebant. Sic Deus cuique juxta merita mensuram iræ suæ et punitionis admetitur.

16. *Turbabuntur.* Nutabunt, commovebuntur, sicut ebrii. — *Insanient.* Inopes consilii erunt, nec quo se vertant scient. — *A facie gladii.* Quem ante vocavit calicem, nunc vocat gladium. — *Inter eos.* Contra se mutuo.

17. *Accepi calicem de manu Domini.* Hæc omnia, ut dixi, per imaginariam visionem peracta sunt. Videbatur enim Jeremias sibi videre calicem sibi a Deo dari, et se illum Dei jussu propinare gentibus, cumque ille cum accipere recusarent, se eas vel invitas cogere ad bibendum. Eo autem calice hausto, mox turbatæ sunt, et quasi ebrii cœperunt stringere gladios contra sese invicem, seque mutuis prœliis conficere. Quod nihil aliud fuit quam justo Dei judicio et vindicta exortas esse inter eos lites et rixas, quæ in mutuas cædes eruperunt.

18. *Jerusalem et civitatibus Juda.* Prius propinat Judæis calicem iræ Domini, deinde Chaldæis; quia prius Judæi, deinde Chaldæi puniti sunt. — *Ut darem.* Ut prædicerem et prophetarem dandos esse. — *In solitudinem.* Vide dicta n. 9. — *Sicut est dies ista.* Sicut jam esse incipit dies ista vastitatis; nam hoc anno quarto Joakim cum suis captus est. Cœpit ergo hoc anno prophetia hæc impleri, perfecte vero impleta est anno ultimo Sedeciæ.

19. *Pharaoni.* Propinat secundo loco. — *Et omni populo ejus.* Omnibus Ægyptiis subditis ejus.

20. Et généralement à tous les rois du pays d'Ausite, à tous les rois des pays des Philistins, d'Ascalon, de Gaza, d'Accaron. et à ce qui reste d'Azot;

21. A l'Idumée, à Moab, et aux enfants d'Ammon;

22. A tous les rois de Tyr, et à tous les rois de Sidon, et aux rois de la terre des îles qui sont au delà de la mer;

23. A Dédan, à Théma. à Buz, et à tous ceux qui se font couper les cheveux en rond;

24. A tous les rois d'Arabie, à tous les rois d'Occident qui habitent dans le désert;

25. A tous les rois de Zambri, et à tous les rois d'Elam, et à tous les rois des Mèdes;

26. A tous les rois de l'Aquilon, soit qu'ils soient plus proches ou plus éloignés. J'en ai fait boire à tous ces peuples pour les animer les uns contre les autres. J'en ai donné à tous les royaumes qui sont sur la face de la terre : et le roi de Sésach en boira après eux.

27. Vous leur direz encore ceci : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Buvez et enivrez-vous; rejetez ce que vous avez bu, et tombez sans vous relever, à la vue de l'épée que j'enverrai contre vous.

28. Que s'ils ne veulent pas recevoir de votre main cette coupe que vous leur donnerez à boire, vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur des armées : Vous en boirez très-certainement :

29. Car je vais commencer à affliger les habitants de cette ville même, où l'on invoquait

20. Et universis generaliter ; cunctis regibus terræ Ausitidis, et cunctis regibus terræ Philisthiim, et Ascaloni, et Gazæ, et Accaron, et reliquiis Azoti;

21. Et Idumææ, et Moab, et filiis Ammon;

22. Et cunctis regibus Tyri, et universis regibus Sidonis; et regibus terræ insularum, qui sunt trans mare;

23. Et Dedan, et Thema, et Buz, et universis qui attonsi sunt in comam;

24. Et cunctis regibus Arabiæ, et cunctis regibus Occidentis qui habitant in deserto;

25. Et cunctis regibus Zambri, et cunctis regibus Elam, et cunctis regibus Medorum;

26. Cunctis quoque regibus Aquilonis de prope et de longe unicuique contra fratrem suum; et omnibus regnis terræ quæ super faciem ejus sunt; et rex Sesach bibet post eos.

27. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Bibite, et inebriamini, et vomite; et cadite, neque surgatis a facie gladii quem ego mittam inter vos.

28. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos : Hæc dicit Dominus exercituum : Bibentes bibetis;

29. *a* Quia ecce in civitate in qua invocatum est nomen meum, ego inci-

20. *Et Ascaloni et Gazæ.* Ce sont les quatre villes principales du pays des Philistins. Azot n'était plus qu'un débris, une ruine, ayant été prise par Psammenite, roi d'Egypte, après un siege de 29 ans, le plus long dont l'histoire fasse mention.

23. *Et Dedan, et Thema, et Buz.* Ces trois peuples habitaient dans l'Arabie Pétrée, sous le nom d'Arabes Scénites ou Sarrazins. Les tribus qui se trouvaient dans l'Arabie Déserte se coupaient ainsi les cheveux pour imiter leur dieu Bacchus.

25. *Regibus Zambri.* On croit que ce sont les descendants de Zamram, fils de Céthura (Gen., XXV, 12), qui habitaient dans l'Arabie. D'autres croient que c'etait un peuple de la Perse. — *Regibus Elam.* C'était l'Elymaïde, province de la Perse.

26. *Et rex Sesach.* On ne peut douter que ce roi de Sésach ne soit le roi de Babylone. Car ce nom se trouve encore au chapitre LI, v. 41, où le Prophète nomme en même temps Babylone par son propre nom.

---

20. *Universis generaliter.* Omnibus promiscue qui in Ægypto habitant, licet Ægyptii non sint. — *Terræ Ausitidis.* Hebr., Chald. et LXX habent, *terræ Hus*, quæ est regio Arabiæ et Idumææ, aut certe ei confinis, ubi habitavit Job., c. 1, n. 1. Recenset hic propheta omnes regiones vastandas a Chaldæis. — *Reliquiis Azoti.* Sic vocat urbes et vicos Azoto vicinos et subjectos.

22. *Regibus terræ insularum.* Regibus insularum ad quas cuncti necesse est mare transire. Intelligit Cyprum, Rhodum et alias insulas quas cepit Nabuchododosor.

23. *Et Dedan.* Hæ gentes, ut ait S. Hieronym., sunt in solitudine, vicinæ et mixtæ Saracenis sive Arabibus. — *Qui attonsi sunt in comam.* Vide dicta c. 9, n. 26, et Lev., 19, 27.

25. *Zambri, et... Elam.* D. Hieron. putat esse regiones Persidis, aut solitudinis, id est, Arabiæ Desertæ.

26. *De prope et de longe.* Vicinis et remotis. — *Unicuique.* Propinabis, ut insurgat contra fratrem suum. — *Rex Sesach.* Rex Babylonis. Dictum est, *Sesach*, pro *Babel*, per anagrammatismum, ita ordinem alphabeti invertendo, ut loco primæ litteræ ultima ponatur; loco secundæ penultima, et sic deinceps; itaque litteræ *scin* respondet *beth*, et litteræ *caph* respondet *lamed*, et fit *Sesach*, pro *Babel*.

27. *Bibite, et inebriamini.* Ebrietas hæc significat mentis ex metu et miseriis perculsæ perturbationem, stuporem, consilii inopiam, desperationem et pene amentiam, in qua omnia sua bona omnemque felicitatem, honorem et gaudium, imo sanguinem, animam et vitam erant evomituri. — *Neque surgatis a facie gladii.* Quem dixerat calicem et ebrietatem, nunc vocat gladium; quasi dicat : Sicut ebrius sui impos ruit et cadit in terram, sic et vos sæviente gladio Chaldæorum ruetis in interitum et mortem.

28. *Bibentes bibetis.* Velitis, nolitis.

29. *Quia ecce in civitate.* Sensus est : si primo loco Judæis et Jerusalem, ubi nomen meum colitur, calicem iræ meæ propinavi; quomodo vos, ô gentes, quæ me non colitis, eritis hujus calamitatis expertes. — *Voco.* Mitto.

piam affligere, et vos quasi innocentes et immunes eritis? non eritis immunes; gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. [a *I. Pet.* 4. 17.]

30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, et dices ad illos : *a* Dominus de excelso rugiet, et de habitaculo sancto suo dabit vocem suam, rugiens rugiet super decorem suum ; celeuma quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terræ. [a *Joel.* 3. 16. *Amos.* 1. 2.]

31. Pervenit sonitus usque ad extrema terræ : quia judicium Domino cum gentibus : judicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.

32. Hæc dicit Dominus exercituum. Ecce afflictio egredietur de gente in gentem; et turbo magnus egredietur a summitatibus terræ.

33. Et erunt interfecti Domini in die illa a summo terræ usque ad summum ejus; non plangentur, et non colligentur, neque sepelientur; in sterquilinium super faciem terræ jacebunt.

34. Ululate, pastores, et clamate ; et aspergite vos cinere, optimates gregis ; quia completi sunt dies vestri, ut interficiamini ; et dissipationes vestræ, et cadetis quasi vasa pretiosa.

35. Et peribit fuga a pastoribus, et salvatio ab optimatibus gregis.

36. Vox clamoris pastorum, et ululatus optimatum gregis; quia vastavit Dominus pascua eorum.

37. Et conticuerunt arva pacis a facie iræ furoris Domini.

38. Dereliquit quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem a facie iræ columbæ, et a faciæ iræ furoris Domini.

mon nom; et vous prétendriez après cela être exempts de châtiments, comme si vous étiez innocents! Vous ne vous en exempterez point; car je vais envoyer l'épée contre tous les habitants de la terre, dit le Seigneur des armées.

30. Vous leur prophétiserez toutes ces choses. et vous leur direz : Le Seigneur rugira du haut du ciel! et il fera entendre sa voix du lieu de sa demeure sainte. Il rugira comme un lion contre sa gloire; et il s'excitera un cri commun contre tous les habitants de la terre, tels qu'en font ceux qui foulent du vin.

31. Le bruit en retentira jusqu'aux extrémités du monde, parce que le Seigneur entre en jugement contre les nations. Il se rend lui-même juge de tous les hommes. J'ai livré à l'épée les impies, dit le Seigneur.

32. Voici ce que dit le Seigneur des armées : Les maux vont passer d'un peuple à un autre ; et une grande tempête sortira des extrémités du monde.

33. Ceux que le Seigneur aura tués ce jour-là seront étendus sur la terre d'un bout à l'autre; on ne les pleurera point, on ne les relèvera point, on ne les ensevelira point; mais ils demeureront sur la face de la terre comme du fumier.

34. Hurlez, pasteurs, couvrez-vous de cendres, vous qui êtes les chefs de mon troupeau: car le temps est accompli où vous devez être tués, où vous serez dispersés; et vous tomberez par terre comme des vases d'un grand prix.

35. Les pasteurs voudront fuir et ne le pourront point; les chefs du troupeau chercheront leur salut inutilement.

36. Les cris des pasteurs se mêleront avec les hurlements des principaux du troupeau, parce que le Seigneur a détruit leurs pâturages.

37. Les champs de la paix sont dans un triste silence devant la colère et la fureur du Seigneur.

38. Il a abandonné comme un lion le lieu de sa retraite : et ensuite la terre a été désolée par la colère de la colombe, et par l'indignation et la fureur du Seigneur.

---

30. *Rugiet.* Tanquam leo ruens in præda.... — *Super decorem suum.* Super Sion, super templum; ibi enim vera fide, religione sacrisque victimis colebatur et quasi decorabatur Deus. — *Celeuma.* Κελευσμα, a Græcis appellatur cantus quo se qui simul laborant cohortantur, ut remiges, et qui in torculari uvas calcant. Eodem modo dicit fore ut quasi cantato coleumate omnes gentes ad prælium sese aliæ contra alias adhortentur.

31. *Sonitus.* Strepitus et tumultus armorum. — *Judicium Domino.* Judicatur, disceptat et judicium subit Deus cum omni carne, id est cum omni homine, quasi sistens se judicio omnium hominum, ut omnes homines examinantes peccata gentium et pœnam a Deo inflictam, judicent juste Deum tam gravem eis pœnam inflixisse. De hoc judicio Dei vide Isaiam, c. 1, 18, etc., 43, 44.

32. *Afflictio.* Clades a Deo immissa, omnes in circuitu gentes corripiens et pervadens. — *A summitatibus terræ.* Ab extremis, hoc est, longe positis terris.

33. *Interfecti Domini.* A Domino per Chaldæos. — *A summo terræ.* Per totam terram. — *Non plangentur.* Sicut dixit de Judæis supra, c. 16, 4, 6.

34. *Pastores.* Reges et principes, qui etiam dicuntur optimates gregis.— *Completi sunt dies vestri.* Jam advenit tempus ultionis, in quo interficiendi estis. — *Et dissipationes vestræ.* Completæ sunt; nunc dissipabimini, et quasi vasa pretiosa e manu mea cadetis et in fragmenta dissilietis ; nam dimittam vos de manu mea.

35. *Peribit fuga a pastoribus.* Non poterunt fugere pastores, principes scilicet et optimates, nec saluti suæ consulere.

36. *Vox clamoris.* Audietur.

37. *Conticuerunt.* Quasi mæsta et desolata jacent et tacent, et nullos dant fructus. — *Arva pacis.* Antea pacifica, ac proinde bene cultu et fructibus abundantia.

38. *Dereliquit.* Scilicet Deus. — *Quasi leo umbraculum suum.* Quemadmodum cum silva vastatur aut succiditur, leo umbraculum, id est, foveam suam relinquit : ita Deus, vastata Judæa, deseret Jerusalem et templum in quo habitat. Vel sensus est : sicut leo cum est in suo

CHAPITRE XXVI.

Arrestation de Jérémie. Son procès et son acquittement.

1. Au commencement du règne du Joakim, fils de Josias, roi de Juda, le Seigneur me dit ces paroles :

2. Voici ce que dit le Seigneur : Tenez-vous à l'entrée de la maison du Seigneur, et dites à tous les habitants des villes de Juda, qui viennent adorer dans la maison du Seigneur, tout ce que je vous ai ordonné de leur dire. N'en retranchez point la moindre parole,

3. Pour voir, s'ils *vous* écouteront et s'ils se convertiront en quittant leur mauvaise voie, afin que je me repente du mal que j'avais résolu de leur faire à cause de la malice de leur cœur.

4. Vous leur direz donc : Voici ce que dit le Seigneur : Si vous ne faites ce que je vous dis, en marchant selon la loi que je vous ai donnée,

5. Et en écoutant les paroles des prophètes qui sont mes serviteurs, que je vous ai envoyés de bonne heure, que j'ai conduits vers vous, et que vous n'avez point écoutés,

6. Je réduirai cette maison dans le même état où est Silo, et je rendrai cette ville l'exécration de tous les peuples du monde.

7. Les prêtres, les prophètes et tout le peuple entendirent Jérémie, qui disait ces paroles en la maison du Seigneur.

8. Et Jérémie ayant dit tout ce que le Seigneur lui avait ordonné de dire à tout le peuple, les prêtres, les prophètes et tout le peuple se saisirent de lui en disant : Il faut qu'il meure.

9. Pourquoi a-t-il prophétisé au nom du Seigneur, en disant : Cette maison sera traitée comme Silo, et cette ville sera détruite, sans

1. In principio regni Joakim filii Josiæ regis Juda, factum est verbum istud a Domino, dicens :

2. Hæc dicit Dominus : Sta in atrio domus Domini, et loqueris ad omnes civitates Juda, de quibus veniunt ut adorent in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos ; noli subtrahere verbum.

3. Si forte audiant et convertantur unusquisque a via sua mala ; et pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

4. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus : Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea quam dedi vobis.

5. Ut audiatis sermones servorum meorum prophetarum quos ego misi ad vos de nocte consurgens, et dirigens, et non audistis ;

6. *a* Dabo domum istam sicut Silo, et urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ. [a *I. Reg.* 4. 2. 10. *Supr.* 7. 12.]

7. Et audierunt sacerdotes, et prophetæ, et omnis populus, Jeremiam loquentem verba hæc in domo Domini.

8. Cumque complesset Jeremias, loquens omnia quæ præceperat ei Dominus ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, et prophetæ, et omnis populus, dicens : Morte moriatur.

9. Quare prophetavit in nomine Domini, dicens : Sicut Silo erit domus hæc ; et urbs ista desolabitur, eo quod

Cap. XXVI. — 1. *In principio regni Joakim.* Cet événement s'est passé environ trois ans avant la prophétie contenue dans le chapitre précédent. Les Bénédictins le placent l'an 608 avant Jésus-Christ, et d'autres chronologistes l'an 610.

8. *Morte moriatur.* La loi punissait de mort le séditieux et le blasphémateur. Les ennemis de Jérémie dirent qu'il était un séditieux, un perturbateur, parce qu'il jetait l'effroi dans Jérusalem en annonçant qu'elle serait détruite. Ils l'accusèrent d'être un blasphémateur, parce qu'il disait que le temple serait detruit. Ces mêmes hommes reprirent six siècles plus tard leurs accusations contre Jésus-Christ, dont Jérémie était la figure, et crièrent au milieu de la cite de Juda : *Crucifigatur !* Qu'il soit crucifié !

---

umbraculo nulla bestia audet accedere, cum autem discesserit, omnes irruunt : ita dum Deus erat cum Judæis, nulla gens audebat in eos irrumpere ; cum autem Judæam deseruit, omnes gentes in eam irruerunt. — *A facie iræ columbæ.* Nabuchodonosor et Chaldæos intelligit, vel ob celeritatem et perennem constantemque volatum ad prædam et cædem. Vel per antiphrasim quod plane dissimiles essent columbæ, quæ avis mitissima est. Vel quod columbæ essent militaria signa Chaldæorum : quæ tamen interpretatio, licet aliquibus placuerit, non est solida ; nam eadem phrasis de Persis usurpatur infra, c. 50, n. 16. * Vel planissime, *a facie iræ vastatoris*, nam *jonan*, et *columbam* significat, et *vastatorem*, sive *inimicum*, ut hoc loco habet Chaldæus.

Cap. XXVI. — 2. *Ad omnes civitates Juda.* Ad viros omnium civitatum, qui veniunt Jerusalem in templo adoraturi.

3. *Et pœniteat.* Sententiam mutem. Vide c. 18, 8.

5. *De nocte consurgens.* Diligenter et magna cum cura, ut supra, c. 7, 13, et 11, 7 et 25, 3 et 4. — *Dirigens.* Mittens.

6. *Sicut Silo.* Evertam templum sicut everti Silo, ubi prius erat arca, et nomen meum colebatur. — *In maledictionem.* Quam omnes exsecrentur, et illi maledicant.

7. *Sacerdotes, et prophetæ.* Prophetas vocat scribas et legis doctores. * Apprehendit eum στρατηγος τοῦ ἱεροῦ, *magistratus templi*, de quo dixi supra, c. 20, 1, assentientibus sacerdotibus et prophetis, plebe autem obsecundante.

9. *Quare prophetavit in nomine Domini ?* Quare finxit Jeremias se prophetare in nomine Domini ? cur suis figmentis et somniis prætexit nomen et oraculum Domini ? — *Eo quod non sit.* Ita ut non sit habitator.

non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversus Jeremiam in domo Domini.

qu'il reste personne pour l'habiter. Alors tout le peuple s'assembla contre Jérémie à la maison du Seigneur.

10. Et audierunt principes Juda verba hæc ; et ascenderunt de domo regis in domum Domini, et sederunt in introitu portæ domus Domini novæ.

10. Et les princes de Juda, ayant entendu ceci, montèrent de la maison du roi, à la maison du Seigneur, et ils s'assirent à l'entrée de la porte neuve de la maison du Seigneur.

11. Et locuti sunt sacerdotes et prophetæ ad principes, et ad omnem populum, dicentes : judicium mortis est viro huic; quia prophetavit adversus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

11. *Alors* les prêtres et les prophètes parlèrent aux princes et à tout le peuple, en disant : Cet homme mérite la mort, parce qu'il a prophétisé contre cette ville, comme vous l'avez entendu de vos oreilles.

12. Et ait Jeremias ad omnes principes, et ad universum populum, dicens : *a* Dominus misit me, ut prophetarem ad domum istam, et ad civitatem hanc omnia verba quæ audistis. [a *Supr.* 25. 13.]

12. Et Jérémie dit à tous les princes et à tout le peuple : Le Seigneur m'a envoyé parler à cette maison et à cette ville, et pour lui prédire tout ce que vous avez entendu.

13. *a* Nunc ergo bonas facite vias vestras, et studia vestra, et audite vocem Domini Dei vestri ; et pœnitebit Dominum mali quod locutus est adversum vos. [a *Supr.* 7. 3.]

13. Redressez donc maintenant vos voies, rendez plus pures les affections de votre cœur, et écoutez la parole du Seigneur votre Dieu; et le Seigneur se repentira du mal qu'il avait résolu de vous faire.

14. Ego autem ecce in manibus vestris sum ; facite mihi quod bonum et rectum est in oculis vestris ;

14. Pour moi, je suis entre vos mains, faites de moi ce qu'il vous plaira.

15. Verumtamen scitote et cognoscite, quod si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, et contra civitatem istam, et habitatores ejus : in veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

15. Sachez néanmoins, et soyez-en persuadés, que si vous me faites mourir, vous répandrez le sang innocent, et que vous le ferez retomber sur vous-mêmes, sur cette ville et sur tous les habitants, parce que *c'est* véritablement le Seigneur *qui* m'a envoyé vers vous pour vous dire tout ce que vous avez entendu.

16. Et dixerunt principes, et omnis populus ad sacerdotes et ad prophetas : Non est viro huic judicium mortis, quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

16. Alors les princes et tout le peuple dirent aux prêtres et aux prophètes : Cet homme n'a point mérité la mort, parce qu'il nous a parlé au nom du Seigneur notre Dieu.

17. Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ; et dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes :

17. En même temps quelques-uns des plus anciens du pays se levèrent, et dirent à toute l'assemblée du peuple :

18. Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Juda, et ait ad omnem populum Juda, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum; *a* Sion quasi ager arabitur; et Jerusalem in

18. Michée, de Morasthi, prophétisa au temps d'Ezéchias, roi de Juda, et il dit à tout le peuple de Juda : Voici ce que dit le Seigneur des armées : Sion se labourera comme un champ, Jérusalem sera réduite en un monceau de pier-

10. *Et sederunt in introitu portæ.* Ils s'assirent et formèrent un tribunal devant lequel la cause du Prophète fut evoquée. Les faux prophètes et les prêtres, qui étaient de leur sentiment, lurent d'abord l'acte d'accusation (verset 11). Jérémie prit ensuite la parole pour revendiquer la liberté de l'enseignement prophétique.

16. *Non est viro huic judicium.* Parmi les juges eux-mêmes, Jérémie trouve des défenseurs. Des hommes s'élevent du milieu des anciens de la nation, et citent l'exemple de Michée. Ce Michée est celui qui figure parmi les douze petits prophètes. Nous lisons le passage cité ici par les anciens au chapitre III, verset 12 de ses prophéties. C'est un témoignage rendu à leur authenticité.

---

10. *Portæ... novæ.* Chald. *portæ orientalis*, quæ nova Joathan fuerat ædificata. IV Reg., 15, 35. Ibi, ut ait S. Hieron., exercebantur judicia, ac proinde ibi acta est hæc causa Jeremiæ.

11. *Judicium mortis est viro huic.* Reus est mortis.

12. *Ad domum istam.* De Domo Dei, sive templo. — *Ad civitatem.* De civitate.

14. *Quod bonum et rectum est in oculis vestris.* Quidquid vobis videbitur; quidquid bonum rectumque judicaveritis.

15. *Scitote et cognoscite.* In Hebræo est, *sciendo scitote*, id est, certo tamen scitote. — *Tradetis contra vosmetipsos.* Spargetis in vestram perniciem. Nam sanguis meus clamabit contra vos et contra Jerusalem.

16. *Ad sacerdotes et ad prophetas.* Qui Jeremiam accusabant apud principes et populum causæ judicem.

18. *Michæas de Morasthi.* Ex vico Morasthi, qui vicus est in tribu Juda contra orientem Eleutheropoleos. Vide Adrichum., in Juda, n. 19, 3. — *Sion quasi ager arabitur.* Jerusalem ita vastabitur et desolabitur ut arari possit. — *In excelsa silvarum.* Erit similis montibus ubi sunt silvæ; erit plenus arboribus et dumetis.

res, et cette montagne où est la maison *du Seigneur* deviendra une haute forêt.

19. Fut-il pour cela condamné à mort par Ezéchias, roi de Juda, et par tout le peuple? Ne craignirent-ils pas au contraire le Seigneur? N'offrirent-ils pas leurs prières devant le Seigneur? Et il se repentit des maux dont il avait résolu de les affliger. Ainsi nous commettrons maintenant un grand crime qui retombera sur nous.

20. Il y avait aussi un homme nommé Urie, fils de Séméï, de Cariathiarim, qui prophétisait au nom du Seigneur, et qui avait prédit contre cette ville et contre ce pays toutes les mêmes choses que Jérémie.

21. Et le roi Joakim, tous les princes et les plus puissants de sa cour l'ayant entendu, le roi voulut le faire mourir. Urie le sut; il eut peur, et il s'enfuit, et se retira en Egypte.

22. Et le roi Joakim ayant envoyé Elnathan, fils d'Achobor, et des hommes avec lui dans l'Egypte,

23. Ils en tirèrent Urie, et l'amenèrent au roi Joakim, qui le fit mourir par l'épée, et voulut que son corps fût enseveli sans honneur dans les sépulcres des derniers du peuple.

24. Ahicam, fils de Saphan, soutint donc puissamment Jérémie; et il empêcha qu'il ne fût abandonné entre les mains du peuple, et qu'on ne le fît mourir.

acervum lapidum erit; et mons domus in excelsa sylvarum. [a *Mich.* 3. 12.]

19. Numquid morte condemnavit eum Ezechias rex Juda, et omnis Juda? numquid non timuerunt Dominum, et deprecati sunt faciem Domini et pœnituit Dominum mali quod locutus fuerat adversum eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

20. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias filius Semei de Cariathiarim; et prophetavit adversus civitatem istam, et adversus terram hanc juxta omnia verba Jeremiæ.

21. Et audivit rex Joakim, et omnes potentes, et principes ejus verba hæc; et quæsivit rex interficere eum. Et audivit Urias, et timuit, fugitque et ingressus est Ægyptum.

22. Et misit rex Joakim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, et viros cum eo in Ægyptum.

23. Et eduxerunt Uriam de Ægypto; et adduxerunt eum ad regem Joakim, et percussit eum gladio; et projecit cadaver ejus in sepulcris vulgi ignobilis.

24. Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Jeremia, ut non traderetur in manus populi, et interficerent eum.

CHAPITRE XXVII.

Liens et jougs envoyés par Jérémie à divers rois.

1. Au commencement du règne de Joakim, fils de Josias, roi de Juda, le Seigneur parla à Jérémie de cette sorte :

2. Voici ce que le Seigneur m'a dit : Faites-

1. In principio regni Joakim filii Josiæ regis Juda, factum est verbum istud ad Jeremiam a Domino, dicens :

2. Hæc dicit Dominus ad me : Fac

20. *Fuit quoque vir.* On peut croire que c'est Jérémie lui-même qui rapporte ici ce fait comme historien, à cause de l'analogie qu'il y avait entre sa situation et celle de ce prophète.

24. *Igitur manus Ahicam.* Cet Ahicam, qui soutint puissamment Jérémie, avait rempli des fonctions très-elevées à la cour de Josias, père de Joakim (IV. Reg., XXII, 12-14).

Cap. XXVII. — 1. *In principio regni Joakim.* Le syriaque et l'arabe, suivis de quelques interprètes, ont lu *Sédécias* au lieu de Joakim, et cette leçon est évidemment préférable à celle de la Vulgate. Car il est manifeste que cette nouvelle prophétie par action eut lieu sous Sédécias, sous le règne duquel les jougs et les chaînes, dont il est ici parlé, furent envoyés. Quelques commentateurs ont voulu concilier le commencement du chapitre avec la suite, en disant que Jéremie eut ordre de préparer ces liens et ces jougs sous Joakim, mais qu'il ne les envoya que sous Sedécias. Mais il nous semble plus naturel de ne voir, dans ce premier verset, qu'une erreur de nom, et de la rectifier.

---

20. *Fuit quoque... Urias.* Cujus nulla extat prophetia, sicut neque aliorum multorum prophetarum. Sunt verba sacerdotum accusantium, quia contra id quod dictum fuerat afferunt pro se exemplum. Uriæ nimirum in quem animadversum est a rege. — *De Cariathiarim.* Quæ civitas erat in tribu Juda, Josue, 15, 9.

21. *Et audivit rex Joakim.* Quæri potest quomodo Urias sub Joakim vaticinatus fuerit, cum jam mortuus esset cum Jeremias hæc prædiceret : prædixit autem hæc initio regni Joakim, ut dixit hoc c. statim initio. Respondet rabbi David eodem anno utrumque accidisse, sed exemplum Uriæ fuisse prius.

22. *Misit rex Joakim viros in Ægyptum.* Qui cum Pharaonis consensu reducerent Uriam in Judæam.

23. *In sepulcris vulgi.* Viri insignes et prophetæ propria habebant sepulcra, cum inscriptionibus cuique debitis : pauperes vero et vulgares homines in communi agro in valle Cedron sepeliebantur in Polyandrio. Vide IV. Reg., 23, 6. Sic Urias ad ignominiam inter pauperes et vulgum sepultus est.

24. *Manus Ahicam.* Patrocinium et auxilium Ahicam (qui magnus fuit apud Josiam, IV. Reg., 22, 12), liberavit Jeremiam, quasi fratrem injuste morti addictum.

Cap. XXVII. — 2. *Vincula.* Funes quibus jugum collo aut cornibus boum alligatur. Hoc est non solum verbis, sed rebus etiam ipsis futura præmonstrare, quod supra diximus solere facere prophetas. — *Catenas.* Ligneas, ut patet ex c. sequenti, n. 13; erant autem quasi compedes collum stringentes; vel habebant trianguli figuram, constabantque ex duobus lignis, funeque aut catenula, aut alio tertio ligno duo extrema nectebantur et colligabantur.

tibi vincula, et catenas; et pones eas in collo tuo.

3. Et mittes eas ad regem Edom, et ad regem Moab, et ad regem filiorum Ammon, et ad regem Tyri, et ad regem Sidonis; in manu nuntiorum qui venerunt Jerusalem ad Sedeciam regem Juda.

4. Et præcipies eis ut ad dominos suos loquantur : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Hæc dicetis ad dominos vestros :

5. Ego feci terram, et homines, et jumenta quæ sunt super faciem terræ, in fortitudine mea magna, et in brachio meo extento; et dedi eam ei qui placuit in oculis meis.

6. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis servi mei; insuper et bestias agri dedi ei ut serviant illi.

7. Et servient ei omnes gentes, et filio ejus, et filio filii ejus; donec veniat tempus terræ ejus et ipsius; et servient ei gentes multæ, et reges magni.

8. Gens autem et regnum quod non servierit Nabuchodonosor regi Babylonis, et quicumque non curvaverit collum suum sub jugo regis Babylonis; in gladio, et in fame, et in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus, donec consumam eos in manu ejus.

9. *a* Vos ergo nolite audire prophetas vestros, et divinos, et somniatores, et augures, et maleficos, qui dicunt vobis : Non servietis regi Babylonis. [*a Supr.* 23. 16. *Infr.* 29. 9.]

vous des liens et des chaînes, et mettez-les à votre cou :

3. Et vous les enverrez au roi d'Edom, au roi de Moab, au roi des Ammonites, au roi de Tyr et au roi de Sidon, par les ambassadeurs qui sont venus à Jérusalem vers Sédécias, roi de Juda.

4. Et vous leur ordonnerez de parler ainsi à leurs maîtres : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Dites ceci à vos maîtres :

5. C'est moi qui ai créé la terre, les hommes et les bêtes qui sont sur la face de la terre, par ma grande puissance et par mon bras fort; et j'ai donné la terre à qui il m'a plu.

6. J'ai donc livré maintenant toutes ces terres entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, mon serviteur; je lui ai donné encore les bêtes de la campagne, afin qu'elles lui soient assujéties.

7. Et tous les peuples lui seront soumis, à lui, à son fils et au fils de son fils, jusqu'à ce que son temps et le temps de son royaume soit venu. Et jusque-là plusieurs peuples, et de grands rois lui seront soumis.

8. Que si quelque peuple et quelque royaume ne veut pas se soumettre à Nabuchodonosor, roi de Babylone, ni baisser le cou sous le joug du roi de Babylone, je le visiterai par l'épée, par la famine et par la peste, dit le Seigneur, jusqu'à ce que je les aie consumés par la main de Nabuchodonosor.

9. Vous donc, n'écoutez point vos prophètes, ni vos devins, ni vos inventeurs de songes, ni vos augures, ni vos magiciens, qui vous disent : Vous ne serez point assujétis au roi de Babylone.

3. *Et mittes eas ad regem Edom.* Les ambassadeurs de ces différentes puissances étaient venus trouver Sédécias la deuxième année de son règne (596), pour lui proposer de faire avec eux une ligue contre Nabuchodonosor. Jérémie, qui avait toujours été opposé à ces alliances étrangères, envoie à tous ces ambassadeurs un joug et des chaînes pour leur montrer l'issue qu'aurait cette ligue. Il commenta cette action prophétique de la manière la plus précise et la plus éloquente. Dites ceci à vos maîtres : C'est moi qui ai créé la terre, etc.

7. *Donec veniat tempus terræ ejus.* Dans la pensée de Dieu, l'empire de Babylone avait aussi son heure marquée, et il avait fixé à l'avance la durée de la maison de Nabuchodonosor. Son fils, Evilmérodach, devait régner. Mais le fils de son fils, Balthasar, fils d'Evilmérodach, devait voir la chute de Babylone et la fin de la dynastie. Ce fut en effet sous ce prince que Babylone fut prise par Cyrus, et que les Mèdes et les Perses substituèrent leur royaume à celui des Chaldéens, 42 ans après cette prophétie (Cf. Bossuet, *Politique sacrée*, liv. VII, art. 6, sur cette proposition : « C'est Dieu qui fait les rois et qui établit les maisons régnantes »).

9. *Et divinos, et somniatores.* Les nations orientales furent toujours très-superstitieuses. Les Juifs étaient abusés par leurs faux prophètes, mais les nations voisines croyaient aux devins, aux astrologues, aux nécromantiens. La divination était devenue parmi elles un art très-lucratif, et c'est pour cela que le Prophète stigmatise cette légion d'imposteurs.

---

3. *Regem Edom.* Regem Idumææ. — *In manu nuntiorum.* Per legatos. — *Ad Sedeciam.* Ut illi gratularentur de novo regno, et eum ad rebellionem incitarent contra Chaldæos.

5. *Et dedi eam.* Idcirco dabo, vel dare soleo eam cui voluero.

6. *Servi mei.* Ministri, et quasi carnificis ad ultionem meam exercendam. Sic etiam supra, c. 25, 9.

7. *Et filio ejus et filio filii ejus* Tres Chaldæorum reges hic numerantur, quibus servituri erant Judæi, et aliæ nationes n. 3 memoratæ. Primus fuit Nabuchodonosor senior, et qui Nabonassar, vel Nabolassar est dictus, de quo vide Josephum, lib. 10, Antiq, c. 11. Secundus Nabuchodonosor junior, qui Magnus est dictus, quique evertit Jerusalem. Tertius Baltassar, sive Evilmerodach; nam utroque nomine appellatus est. — *Donec veniat tempus terræ ejus.* Visitationis et punitionis regni ejus. — *Et ipsius.* Donec ille similiter et ejus terra puniatur.

8. *Donec consumam eos in manu ejus.* Donec eos penitus concludam, tradamque in manum ejus.

9. *Prophetas vestros.* Falsos. — *Maleficos.* Necromanticos, qui ex sanguine et victimis dæmoni immolatis divinant.

10. Car ils vous prophétisent le mensonge, pour vous envoyer bien loin de votre terre, pour vous en chasser, et pour vous faire périr.

11. Quant au peuple qui voudra bien baisser le cou sous le joug du roi de Babylone, et lui être soumis, je le laisserai en paix dans sa terre, dit le Seigneur ; il la cultivera, et y habitera.

12. J'ai parlé aussi en cette même manière à Sédécias, roi de Juda, en lui disant : Baissez le cou sous le joug du roi de Babylone : soumettez-vous à lui et à son peuple, et vous vivrez en repos.

13. Pourquoi mourrez-vous, vous et votre peuple, par l'épée, par la famine et par la peste, selon que le Seigneur a dit qu'il arrivera à la nation qui n'aura point voulu se soumettre au roi de Babylone ?

14. N'écoutez donc point les paroles des prophètes, qui vous disent : Vous ne serez point assujétis au roi de Babylone : car ce qu'ils vous disent n'est que mensonge.

15. Je ne les ai point envoyés, dit le Seigneur, et ils prophétisent faussement en mon nom, pour vous chasser de votre pays, et pour vous faire périr, vous et vos prophètes, qui vous prédisent l'avenir.

16. J'ai aussi parlé aux prêtres et à ce peuple, en leur disant : Voici ce que dit le Seigneur : N'écoutez point les paroles de vos prophètes, qui vous font des prédictions, et qui vous disent : Les vases de la maison du Seigneur seront bientôt rapportés de Babylone. Car ils vous prophétisent le mensonge.

17. Ne les écoutez donc point. Mais soumettez-vous au roi de Babylone afin que vous viviez ; pourquoi voulez-vous que cette ville soit réduite en un désert ?

18. Que s'ils sont vraiment prophètes, et si la parole du Seigneur est en eux, qu'ils s'opposent au Seigneur des armées, afin que les vases qui ont été laissés en la maison du Seigneur, dans la maison du roi de Juda, dans Jérusalem, ne soient point transférés en Babylone.

19. Car voici ce que dit le Seigneur des armées aux colonnes, à la mer d'airain, aux bases, et aux autres vaisseaux qui sont demeurés en cette ville :

20. Que Nabuchodonosor, roi de Babylone,

10. Quia mendacium prophetant vobis; ut longe vos faciant de terra vestra, et ejiciant vos, et pereatis.

11. Porro gens quæ subjecerit cervicem suam sub jugo regis Babylonis, et servierit ei, dimittam eam in terra sua, dicit Dominus; et colet eam, et habitabit in ea.

12. Et ad Sedeciam regem Juda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicens : Subjicite colla vestra sub jugo regis Babylonis, et servite ei, et populo ejus, et vivetis.

13. Quare moriemini tu et populus tuus gladio, et fame, et peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ servire noluerit regi Babylonis ?

14. Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis : Non servietis regi Babylonis; quia mendacium ipsi loquuntur vobis.

15. *a* Quia non misi eos, ait Dominus; et ipsi prophetant in nomine meo mendaciter; ut ejiciant vos, et pereatis, tam vos, quam prophetæ qui vaticinantur vobis. [a *Supr.* 14. 14. et 23. 21. *Infr.* 29. 9.]

16. Et ad sacerdotes, et ad populum istum locutus sum, dicens : Hæc dicit Dominus : Nolite audire verba prophetarum vestrorum qui prophetant vobis, dicentes : Ecce vasa Domini revertentur de Babylone nunc cito, mendacium enim prophetant vobis.

17. Nolite ergo audire eos, sed servite regi Babylonis, ut vivatis; quare datur hæc civitas in solitudinem?

18. Et si prophetæ sunt, et est verbum Domini in eis, occurrant Domino exercituum, ut non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo Domini, et in domo regis Juda, et in Jerusalem, in Babylonem.

19. *a* Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, et ad mare, et ad bases, et ad reliqua vasorum quæ remanserunt in civitate hac. [a *IV. Reg.* 25. 13.]

20. Quæ non tulit Nabuchodonosor

12. *Subjicite colla.* Sédécias était du sentiment opposé. Au lieu de traiter avec Nabuchodonosor, ou plutôt d'observer les traités conclus, il était partisan de la révolte et de la résistance. Il écoutait ceux de ses conseillers qui l'excitaient à la guerre, et il croyait volontiers aux flatteurs qui lui annonçaient des succès.

19. *Ad columnas, ad mare.* Loin de dire avec les faux prophètes, que les vases transportés à Babylone en seront bientôt rapportés, Jérémie annonce que Nabuchodonosor fera une nouvelle expédition, qu'il emportera ce qui reste encore des vases sacrés et des objets destinés au service du temple. C'est ce qui eut lieu neuf ans après cette prophétie (587).

---

10. *Ut longe vos faciant.* Particula *ut* non significat causam, sed eventum qui sequetur. Huc usque allocutus est vicinos reges, nunc Sedeciam et Judæos.

15. *Ut ejiciant vos.* Hoc etiam loco ut consecutionem significat.

16. *Vasa Domini.* Vasa templi Domini, quæ id Babylonem cum Joakim transtulit Nabuchodonosor, anno tertio Joakim, IV. Reg., 24, 13.

17. *Quare datur.* Cur dabitur? cur destruetur, cum facile servari possit, si vos sponte dedatis?

18. *Si prophetæ sunt.* Veri. — *Occurrant.* Resistant Domino, orando scilicet illum ne illa ipsa vasa, quæ in templo et in domo regis remanserunt, etiam Babylonem deportentur.

19. *Ad columnas.* De columnis, mari æneo et basibus : hæc enim tria reliqua fuerunt, quæ postea confregit, et cum Sedecia in Babylonem transtulit Nabuchodonosor, IV. Reg., 25, n. 13 et 16.

rex Babylonis, cum transferret Jechoniam filium Joakim regem Juda de Jerusalem in Babylonem, et omnes optimates Juda et Jerusalem;

21. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, et in domo regis Juda et Jerusalem :

22. In Babylonem transferentur, et ibi erunt usque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus, et afferri faciam ea, et restitui in loco isto.

n'emporta point, lorsqu'il emmena Jéchonias, fils de Joakim, roi de Juda, à Babylone, et avec lui toutes les personnes les plus considérables de Juda et de Jérusalem.

21. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, aux vases qui ont été laissés dans la maison du Seigneur et dans la maison du roi de Juda et de Jérusalem :

22. Ils seront transportés à Babylone, et ils y demeureront jusqu'au jour que je les visiterai, dit le Seigneur, et que je les ferai rapporter et remettre en leur premier lieu.

CHAPITRE XXVIII.

Fausse prédiction d'Hananias. Sa mort.

1. Et factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Juda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo Domini coram sacerdotibus et omni populo, dicens :

2. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Contrivi jugum regis Babylonis.

3. Adhuc duo anni dierum, et ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, et transtulit ea in Babylonem.

4. Et Jechoniam filium Joakim regem Juda, et omnem transmigrationem Juda qui ingressi sunt in Babylonem, ego convertam ad locum istum, ait Dominus; conteram enim jugum regis Babylonis.

5. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum et in oculis omnis populi qui stabat in domo Domini;

1. La même année, au commencement du règne de Sédécias, roi de Juda, au cinquième mois de la quatrième année, Hananias, fils d'Azur, prophète de Gabaon, me dit dans la maison du Seigneur, en présence des prêtres et de tout le peuple :

2. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : J'ai brisé le joug du roi de Babylone.

3. Il se passera encore deux ans; et après cela je ferai rapporter en ce lieu tous les vases de la maison du Seigneur, que Nabuchodonosor, roi de Babylone, a emportés de ce lieu, et qu'il a tranférés à Babylone.

4. Et je ferai revenir en ce même lieu, dit le Seigneur, Jéchonias, fils de Joakim, roi de Juda, et tous les captifs qu'on a emmenés de Juda en Babylone; car je briserai le joug du roi de Babylone.

5. Le prophète Jérémie répondit au prophète Hananias, devant les prêtres et devant tout le peuple qui était en la maison du Seigneur ;

22. *Et restitui in loco isto.* Un de nos philosophes, dit Bergier, a osé dire que Jérémie était un insensé, parce qu'il se chargea d'un joug et se garrotta de chaînes, pour mettre sous les yeux des Juifs les signes de l'esclavage auquel ils seraient réduits. Si c'était là un trait de folie, il faut en conclure que tous les Orientaux étaient des insensés, puisque c'était leur coutume de peindre par leurs actions les objets dont ils voulaient frapper l'imagination de leurs auditeurs (*Dictionnaire de théologie* (art JÉRÉMIE).

CAP. XXVIII. — 1. *In principio regni.* Cet événement eut lieu dans la 4e année du règne de Sédécias (l'an 594), deux ans après le fait rapporté au chapitre précédent. Les auteurs de *l'Art de vérifier les dates* remarquent que ces mots : *In principio regni Sedeciæ* ne se trouvent ni dans les Septante, ni dans la version arabe. Ménochius entreprend de justifier cette expression qu'il serait plus simple d'abandonner.

4. *Et Jechoniam, filium Joakim.* Cette prophétie était directement en opposition avec celle de Jeremie. Jerémie avait annoncé que la captivité durerait 70 ans, et Hananias annonce qu'elle sera finie dans deux ans; Jeremie avait dit que ce qui restait de vases sacrés à Jérusalem serait emporté à Babylone, et Hananias prétend que les vases emportés par Nabuchodonosor vont être rapportés ; Jérémie avait dit que Jéchonias ne reverrait plus son pays et Hananias annonce son retour.

---

21. *Ad vasa.* De vasis, vel quod attinet ad vasa, ut n. 19.

22. *Visitationis suæ.* Visitatio hic in bonam partem accipitur, id est, usque ad tempus quo ea liberabo de manibus Chaldæorum, et in templum meum restituam : quod anno primo Cyri regis factum legimus lib. I, Esdræ, c. 6, 5.

CAP. XXVIII. — 1. *In anno quarto.* Annus hic quartus principium regni ejus dicitur, quia non est dimidia pars temporis quo regnavit : regnavit enim annis undecim, ut habemus IV. Reg., 25, 2. Ita respondet D. Hieron. Alii respondent annum quartum hic intelligi non regni, sed hebdomadæ quietis et cessationis terræ, juxta Legem Lev., 25, 2, et Deut., 15, 1; initium enim sive annum primum regni Sedeciæ fuisse annum quartum hebdomadis sabbaticæ, sive annorum sabbaticorum. — *Propheta.* Falsus propheta.

2. *Contrivi.* Conteram; præteritum pro futuro. Vel conterere constitui jugum regis Babylonis, quo populum meum vexat, vel quo Jeremias vexandum prædicit.

3. *Duo anni dierum.* Integri et suo dierum numero constantes.

4. *Convertam.* Redire faciam.

6. Et le prophète Jérémie lui dit : Ainsi soit-il; que le Seigneur daigne faire ce que vous venez de dire; que le Seigneur vérifie les paroles que vous venez de prophétiser, afin que les vases sacrés soient rapportés en la maison du Seigneur, et que tous les captifs qui ont été transférés en Babylone reviennent en ce lieu.

7. Mais néanmoins écoutez ce que je vais dire devant vous, et en présence de tout le peuple.

8. Les prophètes qui ont été dès le commencement, avant moi et avant vous, ont prédit à plusieurs provinces et à de grands royaumes les guerres, les désolations et la famine.

9. Si donc un prophète prédit *maintenant* la paix, lorsque sa prédiction sera accomplie on reconnaîtra si c'est le Seigneur qui l'a véritablement envoyé.

10. Alors le prophète Hananias ôta la chaîne du cou du prophète Jérémie, et la rompit,

11. Et il dit devant tout le peuple : Voici ce que dit le Seigneur : C'est ainsi que dans deux ans je briserai le joug de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et que je l'ôterai de dessus le cou de tous les peuples.

12. Et le prophète Jérémie, reprit son chemin et s'en alla. Mais après que le prophète Hananias eût rompu la chaîne du cou du prophète Jérémie, le Seigneur parla à Jérémie, et lui dit :

13. Vous direz à Hananias : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez brisé des chaînes de bois; mais *j'ai dit à Jérémie :* Vous en ferez d'autres qui seront de fer.

14. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : J'ai mis un joug de fer sur le cou de tous ces peuples, afin qu'ils soient assujétis à Nabuchodonosor, roi de Babylone; et ils lui seront assujétis; et je lui ai abandonné encore les bêtes de la campagne.

15. Et le prophète Jérémie dit au prophète Hananias : Hananias, écoutez-moi : Le Seigneur ne vous a point envoyé; et cependant vous avez fait que ce peuple a mis sa confiance dans le mensonge.

16. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur : Je vous exterminerai de dessus la terre, et vous mourrez cette année même, parce que vous avez parlé contre le Seigneur.

6. Et ait Jeremias propheta : Amen, sic faciat Dominus; suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti; ut referantur vasa in domum Domini, et omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.

7. Verumtamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, et in auribus universi populi;

8. Prophetæ qui fuerunt ante me et ante te ab initio, et prophetaverunt super terras multas, et super regna magna, de prælio, et de afflictione, et de fame.

9. Propheta qui vaticinatus est pacem; cum venerit verbum ejus, scietur propheta quem misit Dominus in veritate.

10. Et tulit Hananias propheta catenam de collo Jeremiæ prophetæ, et confregit eam.

11. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens : Hæc dicit Dominus : Sic confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.

12. Et abiit Jeremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Jeremiæ prophetæ, dicens :

13. Vade, et dices Hananiæ : Hæc dicit Dominus : Catenas ligneas contrivisti; et facies pro eis catenas ferreas.

14. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Jugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor regi Babylonis, et servient ei; insuper et bestias terræ dedi ei.

15. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam : Audi, Hanania; non misit te Dominus, et tu confidere fecisti populum istum in mendacio.

16. Idcirco hæc dicit Dominus : Ecce ego mittam te a facie terræ; hoc anno morieris; adversum enim Dominum locutus es.

8. *Et de afflictione*. D'après l'Hébreu, ce mot pourrait être remplacé par le mot *fame*, en sorte que l'on trouverait ici les trois fléaux communément réunis dans les prophéties : la guerre, la famine et la peste (Jerem., XXIV, 10; XXIX, 17, *et alibi*).

10. *Catenam de collo Jeremiæ*. Il y avait deux ans que Jérémie portait ces chaînes. C'est sans doute ce qui fait dire à Hananias que dans deux ans le joug du roi de Babylone sera détruit : *post duos annos*.

---

6. *Amen*. Utinam ita sit. — *Suscitet Dominus verba tua*. Faciat Deus ut ita sit, nam nihil magis opto; sed scio ita futurum. LXX habent, *statuat verbum tuum*.

8. *Prophetæ, qui fuerunt ante me*. Prophetæ qui nos præcesserunt et prædixerunt sive prospera, sive adversa, hoc signo agniti et discreti sunt, an veri essent, an falsi, quod quæ a veris prophetis prænuntiata sunt, ea evenerunt; secus vero quæ a falsis.

10. *Catenam*. Jugum ligneum. Vide supra, c. 27, n. 2.

12. *Abiit... in viam suam*. Discessit inde alio. Italice dicimus : *Se ne andò per fatti suoi*.

13. *Catenas ligneas contrivisti*. Majora etiam evenient mala atque duriora, quam ego prædixeram, sicut ferrum est durius ligno. — *Facies pro eis*. Causa eris ut fiant catenæ ferreæ; creabis et accerses tibi, et iis qui tibi credunt, mala graviora.

15. *Non misit te Dominus*. Ad prophetandum.

16. *Mittam te a facie terræ*. Tollam te e medio.

17. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

17. Et le prophète Hananias mourut cette année-là, au septième mois.

CHAPITRE XXIX.

Lettre de Jérémie aux captifs de Babylone. Réponse de Séméias.

1. Et hæc sunt verba libri quem misit Jeremias propheta de Jerusalem ad reliquias seniorum transmigrationis, et ad sacerdotes, et ad prophetas, et ad omnem populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Jerusalem in Babylonem.

1. Voici les paroles de la lettre que le prophète Jérémie envoya de Jérusalem à ce qui restait d'anciens parmi les captifs, aux prêtres, aux prophètes et à tout le peuple que Nabuchodonosor avait transférés de Jérusalem à Babylone;

2. Postquam egressus est Jechonias rex, et domina, et eunuchi, et principes Juda et Jerusalem, et faber, et inclusor de Jerusalem;

2. Après que le roi Jéchonias, la reine, les eunuques, les princes de Juda et de Jérusalem, les architectes et les ingénieurs eurent été transférés de Jérusalem,

3. In manu Elasa filii Saphan, et Gamariæ filii Helciæ, quos misit Sedecias rex Juda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens :

3. Par Elasa, fils de Saphan, et Gamarias, fils de Helcias, qui furent envoyés à Babylone par Sédécias, roi de Juda, vers Nabuchodonosor, roi de Babylone.

4. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel omni transmigrationi quam transtuli de Jerusalem in Babylonem;

4. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, à tous les captifs que j'ai transférés de Jérusalem à Babylone :

5. Ædificate domos, et habitate; et plantate hortos, et comedite fructum eorum.

5. Bâtissez des maisons, et habitez-les; plantez des jardins, et nourrissez-vous de leurs fruits.

6. Accipite uxores, et generate filios et filias; et date filiis vestris uxores, et filias vestras date viris, et pariant filios et filias, et multiplicamini ibi, et nolite esse pauci numero.

6. Prenez des femmes, et ayez-en des fils et des filles; et donnez des femmes à vos fils et des maris à vos filles; et que votre race se multiplie au lieu où vous êtes; et ne laissez pas diminuer votre nombre.

7. Et quærite pacem civitatis ad quam transmigrare vos feci; et orate pro ea ad Dominum; quia in pace illius erit pax vobis.

7. Recherchez la paix de la ville à laquelle je vous ai transférés; et priez le Seigneur pour elle, parce que votre paix se trouve dans la sienne.

8. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel : *a* Non vos seducant prophetæ vestri qui sunt in medio vestrum, et divini vestri; et ne attendatis ad somnia vestra quæ vos somniatis; [a *Supr.* 14. 13; 23. 16. 26 et 27. 15.]

8. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Ne vous laissez point séduire par vos prophètes qui sont au milieu de vous, ni par vos devins; et n'ayez point d'égard aux songes que vous avez songés;

17. *Et mortuus est Hananias.* Il y a des démonstrations si frappantes, dit à ce sujet Berruyer, qu'il n'est point, ce semble, d'obstination qui ne doive en sentir la force et se rendre à leur évidence. Telle était la mort d'Hananias, arrivée de la manière et dans le temps annoncés par Jérémie. Ce fait parlait assez haut en faveur des chaînes prophetiques dont il s'était chargé, pour qu'on y fît une attention sérieuse, mais à force de se dérober à la lumiere, on y devient insensible. On sut dans tout Jérusalem, et on n'ignora pas au palais du roi, que Jérémie avait prédit la mort de l'imposteur, et que sa prédiction s'était réalisée. Si plusieurs profitèrent de cet événement, le grand nombre en abusa. On chercha des prétextes pour éluder le miracle, on se rassura contre des alarmes trop fondées, et on continua à glisser vers le précipice (*Hist. du peuple de Dieu*, tom. VI, pag. 77).

Cap. XXIX. — 1. *Quem misit Jeremias.* Cette lettre fut écrite par Jérémie la première année du règne de Sédécias, l'an 597 avant Jésus-Christ. C'est donc à tort que Ménochius la suppose postérieure à la mort d'Hananias, qui arriva en la 4e année du règne de ce prince.

Cap. XXIX. — 1. *Verbalibri.* Verba epistolæ. Hebræum enim *sepher*, significat librum, epistolam, catalogum, et enarrationem quamvis. — *Ad reliquias seniorum.* Ad eos senes, sacerdotes et prophetas qui nondum in exsilio mortui fuerant.

2. *Domina.* Nohesta mater Jechoniæ. * IV. Reg., 24, 15. — *Et inclusor.* Vide dicta supra, c. 24, 1.

3. *In manu Elasa.* Per Elasa. Jungenda sunt hæc verba cum illis versus primi : *quem misit Jeremias.* — *Misit Sedecias.* Qui post mortem Hananiæ jam credebat Jeremiæ, et idcirco legatos destinavit ad Nabuchodonosor, qui tributum ferrent et pacem peterent.

4. *Omni transmigrationi.* Judæis omnibus qui sunt in transmigratione.

5. *Ædificate domos.* Significat diu futuros in captivitate, ac propterea posse ædificare domos, etc.

7. *Quærite pacem civitatis.* Quantum in vobis est, curate ne pax civitatis turbetur. — *In pace illius erit pax vobis.* Si civitas illa pacifice agat, vos etiam fruemini eadem pace.

8. *Non vos seducant.* Prophetæ falsi, qui captivos brevi redituros in patriam affirmabant.

* Non paucos fuisse hujusmodi prophetas habemus ex Ezechiele, c. 13, 3, 6.

9. Parce qu'ils vous prophétisent faussement en mon nom : et ce n'est point moi qui les ai envoyés, dit le Seigneur.

10. Car voici ce que dit le Seigneur : Lorsque les soixante-dix ans que vous devez passer à Babylone seront accomplis, je vous visiterai, et je vérifierai les paroles favorables que je vous ai données, en vous faisant revenir en cette terre.

11. Car je sais les pensées que j'ai sur vous, dit le Seigneur, qui sont des pensées de paix et non d'affliction, pour vous donner la patience dans vos maux, et pour les finir.

12. Vous m'invoquerez, et vous retournerez, vous me prierez, et je vous exaucerai.

13. Vous me chercherez, et vous me trouverez lorsque vous me chercherez de tout votre cœur.

14. *Oui*, c'est alors que vous me trouverez, dit le Seigneur : et je ramènerai vos captifs, et je vous rassemblerai du milieu de tous les peuples, et de tous les lieux où je vous avais chassés, dit le Seigneur; et je vous ferai revenir de ce même lieu où je vous avais fait transporter.

15. Parce que vous avez dit : Le Seigneur nous a suscité des prophètes à Babylone.

16. Car voici ce que dit le Seigneur au roi qui est assis sur le trône de David, et à tout le peuple qui habite dans cette ville, à vos frères qui ne sont point sortis comme vous hors de leur pays ;

17. Voici ce que dit le Seigneur des armées : J'enverrai contre eux l'épée, la famine et la peste ; et je les rendrai comme de mauvaises figues dont on ne peut manger parce qu'elles ne valent rien.

18. Je les poursuivrai avec l'épée, la famine et la peste; je les ferai tourmenter dans tous les royaumes de la terre : je les rendrai la malédiction et l'étonnement, l'objet des insultes et des opprobres de tous les peuples où je les aurai chassés;

9. Quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo; et non misi eos, dicit Dominus.

10. *a* Quia hæc dicit Dominus : Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos; et suscitabo super vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum istum. [a *Supr.* 25. 12. *II. Par.* 36. 21. *I. Esdr.* 1. 1. *Dan.* 9. 2.]

11. Ego enim scio cogitationes quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, et non afflictionis, ut dem vobis finem et patientiam.

12. Et invocabitis me, et ibitis; et orabitis me, et ego exaudiam vos.

13. Quæritis me, et invenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro.

14. Et inveniar a vobis, ait Dominus; et reducam captivitatem vestram, et congregabo vos de universis gentibus, et de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus; et reverti vos faciam de loco ad quem transmigrare vos feci.

15. Quia dixistis : Suscitavit nobis Dominus prophetas in Babylone.

16. Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium David, et ad omnem populum habitatorem urbis hujus, ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem.

17. *a* Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce mittam in eos gladium, et famem, et pestem : et ponam eos quasi ficus malas quæ comedi non possunt, eo quod pessimæ sint [a *Supr.* 24. 9. 10.]

18. Et persequar eos in gladio, et in fame, et in pestilentia; et dabo eos in vexatione universis regnis terræ; in maledictionem, et in stuporem, et in sibilum, et in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego ejeci eos ;

15. *Prophetas in Babylone.* Au milieu des Juifs transportés à Babylone, il y avait de vrais prophètes. Daniel s'était trouvé parmi les premiers transportés sous Joakim, et Ezéchiel parmi la seconde translation qui s'était faite sous Jéchonias. Mais là, comme à Jérusalem, les vrais prophètes étaient contredits par de faux prophètes qui cherchaient à tromper leurs concitoyens en leur donnant de fausses espérances. Ces faux prophètes répétant sans cesse que la captivité allait finir, Jérémie écrit aux Juifs de Babylone pour leur dire qu'elle durerait 70 ans. C'était ce qu'il avait annoncé huit ans auparavant aux Juifs de Jérusalem.

---

10. *Visitabo vos.* In bonum, ut scilicet educam ex servitute. — *Suscitabo super vos verbum meum bonum.* Efficiam ut verum sit; complebo, quod supra vobis promisi, c. 25, 12, fore ut post 70 annos reducam vos in Jerusalem. Similem phrasim habes supra, c. 28, n. 6.

11. *Ego enim scio.* Vos nescitis, nec quisquam præter me et prophetas quibus arcana mea patefacio. — *Cogitationes pacis.* Post 70 annos; nam 70 annis cogitabat cogitationes afflictionis. — *Ut dem vobis finem et patientiam.* Optatum finem, quem patienter exspectatis.

12. *Invocabitis me, et ibitis.* Invocabitis me orantes ut redeatis in terram vestram, et redibitis. — *Et orabitis me.* Est repetitio ejusdem sententiæ.

15. *Quia dixistis.* Vox *quia* redundat, et solum est nota inchoationis sermonis. Sententia est : quia sunt e vobis qui dicunt habere vos in Babylone prophetas, qui promittant celerem e captivitate reditum, audiant hi qui dicat Dominus.

16. *Ad regem.* Sedeciam, qui nunc regnat.

17. *Ficus malas.* Hebr. *ficus fœdas.* Alludit ad visionem duorum calathorum plenorum ficubus, initio c. 24.

18. *In vexationem.* Hebraice est, *in commotionem*, id est, faciam ut vagentur et dispergantur per universa regna, ut supra, c. 24, 5; et Deut., 29, 2. — *In maledictionem.* Vide dicta c 18, 16.

19. Eo quod non audierint verba mea, dicit Dominus; quæ misi ad eos per servos meos prophetas, de nocte consurgens, et mittens; et non audistis, dicit Dominus.

20. Vos ergo audite verbum Domini, omnis transmigratio quam emisi de Jerusalem in Babylonem.

21. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel ad Achab, filium Coliæ, et ad Sedeciam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter: Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis; et percutiet eos in oculis vestris.

22. Et assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Juda quæ est in Babylone, dicentium : Ponat te Dominus sicut Sedeciam, et sicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne :

23. Pro eo quod fecerint stultitiam in Israel, et mœchati sunt in uxores amicorum suorum, et locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandavi eis; ego sum judex et testis, dicit Dominus.

24. Et ad Semeiam Nehelamiten dices :

25. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Pro eo quod misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Jerusalem, et ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, et ad universos sacerdotes, dicens :

26. Dominus dedit te sacerdotem pro Joiade sacerdote, ut sis dux in domo

19. Parce qu'ils n'ont point écouté, dit le Seigneur, mes paroles que je leur avais fait annoncer par mes serviteurs, par mes prophètes, que je leur ai envoyés de fort bonne heure; et cependant vous ne m'avez point écouté, dit le Seigneur.

20. Ecoutez donc la parole du Seigneur, vous tous qui êtes sortis de votre pays, que j'ai envoyés de Jérusalem à Babylone.

21. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, à Achab, fils de Colias, et à Sédécias, fils de Maasias, qui vous prophétisent faussement en mon nom : Je les livrerai entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et il les fera mourir devant vos yeux.

22. Et tous ceux qui ont été transférés de Juda à Babylone se serviront de leur nom lorsqu'ils voudront maudire quelqu'un, en disant : Que le Seigneur vous traite comme il traita Sédécias et Achab, que le roi de Babylone fit brûler dans une poêle.

23. Parce qu'ils ont agi follement dans Israël, qu'ils ont corrompu les femmes de leurs amis, et qu'ils ont parlé faussement en mon nom, en disant ce que je ne leur avais point ordonné de dire. C'est moi-même qui suis le juge et le témoin, dit le Seigneur.

24. Vous direz aussi à Séméias Néhélamite :

25. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Parce que vous avez envoyé en votre nom des lettres à tout le peuple qui est dans Jérusalem, et à Sophonias, fils de Maasias, prêtre, et à tous les prêtres, en disant :

26. Le Seigneur vous a établi pontife, comme il établit le pontife Joïada, afin que vous soyez

21. *Ad Achab, filium Coliæ, et ad Sedeciam.* Cet Achab et ce Sédécias étaient les deux principaux des faux prophètes qui trompaient le peuple en lui faisant espérer un prompt retour à Jérusalem. Jérémie annonce à ces deux hommes, qu'en punition de leur imposture, Dieu les a condamnés à être brûlés à petit feu.

24. *Et ad Semeiam Nehelamiten.* Ce Séméias était un autre faux prophète, qui, après avoir lu la lettre de Jérémie, avait écrit de Babylone une longue réponse, pleine d'inventions contre le Prophète. Il avait adressé cette lettre à Sophonie et à tout le peuple de Jérusalem. Sophonie en ayant donné connaissance à Jérémie, celui-ci répondit par la prophétie du verset 32. Sophonie était le vicaire du grand-prêtre Saraïas (Voy. IV. Reg. XXV, 18 et la note).

26. *Pro Joiade sacerdote.* La plupart croient qu'il s'agit ici du grand-prêtre Joïada, et admettent l'explication de Ménochius. D'autres supposent, avec moins de vraisemblance, que ce Joïada dont il est ici parlé, n'était pas un grand-prêtre, mais un vicaire du grand-prêtre, un intendant du temple comme Séméias, et peut-être son prédécesseur.

---

19. *De nocte consurgens.* Diligenter, magnoque studio mittens, ut supra, c. 7, 13; et c. 11, 7.

22. *Assumetur ex eis maledictio.* Occasione eorum inducetur formula maledicendi. — *Quos frixit.* Assavit, torruit. Sic frixi sunt Machabæi, II. Mach., 7. 3, et Judæi, Amos, 4, 2.

23. *Pro eo quod fecerint stultitiam.* Stultitia in Scriptura significat facinus insigne contra honestatem publicam, viro cordato et sapiente indignum, quale hic est adulterium. — *Ego sum judex et testis.* Nemo potest fallere me, quia ego ipse qui judicaturus sum, testis sum oculatus.

24. *Ad Semeian.* Hic Semeias audiens epistolam Jeremiæ scriptam ad Judæos in Babylone captivos, in qua quasi falsus propheta arguebatur, eo quod pacem promitteret Judæis, iratus scripsit epistolas ex Babylone in Jerusalem, ut Jeremiam quasi pseudoprophetam caperent et punirent. — *Nehelamiten.* Ex oppido Nehelam in terra Zabulon, ut tradit D. Hieron., quod oppidum nusquam alias in Scriptura legitur. Rabbi tamen David somniatorem interpretatur, quasi non sit nomen proprium loci, sed epitheton falsi prophetæ. Verior communis sententia, esse nomen loci.

25. *In nomine tuo.* A te scriptos, et nomine tuo missos. — *Libros.* Epistolas. — *Sophoniam... sacerdotem.* Non pontificem, hic enim erat Saraias, sed ejus vicarium. Vide IV. Reg., 25, 18, ubi vocatur *sacerdos secundus*, cujus erat de prophetiis judicare, et falsos prophetas punire.

26. *Dominus.* Sunt verba epistolæ Semeiæ. — *Dedit te sacerdotem pro Joiada.* Adulatur Sophoniæ eum cum Joiada summo pontifice conferendo. Facit autem mentionem Joiadæ, po-

chef dans la maison du Seigneur, et que, prenant autorité sur tout homme qui prophétise par une fureur prophétique, vous le fassiez mettre dans les fers et dans la prison.

27. Pourquoi n'avez-vous donc point repris maintenant Jérémie d'Anathoth, qui vous prophétise,

28. Et qui a envoyé des lettres à Babylone, en disant : Vous ne reviendrez de longtemps : ainsi bâtissez des maisons, et demeurez-y ; plantez des jardins, et mangez-en le fruit.

29. Sophonie lut donc cette lettre devant le prophète Jérémie.

30. Et en même temps le Seigneur fit entendre sa parole à Jérémie, et lui dit :

31. Ecrivez ceci à tous ceux qui ont été transférés en Babylone : Voici ce que dit le Seigneur à Séméias Néhélamite : Parce que Séméias vous a prophétisé, quoique je ne l'eusse point envoyé vers vous, et qu'il vous a fait mettre votre confiance dans le mensonge.

32. Voici ce que dit le Seigneur : Je visiterai Séméias Néhélamite et sa postérité. Aucun de ses descendants ne sera assis au milieu du peuple, et il ne verra point le bien que je dois faire à mon peuple, dit le Seigneur, parce qu'il a dit des paroles de mensonge contre le Seigneur.

Domini super omnem virum arreptitium et prophetantem, ut mittas eum in nervum et in carcerem.

27. Et nunc quare non increpasti Jeremiam Anatothithen qui prophetat vobis.

28. Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens : Longum est, ædificate domos ; et habitate ; et plantate hortos, et comedite fructus eorum.

29. Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Jeremiæ prophetæ.

30. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens :

31. Mitte ad omnem transmigrationem, dicens : Hæc dicit Dominus ad Semeian Nehelamiten : Pro eo quod prophetavit vobis Semeias, et ego non misi eum ; et fecit vos confidere in mendacio.

32. Idcirco hæc dicit Dominus : Ecce ego visitabo super Semeian Nehelamiten, et super semen ejus ; non erit ei vir sedens in medio populi hujus ; et non videbit bonum quod ego faciam, populo meo, ait Dominus ; quia prævaricationem locutus est adversus Dominum.

CHAPITRE XXX.

Prédiction du retour d'Israël. Sa conversion.

1. Le Seigneur parlant à Jérémie, lui dit :

2. Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Ecrivez dans un livre toutes les paroles que je vous ai dites.

3. Car le temps vient, dit le Seigneur, que je ferai revenir les captifs de mon peuple d'Israël et de Juda, dit le Seigneur, que je les ferai revenir à la terre que j'ai donnée à leurs pères, et ils la posséderont.

1. Hoc verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, dicens :

2. Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens : Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te, in libro.

3. Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus ; et convertam conversionem populi mei Israel et Juda ; ait Dominus, et convertam eos ad terram quam dedi patribus eorum ; et possidebunt eam.

Cap. XXX. — 2. *Scribe tibi omnia verba.* Cette prophétie est comme la précédente, du commencement du règne de Sédécias. Le Seigneur avait déjà donné un ordre semblable à Jérémie, dès la 4e année de Joakim (Cf. inf. XXXVI, 1 et 2). Le livre avait été brûlé par le roi, et Jérémie en avait écrit un plus étendu (*Ibid.*, v. 23 et 32). C'est donc ici, pour la troisième fois, que Jérémie reçoit l'ordre d'écrire ce que le Seigneur lui avait dit (*Bible de Vence*).

---

tius quam aliorum summorum sacerdotum, quamvis alii viciniores essent, quia, ut divus Hieron. observavit, Joiadas Mathan sacerdotem Baal occiderat, IV. Reg., 11, 18 ; et II. Paral., 23, 17 ; quasi dicat : Cum teneas locum Joiadæ, cur non eum imitaris, occidisque Jeremiam, sicut ille occidit Mathan ? — *Dux.* Judex. — *Arreptitium.* Qui se fingit prophetam, et divino instinctu et furore actum ad prophetandum. — *In nervum.* Cippum, vincula. Vide dicta supra, c. 20, n. 2.

28. *Longum est.* Scilicet tempus quo futuri estis captivi. — *Ædificate domos.* Vide supra, n. 5.

29. *Librum.* Epistolam.

31. *Mitte.* Scribe litteras. — *Ad omnem transmigrationem.* Judæos, qui in Babylonem migrarant cum Jechonia. — *In mendacio.* Dicens brevi vos redituros in patriam.

32. *Visitabo.* Puniam Semeian. — *Semen ejus.* Filios aut posteros ejus. — *Sedens.* Habitans inter Judæos. — *Bonum, quod ego faciam.* Reductionem captivorum in patriam. — *Prævaricationem.* Quia falsa prædixit, et mala fide, non ignorans se populum fallere. — *Adversus Dominum.* Efficiens ut populus Domino obediens non esset.

Cap. XXX. — 2. *Scribe tibi. Tibi* hebraice redundat, sicut et latine sæpe.

3. *Conversionem.* Conversio significat captivos revertentes, quasi dicat : Captivos Israelitas convertam et reducam ex Babylone in Jerusalem, duce Zorobabel sub Cyro ; nam non tantum ex Juda, sed etiam ex aliis tribubus Israel multi cum tribu Juda permixti redierunt : sub hac tamen promissione reditus, allegorice et potius intelligit reductionem Israelis et Judæorum ad Christum et Ecclesiam.

4. Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel et ad Judam;

5. Quoniam hæc dicit Dominus; vocem terroris audivimus; formido et non est pax.

6. Interrogate, et videte si generat masculus; quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum, quasi parturientis, et conversæ sunt universæ facies in auruginem?

7. Væ, quia magna dies illa, nec est similis ejus; tempusque tribulationis est Jacob, et ex ipso salvabitur. [a *Joel.* 2. 11. *Amos.* 5. 18. *Soph.* 1. 15.]

8. Et erit in die illa, ait Dominus exercituum; conteram jugum ejus de collo tuo, et vincula ejus dirumpam, et non dominabuntur ei amplius alieni;

9. Sed servient Domino Deo suo, et David regi suo, quem suscitabo eis.

10. *a* Tu ergo ne timeas, serve meus Jacob, ait Dominus, neque paveas, Israel, quia ecce ego salvabo te de terra longinqua, et semen tuum de terra captivitatis eorum; et revertetur Jacob, et quiescet, et cunctis affluet bonis, et non erit quem formidet; [a *Isai.* 43. 1; 44. 2. *Luc.* 1. 70.]

11. Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te; faciam enim consummationem in cunctis gentibus in qui-

4. Voici les paroles que le Seigneur a dites à Israël et à Juda.

5. Voici ce que dit le Seigneur : Un bruit terrible a frappé notre oreille; l'épouvante est partout, et il n'y a point de paix.

6. Demandez, et voyez si ce sont les hommes qui enfantent. Pourquoi donc vois-je maintenant les hommes qui tiennent leurs mains sur leurs reins, comme une femme qui est dans les douleurs de l'enfantement? et pourquoi leurs visages sont-ils tout jaunes *et* défigurés?

7. Hélas! que ce sera là un grand jour! Il n'y en aura point eu de semblable. Ce sera un temps d'affliction pour Jacob; et néanmoins il en sera délivré.

8. Car en ce temps-là, dit le Seigneur des armées; je vous ôterai du cou le joug de vos ennemis, et je le briserai; je romprai vos chaînes; et les étrangers ne vous domineront plus.

9. Mais *les enfants d'Israël* serviront le Seigneur, leur Dieu, et *le fils de* David, leur roi, que je leur susciterai.

10. Ne craignez donc point, ô Jacob! mon serviteur, dit le Seigneur : n'ayez point de peur, ô Israël! car je vous délivrerai de ce pays si éloigné où vous êtes, et je tirerai vos enfants de la terre où ils sont captifs. Jacob reviendra, il jouira du repos, et il sera dans l'abondance de toutes sortes de biens, sans qu'il lui reste plus d'ennemis à craindre.

11. Car je suis avec vous pour vous sauver, dit le Seigneur. J'exterminerai tous les peuples parmi lesquels je vous ai dispersé. Et pour vous,

5. *Vocem terroris.* Mais avant de jouir de cette longue paix qui devait faire le bonheur d'Israël après la captivité, cette nation devait encore passer par de rudes épreuves. On était alors au commencement du règne de Sédécias, et le Prophète entend les cris de l'armée des Chaldéens, qui, dans quelques années devaient mettre tout à feu et à sang dans la Judée, et détruire Jérusalem.

9. *Sed servient Domino.* Après ces terribles châtiments, on ne les vit plus, dit Bossuet retourner à l'idolâtrie, à laquelle ils étaient si étrangement portés. Ils s'étaient trop mal trouvés d'avoir rejeté le Dieu de leurs pères. Ils se souvenaient toujours de Nabuchodonosor, et de leur ruine si souvent prédite dans toutes ses circonstances, et toutefois plus tôt arrivée qu'elle n'avait été crue. On ne vit plus parmi eux de faux prophètes. Ils s'étaient défaits tout ensemble de la pente qu'ils avaient à les croire, et de celle qu'ils avaient à l'idolâtrie (*Discours sur l'Histoire universelle*, chap. XII).

11. *Te autem non faciam in consummationem.* Dieu a châtié les Juifs et les Chaldéens, mais, comme le remarque Bossuet, il y a une grande différence dans ces deux châtiments. Le jugement de Dieu sur Babylone a été un jugement de rigueur, tandis que son jugement sur Jérusalem a été un jugement de miséricorde. Il a abattu l'empire de Babylone, sans retour; il a châtié les Juifs comme des enfants désobéissants qu'on remet dans leur devoir par le châtiment; puis, touché de leurs larmes, il a oublié leurs fautes (*Discours sur l'Histoire universelle*, chap. VII).

---

5. *Vocem terroris audivimus.* Chaldæorum invadentium Jerusalem. Mystice significatur vox Ecclesiam persequentium. — *Formido, et non est pax.* Hebraica verti possunt per genitivum, *formidinis*, *et non pacis*, scilicet audivimus.

6. *Si generat masculus. Num pariat masculus?* ut vertit Vatablus, quasi dicat : Viri non pariunt, sed mulieres. — *Quare ergo vidi.* Si ergo non pariunt, cur omnes habent manus super lumbos more mulieris parturientis? solent enim mulieres parturientes manus super lumbos ponere ad comprimendum dolorem. Est metalepsis, significans acerbitatem doloris. — *In auruginem.* In pallorem auri.

7. *Magna dies illa.* Terribilis et calamitosa. Nomine diei intelligit totum tempus quo Israel et Juda futuri sunt in captivitate. Mystice vero aut de Ecclesiæ persecutione, aut de extremo die judicii accipi potest. — *Ex ipso salvabitur.* Ex duro et calamitoso illo tempore et statu, Dei beneficio, eripietur.

8. *Jugum ejus.* Tum Nabuchodonosoris, tum potius diaboli, aut Antichristi. — *Alieni.* Barbaras nationes, aut dæmonem intelligit, etc.

9. *Et David regi suo.* Christo qui nascetur ex semine David. Sensim propheta ad Christum avolat, et ipsum intelligit non allegorice, sed litteraliter.

10. *Serve meus Jacob.* Ne timeas, Israel.

11. *Faciam... consummationem in cunctis gentibus.* Penitus eas abolebo, te autem non abolebo, sed judicio castigatum servabo. — *In judicio.* Cum moderamine et æquitate quadam. — *Ut non videaris tibi innoxius.* Innocens, si te sine castigatione præterirem. * Non omnino te relinquam impunitum.

je ne vous perdrai pas entièrement, mais je vous châtierai selon ma justice, afin que vous ne vous croyiez pas innocent.

12. Voici ce que dit le Seigneur : Votre blessure est incurable, votre plaie est très-maligne.

13. Il n'y a personne qui juge comme il faut de la manière dont elle doit être bandée; tous les remèdes qu'on emploie pour vous guérir sont inutiles.

14. Tous ceux qui vous aimaient vous ont oublié, et ils ne vous vont plus chercher; car je vous ai frappée en ennemi, je vous ai châtiée cruellement à cause de la multitude de vos iniquités et de votre endurcissement dans le péché.

15. Pourquoi criez-vous, parce que vous vous sentez brisée de coups? Votre douleur est incurable, c'est à cause de la multitude de vos iniquités et de votre endurcissement dans le péché que je vous ai traitée de la sorte.

16. Mais un jour tous ceux qui vous dévorent seront dévorés, tous vos ennemis seront emmenés captifs, ceux qui vous détruisent seront détruits et j'abandonnerai au pillage tous ceux qui vous pillent.

17. Car je refermerai la cicatrice de votre plaie, et je vous guérirai de vos blessures, dit le Seigneur. Ils vous ont appelée, ô Sion! la répudiée. C'est là, disent-ils, cette Sion qui n'a plus personne qui la recherche.

18. Voici ce que dit le Seigneur : Je ferai revenir les captifs qui habitaient dans les tentes de Jacob; j'aurai compassion de ses maisons; la ville sera rebâtie sur sa montagne, et le temple sera fondé de nouveau, comme il était auparavant.

19. Les louanges sortiront de leur bouche, et les chants de joie. Je les multiplierai, et leur nombre ne diminuera point: je les mettrai en honneur, et ils ne tomberont plus dans l'indigence.

20. Leurs enfants seront, comme ils étaient

bus dispersi te; te autem non faciam in consummationem; sed castigabo te in judicio, ut non videaris tibi innoxius.

12. Quia hæc dicit Dominus : Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

13. Non est qui judicet judicium tuum ad alligandum; curationum utilitas non est tibi.

14. Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent; *a* plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli; propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. [a *Supr.* 23. 19.]

15. Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus; propter multitudinem iniquitatis tuæ, et propter dura peccata tua feci hæc tibi.

16. Propterea omnes qui comedunt te, devorabuntur; et universi hostes tui in captivitatem ducentur; et qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam.

17. Obducam enim cicatricem tibi, et a vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia ejectam vocaverunt te Sion : Hæc est quæ non habebat requirentem.

18. Hæc dicit Dominus : Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, et tectis ejus miserebor, et ædificabitur civitas in excelso suo, et templum juxta ordinem suum fundabitur.

19. Et egredietur de eis laus, voxque ludentium; et multiplicabo eos, et non minuentur; et glorificabo eos, et non attenuabuntur.

20. Et erunt filii ejus sicut à princi-

---

12. *Insanabilis fractura tua.* Fracturam et plagam vocat pœnam qua a Domino castigandus erat populus : vocat insanabilem, quia captivitas, et illius ærumnæ divina tantum ope sanabiles erant. Vel plaga insanabilis sunt peccata, quæ a Deo tantum sanari possunt.

13. *Non est qui judicet.* Nullus est chirurgus qui cognoscat plagam tuam, aut quo medicamine curari possit; qui eam ligare unguentis aut oleo fovere sciat aut velit. — *Curationum utilitas non est tibi.* Quod si aliqui manus plagæ tuæ admoverunt, et eam sanare conati sunt, nihil profecerunt. LXX habent, *curata es, utilitas non est tibi.*

14. *Amatores tui.* Dii alieni, vel Ægyptii, in quibus spem locaveras. — *Teque non quærent.* Te negligent, tui obliti. — *Plagâ... inimici.* Qualem solet infligere inimicus; licet ego, quasi pater castigans filium, amico animo et paterno eam tibi inflixerim. — *Castigatione crudeli.* Idem est quod plaga inimici. — *Dura facta sunt peccata tua.* Roborata, confirmata, ideoque facta incurabilia, quia antiquis nova addidisti.

15. *Quid clamas?* Quid quereris te contritum esse, doloremque tuum esse insanabilem? Merito enim hæc tibi acciderunt propter multitudinem iniquitatis tuæ, et quia peccata tua multiplicata sunt. — *Dura.* Vide dicta numero proxime superiore.

16. *Propterea omnes qui comedunt te, devorabuntur.* Ne conqueraris te puniri, hostes vero tuos non puniri; gravius enim eos puniam quam te. Isaiæ, 33, 1 : *Væ qui prædaris, nonne et ipse prædaberis, etc.*

17. *Obducam.* Sanabo. — *Cicatricem.* Vulnus præteritæ tuæ desolationis et calamitatis. — *Ejectam.* Expulsam a Deo, tanquam uxorem a viro. — *Quæ non habebat requirentem.* Qui curam haberet tui, ideoque audacius te persecuti sunt, dicentes : *Deus dereliquit eum, persequimini, et comprehendite eum : quia non est qui eripiat.* Psal., 70, 11.

18. *Convertam conversionem tabernaculorum Jacob.* Reducam tabernacula Jacob, quæ hinc translata sunt. Tabernacula vocat familias Judæorum, qui in Babylone quasi peregrini habitabant in casis et tabernaculis. — *Et tectis ejus.* Tabernaculis ejus ; est enim repetitio. — *Civitas.* Jerusalem et Ecclesia. — *Juxta ordinem suum.* Juxta pristinum decorem.

19. *Et egredietur de eis.* De filiis Jacob, de filiis Ecclesiæ. — *Laus.* Dei, et gratiarum actio ob acceptum restitutionis et salutis beneficium. — *Ludentium.* Gaudentium. — *Non attenuabuntur.* Non minuetur, imo augebitur magnus numerus in quem illos excrescere faciam.

20. *Filii ejus.* Jacob. — *Sicut a principio.* Id est, multi. Sensus mysticus ad Ecclesiam commodissime transfertur : Jacob est Christus; duodecim filii, unde infiniti posteri prognati,

pio, et cœtus ejus coram me permanebit; et visitabo adversum omnes qui tribulant eum.

21. Et erit dux ejus ex eo, et princeps de medio ejus producetur; et applicabo eum, et accedet ad me; quis enim iste est qui applicet cor suum ut appropinquet mihi, ait Dominus.

22. Et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.

23. Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescet.

24. Non avertet iram indignationis Dominus, donec faciat et compleat cogitationem cordis sui; in novissimo dierum intelligetis ea.

dès le commencement, leur assemblée demeurera ferme devant moi; et je visiterai tous ceux qui les persécutent.

21. Il sortira de Jacob un chef qui le conduira : un prince naîtra du milieu de lui. Je l'appliquerai moi-même, et il s'approchera de moi; car qui est celui qui puisse appliquer son cœur pour s'approcher de moi? dit le Seigneur.

22. Vous serez mon peuple et je serai votre Dieu.

23. Le tourbillon du Seigneur, sa fureur impétueuse, sa tempête toute prête à fondre, va se reposer sur la tête des impies.

24. Le Seigneur ne détournera point sa colère et son indignation, jusqu'à ce qu'il ait exécuté et qu'il ait accompli toutes les pensées de son cœur. Et vous les comprendrez dans le dernier jour.

CHAPITRE XXXI.

Continuation du chapitre précédent. Prodige de la naissance du Messie. Nouvelle alliance.

1. In tempore illo, dicit Dominus : Ero Deus universis cognationibus Israel, et ipsi erunt mihi in populum.

2. Hæc dicit Dominus : Invenit gratiam in deserto populus qui remanserat a gladio; vadet ad requiem suam Israel.

3. Longe Dominus apparuit mihi. Et

1. En ce temps-là, dit le Seigneur, je serai le Dieu de tous les enfants d'Israël, et ils seront mon peuple.

2. Voici ce que dit le Seigneur : mon peuple qui était échappé à l'épée a trouvé grâce dans le désert; Israël, ira *à Jérusalem, le lieu de* son repos.

3. Le Seigneur s'est fait voir à moi, il y a

21. *Et erit dux ejus ex eo.* Littéralement, ce verset, comme le verset 9 de ce chapitre, peut s'entendre de Zorobabel qui fut le chef des Juifs après la captivité. Mais ce prince était la figure de Jésus-Christ, et cette prophétie n'eut son véritable accomplissement que dans le Messie qui était lui-même le fils de David, et qui fut le vrai chef à qui toutes ces paroles du Prophète conviennent.

Cap. XXXI. — 2. *In deserto.* Le P. de Carrières et Ménochius ont entendu ces paroles de la délivrance des Hébreux qui ont échappé à l'épée de Pharaon, d'Amalech et des autres peuples, et qui ont passé 40 ans dans le désert. Mais d'après l'Hébreu, il n'est pas nécessaire de recourir à un sens si éloigné. On peut lire : « Les restes de mon peuple qui ont échappé à l'épée des Assyriens, ont trouvé grâce devant moi, dans le désert, dans ces vastes régions où ils sont dispersés et réduits à une extrême misère; et maintenant, par mon secours, Israël ira au pays de ses pères, qui est le lieu de son repos. »

---

duodecim apostoli, qui infinitam christianorum multitudinem genuerunt; civitas supra montem ædificata, est Ecclesia catholica omnibus conspicua, quæ latere non potest. — *Coram me permanebit. Firmabitur*, ut est in hebræo; *dirigetur*, ut habent LXX; id est, stabilietur mea præsentia et favore Ecclesia, et prosperabitur.

21. *Erit dux ejus ex eo. Fortis ejus*, vel *inclytus ejus*, ut est in hebræo, id est, dux, princeps ejus, Christus, qui secundum carnem ex Jacob originem duxit. — *Ex eo.* Ex Jacob. LXX habent, *ex ipso egredietur*. — *Applicabo eum, et accedet ad me.* Conjungam eum mihi amicitia perfectissima. Aliqui explicant de unione hypostatica humanitatis ad Verbum. — *Quis enim iste est?* Quis enim est alius præter illum, qui audeat in animum inducere, ut vocet se filium meum? Solus enim Christus natura, nos adoptione Dei filii sumus. Vel sensus est : quis angelorum vel hominum mihi adeo conjunctus est, ut Christus, per fiduciam, amorem et obedientiam?

23. *Turbo.* Sententiæ vindictæ et damnationis in Chaldæos, ut potius in impios Ecclesiæ persecutores desæviens. — *In capite impiorum conquiescet.* Non lædet nisi impios.

24. *In novissimo dierum.* Tempore Christi, et maxime in fine mundi. Sic supra, c. 23, 20, dixit : *Non revertetur furor Domini usque dum faciat, et usque dum compleat cogitationem cordis sui : in novissimis diebus intelligetis consilium ejus.* Quasi dicat : Si mihi non creditis, rebus ipsis credetis.

Cap. XXXI. — 1. *In tempore illo.* Postquam Jacob ex captivitate revocavero. — *Ero Deus.* Quasi dicat : Nunc non sum illis Deus, quia a me discesserunt; tunc autem revertentur ad me, et ero illis in Deum.

2. *Invenit gratiam.* Apud me, in oculis meis. — *In deserto.* In solitudine, in qua quadraginta annis habitavit, postquam eum eduxi ex Ægypto. — *Qui remanserat a gladio.* Qui gladio Ægyptiorum, Amalecitarum et aliarum gentium, vel potius gladio Dei, qui multos stravit in deserto, occisus non est; quasi dicat : Si tunc invenit apud me gratiam, quomodo nunc non inveniet? — *Vadet ad requiem suam Israel.* Revertetur ad terram promissam. Vel potius ducente Christo populus fidelis ex Israelitis et gentilibus collectus, intrabit militantem et postea triumphantem Ecclesiam.

3. *Longe Dominus apparuit.* Sunt verba synagogæ; nam est quidam dialogismus inter Deum et populum; sensus est : a longo tempore, jam olim visus est, et favit mihi Dominus in Sina et deserto; at jam videtur me deseruisse in captivitate Babylonica vel Assyriaca. —

longtemps. Je vous ai aimé d'un amour éternel. C'est pourquoi je vous ai attiré à moi par la compassion que j'ai eue de vous.

4. Et je vous édifierai encore : et vous serez édifiée de nouveau, vierge d'Israël. Vous paraîtrez encore en pompe au son de vos tambours, et vous marcherez au milieu des joueurs d'instruments.

5. Vous planterez encore des vignes sur les montagnes de Samarie ; et ceux qui les planteront n'en recueilleront point le fruit, jusqu'à ce que le temps en soit venu.

6. Car il viendra un jour que les gardes crieront sur la montagne d'Ephraïm : Levez-vous, montons en Sion, en la maison du Seigneur notre Dieu.

7. Car voici ce que dit le Seigneur : Jacob, tressaillez de joie, faites retentir des cris d'allégresse à la tête des nations, faites grand bruit, chantez des cantiques, et dites : Seigneur, sauvez votre peuple, les restes d'Israël.

8. Je les ramènerai de la terre d'Aquilon ; je les assemblerai des extrémités du monde ; l'aveugle et le boiteux, la femme grosse et la femme qui enfante seront parmi eux mêlés ensemble, et reviendront ici en grande foule.

9. Ils reviendront en pleurant *de joie;* et je les ramènerai dans ma miséricorde ; je les ferai

in charitate perpetua dilexi te; ideo attraxi te, miserans.

4. Rursumque ædificabo te, et ædificaberis, virgo Israel; adhuc ornaberis tympanis tuis, et egredieris in choro ludentium.

5. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ; plantabunt plantantes, et donec tempus veniat, non vindemiabunt;

6. Quia erit dies in qua clamabunt custodes in monte Ephraim : *a* Surgite et ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum [a *Isai.* 2. 3. *Mich.* 4. 2.]

7. Quia hæc dicit Dominus : Exultate in lætitia Jacob, et hinnite contra caput gentium; personate, et canite, et dicite : Salva, Domine, populum tuum, reliquias Israel.

8. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, et congregabo eos ab extremis terræ : inter quos erunt cæcus et claudus, prægnans, et pariens simul, cœtus magnus revertentium huc.

9. In fletu venient, et in misericordia reducam eos; et adducam eos per tor-

4. *Virgo Israel.* Ces paroles regardent particulièrement le royaume d'Israël ou des dix tribus, comme on le voit d'après le verset 5. Le royaume de Juda existait encore au moment où parlait le Prophète, mais il y avait plus d'un siècle que celui d'Israël était détruit.

5. *Et donec tempus veniat.* D'après la loi, les fruits des trois premières années étaient impurs ; on ne devait pas les cueillir, ceux de la 4e année appartenaient au Seigneur, on les lui offrait comme premices. On n'entrait en jouissance que la cinquième (Liv. XIX, 25 et seq.). Le Prophète dit qu'ils observeront toutes ces prescriptions de la loi, pour montrer qu'ils en seront de fidèles observateurs en tout le reste.

Et in charitate perpetua. Est Dei responsio, quasi dicat : Erras, mi popule, non te deserui, imo eodem te amore prosequor, quo olim prosequebar. — *Ideo attraxi te.* Conatus sum, et conor semper jam blandiendo, jam flagellando, te ad me allicere et attrahere, quia tui misereor.

4. *Ædificabo.* Instaurabo te. — *Virgo.* Chald., *cœtus.* Familiare est sacræ Scripturæ, urbes aut populi cœtum virginem vocare. — *Ornaberis tympanis.* Restituam te in pristinam gloriam et festivam lætitiam, reddam tibi tympana, id est, instrumenta musica, quorum usus est in choreis, ut eas ducas hilariter. — *Ludentium.* Chald., *canentium.* Significatur per hæc lætitia spiritualis tempore Evangelii.

5. *Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ.* Oportet hæc intelligere de conversione Samaritanorum ad fidem Christi ; et per *vineas*, particulares Ecclesias ; quasi dicat : Multos ad te, ô Sion, ô Ecclesia Christi, convertam in Samaria, per prædicationem Evangelii, ut multas ibi fundes Samaritanorum Ecclesias. Ita factum est Joan., 4, 41 ; Act., 8, 14 ; constat enim Samaritanos, id est, decem tribus, ab Assyriis abductos in captivitatem, nunquam in Samariam rediisse.— *Plantabunt plantantes.* Est descriptio altissimæ pacis, cum licet vineas plantare, et suo tempore uvas colligere, absque hostium metu. Hac autem allegoria tranquillitatem Ecclesiæ significat.— *Donec tempus veniat, non vindemiabunt.* Sicut ante metu hostium faciebant.

6. *Erit dies.* Tempus. — *Clamabunt custodes.* Apostoli, et alii vinearum, id est, Ecclesiarum custodes, Samariæ montes peragrantes evangelizando, clamabunt : Eia ascendamus ad Ecclesiam Christi in Sion fundatam. Quasi dicat : Convertent apostoli Ephraim, id est, decem tribus ad Sion, ad Ecclesiam Christi. * *To custodes*, in hebræo est, *notserim;* quod Ecclesiæ optime convenit; nam Christiani a Judæis nunc quoque hoc nomine vocantur.

7. *Exsultate in lætitia Jacob.* Hebr., *lejahoquob,* id est, *Jacobi,* vel *Jacobo,* congaudete et gratulamini Jacobo, id est, Israelitis et Samaritis, ob lætitiam, libertatem et gratiam, quam attulit eis Christus ejus discipuli. Vide Act., 8. — *Hinnite.* Vociferamini, voces lætitiæ plenas, hinnitusque equorum similes in cœlum tollite, ut Isa., 10, 30 ; et 24, 14. Solebant enim Judæi in lætissimis rebus acutas voces tollere, nihil nisi lætitiam significantes. — *Contra caput gentium.* In oculis omnium gentium, ita ut omnes gentes videant et audiant vos. — *Salva, Domine.* Salvasti nos, et salvare nos perge, hoc est, festum illud *hosanna,* quod Christo quasi Messiæ suo inaugurando ac triumphatori acclamarunt Judæi, Matth., 21, 15.

8. *Inter quos erunt cæcus.* Omne genus hominum ex Chaldæa, et captivitate Babylonis, magis autem ex diaboli regno per Christum redibit ad Deum et Ecclesiam. — *Prægnans et pariens.* Quasi dicat : Ii quorum imbecillæ sunt vires, quales mulieres prægnantes, aut fœtum enixæ, quæ ad iter faciendum, si longum sit, aptæ non sunt, mea adjuti ope, ad Ecclesiam se conferent. * LXX summam fœcunditatem significari volunt.

9. *In fletu.* Præ lætitia. Fideles etiam veniunt in fletu peccata sua detestantes et flentes. * Vel in fletu, intellige de lacrymis, cum in captivitatem abducerentur. — *In misericordia.*

rentes aquarum in via recta, et non impingent in ea; quia factus sum Israeli pater, et Ephraim primogenitus meus est.

10. Audite verbum Domini gentes, et annuntiate in insulis quæ procul sunt, et dicite : Qui dispersit Israel, congregabit eum; et custodiet eum sicut pastor gregem suum.

11. Redemit enim Dominus Jacob, et liberavit eum de manu potentioris.

12. Et venient, et laudabunt in monte Sion; et confluent ad bona Domini super frumento, et vino, et oleo, et fetu pecorum et armentorum : eritque anima eorum quasi hortus irriguus, et ultra non esurient.

13. Tunc lætabitur virgo in choro, juvenes et senes simul; et convertam luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, et lætificabo a dolore suo.

14. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: et populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

15. *a* Hæc dicit Dominus : Vox in excelso audita est lamentationis, luctus, et fletus Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt. [a *Matth.* 2. 18.]

passer par des torrents d'eaux par un chemin droit, où ils ne feront aucun faux pas, parce que je suis devenu le père d'Israël, et qu'Ephraïm est mon premier-né.

10. Nations, écoutez la parole du Seigneur, annoncez ceci aux îles les plus reculées, et dites-leur : Celui qui a dispersé Israël le rassemblera, et il le gardera comme un pasteur garde son troupeau.

11. Car le Seigneur a racheté Jacob, et l'a délivré d'un ennemi plus puissant que lui.

12. Ils viendront et ils loueront *Dieu* sur la montagne de Sion; ils accourront en foule pour jouir des biens du Seigneur : du froment, du vin, de l'huile et du fruit, des moutons et des bœufs; leur âme deviendra comme un jardin qui est toujours arrosé d'eaux, et ils ne souffriront plus de faim.

13. Alors les vierges se réjouiront au chant des instruments de musique, et les jeunes hommes mêlés avec les vieillards *se divertiront ensemble.* Je changerai leurs pleurs en *des chants de* réjouissance : je les consolerai; et après leur douleur, je les remplirai de joie.

14. J'enivrerai et j'engraisserai l'âme des prêtres : et mon peuple sera rempli de mes biens, dit le Seigneur.

15. Voici ce que dit le Seigneur : Un grand bruit s'est élevé en haut; on y a ouï des cris mêlés des plaintes et des soupirs de Rachel, qui pleure ses enfants et qui ne veut pas recevoir de consolation, parce qu'ils ne sont plus.

12. *Super frumento, et vino.* Après la captivité, les Juifs ont joui d'une longue paix. Ils ont été dans la prospérité et l'abondance; mais cette description est trop belle pour qu'on s'arrête à ces temps. Ici le Prophète a certainement en vue le retour futur de la nation juive à Jésus-Christ et le bonheur matériel qu'il décrit, n'est qu'une image de la félicité spirituelle dont ils jouiront alors.

15. *Vox in excelso audita est.* Avant d'arriver à cette ère de bonheur et de liberté, décrite dans les versets précédents, Israël devait souffrir de grands maux. C'est ce que voit ici le Prophète. Une voix s'est élevée sur les hauteurs, c'est-à-dire de Rama, d'après l'Hébreu. Ce mot a bien pu signifier une ville de la tribu de Benjamin (Jos., XXIII, 25; 1. Reg., X, 22), mais on peut l'entendre simplement des hauteurs, parce qu'il était d'usage parmi les Juifs d'aller sur les montagnes pour s'y répandre en lamentations à l'occasion d'une calamité quelconque. Le Prophète nomme Rachel, la mère de Joseph, l'aïeule d'Ephraïm, et personnifie en elle la douleur d'Israël pleurant sur ses enfants. Elle avait été enterrée sur le chemin de Bethléem, à peu de distance de cette ville, et saint Matthieu nous fait remarquer l'accomplissement de cette parole de Jérémie dans le massacre des saints innocents, à Bethléem, après la naissance du Sauveur (Matth., II, 17 et 18).

In Hebr. est, *cum misericordiis*, id est, multipliciter eis benefaciens. LXX habent, *in consolatione adducam eos.* — *Per torrentes aquarum.* Recta via, superatis torrentibus et omnibus itineris difficultatibus. — *Et Ephraim primogenitus meus.* Id est, eum ita amo, ut pater unigenitum filium suum amare solet.

10. *Audite verbum Domini.* Cyri edictum de reditu in Jerusalem, ut est Esdræ, c. 1, n. 1 et 2; vel potius Evangelii præconium. — *Qui dispersit Israel.* Indicat non fuisse ab hostibus dispersum, sed a Deo propter ejus peccata. Psalm, 146, 2 : *Ædificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit.*

11. *De manu potentioris.* Regis Babylonis, vel diaboli potestate.

12. *In monte Sion.* In Ecclesia. — *Confluent ad bona.* Affluent Dei beneficiis. — *Frumento et vino.* Quibus intelligitur omnium bonorum abundantia quæ christianis concedenda erat. Frumento et vino, significari potest eucharistia; oleo, Spiritus sancti gratia; fœtu pecorum, multiplicatio fidelium. — *Non esurient.* Quia cibo spirituali abundabunt, verbi Dei, gratiæ et sacramentorum.

13. *Lætabitur virgo in choro.* Solebant enim virgines choros ducentes læta carmina cantare, ut factum tempore David post occisum Goliath. Ad litteram videmus tot virginum turmas in cœnobiis per choros laudes Deo cantare.

14. *Inebriabo.* Satiabo, copiose explebo. — *Animam.* Appetitum. — *Pinguedine.* Gratia Spiritus sancti. Alludit ad consuetudinem veteris testamenti, ubi pinguissima pars victimæ, post eam quæ Deo offerebatur, sacerdotis erat. Quasi dicat : Pinguioribus victimis satiabo sacerdotes tam novi quam veteris testamenti, nimirum corpore et sanguine Christi, vel donis Spiritus sancti, quibus cum repleti sunt apostoli, ebrii esse videbantur. Act., c. 2, n. 13.

15. *In excelso.* Hebr. *in Rama.* Rama nomen est urbis, ita dictæ, quod sita sit in loco excelso. Est in tribu Benjamin, juxta Gabaa et Bethel, et per eam a Jerusalem captivi ducti sunt Judæi in Babylonem, Jerem., c. 40, n. 1. Dicitur autem in Rama, quia etiam in Rama occisi sunt infantes; nam non solum in Bethleem sævierunt Herodis ministri, sed in circum-

16. Voici ce que dit le Seigneur : Que votre bouche étouffe ses plaintes, et que vos yeux cessent de verser des larmes, parce que vos œuvres auront leur récompense, dit le Seigneur ; et que *vos enfants* retourneront de la terre de vos ennemis.

17. Vos espérances enfin seront accomplies, dit le Seigneur, et vos enfants retourneront en leur pays.

18. J'ai entendu Ephraïm, lorsqu'on le transférait *à Babylone*. Vous m'avez châtié, *disait-il*, et j'ai été instruit par mes maux, comme un jeune taureau indompté. Convertissez-moi, et je me convertirai à vous. Parce que vous êtes le Seigneur mon Dieu.

19. Car après que vous m'avez converti, j'ai fait pénitence : et après que vous m'avez ouvert les yeux j'ai frappé ma cuisse ; j'ai été confus et j'ai rougi de honte ; parce que l'opprobre de ma jeunesse est tombé sur moi.

20. Ephraïm n'est-il pas mon fils que j'ai honoré, et un enfant que j'ai élevé avec tendresse ? Ainsi quoique j'aie parlé contre lui auparavant je me souviendrai néanmoins encore de lui. C'est pourquoi mes entrailles sont émues de l'état où il est. J'aurai pitié de lui, et je lui ferai miséricorde, dit le Seigneur.

21. Faites-vous un lieu pour placer une senti-

16. Hæc dicit Dominus : Quiescat vox tua à ploratu, et oculi tui à lacrymis ; quia est merces operi tuo, ait Dominus ; et revertentur de terra inimici.

17. Et est spes novissimis tuis, ait Dominus ; et revertentur filii ad termi nos suos.

18. Audiens audivi Ephraim transmigrantem : Castigasti me, et eruditus sum, quasi juvenculus indomitus ; converte me, et convertar ; quia tu Dominus Deus meus.

19. Postquam enim convertisti me, egi pœnitentiam ; et postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum, et erubui, quoniam sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.

20. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus ; quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor ejus. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum : miserans miserebor ejus, ait Dominus.

21. Statue tibi speculam, pone tibi

21. *Statue tibi speculam.* La Vulgate autorise aussi cette paraphrase du P. de Carrières : Ephraïm, voilà ce que vous promet le Seigneur. Elevez donc sur votre route des monceaux de pierres qui vous servent de signes pour reconnaître la voie par laquelle on vous conduit ; mettez des marques qui vous fassent ressouvenir des lieux où vous avez des afflictions pleines d'affliction.

---

jectis etiam locis. Vel sensus est : planctus et ululatus matrum Bethleemitarum adeo magnus fuit, ut exaudiretur, et perveniret usque ad Rama. — *Lamentationis*, *luctus*. In lætitia et jubilo propheta meminit luctus, ut significet majorem fore lætitiam quæ ex tanto luctu consequetur, et in quam hic luctus desinet ; dixerat enim, n. 13 : *Convertam luctum eorum in gaudium*. Porro luctus, cujus hic est sermo, est luctus matrum Bethleemitarum ob infanticidium Herodis. Licet enim hoc capite Jeremias utatur nominibus Israel, Ephraim, Sion, terræ Aquilonis, etc., et alludat ad Babylonicam et Assyriacam captivitatem, ejusque planctum, tamen ad litteram loquitur de planctu matrum illarum, ut dixi ; nam toto hoc capite agit de tempore et Ecclesia Christi. — *Rachel plorantis filios suos*. Infantes Bethleem dicuntur filii Rachel, quia hæc fuit mater Benjamin ; tribus autem Benjamin mixta fuit cum tribu Juda, et, ut ait Origenes, multi infantes ex tribu Benjamin occisi sunt. Præterea Rachel sepulta in Bethleem suo corpore quasi eam possedit, ut videretur esse magna mater omnium Bethleemitarum. — *Quia non sunt*. Quia nemo remansit, sed omnes occisi sunt.

16. *Merces operi tuo*. Merces mortis innocentium est palma martyrii. Mercedem patientiæ vestræ feretis, matres ; et vos, infantes, effusi sanguinis. — *Revertentur de terra inimici*. Pro terra Herodis inimici, possidebunt regna cœlorum. Alludit ad reditum ex captivitate Babylonica.

17. *Et est spes novissimis tuis*. Spes novissima est, qua justi patientes et martyres in fine mundi adipiscentur vitam beatam et gloriosam quam speraverant. — *Ad terminos suos*. Ad fines cœlestis patriæ, ad beatam illam terram viventium.

18. *Audiens audivi Ephraim*. Audivi Israelem in captivitate diaboli et peccati gementem, quod eum pœniteat suæ inobedientiæ et peccati, unde clamans ad me dicit, *castigasti me, etc.* — *Ephraim*. Decem tribus in captivitatem abductas ab Assyriis, sub cujus typo omnes intelligit qui in dæmonis et peccati captivitate detinebantur. — *Transmigrantem*. In hebræo est, *mitnodad*, id est, vagantem, errantem, discurrentem, ut faciunt exsules, inopes, ut vagabundi S. Hier. interpretatur, *lamentantem*, ut etiam Chald. et LXX. — *Castigasti me, et eruditus sum*. Sunt verba eorum quos liberavit Dominus. Quasi dicat : Cum antea jumentis indomitis similes essemus, tu flagellis tuis domuisti nos, et rectam viam tenere docuisti.

19. *Ostendisti mihi*. Statum meum. — *Percussi femur meum*. In signum doloris. — *Sustinui opprobrium adolescentiæ meæ*. Peccatorum quæ adolescens feci. [Adolescentiam suam vocat omne tempus quo nondum a Deo castigatus erat, sed ut juvenculus indomitus non ferebat jugum obedientiæ.

20. *Si filius honorabilis*. Sunt verba Dei respondentis Ephraim, et quasi in ejus amplexum ruentis. Quasi dicat : Nonne Ephraim filius meus est honore dignus, cum a me castigatus peccata sua cognoverit, et pœnitentiam egerit ? Profecto est. Itaque particula *si*, licet speciem habeat interrogantis, habet tamen vim asseverantis.— *Puer delicatus*. In hebræo est, *ipse mihi est puer delicatus*. Chald., *puer amabilis*, quem semper in oculis, mente et memoria gero, — *Idcirco conturbata sunt viscera mea*. Ita tenere eum amo, ut non possim ejus meminisse, quin viscera mea commoveantur ex intima commiseratione.

21. *Statue tibi speculam*. Vigila et speculare quid sit peccatum. — *Pone tibi amaritudines*. Doleas, et amare lugeas. — *Dirige cor tuum*. Applica cor tuum ad retexendam viam per quam ambulasti, ut nimirum revertaris in Samariam, Sion et Jerusalem, non corporalem, sed spiritualem, scilicet ad Ecclesiam Christi.

amaritudines; dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti; revertere, virgo Israel, revertere ad civitates tuas istas.

22. Usquequo deliciis dissolveris, filia vaga? quia creavit Dominus novum super terram : FEMINA CIRCUMDABIT VIRUM.

23. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Adhuc dicent verbum istud in terra Juda, et in urbibus ejus, cum convertero captivitatem eorum : Benedicat tibi Dominus, pulchritudo justitiæ, mons sanctus :

24. Et habitabunt in eo Judas et omnes civitates ejus simul, agricolæ et minantes greges.

25. Quia inebriavi animam lassam, et omnem animam esurientem saturavi.

26. Ideo quasi de somno suscitatus sum; et vidi, et somnus meus dulcis mihi.

27. Ecce dies veniunt, dicit Dominus; et seminabo domum Israel et domum Juda semine hominum, et semine jumentorum.

28. Et sicut vigilavi super eos, ut evellerem, et demolirer, et dissiparemt et disperderem; et affligerem; sic vigilabo super eos ut ædificem, et plantem, ait Dominus.

29. In diebus illis non dicent ultra :

nelle; livrez-vous à l'amertume; appliquez votre cœur à reconnaître le droit chemin par lequel vous avez marché. Retournez, vierge d'Israël! retournez à vos mêmes villes où vous habitiez.

22. Jusqu'à quand serez-vous dans la dissolution et dans les délices, fille vagabonde? car le Seigneur a créé sur la terre un nouveau *prodige* UNE FEMME *vierge* ENVIRONNERA UN HOMME.

23. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : ils diront encore cette parole dans la terre de Juda et dans ses villes, lorsque j'aurai fait revenir leurs captifs : Que le Seigneur vous bénisse, *ô Jérusalem!* vous qui êtes la beauté de la justice et la montagne sainte.

24. Et Juda avec toutes ses villes y habiteront ensemble : les laboureurs et ceux qui conduisent les troupeaux.

25. Car j'ai enivré l'âme qui était toute languissante, et j'ai rassasié celle qui souffrait la faim.

26. Sur cela je me suis comme réveillé de mon sommeil, j'ai ouvert les yeux, et mon sommeil m'a été doux.

27. Le temps vient, dit le Seigneur, que je sèmerai la maison d'Israël et la maison de Juda, et que je la peuplerai d'hommes et de bêtes.

28. Comme je me suis appliqué à les arracher, à les détruire, à les dissiper, à les perdre et à les affliger; ainsi je m'appliquerai à les édifier et à les planter, dit le Seigneur.

29. En ce temps-là on ne dira plus : Les pères

22. *Femina circumdabit virum.* Quelques Juifs conviennent que cette prophétie regarde le Messie. Les Pères et les interprètes chrétiens l'expliquent communément de l'incarnation du Fils de Dieu. La sainte Vierge, devenue mère par un prodige sans exemple et d'une manière toute surnaturelle, environne un homme, c'est-à-dire Jésus-Christ, qui, sous la forme d'un enfant, est le plus sage et le plus puissant de tous les hommes, étant lui-même la force et la sagesse du Père, la splendeur de sa gloire, et le caractère de sa substance, et portant toutes choses par sa parole toute-puissante. Isaïe avait prédit que celle qui est ici appelée simplement femme, *femina*, serait vierge, et Jérémie ajoute que celui qu'elle portera dans son sein, ne sera un enfant qu'en apparence, mais qu'en réalité, dès le sein de sa mère, il sera un homme fort, un homme parfait, *virum*.

26. *Et somnus meus dulcis mihi.* Jérémie, qui n'avait habituellement que des calamités à annoncer, est heureux de voir de beaux jours succéder pour sa patrie à ces horribles tempêtes. Cette vision le remplit de consolation.

---

22. *Usquequo deliciis dissolveris.* Usquequo adeo eris delicata et mollis ut strenue Babylonem et peccati captivitatem deserere non audeas? — *Filia vaga.* Quæ a me fugis et vagaris, et ad gentium deos et reges discurris, rebellis et aversatrix. — *Quia creavit.* Audi in quo sita sit beatitudo tua, unde exspectanda sit salus miseriæ tuæ. Audi rem novam et admirabilem, et si tanto beneficio uti scias, tibi maxime salutarem. — *Creavit.* Creabit; præteritum pro futuro. — *Femina circumdabit virum.* Beata Virgo Maria Christum corpore quidem parvum, sapientia vero virum perfectum, utero suo complectetur atque circumdabit.

23. *Adhuc dicent.* Sicut ante captivitatem dicere solebant, cum civitas Hierosolymitana, et templum staret in monte Sion, et ei benedicerent.— *Pulchritudo justitiæ.* Ex hebræo verti potest, *habitaculum justitiæ;* nam vox hebraica *neve*, utrumque significat, scilicet habitaculum et pulchritudinem; bene autem vocatur Ecclesia habitaculum justitiæ, quia in ea sunt Christus et omnes justi; item fides et sacramenta, quæ justificant. — *Mons sanctus.* Eadem enim Ecclesia est mons sanctitatis, id est, omnis gratiæ, virtutum et perfectionis.

24. *In eo.* Monte Sion, in Ecclesia. — *Judas et omnes civitates.* Locus capacissimus erit Ecclesia; omnes omnium ordinum homines in ea poterunt habitare. Vide Isaiam, c. 54, n. 2 et seq.

25. *Inebriavi.* Inebriabo et saturabo. — *Animam lassam.* Famelicam, et sitibundam justitiæ et salutis.

26. *Ideo quasi de somno suscitatus sum.* Cum vidi per somnum prophetiam illam et Christo venturo, evigilavi protinus, et recordatio talis somnii fuit mihi gratissima.

27. *Seminabo.* Et propagabo, et multiplicabo, in Israel et in Juda homines et jumenta. Fecit mensionem jumentorum multiplicationis, quia supra, c. 27, 6, homines et bestias regi Babylonis se traditurum dixerat, ut ostendat non minus futurum beneficium quam fuerit supplicium. In Ecclesia etiam multiplicabuntur homines et jumenta, id est, docti et simplices, de quibus illud Psal. 35, 7, dici potest : *Homines et jumenta salvabis, Domine.*

28. *Et sicut vigilavi.* Qua diligentia usus sum in perdendis illis; eadem in liberandis et multiplicandis utar.

29. *Non dicent ultra.* Nam prius hoc proverbium jactabatur. — *Patres comederunt uvam acerbam.* Filii pro parentibus exilio aut servitute puniri possunt, quia quiddam parentum

ont mangé les raisins verts, et les dents des enfants en ont été agacées.

30. Mais chacun mourra dans son iniquité; et si quelqu'un mange des raisins verts, il en aura *lui seul* les dents agacées.

31. Le temps vient, dit le Seigneur, dans lequel je ferai une nouvelle alliance avec la maison d'Israël et la maison de Juda;

32. Non selon l'alliance que je fis avec leurs pères, au jour que je les pris par la main pour les faire sortir de l'Egypte; parce qu'ils ont violé cette alliance. C'est pourquoi je leur ai fait sentir mon pouvoir, dit le Seigneur.

33. Mais voici l'alliance que je ferai avec la maison d'Israël, après que ce temps-là sera venu, dit le Seigneur : J'imprimerai ma loi dans leurs entrailles et je l'écrirai dans leur cœur; et je serai leur Dieu, et eux ils seront mon peuple.

34. Et chacun d'eux n'aura plus besoin d'enseigner son prochain et son frère, en disant : Connaissez le Seigneur; parce que tous me connaîtront, depuis le plus petit jusqu'au plus grand, dit le Seigneur. Car je leur pardonnerai leur iniquité, et je ne me souviendrai plus de leurs péchés.

35. Voici ce que dit le Seigneur qui fait lever le soleil, pour être la lumière du jour, et qui règle le cours de la lune et des étoiles, pour être la lumière de la nuit; qui agite la mer, et qui fait retentir le bruit de ses flots : Son nom est le Seigneur des armées.

36. Si ces lois peuvent cesser devant moi, dit le Seigneur, alors la race d'Israël cessera d'être mon peuple pour toujours.

37. Voici ce que dit le Seigneur : Si l'on peut mesurer le haut des cieux et sonder la terre jusqu'au plus profond de ses fondements, alors j'abandonnerai toute la race d'Israël, à cause de tout ce qu'ils ont fait contre moi, dit le Seigneur.

a Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupuerunt [a *Ezech.* 18. 2.]

30. Sed unusquisque in iniquitate sua morietur; omnis homo qui comederit uvam acerbam, obstupescent dentes ejus.

31. *a* Ecce dies venient dicit Dominus; et feriam domui Israel et domui Juda fœdus novum; [a *Hebr.* 8. 8.]

32. Non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti; pactum quod irritum fecerunt, et ego dominatus sum eorum, dicit Dominus.

33. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus : *a* Dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam; et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum. [a *Hebr.* 10. 16.]

34. Et non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens : Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, ait Dominus; *a* quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non memorabor amplius. [a *Act.* 10. 43.]

35. Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ et stellarum in lumine noctis; qui turbat mare, et sonant fluctus ejus, Dominus exercituum nomen illi.

36. Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus; tunc et semen Israel deficiet, ut non sit gens coram me cunctis diebus.

37. Hæc dicit Dominus : Si mensurari potuerint cœli sursum, et investigari fundamenta terræ deorsum; et ego abjiciam universum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus.

32. *Non secundum pactum.* Saint Paul voit dans cette alliance nouvelle l'alliance chrétienne (Hebr., VIII, 8 et seq.; X, 15 et seq.). Il nous montre la différence qu'il devait y avoir entre les deux alliances. Au verset 33, Jérémie nomme la maison d'Israël, pour nous faire comprendre que cette prophétie n'aura son entier accomplissement que lorsque la nation juive entrera tout entière, à la fin des temps, dans l'alliance que Jésus-Christ a faite avec son Eglise (Rom., XI, 25-40).

---

sunt. Sic puniuntur ad hanc usque diem Judæi propter peccatum majorum suorum qui Christum crucifixerunt; nam quæ hic habetur non est generalis promissio, sed ad eos tantum pertinens de quibus sermo erat. Agebatur autem de Judæis ab exilio revocatis, et de peccatis Manasse, quorum pœnas populus luit longa captivitate. Vide supra c. 15, 4.

31. *Fœdus novum.* Novi Testamenti legem evangelicam.

32. *Apprehendi manum eorum.* Cum scilicet, quasi manu apprehensa, eduxi de Ægypto. — *Dominatus sum eorum.* Punivi eos jure meo, ostendens me Dominum illorum esse.

33. *Dabo legem meam in visceribus eorum.* Quia per Christum gratia et charitas diffusa est in cordibus nostris. Tot etiam beneficia in eos congeram, ut oblivisci non possint.

34. *Non docebit ultra vir proximum suum.* Quia magna erit Dei et rerum credendarum et sperandarum cognitio in populo christiano; nec ut quis necessaria ad salutem percipiat, erit opus longo labore, cum ad pauca revocentur, quæ etiam simplicibus et pueris nota esse possunt.

35. *In lumine diei.* Ut luceat per diem. — *Ordinem lunæ.* Qui lunæ et stellis præcipit, ut certo ordine ac lege moveantur.

36. *Leges istæ.* Naturæ, et stata solis, lunæ, maris agitatio, etc. Quasi dicat : *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Matth., 24, 35. Citius deficiet cœlum, etc. quam semen Israel, id est, populus fidelis et Ecclesia christiana deficiat.

37. *Si mensurari.* Citius et facilius quis altitudinem et magnitudinem cœlorum, aut terræ profunditatem dimetiatur, quam ego populum meum fidelem in Christum credentem abjiciam.

38. Ecce dies veniunt, dicit Dominus; et ædificabitur civitas Domino a turre Hananeel usque ad portam Anguli.

39. Et exibit ultra norma mensuræ in conspectu ejus super collem Gareb; et circuibit Goatha,

40. Et omnem vallem Cadaverum, et Cineris, et universam regionem mortis, usque ad torrentem Cedron, et usque ad angulum portæ Equorum orientalis, Sanctum Domini; non evelletur, et non destruetur ultra in perpetuum.

38. Le temps vient, dit le Seigneur, que cette ville sera rebâtie pour le Seigneur, depuis la tour d'Hananéel jusqu'à la porte de l'Angle.

39. Et le cordeau sera porté encore plus loin à sa vue, jusque sur la colline de Gareb, et il tournera autour de Goatha.

40. Et toute la vallée des Corps morts et des Cendres, et toute la région de mort, jusqu'au torrent de Cédron, et jusqu'à l'angle de la porte des Chevaux, qui regarde l'orient, *seront renfermées dans la ville. Tout ce lieu sera* saint *et consacré* au Seigneur, on n'en renversera plus le fondement, *et* il ne sera jamais détruit.

CHAPITRE XXXII.

Jérémie achète un champ en signe du rétablissement de Juda. Prière du Prophète et réponse de Dieu.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Juda; ipse est annus decimus octavus Nabuchodonosor.

2. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem; et Jeremias propheta erat clausus in atrio carceris qui erat in domo regis Juda.

3. Clauserat enim eum Sedecias rex Juda, dicens : Quare vaticinaris, dicens : Hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis, et capiet eam?

1. Voici ce que dit le Seigneur à Jérémie la dixième année de Sédécias, roi de Juda, qui est la dix-huitième année de Nabuchodonosor.

2. Alors l'armée du roi de Babylone assiégeait Jérusalem; et le prophète Jérémie était enfermé dans le vestibule de la prison qui était dans la maison du roi de Juda.

3. Car Sédécias, roi de Juda, l'avait fait mettre en prison, en disant : Pourquoi nous dites-vous dans vos prophéties : Voici ce que dit le Seigneur : Je livrerai cette ville entre les mains du roi de Babylone, et il la prendra?

38. *A turre Hananeel.* D. Calmet croit que la tour d'Hananéel était au septentrion, la porte de l'Angle était au midi. Ce rétablissement de Jérusalem figure l'établissement de l'Eglise de Jésus-Christ, dans l'enceinte de laquelle sont entrés ceux qui en étaient auparavant separés, et à laquelle appartient seule la perpetuité.

39. *Collem Gareb, et circuibit Goatha.* Ces lieux sont inconnus. Ils étaient sans doute autour de Jérusalem. On suppose que *Goatha*, qui pourrait aussi se prononcer dans l'Hebreu *Gogotha*, est le même lieu que *Golgotha* ou le Calvaire. Cette dernière montagne fut en effet comprise dans l'enceinte de la nouvelle ville de Jérusalem, rebâtie par Adrien, sous le nom d'*Ælia Capitolina*.

Cap. XXXII. — 2. *In atrio carceris.* Le siége de Jérusalem avait commencé en la neuvième année du règne de Sédécias, le 10e jour du 10e mois. Sédécias avait fait arrêter Jerémie et l'avait fait enfermer dans le parvis de la maison du secrétaire Jonathan, dont ils avaient fait la prison publique. Ses prophéties décourageaient les assiégés, et comme le roi voulait résister à tout prix, il avait cherché à lui imposer silence.

---

38. *A turre Hananeel.* Erat in muro urbis Jerusalem turris quæ Hananeel vocabatur, cujus mentio fit lib. II. Esdr., c. 3, n. 1; inde enim dicitur Jerusalem cœpta reædificari. — *Usque ad portam Anguli.* Ea erat porta Benjamin, quæ Anguli vocabatur, quod in angulo urbis esset. Sensus est, fore ut tota urbs restauretur; per quam Ecclesia intelligitur, quæ ædificabitur ut civitas, Psalm., 121, 3.

39. *Exibit ultra norma.* Extendetur funis mensuræ. — *Super collem Gareb.* Gareb est collis, qui juxta Jerusalem ad boream situs est. — *Goatha.* Est alius collis, quem Adrichomius et Villalpandus de urbe et templo parte I, lib. I, c. 9, eumdem esse dicunt Golgotha, ubi Christus crucifixus est.

40. *Omnem vallem Cadaverum* Vallis Cadaverum est illa quæ inter Golgotha, sive montem Calvariæ, et mœnia Jerusalem sita est; sic dicta quod ibi cadavera, ossa et cineres eorum qui in Golgotha morte puniti aut combusti erant, sepeliebantur aut projiciebantur. — *Regionem mortis.* Golgotha et loca vicina, quæ erant loca supplicio reorum destinata. — *Portæ Equorum.* Erat porta Fontis et Equorum inter Sion et Moria, in voragine Mello, contra orientem posita. Dicta est Fontis et Equorum, quod juxta illam esset equile regis, et quod equi per illam educerentur adaquationis gratia ad torrentem Cedron. Hactenus dicta significant Ecclesiam Christi quaquaversum propagandam. — *Sanctum Domini.* Scilicet erunt. Hæc omnia loca quibus, ut dixi, significatur Ecclesia, sancta Domino erunt. Vere etiam sancta sunt, ut sonant verba, ea loca quæ pie visunt peregrini christianorum, mons Calvariæ, sepulcrum Christi, etc. — *Non evelletur.* Quia Ecclesia perpetuo stabit.

Cap. XXXII. — 1. *Anno decimo.* Cum jam Jerusalem per unum annum obsessa fuisset. Cœpit enim obsidio anno nono Sedeciæ, IV. Reg., 25, 1.

2. *In atrio carceris.* Vel est hypallage, ordo inversus, ut sensus sit, in carcere atrii : vel significatur Jeremiam non in ipso carcere, sed in ejus vestibulo habitum fuisse aliquanto laxius quam cæteri, fortasse quod sacerdos esset; et quod Judæi et ipse Sedecias eum consulerent.

3. *Clauserat.* Hæc verba usque ad versiculum sextum quasi per parenthesim inseruntur; ut explicetur causa propter quam Jeremias in carcerem conjectus est.

4. Et Sédécias, roi de Juda, ne pourra échapper de la main des Chaldéens : mais il sera livré entre les mains du roi de Babylone; sa bouche parlera à sa bouche, et ses yeux verront ses yeux.

5. Et Sédécias sera mené à Babylone, où il demeurera jusqu'à ce que je le visite, dit le Seigneur? Que si vous entreprenez de combattre contre les Chaldéens, vous n'en aurez aucun bon succès.

6. Or Jérémie dit : Le Seigneur m'a parlé et m'a dit :

7. Hananéel, votre cousin-germain, fils de Sellum, vient vous trouver pour vous dire : Achetez mon champ qui est à Anathoth, parce que c'est vous qui avez le droit de l'acheter, comme étant le plus proche parent *que j'aie;*

8. Et Hananéel, fils de mon oncle, vint me trouver dans le vestibule de la prison, selon la parole du Seigneur, et me dit : Achetez mon champ qui est à Anathoth, en la terre de Benjamin, car cet héritage vous appartient, c'est vous qui avez droit de l'acheter, comme étant le plus proche parent. Or, je compris que ceci se faisait par un ordre du Seigneur.

9. J'achetai donc d'Hananéel, fils de mon oncle, le champ qui est à Anathoth, et je lui en donnai l'argent au poids, sept sicles et dix pièces d'argent.

10. J'en écrivis le contrat, et je le signai en présence de témoins, et je lui pesai son argent dans la balance.

11. Et je pris le contrat de l'acquisition, si-

4. Et Sedecias rex Juda non effugiet de manu Chaldæorum; sed tradetur in manus regis Babylonis; et loquetur os ejus cum ore illius, et oculi ejus oculos illius videbant.

5. Et in Babylonem ducet Sedeciam; et ibi erit donec visitem eum, ait Dominus : Si autem dimicaveritis adversum Chaldæos, nihil prosperum habebitis.

6. Et dixit Jeremias : Factum est verbum Domini ad me, dicens :

7. Ecce Hananeel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens : Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth; tibi enim competit ex propinquitate ut emas.

8. Et venit ad me Hananeel filius patrui mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, et ait ad me : Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Benjamin; quia tibi competit hæreditas, et tu propinquus es ut possideas. Intellexi autem quod verbum Domini esset.

9. Et emi agrum ab Hananeel filio patrui mei qui est in Anathoth; et appendi ei argentum septem stateres, et decem argenteos.

10. Et scripsi in libro, et signavi, et adhibui testes; et appendi argentum in statera.

11. Et accepi librum possessionis si-

7. *Ex propinquitate ut emas.* D'après la loi, le plus proche parent avait droit de rachat sur les biens que l'un de ses proches aurait vendus à un autre (Lev., XXV, 15).

8. *Quod verbum Domini esset.* C'était encore une prophétie par action, qui avait pour but de graver dans l'esprit des Juifs cette pensee; c'est que s'il était vrai qu'ils devaient être chassés de leur pays et emmenés captifs à Babylone, il n'était pas moins certain qu'ils en reviendraient, qu'ils posséderaient de nouveau leurs terres, et qu'alors chacun pourrait faire valoir ses titres de propriété.

10. *Et appendi argentum.* On encore l'argent, le poids seul en déterminait la valeur, parce qu'on n'avait pas encore de monnaie frappée au coin. Le prix de ce champ représentait environ 28 fr. de notre monnaie.

---

5. *Donec visitem.* Verbum visitandi accipitur in bonam partem, id est, donec eum a captivitate revocem. — *Eum.* Non Sedeciam, sed populum cujus caput erat Sedecias, qui in exilio mortuus est. Ponitur caput pro corpore; sic Christus accipitur pro Ecclesia, ut cum dicitur : *Saule, Saule, quid me persequeris?* Act., 9, 4. * Si de Sedecia hæc verba accipiantur, sensus erit, donec eum mortali vitæ eximam.

6. *Et dixit Jeremias.* Finita jam parenthesi, hæc nectenda sunt cum versiculo primo.

7. *Patruelis tuus.* Sellum et Helcias pater erat Jeremiæ, Sellum autem Hanameel, ut hic dicitur. Itaque Jeremias et Hanameel erant patrueles. — *Veniet ad te.* Injecit Deus Hanameeli mentem vendendi agrum urbe obsessa, cum res essent deploratæ, ita ut nemo emptur us videretur; injecit pariter Jeremiæ mentem emendi, ut hac emptione portenderet et prædiceret futuram e captivitate liberationem et reditum in Judæam. — *Eme... agrum.* Habere poterant Levitæ prædia suburbana circa urbem ad mille passus, ad hortos et pascua pecorum. Petit autem a Jeremia ut emat, quia possessiones extra tribum et familiam vendi non poterant, et hoc est quod ait : *Tibi enim competit ex propinquitate ut emas.* * Licet autem Levit., 25, 34, vetentur vendi suburbana Levitarum, intelligendum hoc est de extraneis et alterius tribus, vel familiæ, non de propinquis; qualis erat Jeremias.

8. *Secundum verbum Domini.* Quemadmodum dixerat mihi Dominus. — *Posside.* Eme. — *Intellexi... quod verbum Domini esset.* Quod vellet Dominus ita fieri.

9. *Septem stateres, et decem argenteos.* Septemdecim stateres argenteos. Solent enim Hebræi numerum minorem majori præponere. Stater idem est quod siclus. * Itaque totum pretium fuit 68 juliorum romanorum. Tam vili pretio venditur ager, quia cum omnia essent hostibus infesta, et jamjam capienda esset civitas, pauci aut nulli emptores inveniebantur. Potuit etiam parvus esse agellus et sterilis; vel septemdecim sicli fuerunt pars tantum pretii, non totum.

10. *In libro.* Librum vocat instrumentum contractus emptionis agri. — *Signavi.* Sigillo publico; forte etiam propria manu subscribendo. — *Appendi argentum in statera.* Pecunia enim pondus suum auctoritate publica constitutum habere debet.

11. *Librum possessionis* Instrumentum emptionis. Sic supra, n. 8 dictum est, *posside*, pro *eme.* — *Stipulationes.* Stipulationem contractus, quæ libro possessionis, de quo dictum est, continebatur. — *Rata.* Ratificationes magistratuum et testium, et omnes solemnitates quæ adhiberi solebant ut validi essent contractus. — *Signa forinsecus.* Sigillo extrinsecus adhi-

gnatum, et stipulationes, et rata, et signa forinsecus.

12. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filii Maasiæ, in oculis Hananeel patruelis mei, in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis; et in oculis omnium Judæorum qui sedebant in atrio carceris.

13. Et præcepi Baruch coram eis, dicens :

14. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, et librum hunc qui apertus est; et pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis.

15. Hæc enim dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Adhuc possidebuntur domus, et agri, et vineæ in terra ista.

16. Et oravi ad Dominum, postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens :

17. Heu, heu, heu, Domine Deus, ecce tu fecisti cœlum et terram in fortitudine tua magna, et in brachio tuo extento, non erit tibi difficile omne verbum :

18. *a* Qui facis misericordiam in millibus, et reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos : Fortissime, magne, et potens, Dominus exercituum nomen tibi. [a *Exod.* 34. 7.]

19. Magnus consilio, et incomprehensibilis cogitatu; cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum vias suas, et secundum fructum adinventionum ejus.

20. Qui posuisti signa et portenta in terra Ægypti usque ad diem hanc, et in Israel, et in hominibus, et fecisti tibi nomen sicut est dies hæc.

gné avec ses clauses, selon les ordonnances de la loi, et avec le sceau qu'on avait mis au dehors.

12. Et je donnai ce contrat d'acquisition à Baruch, fils de Néri, fils de Maasias, en présence d'Hananéel, mon cousin-germain, et des témoins dont les noms étaient écrits dans le contrat d'acquisition, et aux yeux de tous les Juifs qui étaient assis dans le vestibule de la prison.

13. Et je donnai cet ordre à Baruch devant tout le monde, et je lui dis :

14. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Prenez ces contrats; ce contrat d'acquisition qui est cacheté; et cet autre qui est ouvert; et mettez-les dans un pot de terre, afin qu'ils se puissent conserver longtemps.

15. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : On achètera encore des maisons, des champs et des vignes en cette terre.

16. Et après avoir donné le contrat d'acquisition à Baruch, fils de Néri, je priai le Seigneur, en disant :

17. Hélas! hélas! hélas! Seigneur mon Dieu, c'est vous qui avez fait le ciel et la terre par votre grande puissance et par la force invincible de votre bras. Rien ne vous peut être difficile.

18. C'est vous qui faites miséricorde dans la suite de mille générations, qui rendez l'iniquité des pères dans le sein des enfants qui leur succèdent. C'est vous qui êtes le fort, le grand et le puissant. Le Seigneur des armées est votre nom.

19. Vous êtes grand dans vos conseils et incompréhensible dans vos pensées. Vos yeux sont ouverts sur toutes les voies des enfants d'Adam, pour rendre à chacun selon sa conduite et selon le fruit de ses œuvres et de ses pensées.

20. C'est vous qui avez fait jusqu'à ce jour des signes et des prodiges dans l'Egypte, dans Israël, et parmi tous les hommes : et qui avez rendu votre nom aussi grand qu'il est aujourd'hui.

14. *Sume libros istos.* Les contrats se faisaient en double. Celui qui était scellé et que le Prophète ordonne de garder avec un grand soin, était la pièce authentique. C'est ainsi que parmi nous il y a aussi un double instrument, la minute et la grosse.

---

bito. * Locum hunc aliqui ita vertunt : *Accepi instrumentum venditionis signatum secundum leges et mores, et apertum.* D. Hieronymus rem sic explicat : *Ut assumat libros, unum signatum, alterum apertum, quæ emptionum consuetudo hucusque servatur, ut quod intrinsebus clausum signacula continent, hoc legere cupientibus apertum volumen exhibeat.*

12. *In oculis omnium Judæorum.* Propterea dedit omnibus præsentibus, ut eo facto omnibus ostenderet tam certam et exploratam se habere Judæorum restitutionem, ut eadem securitate, iisdem ceremoniis, emptionis contractum celebraret, ac si ab exilio Babylonis rediissent.

14. *In vase fictili.* Testaceo, ne humore corrumpantur, sed ut eos integros inveniamus cum ex captivitate revertemur. Quare simul indicat tempus captivitatis fore longum, et reditum futurum certum.

15. *Adhuc possidebuntur.* Adhuc ementur post reditum e captivitate.

17. *In brachio tuo extento.* Idem est quod dixerat, *in fortitudine tua magna.* — *Omne verbum.* Ulla res.

18. *Qui facis misericordiam in millibus.* In mille generationes. — *Et reddis iniquitatem.* Punis peccata patrum in filiis, ut minatus es Exod., 34, 7; et Deut., 5, 9. Vide ibi dicta.

19. *Incomprehensibilis cogitatu.* In Hebræo est, *multus opere*, vel *adinventione.* LXX, *potens operibus.* Loquitur proprie propheta de incomprehensibilitate non essentiæ et substantiæ Dei, sed consiliorum et operum ejus. — *Cujus oculi aperti sunt super omnes.* Cujus oculi vident quidquid homines agunt. — *Adinventionum.* Cogitationum, consiliorum et operum.

20. *Usque ad diem hanc.* Quæ usque ad hodiernam diem commemorabitur. — *Sicut est dies hæc.* Sicut apparet hodie.

21. C'est vous qui avez tiré votre peuple d'Israël de l'Egypte par des miracles et des prodiges, avec une main forte et un bras étendu, et dans la terreur de vos jugements.

22. Vous leur avez donné cette terre, selon que vous aviez juré à leurs pères de leur donner une terre où couleraient des ruisseaux de lait et de miel.

23. Ils y sont entrés, et ils l'ont possédée. Et ils n'ont point obéi à votre voix, ils n'ont point marché dans votre loi, ils n'ont point fait toutes les choses que vous leur aviez commandées : et tous ces maux sont tombés sur eux.

24. Voilà la ville qui est tout environnée des travaux qui ont été élevés contre elle pour la prendre; et elle a été livrée entre les mains des Chaldéens qui l'assiégent, étant abandonnée à l'épée, à la famine et à la peste; de sorte que tout ce que vous lui avez prédit lui est arrivé comme vous le voyez vous-même!

25. Et après cela, Seigneur, mon Dieu; vous me dites : Achetez un champ avec de l'argent, en présence de témoins, quoique cette ville ait été livrée entre les mains des Chaldéens.

26. Alors le Seigneur parla à Jérémie, et lui dit :

27. C'est moi qui suis le Seigneur, le Dieu de toute chair. Y a-t-il rien qui me soit difficile?

28. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur : Je vais abandonner cette ville entre les mains des Chaldéens, entre les mains du roi de Babylone. Ils la prendront,

29. Et les Chaldéens viendront attaquer cette ville; ils y mettront le feu et la brûleront, et ils réduiront en cendres ces maisons sur le haut desquelles on sacrifiait à Baal, et on faisait des oblations à des dieux étrangers pour m'irriter.

30. Car les enfants d'Israël et les enfants de Juda dès leur jeunesse commettaient sans cesse le mal devant mes yeux; les enfants d'Israël, *dis-je*, qui, jusqu'aujourd'hui ne cessent point de m'irriter par l'ouvrage de leurs mains, dit le Seigneur.

31. Cette ville est devenue l'objet de ma fureur et de mon indignation, depuis le jour qu'elle a été bâtie jusqu'au jour que je l'exterminerai de devant ma face.

32. A cause des maux que les enfants d'Israël et les enfants de Juda y ont commis pour m'irriter, eux et leurs rois, leurs princes, leurs prêtres et leurs prophètes, les habitants de Juda et de Jérusalem.

33. Ils m'ont tourné le dos, et non le visage, lorsque je prenais un grand soin de les instruire et de les corriger; et ils n'ont voulu ni m'écouter, ni recevoir le châtiment.

21. Et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti, in signis, et in portentis, et in manu robusta, et in brachio extento, et in terrore magno.

22. Et dedisti eis terram hanc quam jurasti patribus eorum, ut dares eis terram fluentem lacte et melle.

23. Et ingressi sunt, et possederunt eam, et non obedierunt voci tuæ, et in lege tua non ambulaverunt : omnia quæ mandasti eis ut facerent, non fecerunt; et evenerunt eis omnia mala hæc.

24. Ecce munitione exstructæ sunt adversum civitatem, ut capiatur; et urbs data est in manus Chaldæorum qui prœliantur adversus eam a facie gladii, et famis, et pestilentiæ; et quæcumque locutus es acciderunt, ut tu ipse cernis.

25. Et tu dicis mihi, Domine Deus : Eme agrum argento, et adhibe testes; cum urbs data sit in manus Chaldæorum?

26. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens :

27. Ecce ego Dominus Deus universæ carnis; numquid mihi difficile erit omne verbum?

28. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego tradam civitatem istam in manus Chaldæorum, et in manus regis Babylonis, et capient eam.

29. Et venient Chaldæi prœliantes adversum urbem hanc, et succendent eam igni, et comburent eam, et domos in quarum domatibus sacrificabant Baal, et libabant diis alienis libamina ad irritandum me.

30. Erant enim filii Israel, et filii Juda jugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua; filii Israel qui usque nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit Dominus.

31. Quia in furore et indignatione mea facta est mihi civitas hæc, a die qua ædificaverunt eam, usque ad diem istam qua auferetur de conspectu meo.

32. Propter malitiam filiorum Israel, et filiorum Juda, quam fecerunt ad iracundiam me provocantes, ipsi et reges eorum, principes eorum, et sacerdotes eorum, et prophetæ eorum, viri Juda et habitatores Jerusalem.

33. Et verterunt ad me terga et non facies, cum docerem eos diluculo, et erudirem, et nollent audire ut acciperent disciplinam.

---

24. *A facie gladii, et famis, et pestilentiæ.* Gladio, fame et peste.

27. *Omne verbum.* Res quælibet.

29. *Domatibus.* Tectis planis, ut sæpe supra dictum est.

30. *In opere manuum suarum.* Idolis quæ manibus suis fabricaverunt.

31. *In furore.* Ad furorem. Quasi dicat : Videtur Jerusalem facta ad hoc, ut furorem meum in eam ostendam; vel est ejusmodi, ut nunquam desistat me ad furorem et indignationem provocare. — *A die qua ædificaverunt.* Instauraverunt, auxerunt, ornaverunt eam Salomon et Judæi; non enim primum a Judæis Jerusalem ædificata est.

33. *Cum docerem eos diluculo.* In hebræo est *mane surgendo*, id est, magno studio ac diligentia. Vide supra, c. 29, n. 19. — *Ut acciperent disciplinam.* Ut moniti et castigati meliores fierent : sic supra, c. 2, n. 30.

34. *a* Et posuerunt idola sua in domo in qua invocatum est nomen meum, ut polluerint eam. [a *IV. Reg.* 31. 4.]

35. Et ædificaverunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filii Ennom, ut initiarent filios suos et filias suas Moloch; quod non mandavi eis, nec ascendit in cor meum, ut facerent abominationem hanc, et in peccatum deducerent Judam.

36. Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus, Deus Israel ad civitatem hanc de qua vos dicitis quod tradetur in manus regis Babylonis in gladio, et in fame et in peste.

37. Ecce ego congregabo eos de universis terris ad quas ejeci eos in furore meo, et in ira mea, et in indignatione grandi; et reducam eos ad locum istum, et habitare eos faciam confidenter.

38. Et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum.

39. Et dabo eis cor unum, et viam unam, ut timeant me universis diebus; et bene sit eis, et filiis eorum post eos.

40. Et feriam eis pactum sempiternum, et non desinam eis benefacere, et timorem meum dabo in corde eorum ut non recedant a me.

41. Et lætabor super eis, cum bene eis fecero; et plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo et in tota anima mea.

42. Quia hæc dicit Dominus : Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande; sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos.

43. Et possidebuntur agri in terra ista de qua vos dicitis quod deserta sit; eo quod non remanserit homo et jumentum, et data sit in manus Chaldæorum.

44. Agri ementur pecunia, et scribentur in libro, et imprimetur signum, et testis adhibebitur; in terra Benjamin, et

34. Ils ont mis des idoles dans la maison où mon nom a été invoqué, pour la profaner.

35. Ils ont bâti à Baal des autels qui sont dans la vallée du fils d'Ennom, pour sacrifier à Moloch leurs fils et leurs filles, quoique je ne le leur eusse point commandé, et qu'il ne me soit jamais venu dans l'esprit de les pousser à commettre cette abomination, et à porter ainsi Juda au péché.

36. Après cela néanmoins, voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël, à cette ville dont vous dites qu'elle sera livrée entre les mains du roi de Babylone, et abandonnée à l'épée, à la famine et à la peste :

37. Je rassemblerai ses habitants de tous les pays où je les aurai chassés dans l'effusion de ma fureur, de ma colère et de mon indignation : je les ramènerai en ce lieu, et je les y ferai demeurer dans une entière sûreté.

38. Ils seront mon peuple, et je serai leur Dieu.

39. Je leur donnerai à tous un même cœur, et je les ferai marcher dans la même voie, afin qu'ils me craignent tous les jours de leur vie, et qu'ils soient heureux, eux et leurs enfants.

40. Je ferai avec eux une alliance éternelle, je ne cesserai point de les combler de bienfaits, et j'imprimerai ma crainte dans leur cœur, afin qu'ils ne se retirent point de moi.

41. Je trouverai en eux ma joie, lorsque je leur aurai fait du bien, je les établirai en cette terre, dans la vérité, avec toute l'effusion de mon cœur et de mon âme.

42. Car voici ce que dit le Seigneur : Comme j'ai affligé ce peuple par tous ces grands maux, je les comblerai de même de tous les biens que je leur promets maintenant.

43. Et l'on possédera de nouveau des champs dans cette terre, dont vous dites qu'elle est toute déserte, n'y étant demeuré ni homme ni bête, parce qu'elle a été livrée entre les mains des Chaldéens.

44. On y achètera des champs, on en écrira les contrats, et on y mettra le sceau en présence de témoins, dans la terre de Benjamin, et aux

37. *Ecce ego congregabo.* Comme tous les ministres du Seigneur, Jérémie était en proie à de grandes douleurs. Il se voyait jeté en prison, et ses concitoyens ne lui épargnaient pas les plus durs reproches. Pour le dédommager, le Seigneur le visite dans sa prison, et s'applique à le consoler, en lui faisant une des plus douces révélations qu'il lui ait communiquées. Il lui découvre le bonheur des Juifs après la captivité, et dans ce bonheur, il lui montre la joie de l'humanité régénérée par Jésus-Christ.

---

34. *In qua invocatum est nomen meum.* Quæ de nomine meo, cui dicata est, vocatur domus Dei. Alludit ad factum Manassis IV. Reg., 21, 4 et 5.

35. *Baal.* Baali. — *In valle filii Ennom.* In Topheth, ut c. 7, 31, 32; et c. 19, 2. — *Initiarent.* Certo ritu, et notis per ignem inustis, obsequio et cultui Moloch consecrarent. — *Nec ascendit in cor meum.* Nunquam cogitavi. Notus hebraismus.

36. *Propter ista.* Id est, nihilominus. Vel ne forte considerata peccatorum istorum magnitudine, putent se nunquam ab exilio liberandos.

37. *Congregabo.* E Babylone congregatos Judæos reducam in Judæam per Zorobabel. Simul significatur liberatio e captivitate peccati, et deductio ad Ecclesiam per Christum.

39. *Cor unum.* Faciendo ut idem omnes sentiant et velint. — *Viam unam.* Faciendo ut una sit omnibus vivendi ratio Deum verum timentibus et colentibus, nec idolis servientibus.

40. *Pactum sempiternum.* Evangelium quod nunquam abrogabitur, sicut abrogatum est pactum et lex mosaica.

41. *Et lætabor.* Jucundum mihi erit benefacere eis. — *In veritate* LXX, *in fide*, id est vere et fideliter, sine fuco aut dolo. — *In toto corde meo.* Nullo remanente veterum offensionum vestigio, aut peccatorum memoria.

43. *Possidebuntur agri.* Ementur et vendentur agri post reditum ex Babylone, in cujus rei signum ego hunc agrum emo et possideo.

44. *Convertam.* Reducam.

environs de Jérusalem, dans les villes de Juda, dans les villes qui sont sur les montagnes, dans les villes qui sont dans la plaine, et dans les villes qui sont vers le midi, parce que je ferai revenir tous les captifs, dit le Seigneur.

in circuitu Jerusalem, in civitatibus Juda, et in civitatibus montanis, et in civitatibus campestribus, et in civitatibus quæ ad austrum sunt; quia convertam captivitatem eorum, ait Dominus.

CHAPITRE XXXIII.

Promesses du retour de Juda. Nouveau germe de la race de David.

1. Le Seigneur parla une seconde fois à Jérémie, lorsqu'il était encore enfermé dans le vestibule de la prison, et il lui dit :

2. Voici ce que dit le Seigneur, qui fera ce qu'il a dit, qui le dispose et le prépare par avance; son nom est le Seigneur :

3. Criez vers moi, et je vous exaucerai; et je vous annoncerai des choses grandes et certaines que vous ne savez pas.

4. Car voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël, aux maisons de cette ville, aux maisons du roi de Juda qui ont été détruites, aux fortifications et à l'épée,

5. De ceux qui viennent combattre contre les Chaldéens pour remplir cette ville de corps morts, *des corps* de ceux que j'ai frappés dans ma fureur et dans mon indignation, ayant détourné mon visage de cette ville, à cause de toutes les méchancetés de ses habitants.

6. Je refermerai leurs plaies, et je les guérirai; et je les ferai jouir de la paix qu'ils me demandent; et de la vérité *des promesses que je leur ai faites.*

7. Je ferai revenir les captifs de Juda et les captifs de Jérusalem, et je les rétablirai comme ils étaient au commencement.

8. Je les purifierai de toutes les iniquités qu'ils ont commises contre moi, et je leur pardonnerai tous les péchés par lesquels ils m'ont offensé et m'ont méprisé.

9. Toutes les nations de la terre qui entendront parler de tous les biens que je leur aurai faits en relèveront mon nom avec joie, et m'en loueront avec des cris de réjouissance : ils seront ef-

1. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam secundo, cum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens :

2. Hæc dicit Dominus qui facturus est, et formaturus illud, et paraturus, Dominus nomen ejus.

3. Clama ad me, et exaudiam te; et annuntiabo tibi grandia, et firma quæ nescis.

4. Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos urbis hujus, et ad domos regis Juda quæ destructæ sunt, et ad munitiones, et ad gladium,

5. Venientium ut dimicent cum Chaldæis, et impleant eas cadaveribus hominum quos percussi in furore meo et in indignatione mea, abscondens faciem meam a civitate hac, propter omnem malitiam eorum.

6. Ecce ego obducam eis cicatricem et sanitatem, et curabo eos; et revelabo illis deprecationem pacis et veritatis.

7. Et convertam conversionem Juda, et conversionem Jerusalem; et ædificabo eos sicut a principio.

8. Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccaverunt mihi; et propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, et spreverunt me.

9. Et erit mihi in nomen, et in gaudium, et in laudem, et in exultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, quæ ego facturus sum eis :

Cap. XXXIII. — 1. *Secundo.* Postquam scilicet erat in carcere; nam prius sæpius illi factum fuerat. — *In atrio carceris.* Vide dicta superiori capite, n. 20.

2. *Qui facturus est... illud.* Facturus et effectum daturus id quod promisit. LXX habent, *faciens terram et formans eam*, id est, Jerusalem et Judæam reficiens et restaurans.

3. *Clama ad me.* Ad impetrandum reditum e captivitate. — *Firma.* In hebræo est, *fortia*, id est, res arduas et difficiles, quas nisi me revelante comprehendere non poteris.

4. *Ad domos.* De domibus. — *Ad munitiones.* De munitionibus quas Judæi subversis domibus excitarunt, ut in eis machinas bellicas erigerent contra Chaldæos. — *Et ad gladium.* Et de gladiis et viris armatis urbem propugnantibus.

5. *Ut... impleant eas cadaveribus.* Particula *ut* non significat causam, sed eventum; non enim propterea venerant ut cadaveribus suis aggeres et fossas implerent. — *Faciem meam.* Favorem meum.

6. *Obducam eis cicatricem.* Cicatricem et vulnus Judæorum sanabo, reducens eos e captivitate. — *Sanitatam.* Reddam. — *Revelabo illis deprecationem pacis.* Ostendam eis, concedam eis pacem quam precibus postularunt. — *Veritatis.* Finem promissorum integre illis præstabo.

7. *Convertam conversionem.* Reducam captivitatem, ut supra, c. 30, n. 3, 18; et infra n. 11 et 26. — *Ædificabo eos.* Stabiliter constituam eos in Judæa. — *Sicut a principio.* Cum eos ex Ægypto in terram promissionis induxit et ibi stabilivit.

9. *Et erit.* Jerusalem et Ecclesia per Jerusalem significata. *In nomen.* Dei, ut sic per eam nominis Dei fama promulgetur inter gentes, quæ gaudebunt, laudabunt, et admiratione, et sacro timore et reverentia pavebunt, scilicet ad tantam Dei bonitatem et beneficentiam. — *Turbabuntur.* Timore etiam percellentur, intelligentes eum qui amicos suos tam multis bonis potuerit cumulare, posse etiam inimicos suos perdere. — *In omni pace.* In omni rerum prosperitate et affluentia; hoc enim significat pax apud Hebræos, ut Psal., 121, 7 : *Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.*

et pavebunt, et turbabuntur in universis bonis, et in omni pace, quam ego faciam eis.

10. Hæc dicit Dominus : Adhuc audietur in loco isto, (quem vos dicitis esse desertum, eo quod non sit homo nec jumentum in civitatibus Juda, et foris Jerusalem, quæ desolatæ sunt absque homine, et absque habitatore, et absque pecore).

11. Vox gaudii et vox lætitiæ, vox sponsi et vox sponsæ, vox dicentium : Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia ejus; et portantium vota in domum Domini; reducam enim conversionem terræ sicut a principio, dicit Dominus.

12. Hæc dicit Dominus exercituum : Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, et absque jumento, et in cunctis civitatibus ejus, habitaculum pastorum accubantium gregum.

13. In civitatibus montuosis, et in civitatibus campestribus, et in civitatibus quæ ad austrum sunt; et in terra Benjamin, et in circuitu Jerusalem, et in civitatibus Juda, adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus.

14. *a* Ecce dies veniunt, dicit Dominus; et suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israel et ad domum Juda. [a *Supr.* 23. 5. *seq.*]

15. In diebus illis, et in tempore illo, germinare faciam David germen justitiæ; et faciet judicium et justitiam in terra.

16. In diebus illis salvabitur Juda, et Jerusalem habitabit confidenter; et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

frayés et épouvantés de toutes les grâces que je leur ferai, et de l'abondance de la paix dont je les comblerai.

10. Voici ce que dit le Seigneur : Dans ce lieu dont vous dites qu'il est désert, parce qu'il n'y a plus ni homme ni bête dans les villes de Juda, dans les environs de Jérusalem qui sont désolés, sans hommes, sans habitants et sans troupeaux,

11. On y entendra encore des cris de joie et des chants de réjouissance, des cantiques de l'époux et de l'épouse mêlés aux voix de ceux qui diront : Bénissez le Seigneur des armées, parce que le Seigneur est bon, parce que sa miséricorde est éternelle. Et *on y entendra* la voix de ceux qui porteront leurs oblations dans la maison du Seigneur, parce que je ferai revenir tous les captifs de cette terre, et que je les rétablirai comme ils étaient dès le commencement, dit le Seigneur.

12. Voici ce que dit le Seigneur des armées : Dans ce lieu qui est désert, sans hommes et sans animaux, et dans toutes ces villes, il y aura encore des cabanes de pasteurs qui feront reposer leurs troupeaux.

13. Dans les villes qui sont sur les montagnes, dans les villes qui sont dans la plaine, dans les villes qui sont vers le midi, dans la terre de Benjamin, dans les environs de Jérusalem et dans les villes de Juda, les troupeaux passeront encore par les mains de ceux qui les comptent, dit le Seigneur.

14. Le temps vient, dit le Seigneur, que j'accomplirai les paroles favorables que j'ai données à la maison d'Israël et à la maison de Juda.

15. En ces jours-là et en ce temps-là je ferai sortir de David un germe de justice : car il agira selon l'équité, et la justice sur la terre.

16. En ces jours-là Juda sera sauvé, et Jérusalem habitera dans une entière assurance : et voici le nom qu'ils lui donneront : Le Seigneur qui est juste.

Cap. XXXIII. — 11. *Vox gaudii et vox lætitiæ.* Ces paroles ont eu leur premier accomplissement dans la tranquillité heureuse dont les Juifs jouirent pendant 300 ans, après leur retour de la captivité. Comme l'a dit Bossuet, toutes les ruines furent réparées, les villes et les bourgades magnifiquement rebâties, le peuple devint innombrable, les ennemis étaient à bas, l'abondance régnait dans les villes et dans la campagne; on y voyait la joie, le repos, et enfin tous les fruits d'une longue paix (*Discours sur l'histoire universelle*, IIe Part., chap. XIII).

15. *Germinare faciam David germen justitiæ.* Ce germe de justice était le Messie, qui devait être comme homme, fils de David (Matth., 2). Mais il devait être Dieu en même temps, l'auteur de notre justice, la cause de l'accomplissement de toutes les promesses divines (Cf. cap. XXIII, 6).

---

10. *Et foris Jerusalem.* Et plateis Jerusalem.

11. *Vox sponsi et vox sponsæ.* Lætas inibitis nuptias in Jerusalem, et maxime exultabitis in nuptiis Christi et Ecclesiæ. — *Confitemini Domino.* Hoc carmen intercalare cecinisse Judæos in reditu e Babylone patet Esdræ, lib. 1, c. 3. — *Vota.* Oblationes ex voto debitas, ut etiam victimas. — *Conversionem terræ.* Captivitatem terræ, ut ex hebræo habent Pagninus et Vatablus.

12. *Accubantium gregum.* Gregum qui præ ubertate pascuorum et saturitate in pascuis more suo procumbent, et quiete accubabunt.

13. *Transibunt greges ad manum numerantis.* Solet enim pastor vesperi, reducto grege ad caulas, in earum ostio oves dum transeunt numerare, ne forte illarum aliqua desideretur. Significatur vigil cura pastorum ecclesiasticorum, sollicitorum ne aliqua Christi ovis pereat.

14. *Suscitabo verbum bonum.* Implebo, evenire faciam verbum bonum, rem bonam, consolatoriam, prosperam, faustam, quam promisi.

15. *Germen justitiæ.* Filium justum, Christum Dominum : sic supra, c. 23, n. 5. Vide ibi dicta, ubi hunc et sequentem versiculum explicavimus.

17. Voici ce que dit le Seigneur : On ne verra point la tige de David manquer d'un homme qui soit assis sur le trône de la maison d'Israël ;

18. Et on ne verra point la race des prêtres et des lévites manquer d'un homme qui offre des holocaustes en ma présence, qui allume le feu de mon sacrifice, et qui égorge des victimes devant moi dans tous les temps ;

19. Le Seigneur parla encore à Jérémie, et lui dit :

20. Voici ce que dit le Seigneur : Si l'on peut rompre l'alliance que j'ai faite avec le jour, et l'alliance que j'ai faite avec la nuit, pour empêcher que le jour et la nuit ne paraissent chacun en son temps,

21. On pourra rompre aussi l'alliance que j'ai faite avec mon serviteur David, et empêcher qu'il ne naisse de lui un fils qui règne sur son trône, et que les lévites et les prêtres ne soient mes ministres.

22. Comme on ne peut compter les étoiles, ni mesurer tout le sable de la mer, je multiplierai aussi la race de mon serviteur David, et les lévites qui sont mes ministres.

23. Le Seigneur parla encore à Jérémie, et lui dit :

24. N'avez-vous point vu de quelle manière parle ce peuple, lorsqu'il dit : Les deux races que le Seigneur avait choisies ont été rejetées ? Ainsi ils méprisent mon peuple, et ils ne le considèrent plus comme formant encore une nation.

25. Voici ce que dit le Seigneur : Si l'alliance que j'ai faite avec le jour et avec la nuit, n'est pas ferme, et si les lois que j'ai données au ciel et à la terre ne sont pas stables,

26. J'abandonnerai aussi la postérité de Jacob et celle de mon serviteur David, et je ne pren-

17. Quia hæc dicit Dominus : Non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israel.

18. Et de sacerdotibus et de levitis non interibit vir a facie mea, qui offerat holocautomata, et incendat sacrificium, et cædat victimas omnibus diebus.

19. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens :

20. Hæc dicit Dominus : Si irritum potest fieri pactum meum cum die, et pactum meum cum nocte, ut non sit dies et nox in tempore suo ;

21. Et pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filius qui regnet in throno ejus, et levitæ et sacerdotes ministri mei.

22. Sicuti enumerari non possunt stellæ cœli, et metiri arena maris; sic multiplicabo semen David servi mei, et levitas ministros meos.

23. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens :

24. Numquid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens : Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abjectæ sunt; et populum meum despexerunt, eo quod non sit ultra gens coram eis?

25. Hæc dicit Dominus : Si pactum meum inter diem et noctem, et leges cœlo et terræ non posui;

26. Equidem et semen Jacob et David servi mei projiciam, ut non assumam

18. *Et de sacerdotibus.* Jésus-Christ, le fils de David, devait être tout à la fois, roi et prêtre et sa royauté, comme son sacerdoce, devait être éternelle.

20. *Si irritum potest fieri.* C'est ce qu'on appelle une supposition impossible. C'est ainsi que Virgile, dans ses *Eglogues*, assure Auguste de sa reconnaissance éternelle :

Ante leves ergo pascentur in æthere cervi...
Quam nostro illius labatur pectore vultus. (*Eglog.*, I, 60).

22. *Et levitas ministros meos.* Ces promesses sont un symbole qui ne trouve son accomplissement que dans la prospérité du règne et du sacerdoce de Jésus-Christ, également représenté par David, chef de la race royale, et par Lévi, chef de la race sacerdotale : en sorte que la prodigieuse multiplication de ces deux races, se trouve vérifiée dans la multitude des chrétiens et des prêtres mêmes de la loi nouvelle. Les chrétiens, étant tous la postérité spirituelle de Jésus-Christ, sont tous spirituellement avec Jésus-Christ, rois et prêtres de Dieu son Pere (I. Petr., II, 9) ; et les prêtres, étant aussi eux-mêmes cette postérité, participent à son sacerdoce d'une manière encore plus parfaite, ayant seuls le pouvoir d'en exercer extérieurement les fonctions (*Bible de Vence*).

26. *Ut non assumam de semine ejus.* Le Père de Carrières ajoute à sa traduction cette paraphrase : Or les lois que j'ai posées au ciel et à la terre sont immuables; ainsi les promesses que j'ai faites à David ne changeront point, et je les accomplirai très-certainement, car je ra menerai, etc.

---

17. *Non interibit.* Non deerit rex e semine David : hoc regnum tenuit Christus, qui spiritualiter in Ecclesia regnavit.

18. *Non interibit.* Non deerit, ut versu præcedenti. Significat, sicut regnum Christi, ita sacerdotium evangelicum fore perpetuum, et eucharistiæ sacrificium per holocausta et victimas legis significatum non defuturum.

20. *Si irritum potest fieri.* Sicut leges cœli, diei et noctis in suo ordine immobiliter perseverant : sic mea promissio immutata et rata permanebit.

22. *Semen David.* Christianos, quo Christus filius David spiritualiter genuit.

24. *Duæ cognationes.* Duæ familiæ, altera regia Davidis, altera sacerdotalis Aaronis. — *Et populum meum despexerunt.* Qui hoc dicunt, putantes jam non esse illi reges et pontifices ex duabus illis familiis. — *Eo quod non sit ultra gens* Quia putant eos non habere successionem et posteritatem. Vel ita ut videatur illis gens Judæorum vilis facta, et nullo loco habenda.

25. *Non posui.* Firmum, stabile et perpetuum feci.

26. *Conversionem eorum.* Captivitatem eorum ut supra, numero septimo.

de semine ejus principes seminis Abraham, Isaac, et Jacob; reducam enim conversionem eorum, et miserebor eis.

drai point de sa tige des princes de la race d'Abraham, d'Isaac et de Jacob : car je ramènerai leurs captifs et je leur ferai miséricorde.

CHAPITRE XXXIV.

Jugement de Dieu sur Sédécias. Châtiments qu'il exercera sur son peuple.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, et omnis exercitus ejus, universaque regna terræ, quæ erant sub potestate manus ejus, et omnes populi bellabant contra Jerusalem, et contra omnes urbes ejus, dicens :

2. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Vade, et loquere ad Sedeciam regem Juda; et dices ad eum : Hæc dicit Dominus : Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis, et succendet eam igni.

3. Et tu non effugies de manu ejus; sed comprehensione capieris, et in manu ejus traderis; et oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, et os ejus cum ore tuo loquetur, et Babylonem introibis.

4. Attamen audi verbum Domini, Sedecia, rex Juda : Hæc dicit Dominus ad te : Non morieris in gladio,

5. Sed in pace morieris, et secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te; sic comburent te; et væ Domine, plangent te : quia verbum ego locutus sum, dicit Dominus.

6. Et locutus est Jeremias propheta ad Sedeciam regem Juda universa verba hæc in Jerusalem.

7. Et exercitus regis Babylonis, pugnabat contra Jerusalem, et contra omnes civitates Juda, quæ reliquæ erant, contra Lachis, et contra Azecha; hæ enim supererant de civitatibus Juda, urbes munitæ.

8. Verbum, quod factum est ad Jere-

1. Lorsque Nabuchodonosor, roi de Babylone, avec toute son armée et tous les rois et tous les peuples de la terre qui étaient sous sa puissance faisaient la guerre contre Jérusalem et contre toutes les villes qui en dépendent, le Seigneur parla ainsi à Jérémie :

2. Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Allez, parlez à Sédécias, roi de Juda, et vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur : Je suis près d'abandonner cette ville entre les mains du roi de Babylone qui la brûlera;

3. Et vous ne pourrez vous-même échapper de ses mains : mais vous serez pris très-certainement, et vous serez livré en sa puissance; vos yeux verront les yeux du roi de Babylone, et vous lui parlerez bouche à bouche, et vous entrerez dans Babylone.

4. Néanmoins écoutez la parole du Seigneur, Sédécias, roi de Juda; voici ce que le Seigneur vous dit : Vous ne mourrez point par l'épée;

5. Mais vous mourrez en paix; on vous brûlera des parfums, comme on en a brûlé pour les rois vos prédécesseurs, et on fera le deuil pour vous en criant : Hélas! le prince n'est plus! Car j'ai prononcé cet arrêt, dit le Seigneur.

6. Et le prophète Jérémie dit tout ceci à Sédécias, roi de Juda, dans Jérusalem.

7. Cependant le roi de Babylone pressait Jérusalem et toutes les villes de Juda qui étaient restées *sous Sédécias*. Lachis et Azécha qui étaient deux villes fortes entre les villes de Juda, qui n'avaient pas encore été prises.

8. Voici ce que le Seigneur dit à Jérémie après

Cap. XXXIV. — 1. *Verbum quod factum est*. La prophétie précédente avait eu lieu dans la 10e année du règne de Sédécias. Celle-ci est antérieure d'une année. Jérusalem venait d'être investie par Nabuchodonosor et son armée; lorsque l'Eternel s'adressa à Jérémie et lui révéla le sort du roi de Juda.

7. *Contra Lachis, et contra Azecha*. Ces deux villes étaient dans la partie méridionale de la tribu de Juda. Lachis semble venir d'un mot arabe qui signifie *difficile*, pour dire sans doute forteresse difficile à prendre. Il en est parlé (Jos., X, 5, XV, 39; II. Par., XI, 9; IV. Reg., XVIII, 14-17; Isa., XXVI, 2, XXXVII, 8; Mic., I, 13; Néhem., XI, 30). Azécha vient d'un mot arabe qui signifie *bêcher*; elle était dans la plaine. Josué poursuivit jusqu'à Azécha les cinq rois chananéens ligués contre lui (Jos., X, 10, XV, 35). C'était une des villes les plus fortes de la Palestine.

8. *Fœdus cum omni populo*. En voyant Jérusalem assiégée, Sédécias revint un instant à de meilleurs sentiments. Depuis plus de huit ans, il irritait Dieu par une idolâtrie déclarée et par de scandaleuses profanations. Il ordonna au peuple de revenir à l'observation de la loi, d'abord relativement à l'année sabbatique, qui devait être pour les esclaves une année de délivrance (Exod., XXI, 2; Deut., XV, 12).

Cap. XXXIV. — 3. *Comprehensione capieris*. Certo ac sine dubio capieris.

5. *In pace*. Non violenta, sed naturali morte. — *Secundum combustiones*. Sic gentiles cadavera suorum comburebant. * Concedet hoc rex Babylonis, quod Joakimo non contigerat, supra, c. 22, 18. Aliqui ex hebræo vertunt, *comburent tibi*, scilicet aromata et odores incendent in funere tuo. Vide quæ de hoc ritu dixi in œconomicis, lib. 1, c. 30, n. 2. — *Væ Domine plagent te*. Vide dicta c. 22, n. 1.

* *Lachis*. Vide Josue, 10, 31, et II. Paral., 11, 9.

8. *Percussit... fœdus*. Vel promittens generatim quod divinam legem esset servaturus,

que Sédécias, roi de Juda, eut fait un pacte avec tout le peuple dans Jérusalem,

9. En publiant que chacun renvoyât libres son serviteur et sa servante qui étaient du peuple hébreu, et qu'ils n'exerçassent point sur eux leur domination, puisqu'ils étaient leurs frères, et Juifs comme eux.

10. Tous les princes et tout le peuple écoutèrent donc le roi, et s'obligèrent à renvoyer libres leurs serviteurs et leurs servantes, et à ne les traiter plus à l'avenir comme des esclaves. Ils obéirent et ils les renvoyèrent libres.

11. Mais ils changèrent ensuite de résolution; ils reprirent leurs serviteurs et leurs servantes, à qui ils avaient donné la liberté, et ils les assujétirent de nouveau au joug de la servitude.

12. Alors le Seigneur parla à Jérémie, et lui dit :

13. Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : J'ai fait alliance avec vos pères au jour que je les ai tirés de l'Egypte de la maison de servitude, et je leur ai dit :

14. Lorsque sept ans seront accomplis, que chacun renvoie son frère qui est Hébreu, qui lui aura été vendu; qu'il le renvoie, dis-je libre après qu'il l'aura servi pendant six ans. Mais vos pères ne m'ont point écouté, et ils ne se sont point soumis à ce que je leur disais.

15. Et pour vous, vous vous étiez tournés vers moi aujourd'hui; vous aviez fait ce qui était juste devant mes yeux, en publiant que chacun donnerait la liberté à son frère, et vous avez fait cet accord devant moi dans la maison dans laquelle mon nom a été invoqué.

16. Mais après cela vous avez changé de pensée, et vous avez déshonoré mon nom en reprenant chacun votre serviteur et votre servante que vous aviez renvoyés pour être libres et maîtres d'eux-mêmes; et vous les avez encore remis sous le joug, en les rendant vos esclaves.

17. Voici donc ce que dit le Seigneur : Vous ne m'avez point écouté pour donner la liberté chacun à son frère et à son ami. C'est pourquoi je vous déclare, dit le Seigneur, que je vous renvoie comme n'étant plus à moi, à l'épée, à la famine et à la peste; et que je vous rendrai

miam a Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Jerusalem,

9. Predicans ut dimitteret unusquisque servum suum, et unusquisque ancillam suam, Hebræum et Hebræam liberos; et nequaquam dominarentur eis, id est, in Judæo et fratre suo.

10. Audierunt ergo omnes principes et universus populus, qui inierant pactum ut dimitteret unusquisque servum suum, et unusquisque ancillam suam liberos, et ultra non dominarentur eis; audierunt igitur, et dimiserunt.

11. Et conversi sunt deinceps; et retraxerunt servos suos et ancillas suas, quos dimiserant liberos, et subjugaverunt in famulos et famulas.

12. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam a Domino, dicens :

13. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ego percussi fœdus cum patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de domo servitutis, dicens :

14. *a* Cum completi fuerint septem anni, dimittat unusquisque fratrem suum Hebræum, qui venditus est ei, et serviet tibi sex annis; et dimittes eum a te liberum. Et non audierunt patres vestri me, nec inclinaverunt aurem suam. [a *Exod.* 21. 2. *Deuter.* 15. 12.]

15. Et conversi estis vos hodie, et fecistis quod rectum est in oculis meis, ut prædicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum; et iniistis pactum in conspectu meo, in domo in qua invocatum est nomen meum super eam.

16. Et reversi estis, et commaculastis nomen meum; et reduxistis unusquisque servum suum, et unusquisque ancillam suam, quos dimiseratis ut essent liberi et suæ potestatis; et subjugastis eos ut sint vobis servi et ancillæ.

17. Propterea hæc dicit Dominus : Vos non audistis me, ut prædicaretis libertatem unusquisque fratri suo, et unusquisque amico suo; ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, et ad famem; et

11. *Et conversi sunt deinceps.* Ce qui les porta à changer de résolution, c'est que sur ces entrefaites, ils apprirent que le roi d'Egypte, Ophra, marchait à leur secours. Nabuchodonosor n'ayant pas voulu se laisser prendre, entre les Egyptiens d'un côté, et les assiégés de l'autre, avait levé le siége pour aller au devant du Pharaon. Les Juifs se crurent délivrés et revinrent à leurs errements.

---

vel peculiariter legem de servo septimo anno manumittendo, juxta legem Exod., 21, 2, et Deut., 15. 12, quam abrogaverat avaritia. Percussis autem fœdus de hoc præcepto servando, quia magis ad urgentem eo tempore necessitatem pertinebat, ut scilicet placatus Deus eos in servitutem non daret. — *Prædicans.* Voce præconis denuntians.

9. *Hebræum et Hebræam.* Quia de aliis Dei præceptum non intelligebatur.

11. *Conversi sunt.* Ab instituto et fœdere discesserunt voluntate mutata. — *Retraxerunt.* In servitutem.

15. *Conversi estis vos.* Cum conversi essetis, cum a peccato patrum vestrorum discessissetis. — *Amicum.* Proximum suum servum Hebræum, vel ancillam. — *In domo.* In templo, quod est domus mea, et nomine meo appellatur templum Domini.

16. *Commaculastis nomen meum.* Dedecore affecistis, violantes pactum quod interposito meo nomine jurejurando firmaveratis.

17. *Ut prædicaretis libertatem.* Ut vocaretis eos ad libertatem. LXX habent, *ut vocaret dimissionem unusquisque ad proximum suum.* — *Prædico vobis libertatem.* Manumittam vos, ut non sitis amplius servi mei, neque vos defendam, sed permittam in gladium, pestem et famem incidere. — *In commotionem.* Hebr. et LXX, *in dispersionem*, ut vagi, instabiles, timidi et trepidi vagemini et toto orbe spargamini.

dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

18. Et dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus; [*Gen.* 15. 10.]

19. Principes Juda et principes Jerusalem, eunuchi et sacerdotes, et omnis populus terræ, qui transierunt inter divisiones vituli;

20. Et dabo eos in manus inimicorum suorum, et in manus quærentium animam eorum; et erit morticinum eorum in escam volatilibus cœli, et bestiis terræ.

21. Et Sedeciam regem Juda, et principes ejus dabo in manus inimicorum suorum, et in manus quærentium animas eorum, et in manus exercituum regis Babylonis, qui recesserunt a vobis.

22. Ecce ego præcipio, dicit Dominus, et reducam eos in civitatem hanc, et præliabuntur adversus eam, et capient eam, et incendent igni; et civitates Juda dabo in solitudinem, eo quod non sit habitator.

errants et vagabonds par tous les royaumes de la terre.

18. Je livrerai les hommes qui ont violé leur alliance, qui n'ont point observé les paroles de l'accord qu'ils avaient fait en ma présence, en passant entre les moitiés d'un jeune bœuf qu'ils avaient coupé en deux.

19. *Et ces hommes sont* les princes de Juda, les princes de Jérusalem, les eunuques, les prêtres et tout le peuple de la terre *d'Israël*, qui ont passé entre les deux moitiés du jeune bœuf.

20. Je les livrerai entre les mains de leurs ennemis, entre les mains de ceux qui cherchent à leur ôter la vie; et leurs corps morts seront la pâture des oiseaux du ciel et des bêtes de la terre.

21. Et je livrerai Sédécias, roi de Juda, et ses princes, entre les mains de leurs ennemis, entre les mains de ceux qui cherchent à leur ôter la vie, et en la puissance des armées du roi de Babylone qui se sont retirées.

22. C'est moi qui l'ordonne, dit le Seigneur, *et* je les ramènerai devant cette ville. Ils l'assiégeront, ils la prendront et ils la brûleront. Je rendrai les villes de Juda une affreuse solitude, et il n'y aura plus personne pour y demeurer.

CHAPITRE XXXV.

L'obéissance des Réchabites mise en opposition avec l'infidélité des enfants de Juda.

1. Verbum quod factum est ad Jeremiam a Domino in diebus Joakim filii Josiæ, regis Juda, dicens:

2. Vade ad domum Rechabitarum; et loquere eis, et introduces eos in domum Domini in unam exedram thesaurorum, et dabis eis bibere vinum.

1. Voici la parole que le Seigneur adressa à Jérémie au temps de Joakim, fils de Josias, roi de Juda, lorsqu'il lui dit:

2. Allez à la maison des Réchabites, parlez-leur, et faites-les entrer dans la maison du Seigneur, dans l'une des chambres du trésor; et vous leur donnerez du vin à boire.

18. *Inter divisiones ejus.* Cela se faisait, pour marquer que l'on voulait être traité comme cet animal si l'on manquait aux engagements que l'on avait pris.

19. *Eunuchi et sacerdotes.* Dans l'Orient, on donnait ce nom aux officiers de la maison des princes, quoiqu'ils ne fussent pas toujours réellement eunuques.

21. *Qui recesserunt a vobis.* Jérémie annonçait ainsi aux Juifs que la retraite de Nabuchodonosor n'était que momentanée, qu'il triompherait des Egyptiens, qu'il reviendrait assiéger Jérusalem et qu'il la détruirait. Les Egyptiens furent en effet vaincus par les Chaldéens, le 7e jour du 1er mois de la 11e année de Sédécias, c'est-à-dire sur la fin de mars. Nabuchodonosor mit deux mois à les poursuivre, et reprit le siége de Jérusalem le 29e jour du 2e mois, 52 jours après la levée du premier siége.

Cap. XXXV. — 2. *Vade ad domum Rechabitarum.* Les Réchabites étaient des espèces de

---

18. *Vitulum.* Vox *vitulum* nectenda est cum particula illa, *non observaverunt*, ut sensus sit: non servaverunt pactum, quod cæso vitulo et diviso, etc., sanxerunt. De ritu hoc transeundi per divisiones vituli, vide dicta Gen., 15, n. 9 et 10.

20. *Quærentium animam eorum.* Postulantium et quærentium eos ad necem. — *Morticinum.* Cadaver eorum jacebit insepultum.

21. *Qui recesserunt a vobis.* Ad tempus, postea reversuri. Hoc dicit quia cum Chaldæi Jerusalem obsiderent, audientes Pharaonem Ægypti regem advenire, ut opem ferret Judæis, obsidionem solverunt, ut dicitur infra, c. 37, 4: postea autem redeuntes, urbem et Sedeciam ceperunt.

22. *Præcipio.* Chaldæis, ut ad obsidionem redeant. Dicitur Deus non solum facere, sed etiam præcipere id quod permittit fieri, ut sua providentia in bonum convertat; sic dixit David Deum præcepisse Semei ut sibi malediceret, II. Reg, 16, 10. — *Eo quod non sit.* Ita ut non sit.

Cap. XXXV. — 1. *In diebus Joakim.* Supra monui non servari in hoc volumine prophetiarum ordinem temporis; nam quæ hic narrantur prius acciderunt quam quæ superioribus capitibus tradita sunt. * Attexit autem hanc historiam multo ante actam, ut ostendat quam graviter peccent qui Dei jussa violant, ut illi fecerant qui populares suos in servitutem retraxerant.

2. *Rechabitarum.* Vide quæ dixi judicum, c. 1, n. 16; erant autem Rechabitæ filii, aut

3. Alors je pris Jézonias, fils de Jérémie, fils d'Habsanias, ses frères et tous ses fils, et toute la maison des Réchabites;

4. Et je les fis entrer dans la maison du Seigneur, dans la chambre du trésor où étaient les enfants d'Hanan, fils de Jégédélias, homme de Dieu, près de la trésorerie des princes, au-dessus de celle de Maasias, fils de Sellum, qui était le gardien du vestibule *du temple*.

5. Et je mis devant les enfants de la maison des Réchabites des tasses et des coupes pleines de vin, et je leur dis : Buvez du vin.

6. Ils me répondirent : Nous ne boirons point de vin, parce que Jonadab, notre père, fils de Réchab, nous a fait ce commandement : Vous ne boirez jamais de vin, ni vous ni vos enfants :

7. Vous ne bâtirez point de maisons, vous ne sémerez point de grains, vous ne planterez point de vignes; et vous n'en aurez point à vous; mais vous habiterez sous des tentes tous les jours de votre vie, afin que vous viviez longtemps sur la terre, dans laquelle vous êtes étrangers.

8. Nous avons donc obéi à Jonadab, notre père, fils de Réchab, dans toutes les choses qu'il nous a commandées; et nous n'avons point bu de vin tous les jours de notre vie, ni nous, ni nos femmes, ni nos fils, ni nos filles.

9. Nous n'avons point bâti de maisons pour y habiter, et nous n'avons point eu de vignes, ni de champs, ni de blés;

10. Mais nous avons habité sous des tentes, et nous avons obéi en toutes choses à ce que Jonadab, notre père, nous avait commandé.

3. Et assumpsi Jezoniam filium Jeremiæ filii Habsaniæ, et fratres ejus, et omnes filios ejus, et universam domum Rechabitarum;

4. Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan, filii Jegedeliæ hominis Dei, quod erat juxta gazophylacium principum, super thesaurum Maasiæ filii Sellum, qui erat custos vestibuli.

5. Et posui coram filiis domus Rechabitarum scyphos plenos vino, et calices; et dixi ad eos : Bibite vinum.

6. Qui responderunt : Non bibemus vinum; quia Jonadab filius Rechab, pater noster, præcepit nobis, dicens : non bibetis vinum, vos et filii vestri usque in sempiternum;

7. Et domum non ædificabitis, et sementem non seretis, et vineas non plantabitis nec habebitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, ut vivatis diebus multis super faciem terræ, in qua vos peregrinamini.

8. Obedivimus ergo voci Jonadab filii Rechab, patris nostri, in omnibus quæ precepit nobis, ita ut non biberemus vinum cunctis diebus nostris nos, et mulieres nostræ, filii, et filiæ nostræ;

9. Et non ædificaremus domos ad habitandum; et vineam, et agrum, et sementem non habuimus;

10. Sed habitavimus in tabernaculis, et obedientes fuimus juxta omnia quæ præcepit nobis Jonadab pater noster.

religieux, dont la règle, dit Fleury, semble avoir eu pour fondement les vœux des Nazaréens. L'auteur de cette règle fut Jonadab, fils de Réchab, qui vivait du temps de Jéhu, roi d'Israël, et du prophete Elisée. Il défendit à ses enfants de boire du vin, de bâtir des maisons, de semer, d'avoir des terres ni des vignes. Ils demeuraient donc sous des tentes, s'occupant apparemment, comme les Levites, à la nourriture du bétail, et imitant parfaitement la vie pastorale des patriarches; ils étaient mariés, et ils avaient conserve invariablement cette règle dans leur famille pendant près de deux siècles (*Mœurs des Israélites*, IIe Part., § XVII). Quand Nabuchodonosor, que son pere Nabopolassar avait associé à l'empire, pénétra en Judée avec ses armees innombrables, les Réchabites se réfugièrent à Jérusalem.

4. *Juxta gazophylacium principum.* Quelques interprètes croient que c'était la chambre où l'on conservait les présents faits aux princes. Mais l'hébreu peut se traduire simplement: près de la chambre des princes. Il est probable que c'etait la salle où les princes de Juda s'assemblaient dans des rencontres pareilles à celle qui est marquée au chap. XXVI, 10.

---

posteri Jonadab familiaris regis Jehu, IV. Reg., 10, 15. Jonadab autem filius fuerat Rechab, ut eodem loco dicitur, et hoc cap., n. 6. Rechab autem genus ducebat ex Jethro socero Mosis. Nominati sunt Rechabitæ a Rechab, qui in ea familia clarissimum fuit. I. Paral., 2, 55. — *In unam exedram.* Cubicula hæc erant, sive cellæ ædificatæ in appendicibus templi, ubi sedere et quiescere poterant sacerdotes et levitæ. Ibi etiam supellex et opes templi recondebantur; unde n. 4, exedra vocatur gazophylacium. — *Dabis eis bibere vinum.* Offeres illis vinum ut bibant.

4. *Ad gazophylacium.* Quod supra, n. 2, appellavit exedram. — *Hominis Dei.* Prophetæ. — *Gazophylacium principum.* Creditur inter alia cubicula, seu gazophylacia unum fuisse in quo principum dona servarentur. — *Super thesaurum.* Super gazophylacium, aut cubiculum; idem enim nomen est, quod noster interpres nunc exedram, nunc gazophylacium, nunc thesaurum varietatis causa vertit. — *Custos vestibuli.* In hebræo est *sciomer assaph.* Vox *saph*, limen significat, et omne vasorum genus; hinc duplex orta interpretatio; nam vulgatus vult fuisse custodem vestibuli, sive aditus templi : cum quo consentiunt LXX qui habent, του φυλασσοντος την ὁδον, *qui viam custodiebat :* alii vero volunt fuisse præfectum supellectilis templi et vasorum vinariorum : sic rabbi David.

6. *Quia Jonadab.* Egregium obedientiæ exemplum. Nam a Jonadab usque ad Joakim, quo tempore hæc facta sunt, trecenti circiter fluxerunt anni, quo tempore Rechabitæ nunquam vinum degustarunt.

7. *Vivatis diebus multis.* Vita longa, felici, pacifica et quieta. — *In qua vos peregrinamini.* Tum quia Rechabitæ, ut pote posteri Jethro, erant peregrini in Israel, erant enim Madianitæ, non Israelitæ; tum quia terram sibi hospitium et exsilium, cœlum vero patriam æstimabant.

11. Cum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terram nostram, diximus : Venite, et ingrediamur Jerusalem a facie exercitus Chaldæorum, et a facie exercitus Syriæ; et mansimus in Jerusalem.

12. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens :

13. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Vade, et dic viris Juda, et habitatoribus Jerusalem : Numquid non recipietis disciplinam ut obediatis verbis meis, dicit Dominus?

14. Prævaluerunt sermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis suis ut non biberent vinum; et non biberunt usque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris sui; ego autem locutus sum ad vos, de mane consurgens et loquens, et non obedistis mihi.

15. Misique ad vos omnes servos meos prophetas, consurgens diluculo, mittensque et dicens : *a* Convertimini unusquisque a via pessima, et bona facite studia vestra; et nolite sequi deos alienos, neque colatis eos; et habitabitis in terra quam dedi vobis et patribus vestris; et non inclinastis autem vestram, neque audistis me. [a *Supr.* 18. 11. et 25. 5.]

16. Firmaverunt igitur filii Jonadab filii Rechab præceptum patris sui, quod præceperat eis; populus autem iste non obedivit mihi.

17. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Ecce ego adducam super Juda, et super omnes habitatores Jerusalem universam afflictionem, quam locutus sum adversum illos; eo quod locutus sum ad illos, et non audierunt; vocavi illos, et non responderunt mihi.

18. Domui autem Rechabitarum dixit Jeremias : Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Pro eo quod obedistis præcepto Jonadab patris vestri, et custodistis omnia mandata ejus, et fecistis universa quæ præcepit vobis;

19. Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Non deficiet

11. Mais Nabuchodonosor, roi de Babylone, étant venu dans notre pays, nous dîmes : Allons, entrons dans Jérusalem pour nous mettre à couvert de l'armée des Chaldéens et de l'armée *du roi* de Syrie. Et nous sommes demeurés dans Jérusalem.

12. Alors le Seigneur dit à Jérémie :

13. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Allez, dites au peuple de Juda et aux habitants de Jérusalem : Ne vous corrigerez-vous jamais? et n'obéirez-vous jamais à mes paroles? dit le Seigneur.

14. Les paroles de Jonadab, fils de Réchab, par lesquelles il commanda à ses enfants de ne point boire de vin, ont fait une telle impression sur eux, qu'ils n'en ont point bu jusqu'à cette heure, et ont toujours obéi au commandement de leur père. Mais pour moi je vous ai parlé, et je n'ai pas manqué de vous instruire de bonne heure, et cependant vous ne m'avez point obéi.

15. Je vous ai envoyé tous mes prophètes, mes serviteurs; je me suis hâté de vous les envoyer dès le point du jour, vous disant : Convertissez-vous, que chacun quitte sa voie corrompue; redressez vos affections; ne suivez point des dieux étrangers, et ne les adorez point, et vous habiterez dans la terre que je vous ai donnée et que j'avais donnée à vos pères. Et cependant vous n'avez point voulu m'écouter et vous avez refusé de m'obéir.

16. Ainsi les enfants de Jonadab, fils de Réchab, ont exécuté inviolablement l'ordre que leur père leur avait donné : mais ce peuple ne m'a point obéi.

17. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : Je ferai tomber sur Juda et sur tous les habitants de Jérusalem tous les maux que j'avais prédits devoir leur arriver; parce que je leur ai parlé, et ils ne m'ont point écouté, je les ai appelés, et ils ne m'ont point répondu.

18. Mais Jérémie dit à la maison des Réchabites : Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, parce que vous avez obéi au précepte de Jonadab, votre père, que vous avez gardé tout ce qu'il vous a ordonné, et que vous avez fait tout ce qu'il vous a commandé.

19. Voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : La race de Jonadab, fils de Ré-

13. *Hæc dicit Dominus*. Jérémie avait déjà eu recours à plusieurs actions symboliques, à sa ceinture, aux vases du potier, pour rendre ses menaces plus frappantes. Mais, comme le dit Mgr Plantier, ce n'est pas seulement à des objets inanimés et vulgaires, ce n'est pas seulement à des tableaux mécaniques que Jérémie emprunte des points de départ pour ses leçons et ses oracles, mais c'est encore à des faits de circonstances. Ainsi les Réchabites s'étant réfugiés à Jérusalem, il constate leur fidélité constante à leur règle, et c'est sur ce fait qu'il s'appuie pour reprocher aux Juifs leur peu de respect pour les lois du Très-Haut, moins sacrées à leurs yeux que ne le sont pour les Réchabites les testaments et les recommandations de leur instituteur (*Études sur les poètes bibliques*, tom. II, p. 11).

---

11. *Ad terram nostram*. In qua peregrini habitabamus. Non enim terram possidebant. — *Diximus*. Cogitavimus, consilium inivimus. — *A facie exercitus*. Propter exercitum.

14. *Prævaluerunt*. Plus ponderis habuerunt verba Jonadab apud filios suos, quam præcepta mea tam sæpe repetita et tanto studio commendata apud vos. Atqui ille homo erat, ego Deus. — *De mane consurgens*. Vide dicta supra, c. 26, n. 5.

16. *Firmaverunt*. Firmiter et constanter observaverunt; subditus enim observans legem patris, aut prælati, sua obedientia robur addit legi.

18. *Dixit Jeremias*. In persona Dei.

19. *Stans in conspectu meo*. Ipsa Rechabitarum pia vita et observantia, et quasi nazareatus vocatur hic statio sive ministerium Domini. Sic religiosi dicuntur coram Deo stare et illi servire suas leges servando.

chab, ne cessera point de produire des hommes qui se tiendront toujours en ma présence.

vir de stirpe Jonadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

CHAPITRE XXXVI.

Jérémie dicte ses prophéties à Baruch.

1. La quatrième année de Joakim, fils de Josias, roi de Juda, le Seigneur parla à Jérémie, et lui dit :

2. Prenez un livre, et écrivez-y tout ce que je vous ai dit contre Israël et contre Juda, et contre tous les peuples, depuis le temps du règne de Josias, où je vous ai parlé, jusqu'à cette heure.

3. Pour voir si lorsque ceux de la maison de Juda entendront tous les maux que je suis résolu de leur faire, ils abandonneront leurs voies criminelles, afin que je leur pardonne leur iniquité et leur péché.

4. Jérémie appela donc Baruch, fils de Nérias, et Baruch écrivit dans un livre toutes les paroles que le Seigneur avait dites à Jérémie, selon que Jérémie les lui dictait de vive voix.

5. Jérémie ensuite donna cet ordre à Baruch : Je suis enfermé, et je ne puis entrer dans la maison du Seigneur.

6. Entrez-y donc, vous; et prenant ce livre où vous avez écrit les paroles du Seigneur que je vous ai dictées, vous les lirez devant le peuple dans la maison du Seigneur, au jour du jeûne, et vous les lirez aussi devant tous les habitants de Juda, qui viennent de leurs villes.

7. Pour voir s'ils se prosterneront avec une humble prière devant le Seigneur, et si chacun reviendra de sa voie corrompue, parce que le Seigneur a parlé contre ce peuple dans son indignation et dans sa grande fureur.

8. Baruch, fils de Nérias, exécuta tout ce que le prophète Jérémie lui avait ordonné; et il lut dans ce livre les paroles du Seigneur dans la maison du Seigneur.

1. Et factum est in anno quarto Joakim filii Josiæ regis Juda; factum est verbum hoc ad Jeremiam a Domino, dicens :

2. Tolle volumen libri, et scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi adversum Israel et Judam, et adversum omnes gentes, a die qua locutus sum ad te ex diebus Josiæ usque ad diem hanc;

3. Si forte audiente domo Juda universa mala quæ ego cogito facere eis, revertatur unusquisque a via sua pessima; et propitius ero iniquitati, et peccato eorum.

4. Vocavit ergo Jeremias Baruch filium Neriæ; et scripsit Baruch ex ore Jeremiæ omnes sermones Domini quos locutus est ad eum, in volumine libri.

5. Et præcepit Jeremias Baruch, dicens : Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini.

6. Ingredere ergo tu, et lege de volumine, in quo scripsisti ex ore meo, verba Domini, audiente populo in domo Domini, in die jejunii; insuper et audiente universo Juda, qui veniunt de civitatibus suis, leges eis.

7. Si forte cadat oratio eorum in conspectu Domini, et revertatur unusquisque a via sua pessima; quoniam magnus furor et indignatio est quam locutus est Dominus adversus populum hunc.

8. Et fecit Baruch filius Neriæ, juxta omnia quæ præceperat ei Jeremias propheta, legens ex volumine sermones Domini in domo Domini.

Cap. XXXVI. — 1. *In anno quarto Joakim.* C'était l'an 605 avant Jésus-Christ, sur la fin de l'année. Nabuchodonosor s'était emparé de Jérusalem l'année précédente, et Jérémie se tenait caché pour ne pas tomber entre les mains de ses ennemis.

4. *Vocavit ergo Jeremias Baruch.* Baruch, d'après le témoignage de Josèphe était d'une naissance distinguée (*Ant.*, lib. X, c. II). Il s'était attaché à Jérémie et lui servait de secrétaire. Jérémie n'était pas en prison, mais Dieu le tenait caché, et peut-être aussi que le roi lui avait défendu de paraître dans le temple. C'est pour cela qu'il envoie Baruch.

6. *In die jejunii.* Ce jeûne fut publié le 9e mois, dans la 5e année du règne de Joakim. La loi n'en prescrivant point dans ce mois-là, on voit que c'était un jeûne extraordinaire que le roi, de concert avec les principaux de la nation, avait ordonné sans doute en souvenir de la catastrophe qui était arrivée l'année précédente. Sans revenir franchement au culte de leurs pères, les Juifs avaient de ces inspirations qui montraient que par moment, ils auraient voulu sortir de la voie mauvaise, mais ils n'avaient pas le courage d'exécuter leur dessein.

Cap. XXXVI. — 1. *Et factum est.* Postquam scilicet Joakim, re cum Nabuchodonosor composita, Babylone redierat, sed non ita secure quin adhuc Judæi metuerent Nabuchodonosoris reditum, quare ad eum avertendum indixerunt jejunium, n. 6.

2. *Volumen.* Hebr. *megilla*, significat convolutionem; olim enim liber instar mappæ geographicæ erat quasi una membrana ex variis membranis consuta, quæ in cylindrum convolvebatur; hoc est enim Hebræis *megilla*, et Latinis *volumen*.

4. *Ex ore Jeremiæ.* Dictante Jeremia.

5. *Ego clausus sum.* In carcere a Joakim, vel, ut alii interpretantur, sensus est : ego domi me contineo, ac delitesco metu Joakim, neque egredi possum sine periculo. Non erat autem per periculum in Baruch, qui non erat auctor prophetiæ, sed jussus aliena tantum scripta re citabat.

6. *In die jejunii.* Erat jejunium extraordinarium indictum ob causam, n. 1, dictam.

7. *Si forte cadat.* Si forte convertantur ad Dominum, et ante ejus conspectum precantes procidant. Simili phrasi ait, c. 38, 26 : *Prostravi ego preces meas coram rege.*

9. Factum est autem in anno quinto Joakim filii Josiæ regis Juda, in mense nono; prædicaverunt jejunium in conspectu Domini omni populo in Jerusalem, et universæ multitudini quæ confluxerat de civitatibus Juda in Jerusalem.

10. Legitque Baruch ex volumine sermones Jeremiæ in domo Domini, in gazophylacio Gamariæ filii Saphan scribæ, in vestibulo superiori, in introitu portæ novæ domus Domini, audiente omni populo.

11. Cumque audisset Micheas filius Gamariæ filii Saphan omnes sermones Domini ex libro;

12. Descendit in domum regis ad gazophylacium scribæ; et ecce ibi omnes principes sedebant; Elisama scriba, et Dalaias filius Semeiæ, et Elnathan filius Achobor, et Gamarias filius Saphan et Sedecias filius Hananiæ, et universi principes.

13. Et nuntiavit eis Micheas omnia verba, quæ audivit legente Baruch ex volumine in auribus populi.

14. Miserunt itaque omnes principes ad Baruch, Judi filium Nathaniæ filii Selemiæ, filii Chusi, dicentes : Volumen ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, et veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu sua, et venit ad eos.

15. Et dixerunt ad eum : Sede, et lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in oribus eorum.

16. Igitur cum audissent omnia verba, obstupuerunt unusquisque ad proximum suum, et dixerunt ad Baruch : Nuntiare debemus regi omnes sermones istos.

17. Et interrogaverunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore ejus.

18. Dixit autem eis Baruch : Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos; et ego scribebam in volumine atramento.

19. Et dixerunt principes ad Baruch : Vade, et abscondere tu et Jeremias, et nemo sciat ubi sitis.

20. Et ingressi sunt ad regem in atrium; porro volumen commendave-

9. La cinquième année de Joakim, fils de Josias, roi de Juda, au neuvième mois, on publia un jeûne devant le Seigneur à tout le peuple qui était dans Jérusalem, et à tous ceux qui étaient venus en foule des villes de Juda dans Jérusalem.

10. Et Baruch lut dans le livre les paroles de Jérémie, dans la maison du Seigneur, en la chambre du trésor, où demeurait Gamarias, fils de Saphan, docteur de la loi, dans le vestibule supérieur, à la porte neuve de la maison du Seigneur, en présence de tout le peuple.

11. Et Michée, fils de Gamarias, fils de Saphan, ayant entendu toutes les paroles du Seigneur écrites dans ce livre,

12. Descendit en la maison du roi, en la chambre du trésor, où demeurait le secrétaire, où tous les grands étaient assis : Elisama, le secrétaire ; Dalaïas, fils de Séméias; et Elnathan, fils d'Achobor ; Gamarias, fils de Saphan; Sédécias, fils d'Hananias, et toutes les premières personnes de la cour.

13. Et Michée leur rapporta toutes les paroles qu'il avait entendu lire à Baruch dans ce livre devant le peuple.

14. Tous les grands envoyèrent donc à Baruch Judi, fils de Nathanias, fils de Sélémias, fils de Chusi, pour lui dire : Prenez le livre que vous avez lu devant le peuple, et venez ici. Baruch, fils de Nérias, prit le livre, et vint les trouver.

15. Et ils lui dirent : Asseyez-vous là, et lisez ce livre devant nous. Et Baruch le lut devant eux.

16. Ayant donc entendu toutes ces paroles, ils s'entre-regardèrent tous avec étonnement, et ils dirent à Baruch : Il faut que nous donnions avis au roi de tout ce qui est écrit dans ce livre.

17. Et ils l'interrogèrent en lui disant : Déclarez-nous comment vous avez recueilli toutes ces paroles de la bouche de Jérémie.

18. Baruch leur répondit : il me dictait de sa bouche toutes ces paroles, comme s'il les eût lues dans un livre; et moi, je les écrivais dans ce livre avec de l'encre.

19. Alors les princes dirent à Baruch : Allez, et cachez-vous, vous et Jérémie, et que personne ne sache où vous serez.

20. Ils laissèrent ensuite le livre en dépôt dans la chambre d'Elisama, secrétaire, et ils allèrent

---

9. *Prædicaverunt jejunium.* Publico præconio indixerunt. — *In conspectu Domini.* In templo ubi Dominus habitabat. Vel sensus est : ut omnes jejunarent in conspectu Domini, id est, orantes et procidentes ante conspectum Domini.

10. *In gazophylacio.* Cubiculo, exedra. Vide superiori, cap., n. 2. — *Gamariæ filii Saphan.* Memoratur alibi hic Saphan scriba, nimirum, IV. Reg., 22, 3, et II. Paralipomenon, 34, 8, inter eos qui a Josia missi fuerant ad Holdam prophetidem; videtur etiam hic Saphan pater fuisse Ahicam, qui Jeremiam eripuit de manu sacerdotum, ut vidimus supra in fine capitis 26. — *In vestibulo superiori.* Intelligit porticum qua ibatur ad atrium levitarum, quod erat vicinius ipsi templo et altius reliquo populi et gentium atrio, ubi portam novam Joathan exstruxerat. Vide dicta supra, c. 26, n. 10.

12. *Gazophylacium.* Cubiculum, exedram, ut n. 10. — *Scribæ.* Secretarii, vel, ut explicat Vatablus, cancellarii regii. — *Principes.* Viri primarii, proceres Judæorum.

16. *Obstupuerunt.* Obstupescentes mutuo se respiciebant. — *Nuntiare debemus regi.* Non quærunt an nuntiare debeant, sed affirmant, si forte verbis prophetæ perculsus, sibi et reipublicæ consuleret.

18. *Quasi legens.* Prompte et expedite dictabat, ac si legeret in libro aliquo.

19. *Abscondere.* Suadent hoc proceres, quia non ignorabant impii regis ingenium.

trouver le roi dans le vestibule de son palais, et lui rapportèrent tout ce qu'ils avaient entendu.

21. Alors le roi envoya Judi pour prendre le livre : et l'ayant pris dans la chambre d'Elisama, secrétaire, il le lut devant le roi et devant tous les grands qui l'environnaient.

22. Le roi habitait dans son appartement d'hiver, *parce que c'était* au neuvième mois, et il y avait devant lui un brasier de charbons ardents.

23. Judi ayant lu trois ou quatre pages, le roi les coupa avec le canif du secrétaire, et les jeta dans le feu de ce brasier, et mit ensuite tout le reste du volume dans le feu, jusqu'à ce que tout fût consumé.

24. *Ainsi* le roi et tous ses serviteurs, qui entendirent les paroles de ce livre, n'eurent point de peur en les écoutant, et ils ne déchirèrent point leurs vêtements.

25. Néanmoins Elnathan, Dalaïas et Gamarias s'opposèrent au roi afin que le livre ne fût point brûlé ; mais il ne les écouta point.

26. Et le roi commanda à Jérémiel, fils d'Amélech, à Saraïas, fils d'Ezriel, et à Sélémias, fils d'Abdéel, d'arrêter le secrétaire Baruch avec le prophète Jérémie : mais le Seigneur les cacha.

27. Et le Seigneur parla à Jérémie, après que le roi eût brûlé le livre où étaient les paroles que Baruch avait écrites, en les recueillant de la bouche de Jérémie, et il lui dit :

28. Prenez un autre livre, écrivez-y toutes les paroles qui étaient dans le premier que Joakim, roi de Juda, a brûlé.

29. Et vous direz à Joakim, roi de Juda : Voici ce que dit le Seigneur : Vous avez brûlé ce livre, en disant : Pourquoi avez-vous écrit et avez-vous publié que le roi de Babylone se hâtait de venir pour détruire ce pays et pour en exterminer les hommes et les bêtes?

30. Mais voici ce que dit le Seigneur contre Joakim, roi de Juda : Il ne sortira point de lui

runt in gazophylacio Elisamæ scribæ ; et nuntiaverunt audiente rege omnes sermones.

21. Misitque rex Judi ut sumeret volumen ; qui tollens illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiente rege, et universis principibus qui stabant circa regem.

22. Rex autem sedebat in domo hiemali in mense nono ; et posita erat arula coram eo plena prunis.

23. Cumque legisset Judi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scapello scribæ, et projecit in ignem qui erat super arulam, donec consumeretur omne volumen igni qui erat in arula.

24. Et non timuerunt, neque sciderunt vestimenta sua, rex et omnes servi ejus, qui audierunt universos sermones istos.

25. Verumtamen Elnathan, et Dalaias, et Camarias contradixerunt regi ne combureret librum ; et non audivit eos.

26. Et præcepit rex Jeremiel filio Amelech ; et Saraiæ filio Ezriel, et Selemiæ filio Abdeel, ut comprehenderent Baruch scribam, et Jeremiam prophetam ; abscondit autem eos Dominus.

27. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam, postquam combusserat rex volumen, et sermones quos scripserat Baruch ex ore Jeremiæ, dicens :

28. Rursum tolle volumen aliud ; et scribe in eo omnes sermones priores qui erant in primo volumine, quod combussit Joakim rex Juda.

29. Et ad Joakim regem Juda, dices : Hæc dicit Dominus : Tu combussisti volumen illud, dicens : Quare scripsisti in eo annuntians : Festinus veniet rex Babylonis, et vastabit terram hanc, et cessare faciet ex illa hominem, et jumentum?

30. Propterea hæc dicit Dominus contra Joakim regem Juda : Non erit ex eo

22. *In mense nono.* C'était le mois lunaire de novembre qui roulait sur novembre et décembre.

24. *Neque sciderunt vestimenta sua.* C'est-à-dire, ils ne s'humilièrent nullement et ne donnèrent aucune marque de pénitence. Quoique tout ce que Jérémie avait annoncé auparavant fût arrivé, le roi et ses conseillers s'obstinèrent à le traiter comme un séditieux vulgaire.

30. *Qui sedeat super solium David.* Après le règne éphémère de Jéchonias, la couronne passa sur la tête de Sédécias son oncle, qui fut le dernier roi de Juda.

---

22. *Sedebat.* Habitabat. — *In domo hiemali.* In domo in qua per hiemem habitare solebat; erat enim mensis nonus, id est november. — *Arula... plena prunis.* Foculus, vel receptaculum prunarum, quo se calefaceret, et LXX appellant ἐσχάραν πυρός, eodem sensu.

23. *Tres pagellas.* Paginæ vocantur vel ipsæ membranæ simul consutæ, vel paragraphi et capita in quæ distinctus erat liber. Aliqui putant librum ita compactum fuisse, ut nunc fit.— *Scidit illud.* Ipse rex, ut patet ex n. 27 et 29, furore nimirum correptus. — *Scalpello scribæ.* Cultello pennario.

24. *Non timuerunt* Timorem et horrorem non ostenderunt scindendo vestimenta sua, sicut Judæi in rebus tristibus facere solebant.

26. *Abscondit autem eos Dominus.* Jam se ipsi absconderant, sed fecit Dominus ne a quærentibus inveniri possent.

29. *Festinus veniet rex Babylonis.* Quia intra quinque annos, sub finem scilicet anni decimi Joakim regis, futurus erat regis adventus. — *Cessare faciet.* Occidet, vel auferet homines et jumenta.

30. *Non erit ex eo qui sedeat.* Etsi enim Joachim, qui est Jechonias, filius ejus, tres menses post patrem regnarit, id tamen tempus propter brevitatem pro nihilo computatur. — *Et cadaver ejus.* Hæc est sepultura asini, c. 22, n. 19, ab ipso prænuntiata.

qui sedeat super solium David; et cadaver ejus projicietur ad æstum per diem, et ad gelu per noctem.

31. Et visitabo contra eum, et contra semen ejus, et contra servos ejus iniquitates suas; et adducam super eos, et super habitatores Jerusalem, et super viros Juda, omne malum quod locutus sum ad eos, et non audierunt.

32. Jeremias autem tulit volumen aliud, et dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ; qui scripsit in eo ex ore Jeremiæ omnes sermones libri quem combusserat Joakim rex Juda igni; et insuper additi sunt sermones multo plures, quam antea fuerant.

de prince qui soit assis sur le trône de David, et son corps mort sera jeté pour être exposé à la chaleur pendant le jour, et à la gelée pendant la nuit.

31. Je m'élèverai contre lui, contre sa race, contre ses serviteurs, et je punirai leurs iniquités, et je ferai venir sur eux, sur les habitants de Jérusalem et sur les hommes de Juda, tous les maux que j'ai prédits devoir leur arriver, sans qu'ils aient voulu m'entendre.

32. Jérémie prit donc un autre livre et le donna à Baruch, fils de Nérias, son secrétaire, qui y écrivit tout ce qui était dans le livre que Joakim, roi de Juda, avait brûlé, selon que Jérémie le lui dictait de sa bouche. Et il ajouta beaucoup d'autres choses qui n'étaient pas dans le premier.

CHAPITRE XXXVII.

Sédécias se recommande aux prières de Jérémie. Le Prophète est jeté en prison.

1. Et *a* regnavit rex Sedecias filius Josiæ pro Jechonia filio Joakim; quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Juda. [a *Reg.* 24. 17. *Infr.* 52. 1. 2.]

2. Et non obedivit ipse, et servi ejus, et populus terræ verbis Domini, quæ locutus est in manu Jeremiæ prophetæ.

3. Et misit rex Sedecias Juchal filium Selemiæ, et Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, ad Jeremiam prophetam, dicens : Ora pro nobis Dominum Deum nostrum.

4. Jeremias autem libere ambulabat in medio populi; non enim miserant eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Ægypto; et audientes Chaldæi qui obsidebant Jerusalem, hujuscemodi nuntium, recesserunt ab Jerusalem.

5. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam, dicens :

6. Hæc dicit Dominus Deus Israel : Sic dicetis regi Juda', qui misit vos ad me interrogandum : Ecce exercitus Pha-

1. Le roi Sédécias, fils de Josias, régna en la place de Jéchonias, fils de Joakim, Nabuchodonosor, roi de Babylone, l'ayant établi roi sur la terre de Juda.

2. Mais il n'obéit point, ni lui, ni ses serviteurs, ni tout le peuple de Juda, aux paroles que le Seigneur avait dites par la bouche du prophète Jérémie.

3. Et le roi Sédécias, envoya Juchal, fils de Sélémias, et Sophonias, fils de Maasias, prêtre, dire au prophète Jérémie : Priez pour nous le Seigneur notre Dieu.

4. Jérémie allait alors librement parmi le peuple, parce qu'il n'avait pas encore été mis en prison. Cependant l'armée de Pharaon étant sortie de l'Egypte, les Chaldéens qui assiégeaient Jérusalem ayant appris cette nouvelle se retirèrent de devant la ville.

5. Alors le Seigneur parla au prophète Jérémie, et lui dit :

6. Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Vous direz ceci au roi de Juda, qui vous a envoyé me consulter : L'armée de Pharaon, qui

Cap. XXXVII. — 2. *Quæ locutus est in manu Jeremiæ.* Ainsi Dieu avait toujours défendu aux rois de Juda de s'allier avec les rois d'Egypte, et de résister aux Babyloniens. En la 8e année de son règne, Sédécias fit précisément le contraire. Il s'allia avec le roi d'Egypte, Apriès, le successeur de Psammenite, et se révolta contre le roi de Babylone.

3. *Et misit rex Sedecias.* On était alors dans la 9e année du règne de Sédécias. Jérusalem allait sans doute être assiégée si elle ne l'etait pas déjà, lorsque le roi de Juda envoya dire d'une manière hypocrite au prophète : Priez pour nous.

4. *Recesserunt ab Jerusalem.* Quand on vit que les Chaldéens se retiraient pour aller combattre les Egyptiens, le parti politique qui avait conseillé l'alliance avec le Pharaon poussa des cris de joie. Mais le Seigneur ordonna à Jérémie de les tirer d'illusion, en leur annonçant le prompt retour des ennemis.

---

31. *Visitabo.* Puniam. — *Et non audierunt.* Quia non audierunt prophetas, et nominatim Jeremiam.

32. *Sermones multo plures.* Quos etiam acerbiores fuisse est probabile.

Cap. XXXVII. — 1. *Et regnavit.* Hæc prophetia contigit sub Sedecia, sub tempus obsidionis Jerusalem, ac proinde accidit diu post illam capitis præcedentis. — *Pro Jechonia.* Qui, ut supra dictum est, tribus tantum mensibus regnavit, ideoque non solet inter reges Juda numerari. Vide historiam, IV. Reg., 24, 17.

2. *In manu Jeremiæ.* Per Jeremiam.

4. *Libere ambulabat.* Liber erat, non detinebatur carcere.

vient pour vous donner du secours, va retourner dans l'Egypte d'où elle est venue.

7. Et les Chaldéens reviendront, et ils assiégeront de nouveau cette ville. Ils la prendront, et la brûleront.

8. Voici ce que dit le Seigneur : Ne vous trompez point vous-mêmes, en disant : Les Chaldéens s'en iront certainement et se retireront de nous; car ils ne s'en iront point.

9. Mais quand même vous auriez taillé en pièces toute l'armée des Chaldéens qui combattent contre vous, et qu'il en serait demeuré seulement quelques-uns couverts de blessures, ils sortiraient chacun de leur tentes et viendraient mettre le feu dans cette ville.

10. L'armée des Chaldéens s'étant donc retirée du siége de Jérusalem, à cause de l'armée de Pharaon,

11. Jérémie sortit de Jérusalem pour aller au pays de Benjamin, et pour y diviser son bien en présence des habitants de ce lieu.

12. Et étant arrivé à la porte de Benjamin, le capitaine qui était de garde à son tour à la porte, nommé Jérias, fils de Sélémias, fils d'Hananias, arrêta le prophète Jérémie, et lui dit : Vous fuyez pour vous aller rendre aux Chaldéens.

13. Jérémie lui répondit : Cela est faux, je ne fuis point pour m'aller rendre aux Chaldéens. Jérias n'écouta point Jérémie : mais s'étant saisi de lui, il l'emmena devant les grands,

14. Qui étant en colère contre Jérémie, le firent battre et l'envoyèrent dans la prison qui était en la maison de Jonathan, secrétaire ; car c'est lui qui commandait dans la prison.

15. Jérémie ayant donc été mis dans la basse-fosse et dans un cachot, il y demeura plusieurs jours.

16. Mais le roi Sédécias l'envoya tirer de ce

raonis, qui egressus est vobis in auxilium, revertetur in terram suam in Ægyptum.

7. Et redient Chaldæi, et bellabunt contra civitatem hanc; et capient eam, et succendent eam igni.

8. Hæc dicit Dominus : Nolite decipere animas vestras, dicentes : Euntes abibunt, et recedent a nobis Chaldæi; quia non abibunt.

9. Sed et si percusseritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur adversum vos, et derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati, singuli de tentorio suo consurgent, et incendent civitatem hanc igni.

10. Ergo cum recessisset exercitus Chaldæorum ab Jerusalem propter exercitum Pharaonis,

11. Egressus est Jeremias de Jerusalem ut iret in terram Benjamin, et divideret ibi possessionem in conspectu civium.

12. Cumque pervenisset ad portam Benjamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Jerias, filius Selemiæ filii Hananiæ, et apprehendit Jeremiam prophetam, dicens : Ad Chaldæos profugis.

13. Et respondit Jeremias : Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Et non audivit eum; sed comprehendit Jerias Jeremiam, et adduxit eum ad principes.

14. Quam ob rem irati principes contra Jeremiam, cæsum eum miserunt in carcerem, qui erat in domo Jonathan scribæ; ipse enim præpositus erat super carcerem.

15. Itaque ingressus est Jeremias in domum laci et in ergastulum; et sedit ibi Jeremias diebus multis.

16. Mittens autem Sedecias rex tulit

11. *Et divideret ibi possessionem.* L'Hébreu porte : Pour y faire un partage au milieu du peuple. Les Septante ont lu : Pour y faire un achat au milieu du peuple.

16. *Mittens autem Sedecias.* Pendant ce temps, Nabuchodonosor était allé à la rencontre des Egyptiens et les avait défaits. Il était ensuite revenu après sa victoire assiéger Jérusalem, comme Jérémie l'avait prédit. A la vue de ces événements, Sédecias était dans une grande perplexité. Il n'osait devant ses conseillers manifester ses inquiétudes ; tous s'efforçaient de le rassurer en lui conseillant de résister à outrance. Cependant un jour, au milieu de toutes ses anxiétés, il résolut de faire sortir le Prophète de son cachot, et de le consulter de nouveau.

---

8. *Decipere animas vestras.* Nolite vobis falso persuadere. — *Euntes abibunt.* Omnino abibunt, non reversuri.

9. *Aliqui vulnerati.* Adeo fixum est et certum Dei decretum de Jerusalem excidio, ut per hos paucos vulneratos et imbelles eam incensurus sit et vastaturus.

11. *Divideret ibi possessionem.* Fortasse loquitur de possessione aliqua, quæ illi hæreditate aut alio jure obvenerat, quam divideret * cum fratribus aut propinquis suis, vel separaret ab agris vicinorum, limitaneos lapides statuendo. Non potest hic locus intelligi de agro empto ab Hanameel patruele suo, c. 32, 9, quia ager ille postea emptus est, nimirum anno 10 Sedeciæ.

12. *Jerias.* Hic erat nepos, id est, filius filii Hananiæ (ut hic dicitur), cui mortem intentavit Jeremias, c. 28, 16 ; ideoque nepos ejus Jerias, ut mortem avi vindicaret, Jeremiæ infensus eum capit.

14. *Cæsum.* Vel pugnis, vel, ut sentiunt Rabanus, S. Thomas et Lyranus, flagellis. — *Scribæ.* Vide superiori, c. n. 12.

15. *In domum laci.* In carcerem tenebricosum, fœtidum, cœnosum, similem lacui, foveæ aut sepulcro. — *Ergastulum.* Ergastulum proprie est officina ubi servi compediti opus faciebant; inde accipitur pro carcere et custodia. — *Sedit.* Habitavit : sic superiori cap., n. 22.

16. *Putasne est sermo a Domino?* Revelavitne tibi Dominus vere quod contra hanc civitatem hactenus prædixisti ? vel sensus est : habesne aliquid novi quod tibi Dominus dixerit? — *Est.* Scilicet quod sequitur, *in manus regis Babylonis traderis.* Vel sensus est : sermo quem hactenus prædixi a Domino erat, ut etiam quæ nunc addo, scilicet futurum ut tradaris in manus regis Babylonis.

eum; et interrogavit eum in domo sua abscondite, et dixit : Putasne est sermo a Domino? Et dixit Jeremias : Est; et ait : In manus regis Babylonis traderis.

17. Et dixit Jeremias ad regem Sedeciam : Quid peccavi tibi, et servis tuis, et populo tuo, quia misisti me in domum carceris.

18. Ubi sunt prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, et dicebant : Non veniet rex Babylonis super vos, et super terram hanc?

19. Nunc ergo audi, obsecro, domine mi rex : Valeat deprecatio mea in conspectu tuo; et ne me remittas in domum Jonathan scribæ, ne moriar ibi.

20. Præcepit ergo rex Sedecias ut traderetur Jeremias in vestibulo carceris, et daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de civitate; et mansit Jeremias in vestibulo carceris.

cachot : et l'entretenant en secret dans sa maison, il lui demanda : Avez-vous quelque chose à nous dire de la part du Seigneur? Jérémie lui dit : Oui, vous serez livré entre les mains du roi de Babylone.

17. Et Jérémie dit au roi Sédécias : Quelle faute ai-je commise contre vous, contre vos serviteurs, et contre votre peuple, pour m'avoir fait mettre dans une prison?

18. Où sont vos prophètes qui vous prophétisaient, et qui disaient : Le roi de Babylone ne viendra point combattre contre vous et contre cette terre?

19. Ecoutez-moi donc maintenant, je vous supplie, ô roi mon seigneur! recevez favorablement la prière que je vous fais; et ne me renvoyez point dans la prison de Jonathan, secrétaire, de peur que je n'y meure.

20. Le roi Sédécias ordonna donc que Jérémie fût mis dans le vestibule de la prison, et qu'on lui donnât tous les jours un pain, outre les viandes ordinaires, jusqu'à ce que tout le pain de la ville fût consumé. Et Jérémie demeura dans le vestibule de la prison.

CHAPITRE XXXVIII.

Les grands jettent Jérémie dans la basse-fosse. Entretien du Prophète avec Sédécias.

1. Audivit autem Saphatias filius Mathan, et Gedelias filius Phassur, et Juchal filius Selemiæ, et Phassur filius Melchiæ, sermones quos Jeremias loquebatur ad omnem populum, dicens :

2. Hæc dicit Dominus : *a* Quicumque manserit in civitate hac, morietur gladio, et fame, et peste; qui autem profugerit ad Chaldæos, vivet, et erit anima ejus sospes et vivens. [a *Supr.* 21. 9].

3. Hæc dicit Dominus : Tradendo tradetur civitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, et capiet eam.

4. Et dixerunt principes regi : Rogamus ut occidatur homo iste; de industria enim dissolvit manus virorum bellantium, qui remanserunt in civitate hac,

1. Saphatias, fils de Mathan; Gédélias, fils de Phassur; Juchal, fils de Sélémias, et Phassur, fils de Melchias, avaient entendu les paroles de Jérémie à tout le peuple, lorsqu'il leur disait :

2. Voici ce que dit le Seigneur : Quiconque demeurera dans cette ville mourra par l'épée, par la famine, ou par la peste : mais celui qui se retirera vers les Chaldéens vivra, et il sauvera son âme.

6. *Juxta flumen Euphraten victi sunt.* Le roi d'Egypte, Néchao, était orgueilleux de sa puissance. C'est ce qu'indique le verset suivant. Il avait battu, près de Mageddo, les Syriens et les Juifs, commandés par Josias (609). Il songea alors à disputer la suprématie de l'Asie aux Babyloniens. Ses armées rencontrèrent celles de Nabuchodonosor, près de Circésium ou Charcamis, sur les bords de l'Euphrate (605). C'est là qu'il fut vaincu comme Jérémie l'avait annoncé. Ceci se passa 18 ans avant la prise de Jérusalem.

---

impedire Josiam regem Juda, sibique occurrentem occidit, substituitque ei in regno filium Joachaz, deinde Joakim: supervenit tandem Nabuchodonosor, qui cecidit Pharaonem Nechao, IV. Reg., 23, 29. — *Percussit.* Fugavit de exercitu Pharaonis victoria reportata. Percutere hoc loco non est occidere: nam in illo bello non est occisus Pharao, sed est id quod italice dicimus, *dar una rotta.*

3. *Præparate scutum.* Hæc verba Ægyptiis dicuntur irrisorie, quasi dicat præparate omnia arma, omniaque instrumenta bellica quæ volueritis, certe vincemini, nihil vobis proderunt arma et apparatus bellicus quem adornatis.

4. *Jungite equos.* Ad trahendos currus falcatos, quibus utebantur eo tempore. — *Ascendite, equites.* Equos ascendite, sive qui in equitum turmis militatis, sive qui equis currum trahentibus insidere soletis; solebant enim equis curruum falcatorum insidere, non solum ut aurigas agerent, sed etiam ut inde pugnarent.

5. *Quid igitur?* Quorsum apparatus iste tantus armorum, cum prophetico spiritu videam eos trepidantes et in fugam versos?

6. *Non fugiat velox.* Quia parum proderit Ægyptiis fuga: fugiens enim non effugiet. — *Ad aquilonem.* Nam, ut sæpe dictum est, Babylon Judææ erat ad aquilonem.

7. *Quis est?* Non interrogat ignorando, sed irridendo. — *Qui quasi flumen ascendit.* Comparat Ægyptios flumini, tum ob copiam militum, tum ob arrogantiam, qua flumini tumenti, exundanti terramque operienti similes esse videbantur. Simile est Isai., 8, 7. * Alludit ad Nilum, qui ad ripas transcendit, et turbidus est limo.

9. *Ascendite equos.* Est ironia qua propheta invitat Ægyptios ad veniendum, et oppugnandam urbem Charcamorum, quasi dicat: Venite, eritis enim victima et quasi in macello jugulabimini. — *Æthiopia et Lybies... et Lydii.* Hi populi Ægyptiis vicini, fœderati et auxiliares erant.

10. *Dies ille.* Cum cladem accipient Ægyptii, vocatur dies Domini in sacris litteris omnis dies quo Dominus facit quidquid vult, et potentiam suam non cohibet, sed potius eam expromit et ostendit. — *Victima enim Domini.* Impii Ægyptii mactabuntur, et quasi victimæ immolabuntur ultrici divinæ justitiæ. * Lætabitur Deus illorum sanguine. — *In terra Aquilonis.* Vide dicta n. 6.

guine eorum ; victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis juxta flumen Euphraten.

11. Ascende in Galaad, et tolle resinam, virgo filia Ægypti; frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi.

12. Audierunt gentes ignominiam tuam, et ululatus tuus replevit terram ; quia fortis impegit in fortem, et ambo pariter conciderunt.

13. Verbum quod locutus est Dominus ad Jeremiam prophetam super eo quod venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis et percussurus terram Ægypti.

14. Annuntiate Ægypto, et auditum facite in Magdalo; et resonet in Memphis, et in Taphnis, dicite : Sta, et præpara te ; quia devorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt.

15. Quare computruit fortis tuus? non stetit, quoniam Dominus subvertit eum.

16. Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum, et dicent : Surge, et revertamur ad populum nostrum, et ad terram nativitatis nostræ, a facie gladii columbæ.

17. Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit tempus.

vrera de leur sang; car la victime du Seigneur, du Dieu des armées, sera égorgée au pays de l'Aquilon sur le bord de l'Euphrate.

11. Montez en Galaad, et prenez du baume, ô vierge, fille de l'Egypte! en vain vous multipliez les remèdes, vous ne guérirez point de vos plaies.

12. Le bruit de votre honteuse fuite s'est fait entendre parmi les nations, et vos hurlements ont rempli le monde, parce que le fort a choqué le fort, et qu'ils se sont tous deux renversés par terre.

13. Parole que le Seigneur dit au prophète Jérémie, sur ce que Nabuchodonosor, roi de Babylone, devait venir en Egypte, et tailler en pièces les Egyptiens.

14. Annoncez en Egypte, faites entendre votre voix à Magdalo, et faites-la retentir à Memphis et à Taphnis, et dites : Présentez-vous et tenez-vous tout prêts, parce que l'épée a déjà dévoré tout ce qui est autour de vous.

15. Pourquoi les plus vaillants d'entre vous sont-ils tombés morts et pourris sur la terre? Ils n'ont pu demeurer fermes, parce que le Seigneur les a renversés.

16. Ils sont tombés en foule; ils ont été terrassés les uns sur les autres, et ils ont dit : Allons, retournons à notre peuple et au pays de notre naissance, et fuyons devant l'épée de la colombe.

17. Appelez à l'avenir Pharaon, roi d'Egypte, le temps a apporté le tumulte.

13. *Verbum quod locutus est.* Cette prophétie se rapporte aux temps postérieurs à la prise de Jérusalem. Les Juifs qui étaient restés en Judée sous Godolias, s'étant retirés en Egypte après le meurtre de ce gouverneur, malgré Jérémie, ce prophète leur annonça qu'ils seraient punis de leur désobéissance au Seigneur. Cette prophétie n'est que la répétition de celles qui se trouvent aux chapitres XLIII et XLIV Elle eut son accomplissement sous Apriès, petit-fils de Néchao, 15 ans après la prise de Jérusalem (572).

14. *Auditum facite in Magdalo.* Ce sont les villes où habitaient les Juifs qui s'étaient réfugiés en Egypte après le meurtre de Godolias (Cf. cap. XLIV, note sur le verset 1).

16. *Et dicent.* Le Prophète fait ainsi parler les Juifs qui s'étaient refugiés en Egypte, et en général tous les étrangers qui étaient venus à leur secours, et qui étaient effrayés de l'invasion chaldéenne.

17. *Vocate nomen.* Le Prophète veut que l'on donne à Apriès un nouveau nom, qui rappelle cet effroi, cette confusion universelle. Chez les anciens, les noms propres et surtout les surnoms, étaient ordinairement significatifs. On les composait de manière à en faire une formule destinée à perpétuer le souvenir d'un fait heureux ou malheureux.

---

11. *Ascende in Galaad.* Pergit in ironia, quasi dicat : Accipies multa vulnera, et ideo quære resinam in Galaad qua illa abundat, ut iis medearis. — *Virgo filia Ægypti.* Virginem vocat Ægyptum, quod Hebræi omnem civitatem et regionem insolescentem et exultantem suis divitiis, robore et florente statu, virginem per metaphoram appellare soleant.

12. *Ignominiam tuam.* Id est, te turpiter a Chaldæis victam fuisse. — *Ululatus tuus.* Quem edes, cum vinceris. — *Fortis impegit in fortem.* Dum Ægyptii simul glomerant fugam, alii alios dejicient et se mutuo obterent.

13. *Verbum quod locutus est.* Hactenus prædixit Jeremias quomodo cædendi essent Ægyptii a Chaldæis in obsidione Charcamis : nunc prædicit Chaldæorum in ipsam Ægyptum adventum ejusque vastationem.

14. *In Magdalo.* Nominat quatuor civitates Ægypti loco omnium : de Magdalo diximus supra, c. 44, n. 1. — *Taphnis.* Vide dicta c. 41, n. 1. — *Sta et præpara te.* Ad excipiendum Chaldæorum exercitum.

15. *Computruit.* Tanquam res putrida concidit. — *Fortis tuus.* Miles tuus. Sic supra miles appellatur fortis n. 12 : *Fortis impegit in fortem.*

16. *Multiplicavit.* Adeo multos cadere fecit, ut alii super alios corruerent. — *Ad proximum suum.* Super vicinum suum. — *Et dicent.* Ægyptii et eorum fœderati. — *Columbæ.* Vocat Nabuchodonosor columbam, quod celeriter advenisset, et quasi volans ut columba. Vel quod in vexillis haberet columbam. Vide supra, c. 25, n. 38.

17. *Vocate nomen Pharaonis... tumultum.* Est genus prophetiæ, quod constat nominum impositione, qua quod venturum est declaratur. Sic Oseæ, c. 1, n. 4, jubetur filium appellare Jezrahel, et n. 6, filiam quam susceperat, *absque misericordia.* — *Tumultum adduxit tempus.* Tempus, quod omnia mutat, adduxit tumultum, mutationem et cladem magnam in regno tuo, unde recte voceris hoc nomine : *Tumultum adduxit tempus.* Vel sensus est, Pha-

18. Je jure par moi-même, dit le roi, qui a pour nom le Seigneur des armées, que *Nabuchodonosor* paraîtra *au-dessus de Pharaon*, comme le Thabor *paraît* au-dessus des montagnes *qui l'environnent*, et comme le Carmel, *qui commande* à la mer.

19. O fille habitante de l'Egypte! préparez ce qui vous doit servir dans votre captivité, parce que Memphis sera réduite en un désert; elle sera abandonnée, et elle deviendra inhabitable.

20. L'Egypte est comme une génisse belle et agréable; celui qui doit la piquer avec l'aiguillon, viendra du pays du Nord.

21. Les soldats étrangers qu'elle entretenait, qui étaient au milieu d'elle, comme des veaux qu'on engraisse, se sont tournés tout d'un coup et ont pris la fuite, sans pouvoir demeurer fermes, parce que le temps était venu qu'ils devaient être égorgés, le temps où Dieu devait les visiter.

22. La voix de ses ennemis retentira comme *le bruit* de la trompette. Ils marcheront en hâte avec une grande armée, et ils viendront avec des cognées, comme ceux qui vont abattre des arbres.

23. Ils couperont par le pied, dit le Seigneur, sa forêt, qui était sans nombre; leur armée sera comme une multitude de sauterelles qui est innombrable.

24. La fille d'Egypte est couverte de confusion, et elle a été livrée entre les mains du peuple d'Aquilon.

25. Le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, a dit : Je vais visiter le tumulte d'Alexandrie,

18. Vivo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen ejus) quoniam sicut Thabor in montibus, et sicut Carmelus in mari, veniet.

19. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti; quia Memphis in solitudinem erit, et deseretur, et inhabitabilis erit.

20. Vitula elegans atque formosa Ægyptus; stimulator ab Aquilone veniet ei.

21. Mercenarii quoque ejus qui versabantur in medio ejus, quasi vituli saginati versi sunt, et fugerunt simul, nec stare potuerunt; quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.

22. Vox ejus quasi æris sonabit; quoniam cum exercitu properabunt et cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna.

23. Succiderunt saltum ejus, ait Dominus, qui supputari non potest; multiplicati sunt super locustas, et non est eis numerus.

24. Confusa est filia Ægypti, et tradita in manus populi Aquilonis.

25. Dixit Dominus exercituum Deus Israël : Ecce ego visitabo super tumul-

25. *Super tumultum Alexandriæ*. D'après l'Hébreu : Je vais visiter Amon de No, appelée ailleurs, No Amon. Saint Jerôme a traduit *tumultum Alexandriæ*, sans doute parce qu'il était persuadé qu'Alexandrie avait été plus tard bâtie en cet endroit. D. Calmet croit que No Amon pourrait être Diospolis, située dans le Delta. Le nom de Diospolis signifie, en grec, la ville de Jupiter, et le nom de No Ammon peut signifier la demeure d'Amon ou Ammon, qui était le Jupiter des Egyptiens. — *Et super deos*. Sous le nom de *dieux*, on pourrait entendre ici les grands de la nation, ceux qui, après le roi, y tiennent les premiers rangs (*Bible de Vence*).

---

raonem vocari *tumultum*, id est, perturbatorem, quia superbe provocando Babyloniam ad bellum, *abduxit tempus* conflictus et cladis. Huic explicationi consentaneum est in hebræo : *Tumultus transire fecit tempus.* * Alii vertunt : *Strepitus est, sed transmittit occasionem*, id est, magna minatur, sed ubi res exigit, nihil agit.

18. *Vivo ego*. Est Dei juramentum. — *Sicut Thabor in montibus*. Sicut verum est Thabor esse in montibus, id est, unum e montibus, et Carmelum in mari, id est, juxta mare; sic verum est quod Jeremias prædixit venturum esse regem Babylonis.

19. *Vasa transmigrationis*. Apparatum et instrumentum viatorium. Italice dicimus : *Arnesi da viaggio*. — *Habitatrix filia Ægypti*. Populum Ægyptium intelligit; vox *habitatrix* significat Ægyptios secure et confidenter absque metu desides egisse.

20. *Vitula*. Vitulam vocat Ægyptum, quod dives esset, et deliciis abundans, et more pinguis et indomitæ vitulæ lasciviret. Alludi ad Apim deum Ægyptiorum, quem vituli figura colebant. — *Stimulator ab aquilone veniet*. Qui eam stimulet, et de Ægypto, quasi de prato suo, demigrare cogat; hactenus enim indomita fuit nec sensit stimulum. — *Ab aquilone*. E Babylone.

21. *Mercenarii ejus*. Milites alienigenæ mercede conducti. — *Quasi vituli saginati*. Ægypti deliciis et pingues effecti. — *Versi sunt*. In fugam, viso hoste. — *Visitationis*. Punitionis.

22. *Vox ejus*. Ægypti. — *Quasi æris sonabit*. Valde sonabit; æs enim est metallum valde tinniens et sonorum. Significat autem similitudine tinnientis æris querulum et doloris plenum clamorem, quem Ægyptus hoste persequente erat editura. — *Cum securibus*. Armati Scythicum in morem.

23. *Succiderunt*. Succident Chaldæi : præteritum pro futuro. — *Saltum ejus*. Silvam Ægypti. Comparat Ægyptum silvæ, habitatores arboribus; Chaldæos cæsoribus et lignatoribus. — *Qui supputari non potest*. Exercitus Chaldæorum, quasi dicat : Exercitus Chaldæorum, qui innumerabilis erit, silvam Ægypti succidet.

24. *Confusa*. Pudefacta, terrore perculsa.

25. *Visitabo*. Puniam et flagellum meum inducam. — *Tumultum Alexandriæ*. Turbam, populum, multitudinem; erat enim Alexandria urbs frequentissima. — *Reges ejus*. Regulos, proceres regni.

tum Alexandriæ, et super Pharaonem, et super Ægyptum, et super deos ejus, et super reges ejus, et super Pharaonem, et super eos qui confidunt in eo.

Pharaon et l'Egypte, ses dieux et ses rois, Pharaon et ceux qui mettent leur confiance en lui.

26. Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, et in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, et in manus servorum ejus; et post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus.

26. Je les livrerai entre les mains de ceux qui cherchent à leur ôter la vie, entre les mains de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et entre les mains de ses serviteurs; et après cela je ferai encore habiter l'Egypte, comme elle l'était autrefois, dit le Seigneur.

27. *a* Et tu ne timeas, serve meus Jacob, et ne paveas, Israel; quia ecce ego salvum te faciam de longinquo, et semen tuum de terra captivitatis tuæ; et revertetur Jacob, et requiescet, et prosperabitur; et non erit qui exterreat eum [a *Isai.* 43. 1. et 44. 2.]

27. Ne craignez point, vous, Jacob, mon serviteur, et vous, Israël, ne vous épouvantez point, parce que quelque loin que vous soyez, je vous sauverai, et je tirerai vos enfants du pays où vous êtes captifs. Jacob reviendra, il se reposera en paix, tout lui réussira heureusement; et il n'y aura plus personne qui lui donne de la crainte.

28. Et tu noli timere, serve meus Jacob, ait Dominus; quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas ejeci te; te vero non consumam, sed castigabo te in judicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

28. N'ayez point de peur, vous, mon serviteur Jacob, dit le Seigneur, parce que je suis avec vous; car je perdrai tous les peuples parmi lesquels je vous ai banni; et pour vous, je ne vous perdrai point, mais je vous châtierai avec une juste modération, sans néanmoins vous épargner, comme si vous étiez innocent.

CHAPITRE XLVII.

Prédiction contre les Philistins.

1. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam;

1. Paroles du Seigneur au prophète Jérémie contre les peuples de la Palestine, avant que Pharaon prît Gaza;

2. Hæc dicit Dominus : Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, et erunt quasi torrens inundans, et operient terram et plenitudinem ejus, urbem et habitatores ejus; clamabunt homines, et ululabunt omnes habitatores terræ,

2. Voici ce que dit le Seigneur : De grandes eaux s'élèvent de l'Aquilon. Elle seront comme un torrent qui inondera les campagnes, qui couvrira la terre et tout ce qu'elle contient, les villes et tous ceux qui les habitent. Les hommes crieront, et tous ceux qui sont sur la terre pousseront des hurlements,

26. *Habitabitur sicut diebus pristinis.* Ce rétablissement de l'Egypte se rapporte au temps de Cyrus, sous le règne duquel Jérémie prédit aussi le rétablissement de la maison de Jacob, c'est-à-dire des deux maisons de Juda et d'Israël reunies (Cf. supr., cap. X, 24, cap. XXX, 11).

Cap. XLVII. — 1. *Quod factum est verbum Domini.* Cette prophétie, comme les deux précédentes, date du commencement du règne de Joakim. Gaza etait une des principales villes des Philistins; elle etait située sur la mer, au sud du pays des Philistins. Après la mort de Josué, Juda s'en était emparé, mais il ne l'avait pas conservée longtemps (Jug., I, 18, et XVI; I. Reg., VI, 17). On croit qu'elle fut prise par Néchao, à son retour des bords de l'Euphrate, après s'être rendu maître de Charcémis.

2. *Ecce aquæ ascendunt.* Cette invasion des Chaldéens est comparée à une inondation qui couvre toutes les terres. Après la prise de Jérusalem, Nabuchodonosor avait mis le siége devant Tyr. Ce siége dura treize ans, et c'est pendant ce siége qu'il ravagea le pays des Philistins.

---

26. *Quærentium animam eorum.* Qui bello eos petunt, ut vitam eis eripiant. — *Et in manus.* Particula *et* posita est pro *id est.* — *Post hæc habitabitur.* Postquam quadraginta annis vastata fuerit, ut clarius prædixit Ezechiel, c. 29, n. 11, 12, 13, 14.

27. *Ne timeas.* Apostrophe ad Israelitas. Quasi dicat : Si Ægyptos reducam in patriam suam, quanto magis reducam te, o Jacob, qui servus meus es? — *De longinquo.* Ex Babylone et remotis regionibus, in quibus exsulas.

28. *Consumam* Delebo tanquam hostes meos, postquam eorum opera in te castigando usus fuero. — *Castigabo te in judicio.* Moderate, humaniter, clementer, ut neque prorsus perdam te tanquam hostem, nec prorsus impunem relinquam tanquam innocentem. Sic c. 30, 11, dixit : *Castigabo te in judicio, ut non videaris tibi innoxius.*

Cap. XLVII. — 1. *Antequam percuteret Pharao Gazam.* Accidit hoc sub Sedecia, anno nono vel decimo regni ejus, cum scilicet Chaldæis Jerosolymam obsidentibus, Pharao in auxilium Judæorum venit, qua fama audita Chaldæi obsidionem solverunt. Vide supra, c. 37, 4. Tunc ergo Pharao Ægyptum repetens in Gazam principem Philisthæorum urbem irruit, eamque diripuit, ea fortasse de causa quod Chaldæis favisset.

2. *Ecce aquæ ascendunt.* Aquas vocat per metaphoram exercitum Chaldæorum qui venit ab aquilone; simili aquarum metaphora usus est, Isa., c. 8, n. 7 et c. 17, n. 13. — *Urbem.* Urbes, singulare pro plurali. — *Ululabunt.* Terrore perculsi.

3. A cause du bruit éclatant des armes et *des cris* des gens de guerre, *à cause de* l'agitation de ses chariots et de la multitude de leurs roues. Les pères n'ont pas seulement regardé leurs enfants, tant leurs bras étaient abattus.

4. Parce que le jour est venu auquel tous les Philistins doivent être ruinés, auquel Tyr et Sidon seront détruites, avec tout ce qui était venu à leur secours. Car le Seigneur a mis au pillage les peuples de la Palestine, les restes de l'île de Cappadoce.

5. Gaza s'arrache les cheveux, Ascalon est dans le silence avec ce qui lui reste de sa vallée. Jusqu'à quand vous ferez-vous des incisions?

6. O épée du Seigneur! ne te reposeras-tu jamais? Rentre en ton fourreau, refroidis-toi, et ne frappe plus.

7. Comment se reposerait-elle, puisque le Seigneur lui a commandé d'attaquer Ascalon, et tout le pays de la côte de la mer, et qu'il lui a prescrit ce qu'elle doit y faire?

3. A strepitu pompæ armorum, et bellatorum ejus, a commotione quadrigarum ejus, et multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis.

4. Pro adventu diei in quo vastabuntur omnes Philisthiim, et dissipabitur Tyrus, et Sidon cum omnibus reliquis auxiliis suis; depopulatus est enim Dominus Palæstinos, reliquias insulæ Cappadociæ.

5. Venit calvitium super Gazam; conticuit Ascalon, et reliquiæ vallis earum; usquequo conciderís?

6. O mucro Domini! usquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, et sile.

7. Quomodo quiescet, cum Dominus præceperit ei adversus Ascalonem, et adversus maritimas ejus regiones, ibique condixerit illi?

CHAPITRE XLVIII.

Prophétie contre les Moabites. Leur captivité et leur retour.

1. Voici ce que le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël, dit contre Moab : Malheur à Nabo, parce qu'elle a été détruite, et qu'elle est tombée dans la confusion. Cariathaïm a été prise, la *ville* forte a été couverte de confusion et pénétrée de frayeur.

1. Ad Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel : Væ super Nabo, quoniam vastata est, et confusa capta est Cariathaim; confusa est fortis, et tremuit.

4. *Et dissipabitur Tyrus.* Sidon céda aux armes victorieuses de Nabuchodonosor presque sans faire de résistance. Mais Tyr se défendit très-courageusement, et quand ils eurent épuisé tous leurs moyens de défense, ils se retirèrent dans l'île avec toutes leurs richesses, et ne livrèrent au roi de Babylone étonné, qu'une ville déserte et nue. Ithobal II, qui était roi de Tyr, périt dans ce siége. — *Insulæ Cappadociæ.* D. Calmet croit qu'il s'agit là de l'île de Crète.

5. *Conticuit Ascalon.* Ascalon, loin de se défendre, n'a pas même la force de crier. Ces peuples se faisaient des incisions, croyant par là toucher leurs dieux. Le Prophète leur dit qu'ils se font du mal inutilement. Le vrai Dieu, Jéhova, les a condamnés pour les punir de la haine qu'ils ont eue contre son peuple et de la joie avec laquelle ils ont appris ses malheurs.

Cap. XLVIII. — 1. *Ad Moab hæc dicit Dominus.* Isaïe avait annoncé les mêmes calamités aux Moabites dans la prophétie qu'il fit au commencement du règne d'Ezéchias avant l'inva-

---

3. *A strepitu pompæ armorum.* Propter strepitum bellici apparatus. — *Non respexerunt patres filios.* Eorum curam negligentes, de seipsis solliciti. — *Manibus dissolutis.* Præ timore, quo manus quodammodo dissolvuntur et concidunt.

4. *Pro adventu diei.* Propterea quod veniet dies, quo tota Palæstina vastetur. — *Cum... reliquis auxiliis suis.* Dicit non solum Palæstinos abolendos, sed Tyrios etiam, et Sidonios, et Cappadoces, reliquosque omnes qui ipsis Palæstinis opem tulerant. — *Insulæ Cappadociæ.* Cappadociam insulam appellat non quod insula sit, sed quod sit maritima. Alii putant Cyprum intelligi. Alii putant sic appellari novam Tyrum, quæ et proprie insula est, et a Palestinis prope distat; et favet nomen Hebr. *caphtor;* nam *caph* manum significat, *tor*, Tyrum, quasi dicat : Manus, latus, vel vicinia Tyri.

5. *Venit.* Pro veniet : præteritum pro futuro. — *Calvitium.* Magnus luctus et calamitas; mos enim erat Judæorum et vicinarum gentium ut in luctu capita decalvarent, rasis aut tonsis crinibus. — *Conticuit.* Quia subito et inopinato hostium adventu obstupuit. — *Et reliquiæ vallis earum.* Et reliqua oppida earum et pagi suburbani, qui in valle erant, cum Gaza et Ascalon sitæ essent in loco altiori. — *Usquequo consideris?* Usquequo, Gaza et Ascalon, cultris te incides, aut unguibus lacerabis? hoc est, usquequo lugebis? quasi dicat : Diu; solebant enim omnes illæ gentes in maximo luctu cultris se aut unguibus exarare, ut patet ex Levit., c. 19, 28, ex Deut., c. 14, 1, et ex III. Reg., 18, 28.

6. *O mucro Domini!* Exclamat propheta postquam oculis mentis gladium Domini late grassantem vidisset, rogatque ut quiescat, satis enim magnam cædem factam esse. * Vel imitatur verba eorum qui se incidebant et dicebant : *O mucro Domini*, etc. — *Refrigerare.* Nunc enim tepes, aut cales sanguine cæsorum. — *Sile.* Id est, quiesce.

7. *Quomodo quiescet?* Respondet ipse sibi propheta non posse gladium quiescere, quia divino præcepto grassatur adversus Ascalonem. — *Ibique condixerit illi.* Præceperit ut ibi grassetur, vel, ut alii interpretantur, constituerit illi tempus quo grassari debeat, itaque ante tempus præscriptum cessare nequit.

Cap. XLVIII. — 1. *Ad Moab.* Scilicet dirigitur sequens prophetia. Vaticinatur Moabitis extremum exitium, sicut Isaias, c. 15; quia cum Judæis cognati essent, non solum non tule-

2. Non est ultra exultatio in Moab contra Hesebon : cogitaverunt malum. Venite, et disperdamus eam de gente; ergo silens conticesces, sequeturque te gladius.

3. Vox clamoris de Oronaim; vastitas et contritio magna.

4. Contrita est Moab; annuntiate clamorem parvulis ejus.

5. Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu; quoniam in descensu Oronaim hostes ululatum contritionis audierunt;

6. Fugite, salvate animas vestras; et eritis quasi myricæ in deserto.

7. *a* Pro eo enim quod habuisti fiduciam in munitionibus tuis, et in thesauris tuis, tu quoque capieris : et ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes ejus, et principes ejus simul. [a *Supr.* 17. 6.]

8. Et veniet prædo ad omnem urbem, et urbs nulla salvabitur; et peribunt valles, et dissipabuntur campestria; quoniam dixit Dominus :

9. Date florem Moab, quia florens egredietur; et civitates ejus desertæ erunt, et inhabitabiles.

10. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter; et maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.

2. Moab ne se glorifiera plus d'Hésébon; *les Chaldéens* ont fait dessein de la perdre. Venez, *ont-ils dit*, exterminons-la du nombre des *villes*, vous serez donc réduite au silence, *ville superbe*, et l'épée vous suivra partout.

3. Un grand cri s'élève d'Oronaïm, un pillage et une grande défaite.

4. Moab est détruite. Apprenez à ses petits enfants à jeter de grands cris.

5. Elle montera tout éplorée par la colline de Luith, parce que les ennemis ont entendu dans la descente d'Oronaïm les cris et les hurlements de son peuple.

6. Fuyez, sauvez vos âmes, et cachez-vous comme des bruyères dans le désert.

7. Parce que vous avez mis votre confiance dans vos fortifications et dans vos trésors, vous serez prise aussi comme les autres; et Chamos sera mené captif, avec ses prêtres et ses princes.

8. Il n'y aura point de ville qui ne soit attaquée par l'ennemi; il n'y aura point de ville qui échappe à sa fureur; les vallées seront au pillage, et les campagnes seront ravagées, parce que c'est le Seigneur qui l'a dit.

9. Ainsi, quelque florissante que soit Moab, elle sera au milieu de tout son éclat emmenée captive, ses villes seront désertes et inhabitées.

10. Maudit celui qui fait l'œuvre de Dieu avec fraude. Maudit celui qui retient son épée, et qui l'empêche de verser le sang.

sion de Salmanasar (Cf. Is., cap. XV et XVI). Les Assyriens accomplirent cette prophétie lorsqu'ils renversèrent le royaume d'Israël. Isaïe avait aussi parlé du lion (XV, 9) qui devait se précipiter sur Moab. Ce lion était Nabuchodonosor dont Jérémie annonce ici les dévastations qui eurent lieu cinq ans après la prise de Jérusalem, pendant que les Chaldéens étaient occupés au siége de Tyr. — *Nabo, Cariathaim, fortis* que quelques-uns traduisent par *Misgab*, villes situées sur une hauteur, étaient les principales villes des Moabites.

3. *De Oronaïm. Oronaïm, Luith*, avaient été comprises dans le partage de la tribu de Ruben; mais les Moabites les occupaient, comme on le voit aussi par Isaïe (*loc. cit.*).

7. *Et ibit Chamos.* Les Moabites s'étaient sans doute moqués des Juifs, et de Jéhovah qui n'avait pu les sauver de la fureur des Babyloniens. Le Prophète leur dit ironiquement que la principale de leur divinité, Chamos, ira aussi en captivité, et que c'est en vain qu'ils ont mis leur confiance en elle.

---

runt eis opem, cum ab hostibus vexarentur, sed etiam irriserunt eos : vide infra, n. 27. — *Væ super Nabo.* Magnum excidium imminet Nabo Moabitarum civitati. * Vide Num., 33, 47, et Isaiam, 15, 2. — *Vastata est.* Vastabitur, omnia enim hæc præterita prophetice pro futuris accipiuntur. — *Confusa.* Ignominiose capta. — *Cariathaim.* Alia urbs Moabitarum. * Vide Num., 32, 27, et Josue, 13, 19. Significat hæc vox duas urbes, vel urbem geminam. Non enim insolens est urbes duabus constare partibus, quarum altera superior, altera vocetur inferior; altera cis, altera ultra flumen, etc. — *Confusa est fortis.* Hebr., *confusa est refugium.* Id est, ignominiose capta est ea civitas, quæ aliis refugium esse solebat.

2. *Exultatio.* Gloriatio. — *Contra Hesebon: cogitaverunt malum.* Scilicet Chaldæi. Hesebon enim erat urbs in Moab. * Fuit Sehon enim regis Amorrhæorum regia. Inter leviticas civitates censetur. Jos., 21, 37, et I.Paral., 6. vers. ultim. — *Venite.* Sunt verba Chaldæorum sese invicem ad excidium Hesebon excitantium. — *Ergo silens conticesces.* Tu, ô Hesebon. Id est, silentio silebis, prorsus silebis cum fueris eversa.

3. *Vox clamoris.* Audietur. — *De Oronaïm.* Quæ et ipsa Moabitarum civitas erat * ejus etiam mentionem facit Isaias, c. 15, 5.

4. *Annuntiate clamorem parvulis ejus.* Prædicite pueris ejus fore ut clament; solent enim pueri clamare, plorare et ejulari in rebus adversis.

5. *Per ascensum enim Luith.* Hoc ad verbum desumptum est ex c. 15, 5 Isaiæ, ubi etiam explicatum est.

6. *Fugite.* O Moabitæ. — *Et eritis quasi myricæ in deserto.* Humiles, abjecti, steriles, mœsti et solitarii. Vide dicta supra, c. 17, 6.

7. *Chamos.* Nobile erat Moabitarum idolum; aliqui putant fuisse Bacchum, alii vero Priapum.

8. *Prædo.* Hostilis exercitus prædator.

9. *Date florem Moab.* Vocate sane floridum, vel sinite nunc Moab florere, quia adhuc florens, antequam ad fructum perveniat, egredietur, scilicet e regione sua, et in captivitatem ibit.

10. *Maledictus.* Hæc verba ad Chaldæos referuntur. Vocat propheta *opus Domini* vastationem Moab, quæ jussu Domini fiebat, exsecraturque hostem, qui fraudulenter, id est, non

11. Moab a été dès sa jeunesse dans l'abondance; il s'est reposé sur sa lie : on ne l'a point fait passer d'un vaisseau dans un autre, et il n'a point été emmené captif. C'est pourquoi son goût lui est toujours demeuré, et son odeur ne s'est point changée.

12. Mais voici le temps, dit le Seigneur, où je lui enverrai des gens pour déranger, et pour renverser ses vases pleins de vin. Ils le renverseront lui-même ; ils videront ses vaisseaux, et ils briseront jusqu'à ses petits vases.

13. Et Chamos donnera de la confusion à Moab, comme Béthel est devenu le sujet de la confusion de la maison d'Israël qui y avait mis sa confiance.

14. Comment dites-vous : Nous sommes forts, nous sommes vaillants pour combattre *nos ennemis*.

15. Moab a été détruit, ses villes ont été brûlées, les plus vailants de ses jeunes gens ont été égorgés, dit le roi qui a pour nom le Seigneur des armées.

16. La destruction de Moab est proche, et sa ruine va venir très-promptement.

17. Consolez-le, vous tous qui êtes autour de lui; vous tous qui avez entendu parler de son nom, dites : Comment ce sceptre si fort, ce sceptre de gloire a-t-il été brisé ?

18. Descends de ta gloire, et repose-toi dans la soif, fille de Dibon, parce que l'ennemi qui a ravagé Moab montera sur tes murs, et renversera tes remparts.

11. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, et requievit in fæcibus suis; nec transfusus est de vase in vas, et in transmigrationem non abiit; idcirco permansit gustus ejus in eo; et odor ejus non est immutatus.

12. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus; et mittam ei ordinatores, et stratores laguncularum, et sternent eum, et vasa ejus exhaurient, et lagunculas eorum collident.

13. *a* Et confundetur Moab a Chamos, sicut confusa est domus Israel a Bethel, in qua habebat fiduciam. [a *III. Reg.* 12. 29.]

14. *a* Quomodo dicitis : Fortes sumus, et viri robusti ad præliandum? [a *Isai.* 16. 6.]

15. Vastata est Moab, et civitates illius succiderunt; et electi juvenes ejus descenderunt in occisionem; ait rex, Dominus exercituum nomen ejus.

16. Prope est interitus Moab ut veniat; et malum ejus velociter accurret nimis.

17. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu ejus; et universi qui scitis nomen ejus, dicite : Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus?

18. Descende de gloria, et sede in siti, habitatio filiæ Dibon; quoniam vastator Moab ascendit ad te, dissipavit munitiones tuas.

11. *Fertilis fuit Moab.* Ce pays était très-fertile. Ses hautes plaines, parfaitement aérées nourrissaient une population très-robuste. *Robustos Moab obtinuit tremor,* dit Moïse dans son cantique (Ex. XV, 15). La richesse du pays consistait surtout dans les nombreux troupeaux qu'engraissaient ses pâturages. Ainsi Israël les ayant rendus tributaires, ils lui payaient tous les ans 100,000 béliers et autant d'agneaux.

18. *Descende de gloria.* Toi, ô peuple de Dibon, qui te reposais auparavant comme le vin sur sa lie, jouissant paisiblement de tous les plaisirs, prépare-toi à descendre de ce haut degré de gloire où tu t'étais élevé, et à te reposer à l'avenir dans l'indigence et dans la soif; c'est-à-dire, selon l'explication d'un prophète, que la grandeur de tes châtiments égalera celle de tes crimes, et autant que tu t'es élevé dans la gloire et plongé dans les délices, autant tu éprouveras de tourments et de douleurs, t'étant regardé comme sur le trône, et assuré vainement que tu ne verrais jamais de sujet de deuil (*Sacy*).

---

serio, sed, ut verterunt LXX, *negligenter* in Moabitarum cædem incubuerit : sic c. 50, 25, vocat opus Domini Chaldæorum internecionem. — *Prohibet gladium suum a sanguine.* Gladium suum non cruentat sanguine Moabitarum, illis parcens vel ex naturali commiseratione, vel ob acceptam pecuniam.

11. *Fertilis.* Dives et florens, nulliusque particeps calamitatis, ideoque Judæos bellis, exsiliisque sæpe agitatos irridebat. — *Requievit in fæcibus suis.* Pravos suos mores retinuit, ut retinent vina, quæ de vase in vas non transfunduntur, * primum saporem suum. — *Idcirco permansit gustus... in eo.* Idem sapor, iidem mores, eadem superbia et insolentia, nondum enim illi vexatio dedit intellectum : ut loquitur Isaias, c. 28, 19.

12. *Ordinatores.* Qui vasa vinaria ordine solent disponere. — *Stratores.* Qui solent sternere, aut inclinare dolia, ut vinum ex uno in aliud fundant. — *Et lagunculas eorum collident.* Urbes eorum destruent; pro eodem enim accipit vasa et lagunculas, quasi dicat : Postquam vinum transfuderint, vasa in quibus continebatur confringent, hoc est, postquam homines abduxerint, urbes ipsas vastabunt ac diruent.

13. *Confundetur Moab a Chamos.* Quia videbit se a Chamos non posse defendi. — *A Bethel.* Vitulis aureis, quod Jeroboam constituit in Bethel et in Dan, qui adeo opem non tulerunt Israelitis, ut eorum excidii causa fuerint.

* 15. *Descenderunt in occisionem.* Cadent occisi.

17. *Consolamini eum, omnes.* In Hebr. est, *condolete ei.* LXX habent, *movete ei ;* motio autem capitis signum est condolentis. Vide Job, 42, 11. *Qui scitis nomen ejus, dicite.* LXX, *omnes edite nomen ejus, dicite.* Id est, ingeminate clamantes nomen ejus, ut fit in luctu, clamate, et dicite : Moab, Moab, ô misera regio Moab, quomodo contrita es, etc. — *Virga fortis.* Regnum potens, et florens et inclytum. Virga videtur significare sceptrum regium.

18. *Descende.* Cade, aut cades : imperativum pro futuro. Dejicieris de florenti statu in quo nunc est. — *Sede in siti.* Habita in loco arido et sitibundo, *sicut myricæ in deserto*, ut dixit num. 6. — *Habitatio filiæ Dibon.* Id est, populi multitudo; quæ habitas in civitate Dibon. Erat Dibon Moabitarum civitas, ut patet in Isa., c. 15, 9. — *Vastator Moab.* Nabuchodonosor, qui Moabitas vastabit.

19. In via sta, et prospice habitatio Aroer; interroga fugientem, et ei qui evasit, dic : Quid accidit?

20. Confusus est Moab, quoniam victus est; ululate, et clamate; annuntiate in Arnon, quoniam vastata est Moab.

21. Et judicium venit ad terram campestrem; super Helon, et super Jasa, et super Mephaath,

22. Et super Dibon, et super Nabo, et super domum Deblathaim.

23. Et super Cariathaim, et super Bethgamul, et super Bethmaon,

24. Et super Carioth, et super Bosra; et super omnes civitates terræ Moab quæ longe, et quæ prope sunt.

25. Abscissum est cornu Moab, et brachium ejus contritum est ait Dominus.

26. Inebriate eum; quoniam contra Dominum erectus est; et allidet manum Moab in vomitu suo, et erit in derisum etiam ipse.

27. Fuit enim in derisum tibi Israel, quasi inter fures reperisses eum, propter verba ergo tua quæ adversum illum locutus es, captivus duceris.

28. Relinquite civitates, et habitate in petra, habitatores Moab; et estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis.

29. *a* Audivimus superbiam Moab; superbus est valde : sublimitatem ejus, et arrogantiam, et superbiam, et altitudinem cordis ejus. [a *Isai.* 16. 6.]

30. Ego scio, ait Dominus, jactan-

19. Habitante d'Aroër, tenez-vous sur le chemin, et regardez ce qui se passe; interrogez celui qui s'enfuit, et dites à celui qui se sauve : Qu'est-il arrivé?

20. Moab est confus, parce qu'il a été vaincu. Hurlez, criez, publiez dans Arnon que Moab a été détruite.

21. Le jugement *de Dieu* est tombé sur la campagne : sur Hélon, sur Jasa, sur Méphaath,

22. Sur Dibon, sur Nabo, sur la maison de Déblathaïm,

23. Sur Cariathaïm, sur Bethgamul, sur Bethmaon,

24. Sur Carioth, sur Bosra, et sur toutes les villes de Moab, ou voisines ou éloignées.

25. La corne de Moab a été rompue, et son bras a été brisé, dit le Seigneur.

26. Enivrez Moab, parce qu'il s'est élevé contre le Seigneur; qu'il se blesse *en tombant* sur ce qu'il avait vomi, et qu'il devienne lui-même le sujet de la moquerie des hommes,

27. Car vous vous êtes moqué d'Israël, comme d'un voleur qui est surpris dans son vol : et vous serez vous-même mené captif, à cause de la dureté avec laquelle vous avez parlé de lui.

28. Abandonnez les villes, et demeurez dans les rochers, habitants de Moab. Soyez comme la colombe qui fait son nid dans les plus hautes ouvertures *des rochers*.

29. Nous avons appris l'orgueil de Moab. Il est extraordinairement superbe. Nous connaissons son élévement, son insolence, son orgueil, et la fierté de son cœur altier;

30. Je sais, dit le Seigneur, quelle est sa pré-

20. *Annuntiate in Arnon.* L'Arnon était le cours d'eau qui arrosait le pays des Moabites. Après le Jourdain, c'est le fleuve le plus célèbre de cette contrée. Ses eaux se rendent dans la mer Morte. Les villes de Dibon et d'Aroër étaient sur la rive droite de ce fleuve. Il n'en reste plus que des ruines.

27. *Fuit enim in derisum tibi Israel.* Moab, issu de Loth, aurait dû voir dans les Hébreux des frères; mais, au lieu de s'affliger de leurs désastres, ils y avaient applaudi, parce qu'ils avaient toujours été jaloux de leur prospérité. C'était, de leur part, une grande ingratitude, puisque les Israélites les avaient toujours beaucoup ménagés. Cependant, ce qui irrite le plus le Seigneur, ce sont leurs moqueries, parce qu'en se moquant des Juifs, ils se moquaient aussi de leur croyance. Par conséquent, ce rire était impie et blasphémateur.

---

19. *In via sta, et prospice, habitatio Aroer.* O habitator Aroer, cum cœperint Chaldæi proximas Moabitarum urbes vastare, interroga eos qui ex illis fugerint, quidnam acciderit, quia simile tibi excidium impendet. * Aroer est urbs Ammonitarum, non longe a Moabitide. Vide Deut., 2, 36, et 3, 12.

20. *Confusus est Moab.* Hæc est responsio Moabitarum fugientium.

21. *Judicium venit.* Judicium vocat Dei punitionem et flagellum. — *Ad terram campestrem.* Incendium hoc et montanas et campestres Moabitarum urbes corripuit. *Super Helon.* Quæ hic enumerantur civitates ad Mobitarum ditionem pertinebant.

25. *Cornu Moab.* Fortitudo, potentia, gloria et regnum; desumpta metaphora ab animalibus quibus vires sunt in cornibus.

26. *Inebriate eum.* Scilicet Moab, vino iræ Dei, vos, ô Chaldæi, qui divinæ iræ administri et executores estis : id est, implete eum afflictionibus, ita ut attonitus nesciat quo se vertat. — *Allidet manum Moab in vomitu suo.* Cadet in terram, et manus allidet ad solum et præ ebrietate vomet. — *Erit in derisum etiam ipse.* Sicut derisit Israel, cum ab hostibus affligeretur, ut dicitur versu sequenti; ita etiam ipse deridebitur.

27. *Fuit... in derisum tibi.* Cum ducebatur in captivitatem. — *Quasi inter fures reperisses eum.* Fures enim, cum deprehensi jam sunt ac tenentur, irridentur ab omnibus sicut lupi, et conviciis afficiuntur. Vide supra, c. 2, n. 26.

28. *Habitate in petra.* In locis desertis et petrosis, aut in rupibus montium, ut tuti esse possitis : vel intelligit *Petram*, munitam urbem Moabitarum. — *In summo ore foraminis.* In summis scissuris rupium.

30. *Et quod non sit juxta eam virtus ejus.* Quod plus se jactet et superbiat, quam facere possit. — *Nec juxta quod poterat.* Non consideravit quid posset, sed plus conata est facere quam præstare poterat.

somption ; *je sais* que sa force ne répond pas à sa vanité, et que ses efforts ont été beaucoup au delà de son pouvoir.

31. C'est pourquoi je répandrai des larmes sur Moab ; j'adresserai mes cris à toute *la ville de* Moab ; je joindrai mes pleurs à ceux des habitants de ses murailles de brique.

32. O vigne de Sabama ! je vous pleurerai comme j'ai pleuré Jazer, *car* vos rejetons ont passé la mer : ils se sont étendus jusqu'à la mer de Jazer : l'ennemi a ravagé vos blés et vos vignes.

33. La joie et la réjouissance ont été bannies du Carmel et de la terre de Moab. J'ai fait cesser le vin *qui coulait* des pressoirs, et ceux qui foulaient les raisins ne chanteront plus leurs chansons ordinaires.

34. Les cris d'Hésébon ont pénétré jusqu'à Eléâlé, et jusqu'à Jasa : ils ont fait entendre leur voix depuis Ségor jusqu'à Oronaïm, qui a fait retentir ses plaintes comme une génisse de trois ans. Les eaux mêmes de Nemrim deviendront très-mauvaises.

35. Et je bannirai de Moab, dit le Seigneur, tous ceux qui présentaient leurs oblations sur les hauts lieux, et qui sacrifiaient à ses dieux.

36. C'est pourquoi mon cœur poussera des soupirs sur Moab, et imitera les sons de la flûte : mon cœur imitera ces sons, en faisant retentir ses gémissements sur les habitants de ses murailles de brique. Ils se sont perdus, parce qu'ils ont voulu faire plus qu'ils ne pouvaient.

37. Toutes les têtes seront sans cheveux, et

tiam ejus; et quod non sit juxta eam virtus ejus, nec juxta quod poterat conata sit facere.

31. Ideo super Moab ejulabo, et ad Moab universam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes.

32. De planctu Jazer plorabo tibi vinea Sabama; propagines tuæ transierunt mare, usque ad mare Jazer pervenerunt super messem tuam, et vindemiam tuam prædo irruit.

33. *a* Ablata est lætitia et exultatio de Carmelo et de terra Moab, et vinum de torcularibus sustuli; nequaquam calcator uvæ solitum celeuma cantabit [a *Isai.* 16. 10.]

34. De clamore Hesebon usque Eleale, et Jasa, dederunt vocem suam; a Segor usque ad Oronaim vitula conternante; aquæ quoque Nemrim pessimæ erunt.

35. Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelsis, et sacrificantem diis ejus.

36. Propterea cor meum ad Moab quasi tibiæ resonabit: et cor meum ad viros muri fictilis dabit sonitum tibiarum; quia plus fecit quam potuit, idcirco perierunt.

37 *a* Omne enim caput calvitium, et

31. *Super Moab ejulabo.* D'après l'Hébreu : Je gémirai sur les habitants de Kir-Héris, la même ville que Ar, la capitale des Moabites. Jazer, dont il est parlé au verset suivant, était une ville de la tribu de Gad. Il y avait le lac de Jazer situé au nord du pays de Moab. C'est ce que Jérémie appelle la mer de Jazer (*mare Jazer*).

34. *Vitula conternante.* Isaïe a employé les mêmes expressions en parlant d'une autre guerre que subirent les Moabites à l'occasion de l'invasion des Assyriens.

---

31. *Ad viros.* Propter viros. — *Muri fictilis.* Qui lateritiis muris cingebantur, et hoc munimento se tutos fore sperabant. In hebræo est, *quir cheresch*, quam vocem tanquam loci propriam LXX immutatam retinuerunt. * Vide Isa., 16. 7.

32. *De planctu Jazer.* Fletu simili fletui facto super Jazer, deflenda est fertilis vitibus (et metaphorice hominibus) Sabama; quia æque ac Jazer vastata est, id est, vastabitur a Chaldæis : sunt verba prophetæ. Jazer et Sabama fuisse urbes Moabitarum ex hoc ipso loco et ex Isaia, 16, 9, manifestum est. — *Propagines tuæ.* Cives tui ultra mare in captivitatem ducti sunt. Vel propagines tuæ transieruut mare, id est, multitudo tuorum civium usque ad mare et ultra perveniebat ; quasi dicat : Nimis fertilis eras, nimis longe palmites tuos proferebas, ideo amputanda fuisti et ferro stringenda. — *Prædo.* Nabuchodonosor cum exercitu suo prædatore.

33. *De Carmelo.* De locis cultis et fertilibus Moab qui ubertate similes sunt Carmelo. — *Solitum celeuma.* Celeuma, sive celeusma, κέλευσμα, est cantus quo qui simul laborant sese cohortari mutuo solent : ut remiges et qui in torculari calcant, aut prelum torquent. Vide supra, c. 25, 30.

34. *De clamore.* Fugientes de Hesebon urbe, et fine orientali Moab continuabunt fugam e clamorem usque ad Eleale, quæ urbs est et finis occidentalis Moab.— *A Segor usque ad Oronaim.* Nominat hasce duas urbes tanquam extremos et sibi oppositos terminos Moab. Segor enim erat ab oriente juxta mare Mortuum. Oronaim ab occidente septentrionali, hoc est, ea parte quæ Assyrios et Babylonios respicit. * Segor est illud ipsum oppidum quo Loth se receperat pereuntibus Sodomis. — *Vitula conternante.* Id est, trienni. Vide Isai., c. 15, 5. Segor dicitur vitula triennis, id est, pulchra, fortis, succulenta, perfecta, exsultans, quales vitulæ sunt cum triennium explent. — *Aquæ... Nemrim.* Nemrim locus erat multis aquis irriguus in Moabitide, Isai., 15, 6. Per aquas pascua adsita intellige. — *Pessimæ erunt.* Turbabuntur multitudine calcantium hostium. Vel confundentur cum vicinis aquis salsis maris Mortui, dissipatis aggeribus, quibus prius ab incolis studiose separabantur.

36. *Ad Moab.* Propter Moab. — *Quasi tibiæ.* Gemet, suspirabit, sicut tibia lugubre carmen resonans : de hoc tristi tibiarum cantu vide Matth, 11, 17, et Luc., 7, 32. — *Ad viros muri fictilis.* Vide dicta supra, n. 31. — *Quia plus fecit quam potuit.* Quia plus conatus est facere Moab quam poterat, quasi dicat : Propter superbiam et arrogantiam suam perierunt. Vide supra, n. 30.

37. *Omne... caput calvitium.* Solebant enim veteres in luctu caput et barbam radere. — *Colligatio.* Captivi enim ligari solent. In hebræo est : *super omnes manus incisiones;* solebant enim illæ gentes in luctu manus sibi et brachia unguibus aut cultellis incidere. — *Cilicium.* Sacco enim se vestiebant in luctu.

omnis barba rasa erit; in cunctis manibus colligatio, et super omne dorsum cilicium [a *Isai.* 15. 2. *Ezech.* 7. 18.]

38. Super omnia tecta Moab, et in plateis ejus omnis planctus; quoniam contrivi Moab, sicut vas inutile, ait Dominus.

39. Quomodo victa est, et ululaverunt? quomodo dejecit cervicem Moab, et confusus est? eritque Moab in derisum, et in exemplum omnibus in circuitu suo.

40. Hæc dicit Dominus : Ecce quasi aquila volabit, et extendet alas suas ad Moab.

41. Capta est Carioth, et munitiones comprehensæ sunt; et erit cor fortium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis.

42. Et cessabit Moab esse populus; quoniam contra Dominum gloriatus est.

43. Pavor, et fovea, et laqueus super te, o habitator Moab, dicit Dominus.

44. *a* Qui fugerit a facie pavoris, cadet in foveam; et qui conscenderit de fovea, capietur laqueo; adducam enim super Moab annum visitationis eorum, ait Dominus. [a *Isai.* 24. 18.]

45. In umbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes; quia ignis egressus est de Hesebon, et flamma de medio Sehon, et devorabit partem Moab, et verticem filiorum tumultus.

46. Væ tibi Moab, periisti, populc Chamos; quia comprehensi sunt filii tui, et filiæ tuæ in captivitatem.

toutes les barbes seront rasées ; ils auront tous les mains liées, et le cilice sur le dos.

38. On n'entendra que pleurs et que soupirs sur tous les toits de Moab, et dans toutes les places, parce que j'ai brisé Moab, comme un vase inutile, dit le Seigneur.

39. Comment la ville de Moab a-t-elle été vaincue? Comment a-t-elle jeté tant de cris et de hurlements? Comment a-t-elle enfin baissé la tête dans la confusion dont elle est couverte? Moab deviendra un sujet de raillerie, et un exemple redoutable à tous ceux qui l'environnent.

40. Voici ce que dit le Seigneur : *Celui qui doit la perdre* va prendre son vol comme un aigle, il étendra ses ailes, *et viendra fondre* sur Moab.

41. Carioth est prise, l'ennemi s'est saisi de ses remparts : et en ce jour-là le cœur des plus vaillants de Moab sera semblable à celui d'une femme qui est dans les douleurs de l'enfantement.

42. Moab cessera d'être un peuple, parce qu'il s'est glorifié contre le Seigneur.

43. La frayeur, la fosse et le piége vous attendent, ô habitants de Moab! dit le Seigneur.

44. *Celui* qui aura fui dans son épouvante tombera dans la fosse ; et *celui* qui se sera tiré de la fosse, sera pris au piége, parce que je vais faire venir sur Moab l'année où je la visiterai, dit le Seigneur.

45. Ceux qui fuyaient le piége se sont arrêtés à l'ombre d'Hésébon, mais le feu est sorti d'Hésébon, et la flamme du milieu de Séhon; elle a dévoré une partie de Moab, et les principaux des enfants de *confusion et de* tumulte.

46. Malheur à vous, ô Moab! vous êtes perdu, peuple de Chamos, vos fils et vos filles ont été emmenés en servitude.

45. *Flamma de medio Sehon.* Jérémie applique ici un ancien proverbe qui se trouve au *livre des Nombres* (XXI, 27) et qui était fonde sur ce que Séhon, roi des Amorrhéens, dont la capitale était Hésébon, avait fait la guerre aux Moabites et avait pris une partie de leur pays (Cf. Num., XXIV, 17).

---

38. *Super omnia tecta.* Quæ in regione Moab, sicut in Judæa, plana erant ut ibi versari et ambulare possent, ut sæpe dictum est. Vide D. Hieron.; in epist. ad Suniam et Fretellam. — *Omnis planctus.* Virorum, feminarum, puerorum, etc, aliis captos, aliis occisos, aliis bona direpta lugentibus.

39. *Quomodo victa est?* Regio Moabitarum. — *Et ululaverunt.* Quomodo Moabitæ ejulatu et planctu sua infortunia deploraverunt? *Quomodo dejecit cervicem?* Alludit ad vitulam triennem, quo nomine Moab appellaverat n. 34, quod cervicem haberet superbam, et nondum subactam jugo. — *Confusus est.* Victus cum ignominia. — *In derisum.* Sicut Judæi fuerant in derisum Moabitis. Vide supra n. 27. — *In exemplum.* Terroris ; nam vicinæ gentes videntes eladem Moab, timebunt ne in eamdem incurrant.

40. *Quasi aquita volabit.* Hostis Nabuchodonosor. — *Alas suas.* Alas vocat exercitus : sic etiam Latini in exercitu duas extremas partes et latera alas appellant.

41. *Carioth.* Nomen civitatis. Aliqui putant esse nomen appellativum; nam idem est *Carioth* quod *civitates.* — *Mulieres parturientis.* In angustiis et doloribus partus constitutæ.

43. *Pavor. Pavorem* vocat hostilem gladium, *foveam*, casum improvisum, *laqueum*, insidias ab hoste positas. Ponit autem hæc tria periculorum genera loco omnium.

44. *Annum visitationis.* Punitionis.

45. *In umbra Hesebon steterunt.* Fugient Moabitæ ad civitatem munitam Hesebon, ut tibi tuti esse possint. — *Ignis egressus est de Hesebon.* Chaldæi milites, qui jam civitatem occupaverant; vel cives Hesebon, qui a reliquis Moabitis dissidentes, Chaldæis urbem prodiderant. — *De medio Sehon.* Quæ est eadem cum Hesebon. — *Verticem filiorum tumultus.* Duces et principes militum tumultuantium.

46. *Popule Chamos.* Ita appellat Moabitas, qui idolum Chamos colebant.

47. Mais dans les derniers jours je ferai revenir les captifs de Moab, dit le Seigneur. Jusqu'ici ce sont les jugements du Seigneur contre Moab.

47. Et convertam captivitatem Moab in novissimis diebus, ait Dominus. Hucusque judicia Moab.

CHAPITRE XLIX.

Prophéties sur les Ammonites, les Iduméens, les Syriens, les Cédaréniens et les Elamites.

1. Voici ce que dit le Seigneur contre les enfants d'Ammon : Israël n'a-t-il point eu d'enfants? n'a-t-il point d'héritiers? Pourquoi donc Melchom s'est-il emparé de Gad comme de son héritage? et pourquoi son peuple a-t-il établi sa demeure dans ces villes?

2. C'est pour cela qu'il viendra un jour, dit le Seigneur, où je ferai entendre dans Rabbath, *capitale* des enfants d'Ammon, le frémissement et le bruit des armes. *C'est pour cela* qu'elle deviendra par sa ruine un monceau de pierres, que ses filles seront consumées par le feu, et qu'Israël se rendra maître de ceux qui l'auront maîtrisé, dit le Seigneur.

3. Poussez des hurlements Hésébon, parce que Haïa été détruite. Criez, enfants de Rabbath, revêtez-vous de cilices, faites retentir vos plaintes et vos soupirs, en courant autour des haies, parce que Melchom sera emmené captif, et avec lui ses prêtres et ses princes.

4. Pourquoi vous glorifiez-vous dans vos vallées? Votre vallée s'est écoulée comme l'eau, ô fille délicate! qui mettiez votre confiance dans vos trésors, et qui disiez : Qui viendra contre moi?

1. Ad filios Ammon. Hæc dicit Dominus : Numquid non filii sunt Israel? aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom, Gad; et populus ejus in urbibus ejus habitavit?

2. Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus, et auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælii, et erit in tumulum dissipata, filiæque ejus igni succendentur, et possidebit Israel possessores suos, ait Dominus.

3. Ulula, Hesebon, quoniam vastata est Hai; clamate, filii Rabbath, accingite vos ciliciis; plangite et circuite per sepes; quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes ejus et principes ejus simul.

4. Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua, filia delicata quæ confidebas in thesauris tuis, et dicebas : Quis veniet ad me?

47. *Et convertam captivitatem.* Le Prophète annonce que Moab ne sera pas entièrement détruit, mais que comme Israël, il reviendra de captivité, et que, par conséquent, il se relèvera de ses ruines. C'est ce qui eut lieu sous Cyrus. Isaïe donne le motif de la conservation de Moab, en rappelant que non-seulement il était de la même famille d'Abraham, mais que de lui devait naître l'agneau chargé d'effacer les péchés du monde, par Ruth, la Moabite.

Cap. XLIX. — 1. *Ad filios Ammon.* Les malheurs que Jérémie prédit ici aux Ammonites arrivèrent dans le même temps que ceux de Moab, dont il est parlé au chapitre précedent, c'est-à-dire, environ cinq ans après la prise de Jérusalem par Nabuchodonosor. — *Cur igitur hereditate possedit Melchom*, Les Ammonites croyaient que c'était Melchom, leur dieu, qui les avait mis en possession du pays des Israëlites. Le Seigneur leur parle suivant leurs préjugés, en faisant tomber ses reproches sur cette prétendue divinité (*Bible de Vence*).

---

47. *Convertam captivitatem.* Ut redeant e Babylone in Moab; id enim factum patet ex Sophonia, 2, 9; et ex Josepho *Antiq.*, lib. 13, c. 21 : vel referendum est hoc ad tempus Christi, cum Moabitæ et aliæ gentes solutæ sunt e dæmonis captivitate. — *Judicia Moab.* Judicium et sententia a Deo contra Moabitas prolata.

Cap. XLIX. — 1. *Ad filios Ammon.* Ad Ammonitas, aut de Ammonitis, aut contra Ammonitas. — *Numquid non filii sunt Israel?* Id est, Israelis. Hoc dicit, quia cum Israelitæ abducti sunt in captivitatem, Ammonitæ involarunt in captivorum bona et possessiones, quasi eorum essent hæredes. — *Melchom.* Ammonitæ, quorum idolum erat Melchom, ut patet etiam ex IV. Reg., 23, 13. — *Gad.* Tribus enim Gad Ammonitis erat vicina.

2. *Auditum faciam.* Audiri faciam. — *Rabbath.* Urbs est Arabiæ, Ammonitarum metropolis, quæ postea appellata est Philadelphia. Dicta est Rabbath, id est, magna, vel multa, ob magnitudinem urbis et populi frequentiam. — *In tumulum.* In acervum lapidum et ruderum, ut solent esse urbes dirutæ. — *Filiæque ejus.* Minora oppida circa Rabbath. — *Possessores suos.* Moabitas, qui in possessionem Israelis irruperant.

3. *Ulula, Hesebon.* Hesebon erat civitas Moabitarum, ut patet ex superiori capite, et vicina finibus Ammonitarum. Jubet ergo Hesebonem ululare, vel commiseratione calamitatis vicinarum civitatum, vel ob sibi jam imminens excidium. — *Hai.* Civitas Ammonitarum. — *Filii Rabbath.* Cives Rabbath. — *Ciliciis.* Ut fiebat in luctu : sic superiori capite, n. 37. — *Circuite per sepes.* Ut quæratis aliquam latebram, ubi possitis delitescere; solent enim qui ab hoste fugiunt, ad sepes vinearum et hortorum latendi causa se recipere. — *Melchom.* Deus vester in quo confidebatis, non quod vivens sit, sed quod aureus vel argenteus.

4. *Quid gloriaris in vallibus?* Locis irriguis et frugiferis. Valles enim abundant frumento, Psal., 64, 14. — *Defluxit vallis tua.* Vastata est, sterilis facta est defectu cultoris : sic Isa., 24, 4, *luxit, et defluxit terra.* Videtur sumpta metaphora a foliis arborum, quæ cum defluxerunt e ramis, arbores decore suo carent. — *Filia delicata.* Hebr. *scobbah*, sedens, otiosa, domi sedens, delicata, non assueta labori. LXX vertunt, θυγατηρ ἰταμιας, *filia temeritatis*, vel *impudentiæ.* Proprie dicimus italice, *sfacciata.* — *Quis veniet ad me?* Ut me capiat.

5. Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo; et dispergemini singuli a conspectu vestro; nec erit qui congreget fugientes.

6. Et post hæc reverti faciam captivos filiorum Ammon, ait Dominus.

7. Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum : Numquid non ultra est sapientia in Theman? Periit consilium a filiis, inutilis facta est sapientia eorum.

8. Fugite et terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan; quoniam perditionem Esau adduxit super eum, tempus visitationis ejus.

9. Si vindemiatores venissent super te, non reliquissent racemum; si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi.

10. Ego vero discooperui Esau, revelavi abscondita ejus, et celari non poterit; vastatum est semen ejus; et fratres ejus, et vicini ejus, et non erit.

11. Relinque pupillos tuos; ego faciam eos vivere; et viduæ tuæ in me sperabunt.

12. Quia hæc dicit Dominus : Ecce quibus non erat judicium ut biberent

5. Je vais faire tomber la frayeur sur vous, dit le Seigneur, le Dieu des armées. Vous tremblerez devant tous ceux qui vous environnent; et vous serez tous dispersés, l'un d'un côté, l'autre de l'autre, sans qu'il y ait personne pour vous rallier dans votre fuite.

6. Après cela je ferai revenir les captifs des enfants d'Ammon, dit le Seigneur.

7. Contre l'Idumée. Voici ce que dit le Seigneur des armées : N'y a-t-il donc plus de sagesse dans Théman. Ses enfants sont sans conseil, leur sagesse leur est devenue inutile.

8. Fuyez, sauvez-vous de vos ennemis, descendez dans les creux de la terre les plus profonds, habitants de Dédan, parce que j'ai fait venir sur Esaü le jour de sa destruction, le temps où je dois le visiter.

9. Si des gens fussent venus pour dépouiller vos vignes, ne vous auraient-ils pas laissé quelques raisins? Si des voleurs fussent venus vous voler la nuit, ils n'auraient pris que ce qu'ils auraient cru leur devoir suffire.

10. Mais pour moi j'ai découvert Esaü; j'ai mis au jour ce qu'il tenait le plus caché, et il ne pourra plus demeurer secret. Ses enfants, ses frères et ses voisins ont été ruinés; et *lui-même* ne sera plus.

11. Laissez vos pupilles; je leur sauverai la vie, et vos veuves espéreront en moi.

12. Car voici ce que dit le Seigneur : Ceux qui ne semblaient pas devoir être jugés à la rigueur

6. *Et post hæc reverti faciam.* Cette promesse est la même que celle qui a été faite aux Moabites (cap. XLVIII, 47). Elles se sont accomplies dans le même temps, c'est-à-dire sous Cyrus.

7. *Ad Idumæam.* Toutes ces prophéties se rapportent au même temps, c'est-à-dire à l'expédition que fit Nabuchodonosor après la prise de Jerusalem et pendant le siége de Tyr, dans toutes les contrées voisines.

11. *Relinque pupillos.* Le P. de Carrières dit dans sa paraphrase : Il ne restera personne de ce peuple qui puisse dire à son ami mourant : Laissez-moi le soin de vos pupilles. Ménochius entend qu'il ne restera plus ni pupilles, ni veuves, et que tous périront. On peut supposer que c'est Dieu qui parle et qui dit : Laissez vos pupilles, car moi seul pourrai leur sauver la vie, et que vos veuves ne mettent leur confiance qu'en moi, parce qu'elles ne pourront trouver d'autre appui que moi seul.

---

5. *Terrorem.* Bellicum, milites terribiles. — *Ab omnibus.* Efficiam ut omnes gentes tibi vicinæ irrumpant in te. — *Dispergemini.* Alii ab aliis separabimini.

6. *Reverti faciam captivos.* Tum a captivitate temporali, * quod factum discimus ex Josepho, lib. 12, *Antiq.*, c. 12; tum a spirituali diaboli per Christum.

7. *Ad Idumæam.* Scilicet dirigitur sequens prophetia. Est titulus prophetiæ, qualis ille n. 1 : *Ad filios Ammon.* — *Numquid non ultra est sapientia in Theman?* Theman urbs erat principum Idumææ sapientibus abundans; quasi dicat : Qui fit ut Idumæi, qui sapientes esse solebant, stulti facti sint? — *A filiis.* LXX, *a sapientibus;* nam hebraicum *banim*, tam sapientes, quam filios significat.

8. *Descendite in voraginem.* Abdite vos in cavernis et locis subterraneis, ne vos hostis inveniat. — *Habitatores Dedan.* Regio est ita dicta a Dedan filio Abrahæ, ex Cetura, Genes. 25, 3. Sita est in Idumæa, vel juxta eam, ut ex hoc loco patet. — *Perditionem Esau.* Jamdudum Esau destinatam. Esau autem vocat Idumæam, quia Esau, qui etiam dictus est Edom, illi nomen dedit. — *Visitationis.* Punitionis.

9. *Non reliquissent racemum.* Quasi dicat : Sane reliquissent. — *Rapuissent quod sufficeret sibi.* Reliquum vero tibi reliquissent.

10. *Discooperui Esau.* Vindemiatorum aut furum diligentiam aliquid fugit; at vero prædatores Idumææ nihil latebit, quia ego discooperiam et nudabo eam, ita ut omnia quæ habet inveniri possint. — *Vastatum est.* Vastabitur. — *Semen ejus.* Posteritas ejus. — *Non erit.* Scilicet semen, ut præcessit, id est, posteritas Idumææ.

11. *Relinque pupillos tuos.* Si quos habes; sed sane nullos habebis, quia omnes peribunt. LXX habent : *et non est relinqui pupillum tuum, ut vivat.* — *Ego faciam eos vivere.* Eorum curam geram. — *In me sperabunt.* Eas enim vivere facerem, etc., sed nullæ relinquentur.

12. *Quibus non erat judicium.* Quos comparatione vestri æquum non erat adeo graviter puniri. Judæos intelligit. Similis phrasis occurrit supra, c. 26, 11 : *Judicium mortis est viro huic*, id est, æquum est virum hunc mori. — *Calicem.* Furoris Domini, et severæ punitionis. — *Non eris innocens.* Non eris impunitus. — *Bibens bibes.* Et prorsus exhauries calicem furoris Domini.

pour boire du calice d'affliction, seront néanmoins contraints d'en boire. Vous donc, demeurerez-vous impuni, comme si vous étiez innocent? Non, vous ne serez point traité comme innocent : mais vous boirez certainement de ce calice.

calicem, bibentes bibent; et tu quasi innocens relinqueris? non eris innocens, sed bibens bibes.

13. Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que Bosra sera désolée, qu'elle sera déserte, qu'elle deviendra l'objet des insultes et de la malédiction des hommes, et que toutes ses villes seront réduites en des solitudes éternelles.

13. Quia per memetipsum juravi, dicit Dominus, quod in solitudinem, et in opprobrium, et in desertum, et in maledictionem erit Bosra; et omnes civitates ejus erunt in solitudines sempiternas.

14. Car j'ai entendu une voix qui venait du Seigneur, et un ambassadeur a été envoyé vers les nations, *pour leur dire :* Assemblez-vous et venez contre Bosra, et marchons tous ensemble pour la combattre.

14. *a* Auditum audivi a Domino, et legatus ad gentes missus est : Congregamini, et venite contra eam, et consurgamus in prælium : [a *Abd.* 1. 1.]

15. *Peuple de Bosra,* je vous rendrai petit entre les peuples, et méprisable entre les hommes.

15. Ecce enim parvulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines.

16. Votre insolence et l'orgueil de votre cœur vous a séduit, vous qui habitez dans les creux des rochers, et qui tâchez de monter jusqu'au sommet des coteaux. Quand vous auriez élevé votre nid aussi haut que l'aigle, je vous arracherais néanmoins de là, dit le Seigneur.

16. Arrogantia tua decepit te, et superbia cordis tui; qui habitas in cavernis petræ, et apprehendere niteris altitudinem collis; *a* cum exaltaveris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus [a *Abd.* 1. 4.]

17. Et l'Idumée sera déserte. Quiconque passera au travers de ses terres sera frappé d'étonnement, et se rira de toutes ses plaies.

17. Et erit Idumæa deserta; omnis qui transibit per eam, stupebit, et sibilabit super omnes plagas ejus.

18. Elle sera renversée, comme l'ont été Sodome et Gomorrhe, avec les villes voisines, dit le Seigneur : il n'y aura plus personne, il n'y aura plus d'hommes pour y habiter.

18. *a* Sicut subversa est Sodoma, et Gomorrha, et vicinæ ejus, ait Dominus; non habitabit ibi vir, et non incolet eam filius hominis. [a *Genes.* 19. 24.]

19. L'ennemi viendra du côté du fier Jourdain; comme un lion contre ces villes si fortes et si

19. Ecce quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem ro-

14. *Et legatus ad gentes missus est.* Quelques-uns croient que le Seigneur députa un ange pour exciter Nabuchodonosor à marcher contre l'Idumée. D'autres regardent l'expression du Prophète comme une expression figurée, qui ne signifie que l'impression que Dieu répand dans les esprits et dans les volontés de ceux qu'il veut déterminer à quelque entreprise (*Bible de Vence*).

17. *Et erit Idumæa deserta.* Le peu d'hommes qui étaient restés dans ce pays, après le passage de Nabuchodonosor, se retirèrent dans les contrées qui s'étendent au midi de la tribu de Juda. Bosor, Theman et Didon ne furent plus que des ruines, et aujourd'hui l'Idumée n'est qu'une vaste solitude, un désert immense qu'on ne peut mieux comparer qu'à l'Arabie Pétrée et Déserte.

---

13. *In opprobrium.* Adeo horrende plectetur Bosra, ut futura sit in opprobrium, id est, exsecrabilis et maledicta. — *In desertum.* Redacta in solitudinem. — *In maledictionem.* Ut scilicet alteri maledicere volentes, id illi imprecentur quod Bosræ accidit. — *Bosra.* Erat princeps Idumæorum civitas.

14. *Auditum audivi a Domino.* Audivi, Domino mihi revelante, sententiam contra Bosra. — *Legatus ad gentes missus est.* Quem scilicet Chaldæi miserunt ad gentes sibi subjectas, ut se ad bellum contra Idumæos excitarent. — *Congregamini.* Verba invitantium ad bellum. — *Contra eam.* Idumæam.

15. *Parvulum dedi te.* Dabo, ponam; hebraismus, id est, faciam, vel facere decrevi, dejiciam te ac deprimam, cum tu, o Edom, magnus tibi esse videaris.

16. *Qui habitas in cavernis petræ.* Hebr. *in scissuris*, qui putas te inexpugnabilem, quod in præruptis et confragosis montibus habites. — *Et apprehendere niteris.* Hebr. est, *attingis*, id est, tenes, occupas altitudinem collis. Intelligit autem montem Seir, qui est in Idumæa. Vel sensus est : qui tibi videris esse excelsus, et similis colli altissimo. — *Cum exaltaveris.* Etiamsi exaltaveris, et in sublimi constitueris sedem tuam. Similis sententia Abdiæ, c. 1, n. 3 et 4; Lucæ, 10, 15; Matth., 23, 12.

17. *Sibilabit.* Obstupescet videns ruinas ejus; vel contemnet eam videns eversionem ejus. Sibilus apud Hebræos admirationem aut contemptum significat, ut supra, c. 18, 16; et 19, 8, et alibi sæpe. — *Plagas ejus.* Calamitates ejus, excidium ejus.

19. *Ecce quasi leo.* Ecce Nabuchodonosor ascendet quasi leo, si furorem spectes. — *De superbia Jordanis.* Cum superbit Jordanis turgens et exundans; tunc enim leones et aliæ feræ ex suis lustris exire coguntur eluvione aquarum, et ferocius sæviunt, quippe famelicæ. — *Pulchritudinem robustam.* Ad Idumæam, quæ amœna est et fortis. In hebræo est, *ad habitaculum robustum*, id est, ad Idumæam in rupibus sitam. — *Subito currere faciam eum.* Summa celeritate hostem adducam contra Idumæam. — *Quis erit electus?* Quem ducem præficiam Idumææ, ut possit eam contra ingruentes hostes defendere? quasi dicat : Nullus reperietur. — *Quis enim similis mei?* Ut possit mihi resistere pugnanti contra Idumæos, per manus Chaldæorum. — *Quis sustinebit me?* Quis ferre poterit impetum meum? — *Pastor.* Dux, imperator.

bustam; quia subito currere faciam eum ad illam; et quis erit electus quem præponam ei? quis enim similis mei? *a* et quis sustinebit me? et quis est iste pastor qui resistat vultui meo? [a *Job*. 41. 1.]

20. Propterea audite consilium Domini quod iniit de Edom; et cogitationes ejus quas cogitavit de habitatoribus Theman : Si non dejecerint eos parvuli gregis, nisi dissipaverint cum eis habitaculum eorum.

21. A voce ruinæ eorum commota est terra, clamor in mari Rubro auditus est vocis ejus.

22. Ecce quasi aquila ascendet, et avolabit; et expandet alas suas super Bosran; et erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis.

23. Ad Damascum : Confusa est Emath, et Arphad ; quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari : præ sollicitudine quiescere non potuit.

24. Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam; angustia et dolores tenuerunt eam quasi parturientem.

25. Quomodo dereliquerunt civitatem laudabilem, urbem lætitiæ?

26. Ideo cadent juvenes ejus in plateis ejus; et omnes viri prælii conticescent in die illa, ait Dominus exercituum.

27. Et succendam ignem in muro Damasci, et devorabit mœnia Benadad.

belles : Car je le ferai fondre tout d'un coup sur l'Idumée. Où sont les vaillants hommes, afin que je les emploie contre elle ? Car qui est semblable à moi? Qui pourra subsister devant moi? Qui est le pasteur *des hommes* qui puisse soutenir l'éclat de ma face?

20. Ecoutez donc le dessein que le Seigneur a formé contre Edom, et les résolutions qu'il a prises contre les habitants de Théman : Je jure, *a-t-il dit*, que les plus petits de l'armée les mettront en fuite, et renverseront avec eux toute leur ville.

21. Le bruit de leur ruine a ému toute la terre, et leurs cris se sont fait entendre sur les eaux de la mer Rouge.

22. *L'ennemi* va paraître comme un aigle; il prendra son vol, il étendra ses ailes sur Bosra: et en ce jour-là le cœur des vaillants d'Idumée sera semblable à celui d'une femme qui est dans les douleurs de l'enfantement.

23. Contre Damas. Emath et Arphad sont dans la confusion, parce qu'une nouvelle funeste les a étonnés. Ceux de la côte de la mer sont saisis de trouble; et dans l'inquiétude qui les agite, ils ne peuvent trouver de repos.

24. Damas a perdu courage, elle fuit de toutes parts. Elle est pénétrée de frayeur; elle est accablée des douleurs qui la pressent, et qui la déchirent comme une femme qui est en travail.

25. Comment ont-ils ainsi abandonné cette ville si belle, cette ville de délices?

26. Ses jeunes gens tomberont morts dans ses places, et tous ses hommes de guerre seront dans un profond silence en ce jour-là, dit le Seigneur des armées.

27. Je mettrai le feu aux murs de Damas; et il dévorera les murailles de Bénadad.

23. *Ad Damascum*. Damas avait été subjuguée une première fois par David. Téglath-Phalasar unit ensuite le royaume de Syrie, dont elle était la capitale, à l'empire de Ninive. Nabuchodonosor en fit ensuite la conquête. Il dévasta la Syrie pendant qu'une partie de ses troupes était occupée au siége de Tyr; par conséquent cette prophetie eut son accomplissement dans le même temps que les précédentes. — *Turbati sunt in mari*. C'était de Tyr que devaient partir les troupes dont parle le Prophète. C'est pour ce motif qu'il nous représente le trouble qui doit éclater du côté de la mer.

---

20. *Audite consilium Domini*. Quid Dominus decreverit adversus Idumæos. — *De habitatoribus Theman*. Est repetitio. De Idumæis. Vide dicta supra, n. 7. — *Si non*. Est formula jurantis, quasi dicat : Nisi eos dejectis ipsorum domiciliis oppresserim, non habear Deus. — *Dejecerint eos*. Vicerint, oppresserint, conculcaverint. — *Parvuli gregis*. Vilissimi quippe exercitus Chaldæorum.

21. *A voce ruinæ*. Præ fragore casus eorum terra commovebitur. — *Clamor in mari Rubro*. Mari enim Rubro vicina est Idumæa.

22. *Ecce quasi aquila*. Hæc explicata sunt cap. superiori, n. 40.

23. *Ad Damascum*. Scilicet dirigitur sequens prophetia. Est titulus, ut ille n. 1, *ad filios Ammon;* et n. 7, *ad Idumæam*. Damascum autem ponit pro tota Syria, quia caput ejus erat. — *Confusa est Emath et Arphad*. Timore perculsæ sunt Emath et Arphad, quæ duæ erant Syrorum civitates. Ponuntur more prophetarum præterita pro futuris. — *Auditum pessimum*. Malum nuntium audierunt, scilicet captam esse Damascum. Significat Damascum primo loco capiendam, eaque fama cæteras minores Syrorum civitates terrefaciendas. — *Turbati sunt in mari*. Turbati et territi sunt sicut incolæ Emath et Arphad, ut timent et turbantur qui mare navigant ingruente tempestate. Vel sensus est : magnis fluctibus et æstu curarum turbati sunt.

24. *Dissoluta est Damascus*. Perterrita est, manus ejus dissolutæ sunt, ut loqui solent Hebræi.

25. *Quomodo dereliquerunt?* Quomodo cives deseruerunt Damascum metu hostis? quomodo non defenderunt? — *Laudabilem*. Inclytam. — *Urbem lætitiæ*. Urbem pulchram et elegantem, cujus aspectus lætitiam affert intuentibus.

26. *Ideo*. Quia derelicta est civitas. — *Juvenis ejus*. Melior æstas, et apta ad arma tractanda. — *Conticescent*. Vel significat penitus perituros, vel hostibus futuros subjectos. Sic lib. I. Machab., c. I, n. 3, dicitur terra siluisse in conspectu Alexandri Magni.

27. *Mœnia Benadad*. Regis Syriæ.

28. Contre Cédar et contre les royaumes d'Asor, qui furent détruits par Nabuchodonosor, roi de Babylone. Voici ce que dit le Seigneur : Allez, marchez contre Cédar, et ruinez les peuples de l'orient.

29. Ils enlèveront leurs tentes et leurs troupeaux; ils prendront pour eux leurs pavillons, tout leur équipage avec leurs chameaux, et ils les frapperont de terreur de toutes parts.

30. Fuyez, habitants d'Asor; courez à perte d'haleine, cachez-vous dans les creux de la terre, dit le Seigneur. Car Nabuchodonosor, roi de Babylone, a formé des desseins contre vous, et il a résolu de vous perdre.

31. Allez tous ensemble; marchez contre un peuple qui jouit de la paix, et qui vit dans une entière sûreté, dit le Seigneur. Vous n'y trouverez ni portes ni serrures : ils sont seuls dans leurs maisons.

32. Tous leurs chameaux seront au pillage, et la multitude de leurs troupeaux sera en proie. Je disperserai dans tous les coins de la terre ces gens qui se coupent les cheveux en rond, et je leur susciterai des ennemis mortels d'entre tous les peuples qui les environnent, dit le Seigneur.

33. Et Asor deviendra la demeure des dragons. elle sera éternellement déserte, il n'y demeurera personne, il n'y aura pas un seul homme qui y habite.

34. Paroles que le Seigneur dit au prophète Jérémie contre Èlam au commencement du règne de Sédécias, roi de Juda.

35. Voici ce que dit le Seigneur des armées : Je vais briser l'arc d'Elam, et je détruirai toutes leurs forces.

28. Ad Cedar, et ad regna Asor quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Hæc dicit Dominus : Surgite; et ascendite ad Cedar, et vastate filios orientis.

29. Tabernacula eorum, et greges eorum capient; pelles eorum, et omnia vasa eorum, et camelos eorum tollent sibi; et vocabunt super eos formidinem in circuitu.

30. Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete, qui habitatis Asor, ait Dominus; iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, et cogitavit adversum vos cogitationes.

31. Consurgite, et ascendite ad gentem quietam, et habitantem confidenter, ait Dominus; non hostia, nec vectes eis; soli habitant.

32. Et erunt cameli eorum in direptionem, et multitudo jumentorum in prædam; et dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam; et ex omni confinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus.

33. Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta usque in æternum; non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

34. Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam adversus Ælam in principio regni Sedeciæ regis Juda, dicens :

35. Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego confringam arcum Ælam, et summam fortitudinem eorum.

28. *Ad Cedar, et ad regna Asor.* Les Cédaréniens descendaient d'Ismaël, fils d'Abraham par Agar. Ils habitèrent dans l'Arabie Deserte, entre l'Euphrate et les montagnes de Galaad. Les royaumes ou principautés d'Asor sont moins connus; quelques-uns croient qu'Asor était la capitale des Cédaréniens. Cependant ceux-ci ne bâtissaient ni villes, ni maisons; ils habitaient seulement sous des tentes.

31. *Consurgite.* C'est le discours que Dieu adressa aux Chaldéens, lorsqu'il leur donna l'ordre de marcher contre Cédar et contre Azor. Ce fut Nabuchodonosor qui accomplit cette tâche, et sans doute après la prise de Jérusalem, comme les prophéties précédentes.

34. *Adversus Ælam.* Sous le nom d'Elam, l'Ecriture désigne ordinairement la Perse, mais il s'agit ici de la province d'Elimaïs, dont Suse était la métropole. Cette prophétie eut son accomplissement à la fin du règne de Nabuchodonosor. Ce prince enleva cette contrée à Astyage et la soumit à l'empire des Chaldéens.

---

28. *Ad Cedar.* Scilicet dirigitur sequens prophetia. Vide dicta, n. 23. Fuit Cedar secundus filius Ismaelis, filii Abraham ex Agar ancilla, Genes., 15, 13; ex quo Agareni *Cedar* nomine patris appellati sunt. Est autem Cedar regio Arabiæ in Saracenorum solitudine. — *Ad regna Asor.* Ad omnia regna Asor, ad omnes civitates quæ sunt in ditione Asor, quæ civitas erat sedes regis Agarenorum, Jud., 4, 2. — *Percussit.* Percutiet. — *Hæc dicit Dominus.* Chaldæis. — *Filios orientis.* Filii orientis sunt filii prognati a Cetura et Agar uxoribus Abrahæ; hi enim habitabant ad orientem posterorum Isaac, id est, Hebræorum.

29. *Pelles eorum.* Tabernacula eorum facta ex pellibus.— *Omnia vasa eorum.* Instrumenta, supellectilem, et arma eorum. — *Super eos.* Contra eos. — *Formidinem.* Milites formidabiles ex omni parte contra eos vocabunt. Sic supra n. 5 : *Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus.*

30. *Abite vehementer.* Quam potestis longissime recedite. — *In voraginibus sedete.* Abdite vos in cavernis, ne ab hostibus inveniamini. — *Consilium.* Ut vos perdat.

31. *Consurgite.* O Chaldæi, quasi milites mel contra Agarenos. Est vox Dei. — *Ad gentem quietam.* Pace abundantem. Ita describit Agarenos nomadas, qui extra urbes habitabant sine ostiis ac sine vectibus, quamvis aliquas haberent civitates, ut Asor et alias.

32. *In omnem ventum.* In omnes terrarum oras. — *Qui sunt attonsi in comam.* Agarenos intelligit, qui juxta aures comam attondebant, ut nunc Poloni et Hungari faciunt.

34. *Quod factum est verbum Domini.* Ordo verborum inversus, ut c. 46, n. 1; et c. 47, n. 1. — *Adversus Ælam.* Ælam pars est Persidis, quæ ab Ælam filio Sem dicta esse creditur. Tradunt Hebræi Ælamitas Chaldæis contra Judæos opem tulisse, ideoque contra illos nunc prophetare Jeremiam

35. *Confringam arcum Ælam.* Fortitudinem et robur Ælamitarum; erant enim peritissimi sagittarii, ut apparet ex Isa., 22, 6 : itaque omne robur bellicum in arcu ponebant, et hæc erat summa eorum fortitudo, ut hic dicitur.

36. Et inducam super Ælam quatuor ventos a quatuor plagis cœli : et ventilabo eos in omnes ventos istos : et non erit gens, ad quam non perveniant profugi Ælam.

37. Et pavere faciam Ælam coram inimicis suis, et in conspectu quærentium animam earum : et adducam super eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus : et mittam post eos gladium donec consumam eos.

38. Et ponam solium meum in Ælam, et perdam inde reges et principes, ait Dominus.

39. In novissimis autem diebus reverti faciam captivos Ælam, dicit Dominus.

36. Je ferai venir contre Elam les quatre vents des quatre coins de la terre. Je les disperserai dans tous ces vents, et il n'y aura point de peuple où les fugitifs d'Elam n'aillent chercher leur retraite.

37. Je ferai trembler Elam devant ses ennemis, devant ceux qui chercheront à lui ôter la vie. Je ferai tomber sur eux les maux et l'indignation de ma fureur, dit le Seigneur : j'enverrai après eux l'épée qui les poursuivra jusqu'à ce que je les aie consumés.

38. J'établirai mon trône dans Elam, et j'en exterminerai les rois et les princes, dit le Seigneur.

39. Mais dans les derniers jours, dit le Seigneur, je ferai revenir les captifs d'Elam.

CHAPITRE L.

Prophétie de la ruine de Babylone par les Mèdes et les Perses, et de la délivrance d'Israël et de Juda.

1. Verbum quod locutus est Dominus de Babylone et de terra Chaldæorum, in manu Jeremiæ prophetæ.

2. Annuntiate in gentibus, et auditum facite; evate signum, prædicate, et nolite celare; dicite : Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach, confusa sunt sculptilia ejus, superata sunt idola eorum.

3. Quoniam ascendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram ejus in

1. Paroles que le Seigneur dit contre Babylone, et contre le pays des Chaldéens, par le prophète Jérémie.

2. Annoncez ceci parmi les nations, faites-le entendre, levez l'étendard, publiez-le, et ne le cachez point; dites : Babylone a été prise, Bel, est confondu. Mérodach est vaincu, leurs statues sont brisées, et leurs idoles vaincues.

3. Car un peuple vient d'Aquilon contre Babylone, qui réduira son pays dans une solitude,

39. *Reverti faciam captivos Ælam.* Les Elamites s'unirent aux Mèdes pour marcher contre les Babyloniens, et ils recouvrèrent leur indépendance sous Cyrus.

Cap. L. — 1. *Verbum quod locutus est.* Cette prophétie est de la 4e année du règne de Sédécias. Jérémie y annonce la prise de Babylone par Cyrus, la désolation de cet empire, le retour et la réunion des deux maisons d'Israël et de Juda. Isaïe avait aussi prédit la chute de la grande ville qu'on pourrait appeler la reine de l'Orient. On peut comparer les chapitres XIII, XIV, XXI, XLV, XLVI et XLVII d'Isaïe avec ces deux chapitres de Jérémie. Ils se complètent; mais on verra qu'en approchant de l'accomplissement de l'événement, l'éclat de la lumière prophétique augmente.

2. *Confusus est Bel.* Bel, ou Baal, qu'on peut traduire par le mot *Dominus*, était un nom commun à tous les rois que les Chaldéens avaient divinisés. Mérodach était aussi un nom de souverain. Ces deux mots Bel-Mérodach étaient ordinairement réunis pour désigner le dieu principal de Babylone. Les Chaldéens lui donnaient pour épouse Mylitta, la grande déesse nature. On représentait Bel-Mérodach avec une épée ou une hache à la main.

3. *Gens ab Aquilone.* Cette nation était celle des Mèdes; car la Médie était au Nord par rapport à Babylone. L'armée de Cyrus était d'ailleurs composée de tous les peuples qu'il avait vaincus; et ces troupes venaient du Nord, c'est-à-dire de l'Asie Mineure, où il avait vaincu Crésus, le roi de Lydie.

---

36. *Quatuor ventos.* Per ventos hostes intelligit; per quatuor, omnes, quia ad quatuor ventos præcipuos et cardinales omnes reliqui intermedii referuntur; quasi dicat : Hostes undique contra Ælamitas excitabo, qui eos tanquam vehementissimi venti in omnes terræ partes abripiant.

37. *Mittam post eos gladium.* Efficiam ut hostes eos, quocumque fugerint, persequantur, donec eos penitus deleant.

38. *Ponam solium meum in Ælam.* Postquam Ælamitas ejecero, constituam alium regem in Ælam. Vocat solium suum, quod ipse dat.

39. *Reverti faciam captivos Ælam.* Scilicet per Cyrum, qui, Babylone eversa, regnum ad Ælamitas, id est, Persas transtulit, et spiritualiter per Christum *, cujus beneficio libertatem filiorum Dei adepti sunt. Vide Act., 2, n. 7, 8 et 9.

Cap. L. — 1. *In manu Jeremiæ.* Per Jeremiam. Est hebraismus. Sic supra, c. 27, 3; et 37, 2.

2. *Annuntiate in gentibus.* Sunt verba prophetæ, jubentis ut apud omnes gentes annuntietur excidium Babylonis. — *Levate signum.* Tollite signum victoriæ. — *Confusus est Bel.* Ignominia afficietur Bel deus Chaldæorum. — *Merodach.* Alius eorumdem Deus. * Merodach fuerat rex Babyloniorum, ab iis post mortem in deorum numerum relatus.

3. *Gens ab aquilone.* Persæ scilicet et Medi, qui licet Babyloniis sint orientales, gentes tamen ab aquilone, quales erant Hircani, Armeni, Sacæ, Caducii, etc., duxerunt contra Chaldæos. — *Moti sunt.* Movebuntur, dissipabuntur. — *Abierunt.* In fugam vel in captivitatem.

sans qu'il y ait plus, ni homme, ni bête, qui y habite. Ils ont pris la fuite, et ils se sont retirés ailleurs.

4. En ces jours-là et en ce temps-là, dit le Seigneur, les enfants d'Israël et les enfants de Juda retourneront tous ensemble : ils marcheront et viendront à grande hâte en pleurant *de joie* et ils chercheront le Seigneur leur Dieu.

5. Ils demanderont le chemin pour aller à Sion ; tous leurs regards seront tournés de ce côté-là. Ils viendront et ils se réuniront au Seigneur par une alliance éternelle, dont la mémoire ne s'effacera jamais.

6. Mon peuple est devenu un troupeau de brebis égarées, les pasteurs les ont séduites ; ils les ont fait errer par les montagnes ; elles ont passé des montagnes sur les collines, elles ont oublié le lieu de leur repos.

7. Tous ceux qui les ont trouvées les ont dévorées, et leurs ennemis ont dit : Nous ne péchons point, parce qu'elles avaient offensé le Seigneur, qui est la beauté de la justice, le Seigneur qui avait été l'attente de leurs pères.

8. Fuyez du milieu de Babylone, sortez du pays des Chaldéens, et soyez comme les chevreaux qui marchent à la tête du troupeau :

9. Car je vais susciter du pays de l'Aquilon une

solitudinem; et non erit qui habitet in ea ab homine usque ad pecus; et moti sunt, et abierunt.

4. In diebus illis, et in tempore illo, ait Dominus, venient filii Israel, ipsi et filii Juda simul; ambulantes et flentes properabunt, et Dominum Deum suum quærent.

5. In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. Venient, et apponentur ad Dominum fœdere sempiterno, quod nulla oblivione delebitur.

6. Grex perditus factus est populus meus; pastores eorum seduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus ; de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui.

7. Omnes qui invenerunt, comederunt eos; et hostes eorum dixerunt : Non peccavimus; pro eo quod peccaverunt Domino decori justitiæ, et expectationi patrum eorum Domino.

8. Recedite de medio Babylonis, et de terra Chaldæorum egredimini; et estote quasi hœdi ante gregem.

9. Quoniam ecce ego suscito, et ad-

4. *In diebus illis.* La délivrance d'Israël et de Juda coïncida, pour ainsi dire, avec la prise de Babylone. Car aussitôt que Cyrus se fût rendu maître de cette ville, il rendit son édit de délivrance en faveur du peuple de Dieu.

6. *Grex perditus factus est.* Le Prophète jette un regard en arrière. Il voit ce qu'était le peuple de Dieu avant d'être livré aux Chaldéens. Il le rappelle pour qu'on s'explique son châtiment, et aussi pour qu'on voie le changement opéré en lui par l'épreuve à laquelle il a été soumis.

8. *Recedite de medio Babylonis.* Maintenant, dit le Seigneur, que ma justice est satisfaite, hâtez-vous de sortir de cette ville de corruption qui va être l'objet de ma vengeance et de ma fureur. Moralement, Babylone est ici l'image du monde réprouvé, ennemi de Jésus-Christ et de son Evangile, et c'est de ce monde qu'il faut se séparer au moins de cœur, en renonçant à la cupidité qui y règne.

9. *Congregationem gentium.* Tel était bien le caractère de l'armée avec laquelle Cyrus attaqua Babylone. Avant de marcher contre cette ville, il avait fait la conquête de l'Asie Mineure. Cette presqu'île, peuplée par une foule de peuples différents, lui avait fourni des troupes qu'on ne peut mieux désigner qu'en les appelant un assemblage, un ramassis d'une foule de nations differentes.

---

4. *Filii Israel.* Reliquiæ decem tribuum. — *Et filii Juda.* Qui ad duas tribus Juda et Benjamin pertinebant. — *Et flentes.* Præ gaudio. Vide lib. I. Esdræ, c. 3, 12, ubi dicuntur Judæi templi restaurationem videntes, flevisse præ gaudio. — *Dominum Deum suum quærent.* Hoc non solum ad tempus reditus captivorum referendum est, sed multo magis ad tempus Christi, cum ex dæmonis captivitate liberati sunt in ipsum credentes. Ita intelligendum esse hunc locum patet ex versiculo sequenti, ubi agitur de fœdere sempiterno.

5. *In Sion,* Viam qua veniant in Sion et in Ecclesiam. —*Huc facies eorum.* Huc recta via contendent. — *Apponentur ad Dominum.* Adjungentur et adhærebunt Domino. — *Fœdere sempiterno.* Evangelico, quod nullum finem habiturum est.

6. *Grex perditus.* Quasi dicat : Errabat Israel per montes ovium instar. *Pastores.* Reges intelligit et pseudoprophetas, qui populum blandiendo seduxerunt, et in causa fuerunt ut in captivitatem iret. — *Feceruntque vagari in montibus.* Ad idola colenda invitantes, ex uno idolo et monte ad alium montem et aliud idolum. — *Obliti sunt cubilis sui.* Obliti sunt Sion, ubi solebant requiescere, et templi in Sion constituti.

7. *Omnes qui invenerunt.* Facti sunt in prædam et devorationem omnibus gentibus. Vide Ezech., 34, n. 5, et 8. — *Et... dixerunt : Non peccavimus.* Id est, omnes qui interficiebant eos arbitrabantur se obsequium præstare Deo. — *Decori justitiæ.* Sic vocat Deum : primo, quod populum suum, antequam peccaret, decorasset justitia; secundo, quod decor esset populi propter leges justitiæ quas illi dederat, et quibus eum gubernabat; tertio, quod ejus justitiam et pietatem multis beneficiis decoraret et muneraretur. — *Exspectationi.* Domino in quo patres eorum speraverunt, qui adjutor eorum et protector eorum fuit. Psalm., 113, n. 9, 10, 11.

8. *Recedite.* Judæos alloquitur e captivitate liberandos. — *Quasi hœdi ante gregem.* Alacres, læti, hilares, celeres sicut hirci et hædi gregem præcedentes.

9. *Congregationem gentium magnarum.* Ingentem Persarum exercitum. — *De terra aquilonis.* Vide dicta supra, n. 3. — *Præparabuntur.* Parabunt, et instruent se ad Babylonem oppugnandam. — *Inde.* Hebr. est, *misscam,* et significatur primo conflictu, vel prima obsidione capiendam : non prius in te discessuros Persas, quam illam capiant. — *Sagitta ejus.* Scilicet exercitus. — *Viri fortis interfectoris.* Militis strenui, et periti sagittarii. — *Non revertetur vacua.* Nam singulis sagittis singulos homines interficiet.

ducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis; et præparabuntur adversus eam, et inde capietur; sagitta ejus quasi viri fortis interfectoris, non revertetur vacua.

10. Et erit Chaldæa in prædam; omnes vastantes eam replebuntur, ait Dominus.

11. Quoniam exultastis, et magna loquimini, diripientes hæreditatem meam; quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, et mugistis sicut tauri.

12. Confusa est mater vestra nimis, et adæquata pulveri, quæ genuit vos, ecce novissima erit in gentibus, deserta, invia, et arens.

13. Ab ira Domini non habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem; omnis qui transibit per Babylonem, stupebit, et sibilabit super universis plagis ejus.

14. Præparamini contra Babylonem per circuitum, omnes qui tenditis arcum, debellate eam, non parcatis jaculis; quia Domino peccavit.

15. Clamate adversus eam, ubique dedit manum, ceciderunt fundamenta ejus, destructi sunt muri ejus, quoniam ultio Domini est; ultionem accipite de ea; sicut fecit, facite ei.

16. Disperdite satorem de Babylone, et tenentem falcem in tempore messis; à facie gladii columbæ unusquisque ad populum suum convertetur, et singuli ad terram suam fugient.

17. Grex dispersus Israel, leones ejecerunt eum; primus comedit eum

multitude de peuples réunis ensemble; et je les ferai venir contre Babylone. Ils se prépareront pour l'assiéger, et ils la prendront : leurs flèches seront comme la flèche qui part de la main meurtrière d'un vaillant homme, qui n'est jamais sans effet.

10. La Chaldée sera livrée en proie, et tous ceux qui la pilleront s'enrichiront de ses dépouilles, dit le Seigneur.

11. Comme vous avez triomphé de joie, et que vous avez parlé insolemment en pillant mon héritage; comme vous vous êtes répandus en des cris de réjouissance, ainsi que de jeunes veaux qui bondissent sur l'herbe, et comme des taureaux qui font retentir leurs mugissements;

12. Votre mère sera aussi couverte d'une extrême confusion; cette ville où vous êtes nés sera égalée à la poussière qui est sur la terre: elle deviendra la dernière des nations, et elle sera changée en un désert sans chemin et sans eau.

13. La colère du Seigneur la rendra inhabitée, et la réduira en un désert. Quiconque passera par Babylone sera frappé d'étonnement, et se rira de toutes ses plaies.

14. Attaquez Babylone de tous côtés, vous tous qui savez manier l'arc, combattez-la, n'épargnez point les flèches, parce qu'elle a péché contre le Seigneur.

15. Jetez de grands cris contre elle. Elle tend les mains de toutes parts; ses fondements se renversent, ses murailles tombent par terre, parce que le jour de la vengeance du Seigneur est venu. Vengez-vous d'elle, et traitez-la comme elle a traité les autres.

16. Exterminez de Babylone celui qui sème et celui qui tient la faucille au temps de la moisson. Ils fuiront tous de devant l'épée *d'une course plus rapide que le vol* de la colombe; et chacun retournera à son peuple, et se retirera de son pays.

17. Israël est un troupeau de brebis dispersées; les lions l'ont chassé *de son pays*. Le roi d'Assur

13. *Redigetur tota in solitudinem.* Isaïe avait déjà dit la même chose, et nous avons fait connaître, à cette occasion, toutes les transformations par lesquelles Babylone était successivement tombée, pour que la parole des prophètes fut littéralement accomplie (Voy. Isaïe, ch. XIII, note sur le verset 21).

17. *Comedit eum rex Assur.* Israël fut détruit par les Assyriens, tandis que Juda fut ren-

10. *Replebuntur.* Spoliis et divitiis.

11. *Quoniam exultatis.* In hebræo est in præterito : *Quoniam læti fuistis, quoniam exultatis diripientes hæreditatem meam.* — *Effusi estis sicut vituli.* LXX, *quia gestiebatis quasi vituli in herba.* — *Mugistis.* Feroces pacti estis sicut tauri, propter divitias quas a populo meo abstulistis. Mugitus enim in tauro ferocitatem elationemque significat.

12. *Confusa est.* Ignominiose capta. — *Mater vestra.* Babylon, aut Chaldæa. — *Adæquata pulveri.* Eversa, solo æquata. — *Novissima.* Abjectissima erit inter omnes gentes.

13. *Ab ira Domini.* Propter iram Domini. — *Sibilabit.* Obstupescet, vel irridebit. Vide capite præcedenti, n. 17.

14. *Præparamini.* Instruite aciem contra Babylonem. Vide supra, n. 9. — *Omnes qui tenditis arcum.* Omnes viri bellicosi, armis tractandis assueti. Arcum posuit pro omni armorum genere. — *Non parcatis jaculis.* Sagittas e pharetris depromite, et in Chaldæos effundite.

15. *Clamate adversus eam.* Exhortantes et excitantes vos ad bellum. — *Dedit manum.* Victa est Babylon, et victam se fatetur. LXX habent : *solutæ sunt manus ejus.* Vel significatur Babylonem fœderatam fuisse cum Lydis hostibus (quod ita fuisse habemus ex Herodoto), et ideo non est illi parcendum. — *Sicut fecit.* Jerusalem et aliarum gentium civitatibus.

16. *Disperdite satorem.* Interficite in Babylone non solum milites, sed etiam agricolas qui serunt, quibus tamen in excidiis urbium parci solet, ita ut nemo sit qui seminet aut metat. — *A facie gladii columbæ.* Columbam vocat hostem, non propter mansuetudinem, quæ in illo nulla erat, sed propter celeritatem. Vel quia devictis Chaldæis præter propria signa, quibus prius utebantur, junxerunt etiam insigne Chaldæorum jam devictorum, quod erat columba. Vide supra, c. 25, n. 38.

17. *Grex dispersus.* Similis gregi disperso et erranti : sic supra, n. 6, dixit : *Grex perditus factus est populus meus.* — *Leones ejecerunt eum.* Scilicet de loco suo. Leones vocat reges

l'a dévoré le premier : mais Nabuchodonosor, roi de Babylone, qui est son dernier ennemi, lui a brisé tous les os.

18. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : je vais visiter le roi de Babylone et son pays, comme j'ai visité le roi d'Assur.

19. Je ramènerai Israël dans le lieu de sa demeure : il rentrera dans ses pâturages du Carmel et de Basan; et son âme se rassasiera sur la montagne d'Ephraim et de Galaad.

20. En ces jours-là et en ce temps-là, dit le Seigneur, on cherchera l'iniquité d'Israël, et elle ne sera plus ; le péché de Juda, et il ne se trouvera point, parce que je me rendrai favorable à ceux que je me serai réservés.

21. Marchez contre la terre des dominateurs; et faites la vengeance de ses habitants. Renversez, tuez tous ceux qui les suivent, dit le Seigneur, faites tout selon l'ordre que je vous ai donné.

22. Le bruit des armées s'entend sur la terre; et il est suivi d'une grande plaie.

23. Comment le marteau de toute la terre a-t-il été brisé et réduit en poudre? Comment Babylone *si fameuse* parmi les nations a-t-elle été changée en un grand désert?

24. Je vous ai fait tomber dans un piége, ô

rex Assur; iste novissimus exossavit eum Nabuchodonosor rex Babylonis.

18. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Ecce ego visitabo regem Babylonis, et terram ejus, sicut visitavi regem Assur.

19. Et reducam Israel ad habitaculum suum; et pascetur Carmelum et Basan, et in monte Ephraim et Galaad saturabitur anima ejus.

20. In diebus illis, et in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel, et non erit; et peccatum Juda, et non invenietur; quoniam propitius ero eis quos reliquero.

21. Super terram dominantium ascende, et super habitatores ejus visita, dissipa, et interfice quæ post eos sunt, ait Dominus; et fac juxta omnia quæ præcepi tibi.

22. Vox belli in terra, et contritio magna.

23. Quomodo confractus est, et contritus malleus universæ terræ? quomodo versa est in desertum Babylon in gentibus?

24. Illaqueavi te, et capta es Baby-

versé par les Babyloniens. Or les rois d'Assyrie ou de Ninive, qui mirent fin au royaume des dix tribus, furent Théglath-Phalasar et Salmanasar, et Juda fut dévasté par Sennachérib et Assaradon.

18. *Sicut visitavi regem Assur.* A cette époque, Ninive était tombée. Les Chaldéens et les Mèdes s'étaient unis pour la renverser, et le Prophète annonce que Babylone, qui était alors dans tout l'éclat de sa gloire, aura le même sort que sa rivale, dont elle s'était partagé les dépouilles. Jeremie ayant fait cette prophétie dans la 4e année du règne de Sédécias, il y avait un peu plus de 30 ans que Ninive et la monarchie assyrienne étaient tombées.

19. *Et reducam Israel.* Ceci regarde particulièrement le royaume des dix tribus, où étaient situés ces différents lieux; les pâturages du Carmel et la montagne d'Ephraïm en deçà du Jourdain; les pâturages de Basan et la montagne de Galaad au delà de ce fleuve. Mais, comme l'observe l'auteur de la *Bible de Vence*, le rétablissement de la maison d'Israël était le symbole du rappel futur des Juifs à l'Eglise de Jésus-Christ.

24. *Et capta es, Babylon! et nesciebas.* C'est en effet une des circonstances mémorables du siége de Babylone. Quand la ville fut prise, ses habitants étaient dans les fêtes. Balthasar donnait un grand festin, et la nouvelle de la présence des Mèdes et des Perses dans la grande cité fut une surprise générale.

Assyriorum et Chaldæorum. — *Primus comedit eum rex Assur.* Rex Assyriorum dicitur primus comedisse populum Dei, id est, solam carnem edisse, ossa vero non comminuisse; quia decem tribus, quæ quasi caro erant, in captivitatem duxit, IV. Reg., 18, 11 : duas vero tribus, in quibus erat regnum, sacerdotium et templum Dei, quæ ossa sunt et robur populi, non perdidit. At rex Babylonis ossa confregit, quia et duas tribus in captivitatem duxit, et templum evertit, IV. Reg., 25, 9.

18. *Visitabo.* Puniam, flagello iræ meæ atteram.

19. *Et pascetur Carmelum.* Reducam oves meas in læta pascua Judææ, et depascentur ea sicut ante. — *Saturabitur anima ejus.* Id est, appetitus. Sic capitur anima, Psal., 41, 3; Psal., 62, 6; Isa., 5, 14.

20. *Quæretur.* Etiamsi quæratur, non invenietur, quia delebo illam. Hæc prophetia respicit Christum, cujus tempore omnis populi in eum credentis iniquitas ablata est. — *Quos reliquero.* Ex Israel enim reliquiæ salvæ fient. Rom., 9, 17, et 11, 5.

21. *Terram dominantium.* Chaldæam intelligit. — *Ascende.* O Dari, et Cyre. — *Visita, dissipa.* Babylonem. — *Interfice quæ post eos sunt.* Dele omnem posteritatem eorum, filios et nepotes. — *Juxta omnia quæ præcepi* Indicat Deus se Medos ac Persas contra Chaldæos excitasse. Vocat autem præceptum instigationem aut permissionem, ut II. Reg., 16, 10 : *Dominus enim præcepit ei ut malediceret David.*

22. *Vox belli.* Clamor bellicus auditur; quasi dicat : Videor mihi audire canentes tubas, et, fremitum militum Cyri et Persarum.

23. *Malleus.* Ita per metaphoram appellat regem Babylonis, qui cætera regna comminuere solebat. — *In gentibus.* Quæ prius inter gentes dominabatur. Vel sensus est, Babylonem instar aliarum gentium domitam esse et eversam.

24. *Illaqueavi te.* Quasi feram laqueo irretivi te, cum nihil tale cogitares; capta est enim Babylon cum festum ageret, et Baltassar cum suis convivaretur, ut patet ex Dan., 5, 1. — *Inventa es et apprehensa.* Deprehensa et capta.

lon, et nesciebas, inventa es et apprehensa, quoniam Dominum provocasti.

25. Aperuit Dominus thesaurum suum, et protulit vasa iræ suæ; quoniam opus est Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.

26. Venite ad eam ab extremis finibus, aperite ut exeant qui conculcent eam; tollite de via lapides, et redigite in acervos, et interficite eam; nec sit quidquam reliquum.

27. Dissipate universos fortes ejus, descendant in occisionem; væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorum.

28. Vox fugientium, et eorum qui evaserunt de terra Babylonis, ut annuntient in Sion ultionem Domini Dei nostri, ultionem templi ejus.

29. Annuntiate in Babylonem plurimis, omnibus qui tendunt arcum; consistite adversus eam per gyrum, et nullus evadat; reddite ei secundum opus suum; juxta omnia quæ fecit, facite illi; quia contra Dominum erecta est, adversum sanctum Israel.

30. Idcirco cadent juvenes ejus in plateis ejus; et omnes viri bellatores ejus conticescent in die illa, ait Dominus.

31. Ecce ego ad te, superbe, dicit Dominus Deus exercituum; quia venit dies tuus, tempus visitationis tuæ.

32. Et cadet superbus, et corruet, et non erit qui suscitet eum; et succendam ignem in urbibus ejus et devorabit omnia in circuitu ejus.

33. Hæc dicit Dominus exercituum: Calumniam sustinent filii Israel, et filii Juda simul, omnes qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

Babylone! et vous avez été prise sans vous en être aperçue; vous avez été surprise et saisie tout d'un coup parce que vous vous êtes attiré la colère du Seigneur.

25. Le Seigneur a ouvert son trésor, il en a tiré les armes de sa colère, parce que le Seigneur, le Dieu des armées en a besoin contre le pays des Chaldéens.

26. Marchez contre elle des extrémités du monde; ouvrez tout pour donner entrée à ceux qui la doivent fouler aux pieds, ôtez les pierres des chemins, et mettez-les en monceaux. Tuez tout en elle, sans y rien laisser.

27. Exterminez tout ce qu'elle a de vaillants hommes, faites-les venir pour être égorgés. Malheur à eux, parce que leur jour est venu, le temps où Dieu les devait visiter!

28. La voix de ceux qui fuient, de ceux qui sont échappés du pays de Babylone, qui viennent annoncer à Sion la vengeance du Seigneur notre Dieu, la vengeance de son temple.

29. Annoncez à tous ceux qui tirent de l'arc qu'ils viennent en foule contre Babylone. *Attaquez-la*, environnez-la de toutes parts; et que personne n'échappe. Rendez-lui ce que ses œuvres ont mérité, traitez-la selon tous les crimes qu'elle a commis, parce qu'elle s'est élevée contre le Seigneur, contre le Saint d'Israël.

30. C'est pourquoi ses jeunes hommes tomberont morts dans ses places, et tous ses gens de guerre seront réduits en ce jour-là dans un profond silence, dit le Seigneur.

31. Je viens à toi, *ô prince* superbe! dit le Seigneur, le Dieu des armées, parce que ton jour est venu; le temps où je dois te visiter.

32. Il sera renversé, *ce prince* superbe; il tombera par terre, et il n'y aura personne pour le relever. Je mettrai le feu à ses villes, et il dévorera tout ce qui est aux environs.

33. Voici ce que dit le Seigneur des armées: Les enfants d'Israël, aussi bien que les enfants de Juda, souffrent la calomnie. Tous ceux qui les ont pris les retiennent, et ne veulent pas les laisser aller.

32. *Et non erit qui suscitet eum.* Ceci ne se rapporte qu'à Balthasar. Il avait mis le comble à ses impiétés, lorsqu'il vit sur les murs de la salle du festin la main qui écrivait son arrêt. Avec lui tomba la monarchie babylonienne, et il n'eut pas de successeur.

---

25. *Thesaurum suum.* — Armarium ubi reposita habet arma iræ suæ, famem, pestem, bellum, etc. — *Quoniam opus est.* Quia opus quoddam justitiæ suæ molitur in terra Chaldæorum. * Vel quia opus habet talibus instrumentis, quales sunt Persæ et Medi.

26. *Venite.* O Dari, ô Cyre, et vos, Persæ! — *Aperite.* Vias aut portas omnium civitatum. — *Ut exeant.* Milites qui Babylonem oppugnent et conculcent. — *Tollite de via lapides.* Ut omnes qui velint contra eam sine impedimento venire possint. — *Interficite eam. Perdite eam,* ut est in hebræo.

27. *Fortes ejus.* Potentes principes ejus, aut omnes viros bellicosos ejus. — *Descendant in occisionem.* Occisi cadant.

28. *Vox fugientium.* Judæorum audietur: nam cum primum Babylon obsessa est, nonnulli ex Judæis profugerunt, et Babylonem reversi annuntiarunt evenisse jam id quod de Babylonis expugnatione, et Judæorum liberatione prædixerat Jeremias. * Vel significat tantam fore fugam, ut quosdam perlatura sit ad Judæam usque, qui ibi narraturi sint quid Babyloniis evenerit.

29. *Annuntiate in Babylonem.* Dicite plerisque omnibus tendendi arcus peritis, ut designato loco veniant contra Babylonem. Italico diceremus. *Intimate che s'armino per Babilonia.* — *Secundum opus suum.* Sicut ipsa fecit, et alias regiones vastavit. — *Erecta est.* Superbe egit, extulit se. — *Sanctum Israel.* Contra Deum qui sanctificat Israel. Alii templum intelligunt, quod Chaldæi everterant.

30. *Conticescent.* Obstupescent et peribunt.

31. *Ecce ego ad te.* Contra te venio, o superbe! Alloquitur Deus Nabuchodonosorem, vel potius Baltassarem, quo regnante capta est Babylon.

33. *Calumniam sustinent.* Oppressi sunt, vi tenentur in captivitate.

34. Leur Rédempteur est fort : son nom est le Seigneur des armées. Il prendra, en les jugeant, la défense de leur cause, il épouvantera la terre; et il jettera le trouble parmi les habitants de Babylone.

35. L'épée est tirée contre les Chaldéens, dit le Seigneur, contre les habitants de Babylone, contre ses princes et contre ses sages.

36. L'épée est tirée contre ses devins, qui paraîtront des insensés. L'épée est tirée contre ses braves qui seront saisis de crainte.

37. L'épée est tirée contre ses chevaux, contre ses chariots, et contre tout le peuple qui est au milieu d'elle : et ils deviendront comme des femmes. L'épée est tirée contre ses trésors, et ils seront pillés.

38. La sécheresse tombera sur ses eaux, et elles sécheront, parce qu'elle est une terre d'idoles, et qu'elle se glorifie en des monstres.

39. C'est pourquoi des dragons viendront y demeurer avec des faunes qui vivent de figues sauvages : elle servira de retraite aux autruches; elle ne sera plus habitée, ni rebâtie dans la suite de tous les siècles.

40. Le Seigneur la renversera comme il renversa Sodome et Gomorrhe, et les villes voisines, dit le Seigneur. Personne n'y demeurera *plus*, et *jamais* homme n'y habitera.

41. Je vois un peuple qui vient de l'Aquilon, une nation redoutable et de grands rois s'élèvent des extrémités du monde.

42. Ils prennent leur arc et leur bouclier, ils sont cruels et impitoyables, le bruit de leurs troupes retentira comme celui de la mer; ils monteront sur leurs chevaux : et ils paraîtront contre toi, ô fille de Babylone! comme un homme prêt à combattre.

34. Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen ejus, judicio defendet causam eorum, ut exterreat terram, et commoveat habitatores Babylonis.

35. Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, et ad habitatores Babylonis, et ad principes, et ad sapientes ejus.

36. Gladius ad divinos ejus qui stulti erunt; gladius ad fortes illius qui timebunt.

37. Gladius ad equos ejus, et ad currus ejus, et ad omne vulgus quod est in medio ejus; et erunt quasi mulieres; gladius ad thesauros ejus qui diripientur.

38. Siccitas super aquas ejus erit, et arescent, quia terra sculptilium est, et in portentis gloriantur.

39. Propterea habitabunt dracones cum faunis ficariis; et habitabunt in ea struthiones; et non inhabitabitur ultra usque in sempiternum, nec extruetur usque ad generationem et generationem.

40. *a* Sicut subvertit Dominus Sodomam et Gomorrham, et vicines ejus, ait Dominus; non habitabit ibi vir, et non incolet eam filius hominis. [a *Genes.* 19. 24.]

41. Ecce populus venit ab Aquilone, et gens magna, et reges multi consurgent à finibus terræ.

42. Arcum et scutum apprehendent; crudeles sunt et immisericordes; vox eorum quasi mare sonabit: et super equos ascendent, sicut vir paratus ad prælium contra te, filia Babylon.

38. *Et in portentis gloriantur.* Les Babyloniens avaient déifié la nature sous des formes dégradantes et obscènes, qui inspirèrent toujours aux Juifs la plus profonde aversion (Voyez la peinture qui est faite de leurs idoles dans Baruch, ch. VI). Jérémie nous dit que ces monstruosites, dont ils se glorifient, ont excité le courroux du vrai Dieu, et que, pour punir leur fétichisme, il fait de leur ville la retraite des bêtes sauvages. Isaïe avait dit la même chose (cap. XIII, 25).

41. *Et gens magna, et reges multi.* Cette grande nation est celle des Mèdes et des Perses; ces grands rois sont Darius et Cyrus, qui en avaient quelques autres à leur suite, mais moins puissants qu'eux (Cf. cap. seq., vers. 27). Balthasar, au lieu de leur résister vigoureusement, compte sur la force de ses murailles et s'endort au milieu du danger.

---

34. *Redemptor eorum fortis.* Esto fortes sint Chaldæi, fortiterque Judæos in Babylone detineant; tamen fortior iis est Dominus, qui Judæos e Babylone redimet et liberabit. — *Judicio defendet.* In Hebræo est, *suscipiendo suscipiet causam eorum*, id est, omni studio et diligentia defendet justam eorum causam. — *Exterreat terram.* Chaldæorum. In Hebr. est, *ut quiescere faciat terram*, quam scilicet Chaldæi bellis turbabant. — *Commoveat.* Vexet et agitet Persarum gladiis.

36. *Ad divinos ejus.* Contra divinos et astrologos Chaldæorum gladius veniet. * In Hebræo est, *ad mendaces ejus.* — *Qui stulti erunt.* Qui stulti apparebunt, cum suum et suorum exitium non præcognoverint, nec prædixerint.

38. *Siccitas super aquas ejus.* Nam Babylonem tradunt historici captam fuisse derivatione Euphratis per fossas manu factas, ita ut per siccum ejus alveum aditus patuerit militibus ad civitatem. Ita Xenophon, lib. 7, Cyropediæ, et alii. Vel sensus est : Deus immittet Chaldææ sterilitatem et siccitatem; nam terra deficientibus habitatoribus inculta erit et arida. — *Terra sculptilium.* In qua sculptilia adorantur. — *In portentis.* In portentosis et monstrosis deorum suorum et idolorum figmentis.

39. *Cum faunis ficariis.* Chaldæus vertit, *cercopitheci cum felibus;* alii, *feles cum ululis;* alii, *ferœ* et *monstra*, spectra nimirum dæmonum, qui desertas terras incolunt. Fauni sunt dæmones sese hominibus ostendentes corpore partim caprino, partim humano. Dicuntur *ficarii*, quod se caprificis, id est, ficis silvestribus in solitudine nascentibus victitare mentiantur. — *Struthiones.* De quo dixi Levit., c. 11, n. 16; est enim etiam in hebræo eadem vox, scilicet *jahanah.* — * *Usque ad generationem et generationem.* Per duas generationes.

41. *Ab aquilone.* Vide dicta supra, n. 3. — *Reges multi.* Inter quos Xenophon, lib. 5, Cyropediæ numerat reges Armeniorum, Hyrcauorum, Cadusiorum, Lydorum, etc.

43. *Audivit.* Hebraïsmus; id est, cum audierit, dissolventur manus ejus præ magnitudine timoris.

43. Audivit rex Babylonis famam eorum, et dissolutæ sunt manus ejus; angustia apprehendit eum, dolor quasi parturientem.

43. Le roi de Babylone a eu avis de leurs grands préparatifs, et ses mains en sont demeurées sans force; il a été saisi d'épouvante et pénétré de douleur, comme une femme qui est en travail d'enfant.

44. *a* Ecce quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam; quia subito currere faciam eum ad illam; et quis erit electus quem præponam ei? quis est enim similis mei? et quis sustinebit me? et *b* quis est iste pastor qui resistat vultui meo. [a *Supr.* 49. 19. || b *Job.* 41. 1.]

44. L'ennemi viendra du côté du fier Jourdain, et s'avancera comme un lion contre ses villes si fortes et si belles; car je le ferai fondre tout d'un coup sur Babylone. Où sont les hommes vaillants, afin que je les emploie contre elle? Car qui est semblable à moi? Qui pourra subsister devant moi? Qui est le pasteur qui puisse soutenir l'éclat de ma face?

45. Propterea audite consilium Domini quod mente concepit adversum Babylonem; et cogitationes ejus quas cogitavit super terram Chaldæorum: Nisi detraxerint eos parvuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.

45. C'est pourquoi, écoutez le dessein du Seigneur, le dessein qu'il a formé dans son esprit contre Babylone, et les résolutions qu'il a prises contre le pays des Chaldéens. Je jure, *a-t-il dit*, que les moindres soldats de l'armée les mettront en fuite, et qu'ils ruineront avec eux toute leur ville.

46. A voce captivitatis Babylonis commota est terra, et clamor inter gentes auditus est.

46. On dira alors : Le bruit de la captivité de Babylone a épouvanté la terre, et ses cris se sont fait entendre parmi les nations.

CHAPITRE LI.

Suite de la prophétie contre Babylone. Ordre donné par Jérémie à Saraïas qui allait à Babylone.

1. Hæc dicit Dominus : Ecce ego suscitabo super Babylonem et super habitatores ejus qui cor suum levaverunt contra me, quasi ventum pestilentem.

1. Voici ce que dit le Seigneur : Je susciterai *des ennemis qui seront* comme un vent de peste contre Babylone, et contre ses habitants, qui ont élevé leur cœur contre moi :

2. Et mittam in Babylonem ventilatores, et ventilabunt eam, et demolientur terram ejus; quoniam venerunt super eam undique in die afflictionis ejus.

2. Et j'enverrai contre Babylone des gens *qui auront* le van à la main, qui la vanneront, et qui ravageront tout son pays, parce qu'ils viendront fondre sur elle tous ensemble au jour de son affliction.

3. Non tendat qui tendit arcum suum, et non ascendat loricatus, nolite parcere juvenibus ejus, interficite omnem militiam ejus.

3. Que celui qui s'apprête à tendre son arc ne le tende point; que l'homme d'armes ne prenne point la cuirasse : N'épargnez point ses jeunes hommes, exterminez toutes ses troupes.

4. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, et vulnerati in regionibus ejus.

4. Les morts tomberont en foule au pays des Chaldéens, et ils seront percés de coups dans ses provinces.

5. Quoniam non fuit viduatus Israel et Juda a Deo suo, Domino exerci-

5. Parce qu'Israël et Juda n'ont point été abandonnés de leur Dieu, le Seigneur des ar-

Cap. LI. — 3. *Et non ascendat loricatus.* Le P. de Carrières paraphrase ainsi ce verset : Que l'homme d'armes ne prenne point la cuirasse pour défendre Babylone. Leurs efforts seraient inutiles; elle sera entièrement détruite, car le Seigneur a dit à ceux qu'il a envoyés contre elle : N'épargnez point, etc.

5. *Repleta est delicto.* Du fruit de leurs crimes, en leur faisant souffrir, dit le P. de Carrières, les maux qu'ils avaient mérités par leurs péchés.

---

44. *Quasi leo ascendet de superbia Jordanis.* Sicut leo ascendere solet de pascuis turgidi Jordanis ad prædam; sic veniet Persa contra Babylonem, pulchram et invictam urbem. Vide dicta capite superiori, n. 19. — *Ad pulchritudinem robustam.* Quæ hic habentur, usque ad finem capitis explicata sunt superiori capite a n. 19 citato, et deinceps.

Cap. LI. — 1. *Ventum pestilentem.* Persas et Medos, qui Babylonis, quasi ventus pestilens, mortem afflent.

2. *Ventilatores.* Cyrum et Darium reges cum exercitu suo. — *Demolientur terram ejus.* Evertent urbem, cives interficient. In Hebræo est, *qui evacuabunt eam;* pergit enim in allegoria ventilatorum, et areæ in qua ventilatur triticum, et paleæ et aceres separantur, et projiciuntur; quasi dicat : Dispergent omnes habitatores ejus, ita ut nemo in ea remaneat sicut paleæ, cum in area ventilatur, vi venti extra aream deferuntur. — *Venerunt super eam.* Hostes ejus. — *In die afflictionis ejus.* Cum affligenda est, et ab hostibus capienda.

3. *Non tendat qui tendit arcum suum.* Non erit opus in expugnanda Babylone ut sagittarius arcum intendat, aut loricatus cominus cum hoste digladietur; ego enim Chaldæos epulis et mero soporabo, atque ita quasi ligabo manus eorum ac pedes, ut neque sagittarii arcum tendere, neque loricati fugere aut movere se possint. Trucidate ergo eos intrepide et animose, nec parcatis illis.

5. *Viduatus.* Destitutus. — *Terra... eorum.* Chaldæorum. — *Repleta est delicto.* Delicto contra sanctum Deum Israel et populum ejus commisso.

mées, et que le Saint d'Israël a rempli le pays *des Chaldéens du fruit* de leurs crimes.

6. Fuyez du milieu de Babylone, et que chacun ne pense qu'à sauver sa vie. Ne cachez point son iniquité sous le silence; car voici le temps auquel le Seigneur se doit venger d'elle : et c'est lui-même qui lui rendra ce qu'elle mérite.

7. Babylone est une coupe d'or dans la main du Seigneur, qui a enivré *par elle* toute la terre. Toutes les nations ont bu de son vin, et elles ont été agitées.

8. Babylone est tombée en un moment, et elle s'est brisée. Poussez des cris et des hurlements sur elle; prenez du baume, *et l'appliquez* sur son mal, pour voir si elle pourra guérir.

9. Nous avons traité Babylone, et elle n'a point été guérie; abandonnons-la : que chacun retourne en son pays, parce que la condamnation qu'elle mérite est montée jusqu'au ciel, et s'est élevée jusqu'aux nues.

10. Le Seigneur nous a fait justice publiquement: venez, et publions en Sion l'ouvrage du Seigneur notre Dieu.

11. Aiguisez vos flèches, remplissez-*en* vos carquois; le Seigneur a suscité contre vous le courage du roi des Mèdes; il a formé sa résolution contre Babylone, afin de la perdre, parce que le temps de la vengeance du Seigneur est arrivé, le temps de la vengeance de son peuple.

12. Levez l'étendard sur les murs de Babylone, augmentez sa garde, posez des sentinelles, mettez des gens en embuscade, parce que le Seigneur va exécuter tout ce qu'il avait résolu et ce qu'il avait prédit contre les habitants de Babylone.

tuum; terra autem eorum repleta est delicto a sancto Israel.

6. Fugite de medio Babylonis, et salvet unusquisque animam suam; nolite tacere super iniquitatem ejus; quoniam tempus ultionis est a Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei.

7. Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram; de vino ejus biberunt gentes, et ideo commotæ sunt.

8. *a* Subito cecidit Babylon, et contrita est; ululate super eam, tollite resinam ad dolorem ejus, si forte sanetur. [a *Isai.* 21. 9. *Apoc.* 14. 8.]

9. Curavimus Babylonem, et non est sanata; derelinquamus eam, et eamus unusquisque in terram suam; quoniam pervenit usque ad cœlos judicium ejus, et elevatum est usque ad nubes.

10. Protulit Dominus justitias nostras; venite, et narremus in Sion opus Domini Dei nostri.

11. Acuite sagittas, implete pharetras; suscitavit Dominus spiritum regum Medorum; et contra Babylonem mens ejus est ut perdat eam, quoniam ultio Domini est, ultio templi sui.

12. Super muros Babylonis levate signum, augete custodiam; levate custodes, præparate insidias; quia cogitavit Dominus, et fecit quæcumque locutus est contra habitatores Babylonis.

11. *Acuite sagittas.* Ces paroles s'adressent évidemment aux Babyloniens. — *Spiritum regum Medorum.* Ces rois Mèdes furent Darius, roi des Medes, Cyrus, géneral des Perses, qui agit au nom du roi des Mèdes, son oncle, et qui devint ensuite lui-meme roi des Perses et des Medes. Les Septante ont lu *regis;* dans ce cas, cette expression ne se rapporterait qu'à Darius, le seul chef supreme de l'entreprise.

---

6. *Fugite.* Judæi et gentes quæcumque. — *De medio Babylonis.* Mox exscindendæ, ne cum ea pereatis. — *Nolite tacere super iniquitatem ejus.* Ne quiescatis in iniquitate ejus, ut discatis et sequamini ejus pravos mores, et cum ea pereatis.

7. *Calix aureus Babylon.* Putant aliqui calicem aureum appellari calicem vini puri, et sicut aurum in vitro flavescentis; alii calicem pretiosum. Uterque sensus aptus est; nam Babylon fuit quasi calix plenus ira Dei, quo omnes gentes inebriatæ sunt, id est, usque ad insaniam afflictæ, ut dixit c. 25, 15. Calix etiam aureus erat, quia dives et potens. * Vel sensus est. Babylonis societatem valde splendidam multos auxiliares populos in exitium traxisse. Per calicem inibatur societas. — *Commotæ sunt.* In hebræo est, *insanient gentes.*

8. *Subito cecidit.* Persistit in metaphora calicis; quasi dicat : Postquam ex ea tanquam ex calice iræ Dei omnes gentes biberunt, dejecit Deus calicem ipsum in terra, et confractus est. Ita Isa., 2, 9; et Apoc., 14, 8. *Cecidit, cecidit Babylon illa magna, quæ a vino iræ fornicationis suæ potavit omnes gentes.* — *Tollite resinam.* In hebræo est, *tsori*, id est, *balsamum.* Adhibete illi balsamum, ut experiamur num sanetur. Ironice dictum, ac si diceret : Ita percutietur, ut ne balsamo quidem sanari possit. Similis phrasis et figura habetur supra, c. 46, 11.

9. *Curavimus.* Dialogus est, introducit enim homines ad quos verba fecerat respondentes : Curavimus eam, etc., dedimus quidem operam ut servaretur, sed frustra. — *Derelinquamus eam.* Hæc dicunt externi milites qui in Chaldæorum auxilium venerant; illis enim dixerat Deus superiori versu : *Tollite resinam*, id est, defendite illam si potestis. — *Pervenit usque ad cœlos judicium ejus.* Scelera magna et enormia sunt, ut etiam eorum pœna. Simili phrasi dicitur Psalm. 107, 5 : *Quia magna est super cœlos misericordia tua, et usque ad nubes veritas tua.*

10. *Protulit Dominus justitias nostras.* Justos appellant se Judæi, non quod Deo non peccassent, sed quod, cum Chaldæis nullam intulissent injuriam, crudeliter ab eis tractati fuerant. * Vel sensus est : ostendit Deus religionem nostram esse veram. — *Opus Domini.* Quomodo Chaldæos perdiderit, nos vero servaverit.

11. *Acuite sagittas.* Aliqui putant orationem dirigi ad Persas : alii, et melius, ad Babylonios; quasi dicat : Expedite arma, acuite sagittas, etc.; frustra laboratis, quia Dominus suas et templi sui a vobis diruti injurias per Persas ulcisci statuit.

12. *Levate signum.* Quæ hoc versiculo habentur videntur dici Persis; quasi dicat : Inferte signa bellica Babylonem versus, et super muros ejus figite. — *Augete custodiam.* Submissis novis militibus qui fessis succedant. Numerum militum urbem obsidentium augete. — *Levate custodes.* Hebr., *excitate.* Novos vigiles et milites submittite, qui urbem cingant et stringant. — *Fecit.* Faciet quidquid cogitavit et prædixit præteritum pro futuro.

13. Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris, venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ.

14. *a* Juravit Dominus exercituum per animam suam : Quoniam replebo te hominibus quasi brucho, et super te celeuma cantabitur. [a *Amos*. 6. 8.]

15. *a* Qui fecit terram in fortitudine sua, præparavit orbem in sapientia sua, et prudentia sua extendit cœlos. [a *Genes*. 1. 1.]

16. Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cœlo; qui levat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam fecit; et produxit ventum de thesauris suis.

17. Stultus factus est omnis homo a scientia; confusus est omnis conflator in sculptili; quia mendax est conflatio eorum, nec est spiritus in eis.

18. Vana sunt opera, et risu digna; in tempore visitationis suæ peribunt.

19. Non sicut hæc, pars Jacob; quia qui fecit omnia ipse est, et Israel sceptrum hæreditatis ejus : Dominus exercituum nomen ejus.

20. Collidis tu mihi vasa belli; et ego collidam in te gentes, et disperdam in te regna;

21. Et collidam in te equum et equitem ejus; et collidam in te currum et ascensorem ejus.

22. Et collidam in te virum et mulierem; et collidam in te senem et puerum; et collidam in te juvenem et virginem;

23. Et collidam in te pastorem et gregem ejus; et collidam in te agricolam et jugales ejus; et collidam in te duces et magistratus.

13. Vous qui habitez sur de grandes eaux; vous qui êtes si abondante dans vos trésors, votre fin est venue, votre entière destruction est arrivée.

14. Le Seigneur des armées a juré par lui-même : Je ferai, *a-t-il dit*, fondre les hommes sur vous comme une nuée de chenilles; et ils jetteront des cris de joie en vous détruisant.

15. C'est lui qui a fait la terre par sa puissance, qui a établi le monde par sa sagesse, et qui a, par sa puissance, étendu les cieux.

16. Au bruit de sa voix, les eaux s'amassent dans le ciel; il élève les nuées des extrémités de la terre; il fait résoudre ses tonnerres en pluie, et il tire les vents de ses trésors.

17. L'art des hommes les a rendus tous insensés. Les statues sont devenues la confusion de ceux qui les ont faites, parce que leur ouvrage n'est qu'un mensonge, et une matière qui n'a point de vie.

18. Ce sont des ouvrages vains et dignes de risée. Ils périront au temps que Dieu les visitera.

19. *Mais* celui que Jacob a pris pour son partage n'est pas comme ces faux dieux, car c'est lui qui a créé toutes choses. Israël est son royaume héréditaire, et son nom est le Seigneur des armées.

20. Vous êtes le marteau dont je briserai les armes *de mes ennemis;* je briserai par vous les nations, et je détruirai par vous les royaumes;

21. Je briserai par vous les chevaux et les cavaliers; je briserai par vous les chariots et ceux qui combattent dessus;

22. Je briserai par vous les hommes et les femmes; je briserai par vous les vieillards et les enfants; je briserai par vous les jeunes hommes et les jeunes filles;

23. Je briserai par vous le pasteur et son troupeau; je briserai par vous le laboureur et les bœufs qu'il mène; je briserai par vous les chefs et les magistrats.

13. *Quæ habitas super aquas multas.* L'Euphrate passait au milieu de son enceinte.

20. *Collidis tu mihi.* Le Prophète vient de rappeler la toute-puissance de Dieu et la vanité des idoles, presque dans les mêmes termes dont il s'est servi plus haut (cap. X, 14 et seq.). Dieu étant tout-puissant, les plus grandes nations ne sont que des instruments dont il se sert pour exécuter ses desseins. Ainsi Babylone a été le marteau qu'il a pris pour briser les nations qu'il voulait detruire. Mais, pour prouver à cette nation orgueilleuse qu'elle n'est pour rien dans ses succès, il va l'anéantir à son tour.

---

13. *Quæ habitas super aquas multas.* Descriptio est Babylonis, quæ et aquis Euphratis alluebatur, et thesauris abundabat. — *Pedalis præcisionis tuæ.* Ut funditus exscindaris. Loquitur de Babylone metaphorice, tanquam de arbore cujus pes, id est, truncus præscinditur.

14. *Per animam suam.* Per seipsum, per vitam suam; sic sæpe habemus in sacris litteris : *Vivo ego, dicit Dominus.* — *Replebo te hominibus.* Multitudine hostium. — *Quasi brucho.* Comparat Persas et Medos bruchis, qui magno numero vineas depascuntur. — *Brucho.* Quid sit bruchus dixi Levit., 11, n. 22. Bruchi ingenti agmine terras invadunt. — *Super te celeuma cantabitur.* Hostes tui more vindemiatorum se mutuo excitabunt et adhortabuntur, ut te populentur et possumdent. Quid sit celeuma dixi c. 48, n. 33.

15. *In fortitudine sua.* In potentia sua. — *Præparavit.* Hebr., *firmavit* vel *fundavit.*

16. *Dante eo vocem.* Deo tonante. — *Multiplicantur aquæ.* Copiosus imber descendit. — *Qui levat nubes ab extremo terræ.* Sumptum est hoc e Psal. 134, 7 : *Educens nubes ab extremo terræ : fulgura in pluviam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis, etc.* Vide ibi dicta.

17. *Stultus factus est.* Repetita sunt hæc ex c. 19, n. 14, 15, 16, ubi ea explicavimus.

20. *Collidis tu mihi vasa belli.* Tu mihi, ô Babylone, hactenus omnes bellicosas gentes confregisti; has enim vocat *vasa belli.* — *Ego collidam in te.* Possunt hæc omnia futura, ex proprietate hebraicæ dialecti, verti per præteritum, *collisi per te;* frequenter enim in hac lingua præteritum pro futuro ponitur, et futurum pro præterito. — *In te.* Per te, tanquam per malleum. — *Disperdam.* Disperdidi : et sic de aliis futuris quæ sequuntur.

23. *Jugales ejus.* Boves quibus jugatis arat.

24. Et après cela je rendrai à Babylone et à tous les habitants de la Chaldée tous les maux qu'ils ont faits dans Sion à vos yeux, dit le Seigneur.

25. Je vais à toi, ô montagne contagieuse ! dit le Seigneur; qui corromps toute la terre. J'étendrai ma main sur toi ; je t'arracherai d'entre les rochers ; et je te rendrai une montagne consumée par les flammes.

26. On ne tirera point de toi de pierre pour l'angle de l'édifice, ni de pierre pour le fondement; mais tu seras éternellement détruite, dit le Seigneur.

27. Levez l'étendard sur la terre, faites sonner la trompette parmi les peuples, préparez les nations *à marcher* contre Babylone, appelez contre elle les rois d'Ararat, de Menni, et d'Ascénez. Assemblez contre elle Taphsar ; faites venir en foule ses chevaux qui sont comme des chenilles hérissées de toutes parts.

28. Armez contre elle les nations, les rois de Médie, ses capitaines, tous ses magistrats et toutes les provinces soumises à sa puissance.

29. Toute la terre sera dans l'émotion et dans l'épouvante, parce que le Seigneur appliquera sa pensée contre Babylone, pour rendre le pays de Babylone tout désert et inhabité.

24. Et reddam Babyloni, et cunctis habitatoribus Chaldææ, omne malum suum quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus.

25. Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrumpis universam terram; et extendam manum meam super te, et evolvam te de petris, et dabo te in montem combustionis.

26. Et non tollent de te lapidem in angulum, et lapidem in fundamenta, sed perditus in æternum eris, ait Dominus.

27. Levate signum in terra; clangite buccina in gentibus, sanctificate super eam gentes; annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, et Ascenez; numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum.

28. Sanctificate contra eam gentes, reges Mediæ, duces ejus, et universos magistratus ejus, cunctamque terram potestatis ejus.

29. Et commovebitur terra, et conturbabitur; quia evigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, ut ponat terram Babylonis desertam in habitationem.

27. *Sanctificate super eam gentes.* Allusion aux préparatifs religieux que les anciens faisaient avant d'entreprendre une guerre. Car ils commençaient toujours ces grandes entreprises par des sacrifices et des actes de religion, au moyen desquels ils espéraient se rendre propices les dieux. — *Regibus Ararat.* On croit que ces diverses provinces étaient dans l'Arménie. — *Equum quasi bruchum.* Allusion à la manière dont les chevaux persans étaient caparaçonnés. Ils avaient les crins hérissés et étaient tout couverts de fer. Ils sont ici comparés à ces insectes qui s'abattaient comme des nuées en Orient, dans les contrées les plus fertiles, et qui dévoraient en un instant toutes les herbes et toutes les récoltes (Voy. supr., vers. 14).

---

24. *Et reddam Babyloni.* Postquam illa tanquam malleo ad contundendas omnes gentes usus fuero. — *In oculis vestris.* O Judæi ! videntibus vobis Judæis puniam eos, propter eversionem templi et Jerusalem. Vel puniam eos propter malum quod vobis videntibus fecerunt in Sion.

25. *Ecce ego ad te, mons.* Babylonem vocat montem, non quod in monte sita esset (erat enim in loco plano), sed quod esset fortis et munita, quales esse solent urbes quæ in montibus sitæ sunt; ob gloriam etiam et fastum imperii, et ob celsa palatia et muros quibus ambiebatur. — *Pestifer.* In Hebr. est, *maschit*, id est, *vastans*, quia omnes gentes in suam potestatem et impietatem adducebat, et quia sicut ex montibus exire solent bestiæ quæ homines discerpunt et vorant; ita ex Babylonis urbe milites erumpebant, qui omnes gentes tanquam feræ dilacerabant. — *Evolvam te de petris.* Extraham te ex mediis rupibus, in quibus habitas, ut capiaris ad hostibus. Quemadmodum urbem vocavit montem, ita turres rupes appellat, quia quod sunt rupes in monte, hoc sunt turres in urbe. — *Dabo te in montem combustionis.* Id est, combustum ; solent autem feræ, combusto monte in quo habitabant, huc illucque diffugere.

26. *Non tollent de te lapidem in angulum.* Non supererit ex te lapis paulo grandior, qui collocari possit in angulo, ubi majores lapides poni solent; ita enim conflagrabis, ut omnia in cineres solvantur. -- *Perditus in æternum eris.* In hebræo est, *eris in desolationes sempiternas*, id est, non restauraberis ultra. Non quod urbs non fuerit reædificata, sed quod regnum non fuerit restitutum; non enim de lapidibus, sed de hominibus loquitur.

27. *Levate signum.* Tollite ubique signum bellicum. Alloquitur Deus summus imperator omnes inferiores duces qui apud omnes gentes sunt, jubetque eos milites contra Babylonem colligere. -- *In terra.* Ubique, per totam terram. -- *Sanctificate super eam gentes.* Convocate gentes ad sacrum bellum gerendum contra Babylonem : solemni et publico ritu bellum contra illam indicite. -- *Annuntiate.* Indicite bellum. -- *Ararat.* Armeniæ. -- *Menni.* Videtur esse regio Minyarum in Armenia, de qua Joseph, I. *Antiq.*, cap. 4. -- *Ascenez.* Gens Armeniæ vicina. Alii aliter interpretantur, sed nihil certi haberi potest. -- *Numerate.* Conscribite contra eam milites Taphsar. -- *Taphsar.* Noster interpres existimavit esse nomen loci. LXX verterunt, *constituite super eam*, vel adversus eam, βελοςάσεις, *machinas*, vel *jaculationes*. Alii vertunt, *nobilitatem*; alii, *parvos duces*, vel principes; nam *taph*, *parvum; sar, principem* significat. -- *Quasi bruchum aculeatum.* Qui in bello erectos et horrentes attollunt crines, et hirsutas et hispidas jubas, quasi aculeos bruchorum, id est, locustarum, quæ aculeum habent in cauda, pedibus et ore.

28. *Sanctificate.* Vide n. superiori. -- *Reges Mediæ.* Est accusativus, non vocativus, ut patet ex interpretatione LXX virorum, et ex textu hebraico, *eth malche Madai.*

29. *Commovebitur.* Commoveatur, conturbetur. Futurum pro imperativo. -- *Quia evigilabit.* Consilium enim Domini, quod contra Babylonem jam diu cogitavit, videtur hactenus dormivisse, quia nondum factum est; sed nunc excitabitur et evigilabit, id est, fiet.

30. Cessaverunt fortes Babylonis a prælio, habitaverunt in præsidiis; devoratum est robur eorum, et facti sunt quasi mulieres; incensa sunt tabernacula ejus, contriti sunt vectes ejus.

31. Currens obviam currenti veniet : et nuntius obvius nuntianti; ut annuntiet regi Babylonis quia capta est civitas ejus a summo usque ad summum,

32. Et vada præoccupata sunt, et paludes incensæ sunt igni, et viri bellatores conturbati sunt.

33. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel : Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ ejus : adhuc modicum, et veniet tempus messionis ejus.

34. Comedit me, devoravit me Nabuchodonosor rex Babylonis : reddidit me quasi vas inane, absorbuit me quasi draco, replevit ventrem suum teneritudine mea, et ejecit me.

35. Iniquitas adversum me, et caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion; et sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Jerusalem.

36. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego judicabo causam tuam, et ulciscar ultionem tuam, et desertum faciam mare ejus, et siccabo venam ejus.

30. Les vaillants hommes de Babylone se sont retirés du combat; ils ont demeuré dans les places de guerre, toute leur force s'est anéantie; ils sont devenus comme des femmes. *Aussi* leurs maisons ont été brûlées, et toutes les barres *en* ont été rompues.

31. Les courriers rencontreront les courriers, et les messagers se rencontreront l'un l'autre, pour aller dire au roi de Babylone que sa ville a été prise d'un bout à l'autre;

32. Que l'ennemi s'est emparé des gués; qu'il a mis le feu dans les marais; et que tous les gens de guerre sont dans l'épouvante.

33. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël : La fille de Babylone est comme une aire *pleine* de blé, *parce que c'est maintenant* le temps *qu'on l'y amasse* pour l'y fouler. Mais le temps de recueillir la moisson viendra bientôt.

34. Nabuchodonosor, roi de Babylone, m'a pillée, *dit la fille de Sion;* il m'a dévorée, il m'a rendue comme un vaisseau vide; il m'a engloutie comme un dragon; il a rempli son ventre de tout ce que j'avais de plus délicieux, et il m'a chassée.

35. *Que* la violence qui m'a été faite et le carnage de mes enfants soit sur Babylone, dit la fille de Sion; et *que* mon sang *retombe* sur les habitants de la Chaldée, dit Jérusalem.

36. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur : Je vais moi-même vous faire justice, et je vous vengerai moi-même. Je mettrai à sec la mer de Babylone, et je tarirai ses eaux.

32. *Et vada præoccupata sunt.* L'Hébreu porte à la fin du verset précédent : Babylone a été prise par l'une de ses extrémités. On y est en effet entré par le lit de l'Euphrate, dont Cyrus avait fait détourner les eaux (Cf. cap. præc., vers. 38). La ville était si grande, que les deux extrémités étaient déjà au pouvoir de l'ennemi sans qu'on s'en doutât au centre. De là, les courriers qui arrivaient l'un sur l'autre pour apprendre à Balthasar la surprenante nouvelle.

33. *Filia Babylonis.* D'après l'Hébreu : Il y aura un temps où elle sera foulée, comme on foule le blé dans l'aire; encore un peu et viendra le temps de la moissonner, d'exterminer tous ses habitants. Ces jugements que vous exercerez sur Babylone sont justes, Seigneur, reprend la fille de Sion, car Nabuchodonosor, roi de Babylone, m'a pillée, etc.

---

30. *Cessaverunt.* Præ timore aut lassitudine. — *Habitaverunt in præsidiis.* Ex arcibus et locis munitis progredi non sunt ausi. -- *Devoratum est.* Defecit, vel deficiet : præteritum pro futuro.

31. *Currens obviam currenti veniet.* Tam multi cursores, tam multi nuntii ad regem mittentur, qui urbem captam esse dicant, ut alii euntes aliis redeuntibus in via occurrant. -- *A summo usque ad summum.* Ab extremitate una ad aliam. In hebræo est, *a fine*, id est, in una parte, περι τα ἐσχατα τῆς πολιος, ut ait Herodotus; quod adhuc nesciebant illi qui cum rege erant in medio urbis.

32. *Vada.* Euphratis. -- *Paludes incensæ sunt.* Arundines quæ in locis palustribus et uliginosis nasci solent. -- *Conturbati.* Timore perculsi.

33. *Filia Babylonis.* Babylon. -- *Quasi area.* In qua quasi in theatro conterendi erant, et capite benisque mulctandi, atterendi et triturandi Chaldæi, ad publicum gentium spectaculum, terrorem et exemplum. -- *Veniet tempus messionis.* Est histeron proteron, ordo inversus; prius enim est messis, deinde tritura. Per messem intelligit spolationem bonorum et civium cædem : ut enim falx segetes, sic gladius Persarum Chaldæos demetet.

34. *Comedit me.* Verba sunt Sionis et populi Judæorum, ut apparet ex versu sequenti. — *Quasi vas inane.* Exhauriens me omnibus bonis. — *Quasi draco.* Quasi draco marinus, id est, balæna, quæ magna corpora ingenti oris hiatu absorbet. — *Teneritudine mea.* Hebr., *deliciis meis*, rebus pretiosis et delicatis meis. — *Ejecit me.* Evomuit. Postquam omnes facultates meas devoravit, pepulit me ex patria mea, et in captivitatem misit.

35. *Iniquitas adversum me.* Violentia et clades mihi Sioni et Judææ inique a Babylone illata. — *Caro mea.* Meorum civium, qui a Babyloniis interfecti sunt. — *Super Babylonem.* Contra Babylonem clamat, aut super Babylonem veniet.

36. *Judicabo causam tuam.* Defendam, suscipiam et ulciscar tibi a Chaldæis illatam injuriam. — *Desertum faciam.* Arefaciam. — *Mare ejus.* [Scilicet Babylonis : Mare vocat bonorum et divitiarum Babylonicarum abundantiam. — *Siccabo venam ejus.* Venas vocat vias per quas divitiæ Babyloni proveniebant, cujusmodi sunt civium negotiationes, et vectigalia quæ inde colliguntur.

37. Et Babylone sera réduite en des monceaux de pierre; elle deviendra la demeure des dragons, l'objet de l'étonnement et de la raillerie des hommes, parce qu'il n'y aura personne qui y demeure.

38. Ils rugiront comme des lions, ils dresseront leurs crinières comme des lionceaux.

39. Dans leur chaleur, je leur ferai boire *du vin de ma colère;* je les enivrerai, afin qu'ils s'assoupissent, et qu'ils dorment d'un sommeil éternel, et qu'ils ne se relèvent jamais, dit le Seigneur.

40. Je les conduirai comme des agneaux qu'on va égorger, et comme des béliers qu'on mène avec des chevreaux.

41. *On dira alors :* Comment Sésach a-t-elle été prise? Comment la plus belle ville du monde est-elle tombée entre les mains de ses ennemis? Comment Babylone est-elle devenue l'étonnement de tous les peuples?

42. La mer est montée sur Babylone; elle a été couverte par l'inondation de ses flots.

43. Ses villes sont devenues un spectacle d'horreur; une terre déserte et inhabitée, une terre où personne ne demeure, où il ne passe pas un seul homme.

44. J'exercerai mes jugements sur Bel et sur Babylone. Je ferai sortir de sa bouche ce qu'il avait déjà absorbé; et les peuples n'iront plus en foule vers cette idole; parce que toutes les murailles de Babylone *tomberont par terre.*

45. Sortez, ô mon peuple! du milieu d'elle, afin que chacun sauve son âme de l'ardente fureur du Seigneur.

46. Que votre cœur ne s'affaiblisse point; et

37. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, stupor, et sibilus, eo quod non sit habitator.

38. Simul ut leones rugient, excutient coma veluti catuli leonum.

39. In calore eorum ponam potus eorum, et inebriabo eos, ut sopiantur, et dormiant somnum sempiternum, et non consurgant, dicit Dominus.

40. Deducam eos quasi agnos ad victimam, et quasi arietes cum hœdis.

41. Quomodo capta est Sesach, et comprehensa est inclyta universæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes?

42. Ascendit super Babylonem mare, multitudine fluctuum ejus operta est.

43. Factæ sunt civitates ejus in stuporem, terra inhabitabilis et deserta, terra in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius hominis.

44. Et visitabo super Bel in Babylone, et ejiciam quod absorbuerat de ore ejus et non confluent ad eum ultra gentes, siquidem et murus Babylonis corruet.

45. Egredimini de medio ejus populus meus; ut salvet unusquisque animam suam ab ira furoris Domini.

46. Et ne forte mollescat cor vestrum,

38. *Simul ut leones rugient.* On peut entendre ce verset, comme le fait le P. de Carrières, des Babyloniens, et lire avec sa paraphrase : Dans ces maux, les Babyloniens rugiront comme des lions, ils dresseront leurs crinières comme des lionceaux, mais leurs efforts seront inutiles.

41. *Quomodo capta est Sesach.* Sésach est le nom mystérieux sous lequel Babylone a été déjà designée par le Prophète (Voyez ch. XXV, 26).

46. *Et veniet in anno auditio.* Le Prophète engage le peuple de Dieu à prendre patience. Pendant la captivité il ne manquait pas d'individus qui le poussaient au désespoir, en lui disant qu'il avait été livré pour toujours entre les mains de ses ennemis. Il y avait encore plus de 60 ans avant que Babylone tombât entre les mains des Mèdes et des Perses. Pendant ce temps, on devait repandre encore bien des bruits décourageants parmi les Juifs captifs; Jérémie les prémunit contre ces fausses appréciations et les exhorte à avoir foi dans la délivrance qu'il leur annonce.

---

37. *Et erit Babylon.* His similia habes supra, c. 25, 9, 18; et c. 28, 8; et c. 49, 13. Vide ibi dicta.

38. *Ut leones rugient.* Intelligi possunt hæc verba vel de Persis et Medis victoribus, præ ferocitate quodammodo rugientibus; vel de Babyloniis præ dolore ita gementibus, ut rugire videantur.

39. *In calore.* Est hypallage : id est, in compotationibus Baltassaris et Chaldæorum ponam calorem eorum, id est, permittam eos genio indulgere, largiter bibere, vino incalescere, ex quo sequatur ebrietas et somnus sempiternus mortis; nam cum Baltassar in convivio nocturno inebriatus esset, eadem nocte Babylon capta, et ipse interfectus est. Vide, c. 5, Danielis.

40. *Quasi agnos.* Nam ebrii non resistent; ut agni occidentibus non resistunt. — *Ad victimam.* Ad macellum, ad occisionem.

41. *Sesach.* Babylon. Vide dicta c. 25, n. 26. — *In stuporem.* Omnes enim qui eam videbunt, stupebunt videntes illam destructam et eversam.

42. *Mare.* Mare vocat Medorum et Persarum exercitum, qui militum suorum multitudine terram operiebat.

43. *In stuporem.* Vide dicta, n. 41.

44. *Visitabo super Bel.* Exitum inducam super Bel, nobilissimum Babyloniorum idolum. — *Ejiciam, quod absorbuerat.* Faciam ut Bel et ejus cultores evomant quæ absorbuerant, bona scilicet Judæorum et aliarum gentium. Videtur alludere ad historiam hujus idoli quæ habetur, Dan., 14, et ad errorem Babyloniorum existimantium idolum illud multum cibi absumere.

45. *Egredimini.* Repetit quæ dixit supra, n. 6. Vide ibi dicta.

46. *Ne... mollescat cor vestrum.* Ne timore solvatur. — *Auditum.* Famam et rumorem belli quod parant Persæ contra Babylonem. — *Veniet in anno auditio.* Veniet toto anno, et

et timeatis auditum, qui audietur in terra; et veniet in anno auditio, et post hunc annum auditio; et iniquitas in terra, et dominator super dominatorem.

47. Propterea ecce dies veniunt, et visitabo super sculptilia Babylonis; et omnis terra ejus confundetur, et universi interfecti ejus cadent in medio ejus.

48. Et laudabunt super Babylonem cœli et terra, et omnia quæ in eis sunt; quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.

49. Et quomodo fecit Babylon ut caderent occisi in Israel; sic de Babylone cadent occisi in universa terra.

50. Qui fugistis gladium, venite, nolite stare; recordamini procul Domini, et Jerusalem ascendat super cor vestrum.

51. Confusi sumus, quoniam audivimus opprobrium; operuit ignominia facies nostras; quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini.

52. Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus; et visitabo super sculptilia ejus, et in omni terra ejus mugiet vulneratus.

53. Si ascenderit Babylon in cœlum, et firmaverit in excelso robur suum, a me venient vastatores ejus, ait Dominus.

54. Vox clamoris de Babylone, et contritio magna de terra Chaldæorum;

55. Quoniam vastavit Dominus Babylonem, et perdidit ex ea vocem magnam; et sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ: dedit sonitum vox eorum:

56. Quia venit super eam, id est super Babylonem, prædo, et apprehensi

ne craignez point les bruits qui courront sur la terre. Il en viendra un en une année, et un autre l'année d'après, l'oppression régnera dans le pays, et les dominateurs se succéderont l'un à l'autre.

47. C'est pour cela que le temps vient, que j'exercerai mes jugements sur les idoles de Babylone. Toute la terre sera couverte de confusion; et tous ses enfants percés de coups tomberont au milieu d'elles.

48. Alors le ciel et la terre, et tout ce qu'ils contiennent, loueront *Dieu* sur le sujet de Babylone, parce qu'il viendra de l'Aquilon des ennemis pour la piller, dit le Seigneur.

49. Car comme Babylone a fait un carnage d'hommes dans Israël, ainsi il se fera un carnage des enfants de Babylone dans toute la terre.

50. *Pour vous, mon peuple,* qui avez fui l'épée, venez; ne vous arrêtez point, souvenez-vous du Seigneur, quoique vous en soyez éloignés; et que Jérusalem soit l'objet de votre cœur.

51. Nous sommes tous confus des opprobres que nous avons entendu *dire qu'elle a soufferts;* la honte a couvert nos visages, parce que des étrangers sont venus détruire le sanctuaire de la maison du Seigneur.

52. C'est pourquoi, le temps vient, dit le Seigneur, que je ferai éclater mes jugements sur ses idoles, et qu'on entendra crier dans tous le pays des hommes percés de coups.

53. *Car* quand Babylone serait montée jusqu'aux cieux, et qu'elle aurait affermi son trône sur les lieux les plus élevés, je lui enverrai néanmoins des gens qui la renverseraient par terre, dit le Seigneur.

54. Un grand cri s'élève de Babylone; un bruit de ruine et de débris retentit du pays des Chaldéens.

55. *Dans peu on dira* que le Seigneur a ruiné Babylone, et qu'il a fait cesser les voix confuses de son peuple. Alors le bruit de ses ennemis retentira comme celui des flots irrités, et leurs cris éclateront comme le frémissement des grandes eaux.

56. Car l'exterminateur de Babylone est venu contre elle; ses vaillants hommes ont été pris,

---

sequenti etiam, crebra et iterata auditio et fama belli ingruentis. — *Iniquitas in terra.* Propter famam belli imminentis existent in Babylone iniquitates, seditiones, factiones, etc. * Vel sensus est : tertio anno terra Babylonia suas pœnas feret. Vide, Psal., 7, 17. — *Et dominator super dominatorem.* Et Darius Medus regnabit pro Baltassare, Dan., 5, 31. Alii de Cyro interpretantur, qui Dario successit, Dan., 6, 28.

48. *Laudabunt... cœli.* Exsultabunt cœli et terra, id est, Deus, angeli et homines, propter justam Dei vindictam quam sumpsit de Babylone. — *Prædones.* Hostilis exercitus prædator.

50. *Qui fugistis gladium.* O vos, Judæi, qui in expugnatione Hierosolymitana gladium Nabuchodonosoris effugistis, et captivi venistis Babylone. — *Venite.* In Jerusalem; redite in patriam. — *Nolite stare.* Moras nectere. — *Recordamini procul Domini.* Ex Chaldæa quæ longe distat a Jerusalem. — *Domini.* Pro templi, vel cultus Domini, qui in Jerusalem exerceri solebat. — *Ascendat super cor vestrum.* Recordamini : veniat vobis in mentem.

51. *Confusi sumus.* Est responsio Judæorum. Pudore afficimur, cum recordamur Jerusalem, et opprobriorum quæ a Chaldæis sæpe contra Dominum et ejus templum audivimus. — *Operuit ignominia.* Est repetitio. Rubore suffusi sumus propter ignominiam. — *Alieni.* Profani Chaldæi, qui contaminaverunt sanctum templum Domini.

52. *Mugiet.* Gemet vulneratus præ dolore.

8. Le Seigneur a résolu d'abattre la muraille de la fille de Sion; il a tendu son cordeau, et il n'a point retiré sa main que tout ne fût ren-

dejecit in terram; polluit regnum, et principes ejus.

GHIMEL.

3. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israel, avertit retrorsum dexteram suam a facie inimici; et succendit in Jacob quasi ignem flammæ devorantis in gyro.

DALETH.

4. Tetendit arcum suum quasi inimicus; firmavit dexteram suam quasi hostis : et occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

HE.

5. Factus est Dominus velut inimicus, præcipitavit Israel, præcipitavit omnia mœnia ejus, dissipavit munitiones ejus, et replevit in filia Juda humiliatum et humiliatam.

VAU.

6. Et dissipavit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum, oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem et sabbatum; et in opprobrium, et in indignationem furoris sui, regem et sacerdotem.

ZAIN.

7. Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manu inimici muros turrium ejus; vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

HETH.

8. Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion; tetendit funiculum suum, et non avertit manum suam a

8. *Luxitque antemurale.* Cet avant-mur était une simple muraille sans terrasse, qui s'étendait sur le bord du fossé et devant la grosse muraille de la ville. D'après l'Hébreu : L'avant-mur est dans les larmes, et le mur aussi est dans la langueur.

---

3. *Omne cornu.* Omne robur, omnes vires, omnem gloriam et superbiam Israel. — *Avertit retrorsum.* Deus Israeli subtraxit auxilium suum, auxiliarem dexteram suam subduxit. — * *A facie inimici.* Coram inimicis, dum pugnandum esset cum eis. — *Quasi ignem.* Hostem qui quasi ignis omnia undique consumpsit.

4. *Tetendit arcum suum.* Vim suam ultricem. — *Firmavit dexteram suam.* Ut certo ictu feriret, ne sagitta aberraret a scopo. — *Omne quod pulchrum erat visu.* Omnes elegantes et florentes juvenes gentis Judææ.

5. *Replevit.* LXX, *multiplicavit.* — *Humiliatum et humiliatam.* Viros ac mulieres infelices et plorantes.

6. *Dissipavit.* Depopulatus est. — *Quasi hortum.* Sicut qui hortum aliquem in agrum frugiferum vult convertere, omnes ejus plantas aut exscindit aut evellit. Ex hebræo verti potest, *quasi horti*, ut sensus sit, ita Dominum templum evertisse, ut evertuntur tuguria ad custodiam horti excitata, postquam fructus collecti sunt. — *Tentorium suum.* Jerusalem ac potissimum templum quod erat quasi tentorium et tabernaculum Dei. — *Oblivioni tradidit.* In oblivionem. Fecit ut nulla amplius mentio esset dierum festorum, quod scilicet non essent qui ea celebrare possent, sicut dixit cap. 1, n. 4 : *Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem.* — *In opprobrium.* Scilicet tradidit. Iratus populo suo dedecore affici permisit regem Sedeciam, qui excæcatus in captivitatem ductus est, et sacerdotem, id est, pontificem Saraiam, qui est occisus. Vide IV. Reg., 25.

7. *Repulit... altare suum.* Iratus, altare thymiamatis et holocaustorum, quasi calce impacto, abjecit ac repulit, cum scilicet hostibus diruendum permisit. — *Maledixit.* Passus est everti sanctuarium suum, ac si maledictum et exsecrabile, non benedictum et consecratum esset. — *Vocem dederunt.* Chaldæi vociferati sunt in templi deprædatione et demolitione. — *Sicut in die solemni.* Sicut Judæi in magna solemnitate præ lætitia in templo solebant exclamare : ita Chaldæi cum templum everterent vociferabantur.

8. *Tetendit funiculum suum.* Designavit animo ejus demolitionem; solent enim fabri murarii, cum partem aliquam muri dejicere volunt, rubrica, verbi gratia, aut alia ratione, signum imprimere, ut quousque in dejiciendo progredi debeant, cognoscant. — *Et non avertit manum suam.* Postquam cœpit perdere ac demoliri, non cessavit, nec manum ab opere removit, donec perfecerit. — *Luxitque antemurale.* Lugubre fuit, desolatum scilicet et eversum antemurale : sic dicitur lugere antemurale, sicut dici solent prata ridere. — *Antemurale.* Solet enim in bene munitis urbibus ante muros excitari vallum et agger, ut hostis longius arceatur, idque dicitur antemurale.

perditione; luxitque antemurale, et murus pariter dissipatus est.

THETH.

9. Defixæ sunt in terra portæ ejus; perdidit et contrivit vectes ejus; regem ejus et principes ejus in gentibus; non est lex, et prophetæ ejus non invenerunt visionem a Domino.

JOD.

10. Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion, consperserunt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abjecerunt in terram capita sua virgines Jerusalem.

CAPH.

11. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea; effusum est in terra jecur meum super contritione filiæ populi mei, cum deficeret parvulus et lactens in plateis oppidi.

LAMED.

12. Matribus suis dixerunt: Ubi est triticum et vinum? cum deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis; cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

MEM.

13. Cui comparabo te? vel cui assimilabo te, filia Jerusalem? cui exæquabo te, et consolabor te, virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua, quis medebitur tui?

NUN.

14. Prophetæ tui viderunt tibi falsa

versé. Le boulevard est tombé d'une manière déplorable, et le mur a été détruit de même.

TETH.

9. Ses portes sont enfoncées dans la terre; il en a rompu et brisé les barres. Il a banni son roi et ses princes parmi les nations. Il n'y a plus de loi, et ses prophètes n'ont point reçu de visions prophétiques du Seigneur.

JOD.

10. Les vieillards de la fille de Sion se sont assis sur la terre, et demeurent dans le silence. Ils ont couvert leur tête de cendre, ils se sont revêtus de cilices. Les vierges de Jérusalem tiennent leur tête baissée vers la terre.

CAPH.

11. Mes yeux se sont affaiblis à force de verser des larmes : le trouble a saisi mes entrailles : mon cœur s'est répandu en terre en voyant la ruine de la fille de mon peuple, en voyant les petits enfants et ceux qui étaient encore à la mamelle tomber morts dans les places de la ville.

LAMED.

12. Ils disaient à leur mère : Où est le blé? où est le vin? lorsqu'ils tombaient dans les places de la ville, comme s'ils eussent été blessés à mort, et qu'ils rendaient leurs âmes entre les bras de leurs mères.

MEM.

13. A qui vous comparerai-je, ô fille de Jérusalem? à qui dirai-je que vous ressemblez? Où trouverai-je quelque chose d'égal à vos maux? et comment vous consolerai-je, ô vierge fille de Sion? Le débordement de vos maux est semblable à une mer. Qui vous donnera quelque remède?

NUN.

14. Vos prophètes ont eu pour vous des vi-

9. *Non est lex.* Ceux qui sont restés dans le pays se trouvent dans l'impuissance d'observer les cérémonies de la loi, n'ayant plus, ni docteurs pour les instruire et les diriger, ni temple, ni sacrifice, ni sacrificateurs. L'esprit de prophétie, au milieu de cette grande calamité, s'est éteint lui-même. Un silence affreux règne sur toutes ces ruines. *Conticuerunt senes.*

12. *Ubi est triticum et vinum?* Dans le siége de Jérusalem, pendant que les Juifs avaient à se défendre au dehors contre les Chaldéens, qui ne leur laissaient aucun repos, ils étaient décimés au dedans par la peste et la famine. C'est ce dernier fléau que Jérémie rappelle ici. La sécheresse qui avait précédé le siége (Jer., XIV), n'avait pas permis de réunir dans la ville des provisions suffisantes, et les assiégés furent réduits à la plus effrayante détresse.

14. *Viderunt... assumptiones falsas, et ejectiones.* Ils entretenaient parmi les assiégés, les plus déplorables illusions, en leur disant qu'ils voyaient l'ennemi lever le siége et prendre la fuite. Et c'est précisément le contraire qui était arrivé. Dans cette seconde lamentation, on retrouve souvent les mêmes pensées que dans la première, mais elle est peut-être plus remarquable encore, parce que le poète trouve le secret de redire la même chose, sans jamais se répéter. Les couleurs de son tableau, loin de faiblir, sont toujours plus éclatantes et plus merveilleuses.

---

9. *Defixæ sunt.* Partim subversæ, partim submersæ et ruderibus sepultæ. — *In gentibus* Versantur, ad gentes abducti sunt. — *Non est lex.* Nulla est forma civitatis; hanc enim facit lex cum magistratibus, et hi captivi, ducti sunt. — *Prophetæ ejus.* Veri prophetæ, ob peccata populi, ab irato Domino responsa non accipiunt. * Et Jeremias, qui unicus fere supererat, exosus erat populo, et habebatur pro pseudopropheta. Vide Jerem., 43, 2.

10. *Sederunt in terra.* Summum dolorem et luctum describit; solebant enim qui mœrore affecti erant humi sedere, tacere præ dolore, saccis indui, caput cinere aspergere, etc. — *Abjecerunt in terram.* Valde demiserunt capita sua, quæ prius erecto et extento collo superbe incedebant. Vide Isa., c. 3, 16, 17.

11. *Effusum est in terra jecur meum.* Effusa sunt viscera mea : hyperbole ad significandam magnitudinem doloris. — *Contritione.* Calamitate. — *Filiæ populi mei.* Jerusalem. Vide dicta c. 1., n. 15. — *Cum deficeret parvulus.* Fame et siti.

12. *Triticum.* Cibum quemcumque intelligit. Sic σιτος (quam vocem habent hic LXX) Græci et triticum significat, et cibum ex tritico, et tandem quemlibet etiam alium quomodocumque confectum. — *Quasi vulnerati.* Morerentur fame sævius trucidati, quam qui gladio jugulantur.

13. *Cui comparabo te?* Quod exemplum calamitatis reperire potero, quæ similis sit tuæ, ut te consolor? — *Magna est... velut mare.* Sicut multa aquarum copia mari comparari potest; ita nullus est dolor qui cum dolore tuo possit conferri.

14. *Prophetæ.* Falsi et mendaces. — *Viderunt tibi.* Prophetaverunt tibi. — *Nec aperiebant iniquitatem tuam.* Non ponebant tibi ob oculos peccata tua, sed tibi placentia loquebantur.

sions fausses et extravagantes, et ils ne vous découvraient point votre iniquité, pour vous exciter à la pénitence : mais ils ont eu pour vous des rêveries pleines de mensonge, et ils ont vu, disaient-ils, la fuite *de vos ennemis.*

SAMECH.

15. Tous ceux qui passaient par le chemin ont frappé des mains en vous voyant. Ils ont sifflé la fille de Jérusalem, en branlant la tête, et en disant : Est-ce là cette fille d'une beauté si parfaite, qui était la joie de toute la terre?

PHE.

16. Tous vos ennemis ont ouvert la bouche contre vous : ils ont sifflé, ils ont grincé les dents, et ils ont dit : Nous la dévorerons. Voici ce jour que nous attendions; nous l'avons trouvé, nous l'avons vu.

AIN.

17. Le Seigneur a fait ce qu'il avait résolu, il a accompli ce qu'il avait arrêté depuis longtemps; il *vous* a détruite sans *vous* épargner, il vous a rendue un sujet de joie à vos ennemis, il a relevé la force de ceux qui vous haïssaient.

SADE.

18. Leur cœur a crié au Seigneur sur les murailles de la fille de Sion. Faites couler *de vos yeux* jour et nuit un torrent de larmes; ne vous donnez point de relâche, et que la prunelle de votre œil ne se taise point.

COPH.

19. Levez-vous, louez *le Seigneur* dès le commencement des veilles de la nuit; répandez votre

et stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent; viderunt autem tibi assumptiones falsas, et ejectiones.

SAMECH.

15. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam; sibilaverunt, et moverunt caput suum super filiam Jerusalem : Hæccine est urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium universæ terræ?

PHE.

16. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilaverunt, et fremuerunt dentibus, et dixerunt : Devorabimus, en ista est dies quam expectabamus; invenimus, vidimus.

AIN.

17. *a* Fecit Dominus quem cogitavit, complevit sermonem suum quæ præceperat a diebus antiquis; destruxit, et non pepercit, et lætificavit super te inimicum, et exaltavit cornu hostium tuorum. [a *Levit.* 26. 14. *Deuter.* 28. 15.]

SADE.

18. Clamavit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion : *a* Deduc quasi torrentem lacrymas, per diem et noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. [a *Jerem.* 14. 17. *Supr.* 1. 16.

COPH.

19. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut

17. *Fecit Dominus quem cogitavit.* Après avoir peint les désastres de Jérusalem, le Prophète nous en montre la cause, et c'est ce qui distingue cette seconde lamentation de la première. « Vous voyez, dit Mgr Plantier, dans cette seconde élégie, se dessiner sur le devant de la toile, cette action de la vengeance divine qui ne vous avait été montrée dans la première qu'en perspective. La ville sainte ici croule encore; son temple est de nouveau mis en cendres; les prophètes et les lévites nous apparaissent une seconde fois sous le fer qui les égorge; enfants et vieillards, vierges et mères reviennent sous vos yeux pour être, comme auparavant, dispersés avec les pierres du sanctuaire démoli. Mais, la main du Très-Haut courroucé se trahit avec éclat comme l'instrument de ces horreurs. C'est elle qui agite successivement le glaive du massacre et le marteau de la destruction. Le poète semble porter une affectation minutieuse à la faire voir passant sur toutes les gloires de Sion pour les flétrir et les abattre, afin qu'Israël sache bien que rien dans sa ruine n'est venu du hasard ni du caprice de l'ennemi, mais que les moindres détails de cette affreuse catastrophe ont été réglés eux-mêmes par le Seigneur, dont les Chaldéens, à leur insu, n'ont fait par leur fureur qu'assouvir le courroux (*Etudes littéraires sur les poètes bibliques*, tom. II, pag. 31-32). »

— *Assumptiones falsas.* Prophetias falsas. Hebraice est, *massa*, id est, pondus, vel onus, prophetiam scilicet gravem et minacem, sed generatim sumitur pro quolibet prophetiæ genere. Vel dicuntur pseudoprophetarum vaticinia *onus*, quia ne mendaces haberentur, si semper prospera prædicerent, veros prophetas conabantur imitari, atque ideo adversa nonnunquam minabantur, et solemnem illam formulam usurpabant : *Onus Domini.* Mos est hic adulatorum, qui eos leviter aliquando reprehendunt, quibus tunc vel maxime adulantur, similes blandientibus catulis, qui videntur dominum mordere, sed dentes non figunt. — *Ejectiones.* Dispersiones, exilia.

15. *Plauserunt.* Qui gestus est admirantium, dolentium, obstupescentium, aut etiam irridentium. — *Sibilaverunt, et moverunt caput.* Qui gestus eosdem significant affectus. Vide dicta Jerem., 49, 17, et c. 18, 16. *Gaudium universæ terræ.* Qua tanquam domina universa terra quæ illi parebat, gaudebat et gloriabatur.

16. *Aperuerunt... os suum.* Irriserunt te et exprobraverunt tibi.

17. *Sermonem... quem præceperat.* Ordinaverat, statuerat, quasi præcepti sui violati pœnam et supplicium, quod tibi jam intulit. Hoc enim sanxit, et comminatus est Levit., 26, 16 et 25; Deuter., 28, 15 et sequent. — *Lætificavit super te inimicum.* Qui tuo excidio lætatus est. — *Cornu.* Potentiam, robur, vires.

18. *Clamavit cor eorum.* Scilicet Judæorum cum obsessi essent, nec possent urbem defendere. — *Super muros.* Propter muros, ne muri subverterentur. — *Deduc.* Sunt verba prophetæ ad Jerusalem. — *Taceat pupilla.* Desset. Sic c. 47 Jerem., n. 6, legimus : *O mucro Domini, usquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare et sile*, id est, quiesce.

19. *Lauda.* Clama, vociferare, preces funde cum clamore; nam *roni* significat clama, sive laudando, sive cantando, sive lugendo, etc. * Lauda etiam et gratias age pro paterna cor-

aquam cor tuum ante conspectum Domini; leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

RES.

20. Vide, Domine, et considera quem vindemiaveris ita; ergone comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, et propheta?

SIN.

21. Jacuerunt in terra foris puer et senex : virgines meæ, et juvenes mei ceciderunt in gladio : interfecisti in die furoris tui : percussisti, nec misertus es.

THAU.

22. Vocasti quasi ad diem solemnem qui terrerent me de circuitu, et non fuit in die furoris Domini qui effugeret. et relinqueretur : quos educavi, et enutrivi, inimicus meus consumpsit eos.

cœur comme de l'eau devant le Seigneur ; élevez vos mains vers lui, pour l'âme de vos petits enfants qui sont tombés morts de faim à tous les coins des rues.

RES.

20. Voyez, Seigneur, et considérez quel est le peuple que vous avez ravagé de cette sorte? Est-il donc possible que les mères soient réduites à manger le fruit de leurs entrailles, *à manger* de petits enfants qui ne sont pas plus grands que la main? Est-il possible que les prêtres et les prophètes soient tués dans le sanctuaire même du Seigneur?

SIN.

21. Les enfants et les vieillards sont étendus sur la terre, le long des rues. Mes vierges et mes jeunes hommes sont tombés sous l'épée : vous *les* avez tués au jour de votre fureur : vous *les* avez percés *de coups,* sans être touché de compassion.

THAU.

22. Vous avez fait venir des gens comme en un jour solennel pour m'épouvanter de toutes parts ; *de sorte qu'*il ne s'est trouvé personne qui pût échapper, et qui fût excepté dans ce jour, de la fureur du Seigneur. Ceux que j'ai nourris et élevés ont été consumés par mes ennemis.

CHAPITRE III.

Jérémie déplore sa propre misère, et exhorte les enfants de Juda à retourner au Seigneur. Sa prière au Seigneur. Punition de ses ennemis.

ALEPH.

1. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus.

ALEPH.

1. Je suis un homme qui vois ma pauvreté, étant sous la verge de l'indignation du Seigneur.

20. *Vide Domine.* C'est ici Jérusalem qui parle. Le Prophète dans le verset précédent l'a exhortée à louer Dieu en reconnaissant qu'il a été juste dans son châtiment et à le prier constamment dans l'intérêt de ses enfants. Jérusalem a entendu et elle commence ainsi sa prière : *Vide Domine.* Rien de plus grandiose que l'intervention de la ville sainte qui apparaît à la fin de ce tableau émouvant, pour tirer de son cœur les paroles les plus touchantes et s'efforce d'émouvoir le cœur de Dieu en lui montrant tout ce qu'elle a souffert.

22. *Quasi ad diem solemnem.* Quel contraste entre cette affluence de monde qui, aux grandes solennités, accouraient de toutes les parties de la Judée à Jérusalem pour y célébrer les fêtes du Seigneur, et cette masse de Chaldéens qui se sont précipités dans les rues de cette même cité pour y répandre la terreur!

Cap. III. — 1. *Aleph.* L'élégie contenue dans ce chapitre est divisée en strophes acrostiches ou alphabétiques comme les autres; mais chaque strophe se compose de trois versets commençant par la même lettre. Ainsi elle renferme comme les autres 22 strophes, mais elle a 66 versets. — *Ego vir videns.* Jérémie parle ici en son nom. Il expose tout ce qu'il a souffert

---

reptione. — *In principio vigiliarum.* Notum est antiquos noctem in quatuor vigilias distribuere solitos, quarum unaquæque ternis horis constabat. Monet ergo ut a prima vigilia, hoc est noctis seu tenebrarum initio, preces inchoet, et sequentium vigiliarum initiis renovet, ad quod dolere excitabitur, quasi buccinæ sono. — *Sicut aquam.* Sicut qui in vas vertit, totam profundit aquam, cujus nihil vasi adhæret, ut aliorum liquorum; ita e vase cordis omnia tua desideria, ærumnas et gemitus, lacrymis magis quam verbis Deo explica et effunde. — *Leva... manus.* Auxilium postulando. — *Pro anima.* Pro vita parvulorum tuorum qui paulatim fame consumpti sunt : ut eorum intuitu tui miserescat. — *Compitorum.* Hebr. *plateorum.*

20. *Quem vindemiaveris ita.* Ut me vindemiasti. — *Fructum suum.* Filios suos, infantulos quos genuerunt. — *Ad mensuram palmæ.* Longitudinis unius palmi, palmares, quales sunt vix nati. — *Si occiditur.* Quando visum aut auditum est, ut sacerdotes et prophetæ in ipso templi adyto ab hostibus trucidarentur, quemadmodum Jerosolymis factum?

21. *Jacuerunt.* Mortui, trucidati. — *Foris.* In plateis et compitis.

22. *Vocasti.* Congregasti, convocasti. — *Quasi ad diem solemnem.* In quo nos tui furoris victimæ caderemus, et hostibus quasi epulum e carnibus nostris præberemus. — *Qui terrerent me.* Hebr., *terrores meos,* id est hostes, qui mihi sunt terrori; hostes meos terribiles et formidabiles. — *De circuitu.* Nectendum cum *vocasti.* — *Quos educavi.* Filios meos.

Cap. III. — 1. *Ego vir.* Hebr., *ego vir ille.* — *Videns.* Qui experior aut expertus sum. Vel vaticinans et præcognoscens paupertatem, id est, miseriam et afflictionem meam et populi mei; quasi conqueratur Jeremias quod nemini prophetarum tam tristia et calamitosa prædi-

ALEPH.

2. Il m'a conduit, et il m'a amené dans les ténèbres, et non dans la lumière.

ALEPH.

3. Il a tourné et retourné sans cesse sa main sur moi, pendant tout le jour.

BETH.

4. Il a fait vieillir ma peau et ma chair : il a brisé mes os.

BETH.

5. Il a élevé *des terrasses* autour de moi. Il m'a environné de fiel et de peines.

BETH.

6. Il m'a mis en des lieux ténébreux, comme ceux qui sont morts pour jamais.

GHIMEL.

7. Il a bâti *des forts* contre moi pour m'empêcher de sortir ; il a appesanti mes fers.

GHIMEL.

8. En vain je crierais vers lui, et je le prierais ; il a rejeté ma prière.

GHIMEL.

9. Il a fermé mon chemin avec des pierres carrées ; il a renversé mes sentiers.

DALETH.

10. Il est à mon égard *comme* un ours prêt à se jeter sur sa proie, et *comme* un lion *qui l'attend* dans un lieu caché.

DALETH.

11. Il a renversé mes sentiers. Il m'a brisé, il m'a laissé dans la désolation.

ALEPH.

2. Me minavit, et adduxit in tenebras, et non in lucem.

ALEPH.

3. Tantum in me vertit, et convertit manum suam tota die.

BETH.

4. Vetustam fecit pellem meam et carnem meam, contrivit ossa mea.

BETH.

5. Ædificavit in gyro meo, et circumdedit me felle et labore.

BETH.

6. In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos.

GHIMEL.

7. Circumædificavit adversum me, ut non egrediar : aggravavit compedem meum.

GHIMEL.

8. Sed et cum clamavero et rogavero, exclusit orationem meam.

GHIMEL.

9. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit.

DALETH.

10. Ursus insidians factus est mihi ; leo in absconditis.

DALETH.

11. Semitas meas subvertit, et confregit me : posuit me desolatam.

pendant le siége, dans la prison et de la part de ses compatriotes qui l'ont chargé d'opprobres et d'insultes. Dans les deux élégies précédentes, le Prophète n'a vu que les malheurs de Jérusalem ; ces deux élégies peuvent être appelées *nationales*, parce qu'elles ont pour objet les souffrances et les désastres de la nation. Celle-ci est individuelle parce qu'elle se rapporte particulièrement à ce qu'a éprouvé Jérémie lui-même.

2. *Me minavit.* Le Prophète, après avoir passé par les plus rudes épreuves, se voit pauvre et délaissé au milieu des ruines fumantes de sa patrie anéantie. Il se rappelle le cachot infect dans lequel ses ennemis l'ont jeté, parce qu'il leur avait annoncé les maux qui les attendaient. Mais il reste debout et ferme parmi tous ces désastres, parce qu'il sait que c'est le Seigneur qui a tout fait. Il lui attribue ses souffrances aussi bien que celles de son pays.

6. *Quasi mortuos.* En se voyant descendre dans cette basse-fosse où il était, pour ainsi dire, sans air et sans lumière, il a bien pu se croire mort pour jamais.

---

cenda fuerint ; ac si diceret : Ego infelix ille propheta sum cui tristia tantummodo et sæva populo prædicenda committuntur. — *In virga indignationis ejus.* In castigatione qua peccatis meis meorumque civium offensus et iratus Deus me cum civibus meis castigat. Alludit ad virgam vigilantem. Jerem., 1, 11.

2. *Minavit.* Duxit. — *In tenebras.* Afflictionum et dolorum. Vel alludit ad carcerem in quem conjectus fuerat. Vide Jeremiæ, 32 et 38 : ad eumdem carcerem referri possunt sequentia n. 5, 6, 7 et 9.

3. *Tantum in me vertit.* Nihil aliud facit Deus per totos dies quam me colaphis et alapis cædere. Italice diceremus : *Tutto il giorno mi ha le mani addosso.*

4. *Vetustam fecit.* Intempestivam senectutem, et rugas induxit cuti et carni meæ magnitudine et assiduitate ærumnarum. — *Contrivit ossa mea.* Vehementibus et multis inflictis plagis.

5. *Ædificavit in gyro meo.* Undique vallavit et circumcinxit me laboribus et periculis, quæ nomine fellis et laboris designat, ut effugio non sit locus.

6. *In tenebrosis.* Locis, rebus nimirum adversis. — *Quasi mortuos sempiternos.* Quibus nulla est spes resurgendi ad hanc vitam, licet sint vitæ reddendi in communi resurrectione mortuorum.

7. *Circumædificavit adversum me.* Quasi murum aut sepem circumdedit mihi. — *Aggravavit compedem meum.* Gravibus compedibus vinxit me. Ærumnas et calamitates suas intelligit et populi sui.

8. *Cum clamavero.* Futurum pro præterito, cum clamavi.

9. *Conclusit vias meas.* Nam multis obsepsit difficultatibus, ut nullum pateret effugium, ut iis accidit qui muro non tumultuario opere facto, sed ex lapide quadrato cincti sunt. — *Semitas meas subvertit.* Fecit ut omnia mihi male succederent.

10. *Ursus.* Deus qui mihi pater et adjutor esse solebat, mutatus est mihi in ursum et in leonem insidiantem mihi ; ita male habitus sum, ut possit alicui videri Deus more ferarum ex insidiis quodammodo in me irrupisse, et funditus perdidisse.

11. *Confregit.* Attrivit et comminuit me. — *Posuit me desolatam.* Desolavit me, in solitudinem redegit.

DALETH.

12. Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam.

HE.

13. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.

HE.

14. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.

HE.

15. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absinthio.

VAU.

16. Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.

VAU.

17. Et repulsa est a pace anima mea, oblitus sum bonorum.

VAU.

18. Et dixi : Periit finis meus, et spes mea a Domino.

ZAIN.

19. Recordare paupertatis, et transgressionis meæ, absinthii, et fellis.

ZAIN.

20. Memoria memor ero, et tabescet in me anima mea.

ZAIN.

21. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.

HETH.

22. Misericordiæ Domini quia non

DALETH.

12. Il a tendu son arc, il m'a mis comme en butte à ses flèches.

HE.

13. Il a lancé dans mes reins les flèches de son carquois.

HE.

14. Je suis devenu le jouet de tout mon peuple, le sujet de leurs chansons pendant tout le jour.

HE.

15. Il m'a rempli d'amertume, il m'a enivré d'absinthe.

VAU.

16. Il m'a rompu les dents, sans m'en laisser une seule, il m'a nourri de cendres.

VAU.

17. La paix a été bannie de mon âme, j'ai perdu le souvenir de toute joie.

VAU.

18. J'ai dit en moi-même : Enfin, c'est fait de moi et de l'espérance que j'avais au Seigneur.

ZAIN.

19. Souvenez-vous de la pauvreté où je suis, de l'excès *de mes maux*, de l'absinthe et du fiel *où je suis plongé.*

ZAIN.

20. *Je* repasserai *toujours ces choses* dans ma mémoire, et mon âme s'anéantira en elle-même.

ZAIN.

21. Ce souvenir que j'entretiendrai dans mon cœur deviendra le sujet de mon espérance.

HETH.

22. *Car* si nous n'avons point été perdus entiè-

16. *Cibavit me cinere.* La cendre était le signe de l'affliction et de la misère. On en étendait sur son pain en signe de deuil ; c'est à cet usage que le Prophète fait allusion.

19. *Recordare paupertatis.* Mais dans l'excès de ses maux, au lieu de se laisser aller au découragement, le Prophète s'est tourné vers le Seigneur pour le prier, et alors il lui a dit : Souvenez-vous, etc.

20. *Memoria memor ero.* D'après l'Hébreu on traduit : Oui, certes, vous vous en souviendrez, de ma misère et de mon affliction, et mon âme reviendra sur moi, ou bien, mon âme se rassurera. La pensée de l'infinie miséricorde de Dieu et de son infinie bonté, rend le courage au Prophète.

---

13. *Filias pharetræ suæ.* Sagittas suas, quæ filiæ pharetræ dicuntur, quia in pharetra, sicut filiæ in utero matris conduntur. Sic Horatius pharetram *gravidam sagittis* appellat, Ode 22, lib. 1.

14. *Factus sum in derisum.* Contemnor ab omnibus, et factus sum omnium fabula et cantilena.

15. *Inebriavit me absinthio.* Copiose potavit et satiavit amaritudine et felle ærumnarum et dolorum.

16. *Fregit ad numerum dentes meos.* Ad unum ordine et sigillatim omnes dentes meos confregit, dum videlicet tempore obsidionis et captivitatis lapidoso pane et calculis pleno, præ penuria et paupertate utendum fuit. — *Cibavit me cinere.* Vel est repetitio superioris hemistichii, et significatur pane insipido et pulvere pleno obsessos et captivos usos fuisse; vel dolor significatur, et mœror propter calamitates; olim enim qui versabantur in luctu sedebant in cinere, qui manibus, vestibus, cibis eorum adhærescebat, ideoque dictum est Psal. 101, 10 : *Quia cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam.*

17. *Repulsa est a pace.* Longe abfuit animus meus ut ullam pacem aut tranquillitatem haberet. — *Oblitus sum bonorum.* Jamdiu nihil prosperum experior.

18. *Periit finis meus.* Effluxit tempus constitutum vitæ meæ; actum est de me. Vel sensus est : periit mihi spes videndi finem calamitatum mearum. Est hebraismus; sic enim etiam dicunt, *periit fuga me*, periit gaudium, pro fuga non patet, lætitia extincta est.

19. *Paupertatis et transgressionis meæ.* * In Hebræo est, *contra me*, id est, miseriæ et transgressionis, qua cives mei Judæi in me affligendo amicitiæ et humanitatis jura violant et transgrediuntur. — *Absinthii.* Ærumnarum et afflictionum, quæ quasi fel aut absinthium amaræ sunt.

20. *Memoria memor ero.* Alte insidebit memoriæ meæ calamitas mea, et hæc recordatio me propemodum tabescere faciet.

21. *Hæc recolens.* Cogitans tamen fore ut aliquando ad feliciorem statum revocer, spem quam fere abjeceram, iterum resumo.

22. *Misericordiæ Domini.* Misericordia Domini factum est ut non simus penitus consumpti, quia ejus miserationes infinitæ sunt, et deficere non possunt.

rement, c'est l'effet des miséricordes du Seigneur, c'est parce que nous avons trouvé en lui un fonds de bonté inépuisable.

HETH.

23. Vous me faites tous les jours de nouvelles *grâces*, vous êtes fidèle *dans vos promesses*.

HETH.

24. Le Seigneur est mon partage, dit mon âme : c'est pour cela que je l'attendrai.

TETH.

25. Le Seigneur est bon à ceux qui espèrent en lui, à l'âme qui le cherche.

TETH

26. Il est bon d'attendre en silence le salut que Dieu nous promet.

TETH.

27. Il est bon à l'homme de porter le joug *du Seigneur* dès sa jeunesse.

JOD.

28. Il s'assiéra; il se tiendra solitaire, et il se taira, parce qu'il a mis ce joug sur lui.

JOD.

29. Il mettra sa bouche dans la poussière, pour concevoir ainsi quelque espérance.

JOD.

30. Il tendra la joue à celui qui le frappera, il se rassasiera d'opprobres.

CAPH.

31. Car le Seigneur ne *nous* rejettera pas pour toujours.

sumus consumpti : quia non defecerunt miserationes ejus.

HETH.

23. Novi diluculo, multa est fides tua.

HETH.

24. Pars mea Dominus, dixit anima mea : propterea expectabo eum.

TETH.

25. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.

TETH.

26. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

TETH.

27. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua.

JOD.

28. Sedebit solitarius et tacebit : quia levavit super se.

JOD.

29. Ponet in pulvere os suum, si forte sit spes.

JOD.

30. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.

CAPH.

31. Quia non repellet in sempiternum Dominus.

27. *Bonum est viro.* Le Prophète réfléchissant sur les conditions générales de la vie humaine, se livre à des réflexions que nous devons tous faire souvent. Au lieu de se plaindre de la dureté des épreuves auxquelles il a été soumis, il trouve qu'il y a dans le malheur quelque chose qui grandit l'homme, et que c'est dans l'adversité que se développent les plus grandes vertus. Il trouve qu'il est bon que l'homme porte le joug dès le commencement, parce que c'est le moyen de le mûrir et de l'habituer à toutes les déceptions dont la vie est remplie.

31. *Quia non repellet in sempiternum.* Voilà la pensée qui soutient dans l'adversité l'homme courageux. Il sait que les mauvais jours qu'il traverse passeront, et que si Dieu lui envoie de si terribles orages, ce n'est pas parce qu'il le déteste, et qu'après l'heure de sa justice viendra le jour de sa miséricorde.

---

23. *Novi.* Non est præteritum verbi *nosco;* sed nominativus pluralis nominis *novus*, ut patet ex Hebræo, *chadascim.* Novi fructus misericordiæ Domini existant. — *Diluculo.* In Hebræo est, *labbequarim*, id est, singulis matutinis, quolibet mane. Significat hæc phrasis frequentiam beneficiorum, et sollicitam ac promptam Domini in nos beneficentiam. — *Multa est fides tua.* Semper præstas quæ promisisti.

24. *Pars mea Dominus.* Dixit animus meus, consideravit, et apud se statuit Deum partem meam, portionem, hæreditatem et remunerationem meam. — *Expectabo eum.* Donec ille mihi ferat auxilium, donec ex hujus vitæ ergastulo eductus illi jungar.

25. *Bonus.* Propitius.

26. *Præstolari cum silentio.* Exspectare cum silentio, patienter, sine querimoniis et murmurationibus. — *Salutare Dei.* Salutem, et a malis liberationem cujus auctor est Deus.

27. *Jugum.* Legis et mandatorum Dei.

28. *Sedebit solitarius, et tacebit.* Quietus erit et patiens, jugo Domini cui assuevit edomitus. — *Solitarius.* Singularis et solus; vel quod fugiat commercia et consortia malorum, cum solo Deo agens; vel quod ab omnibus, etiam proximis, deseratur pauper et indefensus, nulli humano auxilio vel solatio inhians solius Dei nutu contentus. — *Quia levavit super se.* Jugum Domini cui collum per obedientiam submisit.

29. *Ponet in pulvere os suum.* Humiliabit se usque ad terram; submittet se Deo, adorans pronus, et vultu in terram usque ad pulverem demisso. — *Si forte sit spes.* Quia spes illum tenet fortasse Deum misericorditer acturum. Particula si non est hoc loco plane dubitantis, sed more Hebræorum affirmantis; nam ex humilitate et patientia concipitur spes quæ non confundit.

30. *Dabit percutienti se maxillam.* Describit singularem patientiam viri quid ab adolescentia sua jugum Domini portaverit : quod quamvis generatim dictum sit, tamen speciatim de Christo intelligendum est, qui omnis patientiæ exemplum fuit, quemadmodum veteres auctores ecclesiastici interpretantur. — *Saturabitur opprobriis.* Plurimus afficietur opprobriis. Significatur non solum patienti, sed læto etiam et alacri animo laturum opprobria.

31. *Quia non repellet.* Hoc autem faciet vir justus, sciens, et considerans, *quia non repellet in sempiternum Dominus;* sed quem castigando erudit, non abjiciet.

CAPH.

32. Quia si abjecit, et miserebitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.

CAPH.

33. Non enim humiliavit ex corde suo, et abjecit filios hominum,

LAMED.

34. Ut contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ,

LAMED.

35. Ut declinaret judicium viri in conspectu vultus Altissimi,

LAMED.

36. Ut perverteret hominem in judicio suo, Dominus ignoravit.

MEM.

37. *a* Quis est iste qui dixit ut fieret, Domino non jubente? [a *Amos*. 3. 6.]

MEM.

38. Ex ore Altissimi non egredientur nec mala nec bona?

MEM.

39. Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis?

NUN.

40. Scrutemur vias nostras, et quæramus, et revertamur ad Dominum.

NUN.

41. Levemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cœlos.

NUN.

42. Nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus : idcirco tu inexorabilis es.

CAPH.

32. S'il *nous* a rejetés, il aura aussi compassion *de nous*, selon la multitude de ses miséricordes.

CAPH.

33. Car il n'a pas humilié de bon cœur, ni rejeté *pour toujours* les enfants des hommes.

LAMED.

34. Il n'a pas foulé aux pieds les habitants de la terre *sainte* qui sont maintenant captifs.

LAMED.

35. Il ne refuse pas la justice qui est due à un homme aux yeux du Très-Haut.

LAMED.

36. Le Seigneur ne sait ce que c'est que de perdre un homme en le condamnant contre l'équité.

MEM.

37. Qui est celui qui a dit qu'une chose se fît, sans que le Seigneur l'ait commandée ?

MEM.

38. Est-ce que les maux et les biens ne sortent pas de la bouche du Très-Haut.

MEM.

39. Pourquoi l'homme murmure-t-il pendant sa vie, l'homme *qui souffre* pour ses péchés ?

NUN.

40. Examinons avec soin nos voies, cherchons et retournons au Seigneur.

NUN.

41. Elevons au ciel nos cœurs avec nos mains vers le Seigneur.

NUN.

42. Nous avons agi injustement, nous nous sommes attiré votre colère, *Seigneur;* c'est pourquoi vous êtes devenu inexorable.

35. *Ut declinaret*. Ce verset et le verset suivant peuvent se traduire ainsi, d'après l'Hébreu : Ecarter la justice qu'un homme peut attendre du tribunal du Très-Haut, condamner injustement un homme en jugement, c'est ce que le souverain Maître ne connaît point.

40. *Scrutemur*. Ne murmurons donc point de ce que nous souffrons, car c'est par l'ordre du Seigneur que nous avons été affligés, et nous n'avons souffert que ce qu'il a voulu. Examinons avec soin, etc.

---

32. *Quia si abjecit*. Licet enim videatur Deus justum ad tempus abjecisse, rursum miserebitur quippe qui multum sit misericors.

33. *Non enim humiliavit ex corde suo*. Non affligit Deus homines ex animo, quasi illorum malo delectetur, sed id facit quodam modo coactus eorum peccatis.

34. *Ut contereret*. Quæ hoc versiculo et duobus sequentibus dicuntur, pendent ex verbo illo, *ignoravit*, quod est in fine versus 36, et repetendum est in singulis versiculis, hoc modo : *Deus ignoravit, ut contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ :* displicuit ei conterere ; non est visum bonum conterere. Simili phrasi dicimus italice : *Non sa far male a niuno*. Conterere sub pedibus est graviter affligere et funditus perdere. — *Vinctos terræ*. Judææ ; omnes Judæos a Chaldæis captos et vinctos.

35. *Ut declinaret*. Deus ignorat declinare judicium, id est, non justa lance merita ponderare. — *In conspectu vultus Altissimi*. In conspectu suo, qui altissimus est.

36. *Ut perverteret hominem*. Deus ignorat hominis causam et judicium pervertere.

37. *Quis est iste*. Hæc cum ita sint, quis audeat dicere fieri quidquam Domino non jubente, id est, sine ejus voluntate et providentia ?

38. *Ex ore Altissimi*. Pendet hæc sententia ex superiori, et repetendum : Quis est qui audeat dicere ex ore Altissimi, id est, illius nutu, voluntate et præcepto non evenire mortalibus bona et mala ?

39. *Qui murmuravit*. Cur ergo murmurant et queruntur mortales cum malis exercentur, cum omnia divina eveniant providentia ? nulla res magis nos in rebus adversis consolari potest quam si cogitemus omnia divino consilio fieri, et nostram culpam, divinamque justitiam agnoscentes dicamus : *Cognovi, Domine, quia æquitas judicia tua ; et in veritate tua humiliasti me*. Psal. 118, 75. — *Vir pro peccatis suis*. Quid murmurat homo pro pœna peccatorum suorum ?

40. *Scrutemur vias nostras*. Dicta, facta, cogitata nostra ad examen vocemus.

41. *Levemus corda nostra cum manibus*. Orantes Dominum ex animo.

42. *Idcirco tu inexorabilis es*. Non parcis, sed pergis flagellis attorere.

SAMECH.

43. Vous vous êtes caché dans votre fureur, et vous nous avez frappés, vous *nous* avez tués sans *nous* épargner.

SAMECH.

44. Vous avez mis une nuée au devant de vous, afin que *notre* prière ne passe point.

SAMECH.

45. Vous m'avez mis au milieu des peuples *infidèles*, comme une plante que vous avez arrachée.

PHE.

46. Tous nos ennemis ont ouvert la bouche contre nous.

PHE.

47. La prophétie est devenue notre frayeur, notre filet et notre ruine.

PHE.

48. Mon œil a répandu des ruisseaux de larmes en voyant la ruine de la fille de mon peuple.

AIN.

49. Mon œil s'est affligé, et ne s'est point tû, parce qu'il n'y avait point de repos *pour nous*.

AIN.

50. Jusqu'à ce que le Seigneur jetât les yeux *sur nous*, et *nous* regardât du ciel.

AIN.

51. Mon œil m'a presque ôté la vie, *à force de pleurer* sur le malheur de toutes les filles de Jérusalem.

SADE.

52. *Cependant* ceux qui me haïssent sans sujet m'ont pris comme un oiseau qu'on prend à la chasse.

SAMECH.

43. Operuisti in furore, et percussisti nos : occidisti, nec pepercisti.

SAMECH.

44. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.

SAMECH.

45. Eradicationem et abjectionem posuisti me in medio populorum.

PHE.

46. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.

PHE.

47. Formido et laqueus facta est nobis vaticinatio et contritio.

PHE.

48. Divisiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.

AIN.

49. Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quod non esset requies.

AIN.

50. Donec respiceret et videret Dominus de cœlis.

AIN.

51. Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.

SADE.

52. Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis.

47. *Formido et laqueus.* La prophétie qui devait être notre consolation et notre force, est devenue notre frayeur et notre ruine, par les menaces qu'elle nous a fait entendre, et par le mépris que nous en avons fait.

49. *Aïn.* On a remarqué que dans les chapitres II, III et IV des *Lamentations*, la lettre *Phe* est mise avant la lettre *Aïn*, au lieu que dans l'ordre commun de l'alphabet, la lettre *Aïn* précède la lettre *Phe*, comme on voit dans les psaumes alphabétiques, dans l'éloge que Salomon fait de la femme forte, et qui est aussi alphabétique, et enfin dans le chapitre Ier des *Lamentations* mêmes. On ignore la cause de ce dérangement. Grotius a soupçonné que l'ordre de l'alphabet était différent chez les Hébreux et les Chaldéens, et que Jérémie, après avoir suivi l'ordre des Hebreux dans le Ier chapitre, suivait l'ordre des Chaldéens dans les trois autres. Mais pourquoi l'auteur a-t-il ainsi changé sa marche?

---

43. *Operuisti in furore.* Furorem et iram quasi velum obtendisti tibi, ne quemquam agnosceres, videres, vel precantem audires, sed percutere posses a nemine exoratus.

* 44. *Opposuisti nubem.* Peccatorum nostrorum, ne oratio nostra ad te transire possit. Iniquitates nostræ diviserunt inter nos et Deum, ut loquitur Isaias, c. 59, 2.

45. *Eradicationem et abjectionem.* Tradidisti populum tuum, ut e solo patrio eradicaretur, et huc illuc ejiceretur, ut dixerat supra, c. 18, 7 : *Repente loquar adversum gentem et adversum regnum ut eradicem, et destruam, et disperdam illud.*

46. *Aperuerunt super nos os suum.* Locuti sunt contra nos, irriserunt nos, conviciati sunt nobis, ut capite superiori, n. 16.

47. *Formido et laqueus.* Venit nobis formido, laqueus, et contritio, quemadmodum nobis prophetæ vaticinati fuerant. Sane Isa., c. 24, 17, dixerat : *Formido, et fovea, et laqueus super te, qui habitator est terræ.* Vel sensus est : vaticinata supplicia a Jeremia et prophetis injicerunt nobis formidinem, et ex formidine laqueum et contritionem; dum enim ea timuimus, et evitare voluimus a Chaldæis rebellando contra præceptum Dei et Jeremiæ, tunc incidimus in captivitatem et ruinam.

48. *Divisiones aquarum.* Rivos aquarum, id est, lacrymarum. — *Oculus.* Oculi : singularis numerus pro plurali. — *Filiæ populi mei.* Jerusalem. Vide dicta c. 1, n. 15.

49. *Nec tacuit.* Nec cessavit a lacrymarum effusione. Vide dicta c. 2, n. 8. — *Eo quod non esset requies.* A lacrymis, vel a malis et ærumnis, nullusque esset qui consolationem aut levamentum afferret.

50. *Donec respiceret.* Donec exoretur Deus.

51. *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Oculus meus flendo depopulatus est omnem succum et spiritum vitalem. — *In cunctis filiabus urbis meæ.* Cum scilicet videret filias urbis meæ, id est, urbes Judææ Hierosolymis vicinas funditus eversas, miserabilis vastatarum urbium aspectus uberem fletum elicuit.

52. *Venatione ceperunt me.* In Hebr., est, *venando venati sunt me*, summo studio persecuti sunt me, quasi venatores, cum feras insectantur, aut aucupantur aves. — *Gratis.* Sine mea culpa; licet enim in Deum peccassem, non tamen Chaldæos ulla in re violaveram.

SADE.

53. Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me.

SADE.

54. Inundaverunt aquæ super caput meum; dixi : perii.

COPH.

55. Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu novissimo.

COPH.

56. Vocem meam audisti : ne avertas aurem tuam à singultu meo et clamoribus.

COPH.

57. Appropinquasti in die, quando invocavi te ; dixisti : Ne timeas.

RES.

58. Judicasti, Domine, causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.

RES.

59. Vidisti, Domine, iniquitatem illorum adversum me : judica judicium meum.

RES.

60. Vidisti omnem furorem, universas cogitationes eorum adversum me.

SIN.

61. Audisti opprobrium eorum, Domine, omnes cogitationes eorum adversum me :

SIN.

62. Labia insurgentium mihi, et meditationes eorum adversum me tota die.

SIN.

63. Sessionem eorum et resurrectionem eorum vide; ego sum psalmus eorum.

THAU.

64. Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum.

SADE.

53. Mon âme est tombée dans la fosse, et ils ont mis sur moi une pierre.

SADE.

54. Un déluge d'eau s'est répandu sur ma tête, et j'ai dit : Je suis perdu.

COPH.

55. J'ai invoqué votre nom, ô Seigneur! du plus profond de l'abîme.

COPH.

56. Vous avez entendu ma voix : Ne détournez point votre oreille de mes gémissements et de mes cris.

COPH.

57. Vous vous êtes approché *de moi*, au jour où je vous ai invoqué. Vous *m'*avez dit : Ne craignez point.

RES.

58. *C'est ainsi*, ô Seigneur! *que* vous avez pris la défense de la cause de mon âme, vous qui êtes le rédempteur de ma vie.

RES.

59. Vous avez vu, ô Seigneur! leur iniquité contre moi : faites-moi vous-même justice.

RES.

60. Vous avez vu toutes leurs fureurs, et tous les mauvais desseins qu'ils ont contre moi.

SIN.

61. Vous avez entendu, Seigneur, les injures qu'ils me disent, et tout ce qu'ils pensent contre moi.

SIN.

62. *Vous avez ouï* les paroles de ceux qui m'insultent, et ce qu'ils méditent contre moi pendant tout le jour.

SIN.

63. Considérez-les, soit qu'ils se reposent, soit qu'ils agissent. Je suis devenu le sujet de leurs chansons.

THAU.

64. Seigneur, vous leur rendrez ce qu'ils méritent; selon les œuvres de leurs mains.

59. *Vidisti Domine.* Les souffrances de Jérémie n'étaient pas terminées. Ses épreuves persévéraient, et il était entouré d'hommes qui continuaient à le persécuter. C'est ce qui lui fait dire au Seigneur : Faites-moi aujourd'hui la même grâce que par le passé. Vous m'avez délivré des mains de mes ennemis, délivrez-moi encore de leur fureur. Vous avez vu, etc. On pourrait remplacer le passé par le présent, et dire : Vous voyez, etc.

---

53. *Lapsa est in lacum.* Conjectus sum in carcerem. — *Posuerunt lapidem.* Quo os putei, laci aut carceris obstrueretur. Videtur alludere Jeremias ad lacum in quem a principibus projectus fuerat, c. 38, 6.

54. *Inundaverunt aquæ.* Laci; vel per metaphoram sic vocat res adversas : Psal., 68, 2 : *Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.*

55. *De lacu novissimo.* Ex imo carcere.

56. *Audisti.* Fortasse est præteritum pro imperativo : *vocem meam audi.* Sic etiam explicari potest quod sequitur : *appropinquasti, etc.* Vel sensus est : audivisti me, cum me per eunuchum Abdemelech carcere liberasti. Jerem., 38, 13.

57. *Appropinquasti.* Accede ad me, et auxiliarem manum porrige. Vel accessisti, et auxilium tulisti.

58. *Judicasti.* Judica, defende causam vitæ meæ. — *Redemptor.* Qui me e malis eripis.

59. *Judica judicium meum.* Discerne inter causam meam et causam illorum, et pro me, qui innocens sum, pronuntia. Italice diceremus : *Fatemi ragione.*

61. *Opprobrium eorum.* Quo illi me affecerunt.

62. *Labia.* Audisti. — *Insurgentium mihi.* Id est, contra me. — *Meditationes eorum.* Quas contra me machinantur.

63. *Sessionem... et resurrectionem.* Omnia quæ faciunt, ut Psal., 138, 2 : *Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam.* — *Sum psalmus eorum.* Materia cantionum et risus. Vide supra, n. 14.

THAU.

65. Vous leur mettrez comme un bouclier sur le cœur, par le travail dont vous les accablerez.

THAU.

66. Vous les poursuivrez dans votre fureur, et vous les exterminerez, ô Seigneur ! de dessous le ciel.

THAU.

65. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.

THAU.

66. Persequeris in furore, et conteres eos sub cœlis, Domine.

CHAPITRE IV.

Jérémie déplore de nouveau la ruine de Jérusalem. Il annonce les vengeances du Seigneur contre l'Iduméen, et le rétablissement de Sion.

ALEPH.

1. Comment l'or s'est-il obscurci? *comment* a-t-il changé sa couleur qui était si belle? *comment* les pierres du sanctuaire ont-elles été dispersées au coin de toutes les rues?

BETH.

2. Comment les enfants de Sion qui étaient si éclatants et couverts de l'or le plus pur, ont-ils été traités comme des vases de terre, comme l'ouvrage des mains du potier?

GHIMEL.

3. Les bêtes farouches ont découvert leurs mamelles, et elles ont donné du lait à leurs petits : mais la fille de mon peuple est *devenue* cruelle comme une autruche qui est dans le désert.

ALEPH.

1. Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum?

BETH.

2. Filii Sion inclyti, et amicti auro primo : quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli ?

GHIMEL.

3. Sed et lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos : filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.

66. *Persequeris in furore*. Il ne faut pas oublier que Jérémie était la figure de Jésus-Christ. Par conséquent, toutes les plaintes du Prophète, on peut les mettre dans la bouche du Sauveur. C'est pour ce motif que l'Eglise nous fait lire cette lamentation à l'office du Vendredi saint, à matines.

Cap. IV. — 1. *Quomodo obscuratum est aurum*. Ce verset peut être pris dans le sens propre et littéral, comme le fait Ménochius, mais on peut y voir aussi une métaphore, et entendre par cet or l'éclat des princes d'Israël qui s'était terni, et par les pierres du sanctuaire, les prêtres qui avaient été dispersés à la suite de la destruction du temple. Ce sens métaphorique paraît autorisé tout particulièrement par ce premier verset. Racine a reproduit dans un de ses plus beaux morceaux d'Athalie, ce magnifique passage : Comment en un plomb vil, etc., etc.

3. *Sed et lamiæ nudaverunt mammam*. Cette élégie est une élégie nationale comme les deux premières. Le Prophète, après avoir pleuré sur ses souffrances personnelles (comme il l'a fait, chap. III), revient aux malheurs de son pays, et il trouve de nouveaux accents pour chanter cette désolation de la cité sainte. Il nous représente ses derniers moments, et son tableau se charge de couleurs encore plus vives et plus sombres.

---

65. *Scutum cordis*. In hebræo est, elegans paranomasia, pro *neginat*, id est, cantico suo quod psalmum in me, dabis eis juste et apte *meginat*, id est, scutum vel circumcinctienem cordis, id est, mœrorem et angorem qui cor cingat, claudat, angat et opprimat. — *Laborem tuum*. Laborem et afflictionem, qua inimicos tuos affligere soles.

66. *Sub cœlis*. In hebræo est, *de sub cœlis*, id est, de terra ; eos medio tolles.

Cap. IV. — 1. *Quomodo*. Quo tanto scelere hominum, qua tanta Dei indignatione. — *Obscuratum est aurum*. Deflet templi versionem et spoliationem. Templum prius auro collucebat : postquam incensum est a Nabuzardam, pro auro nihil aliud apparet quam exusti, et fumo et flammis obscurati parietes. — *Mutatus est color optimus*. Color auri nitentis et fulgentis cum ipso auro sublatus est, et relicti parietes atri fuligine propter incendium. — *Dispersi sunt lapides sanctuarii*. Everso templo, lapides dissipati sunt. — *In capite omnium platearum*. Per planteas.

3. *Filii Sion*. Cives Jerusalem. — *Inclyti*. Gloriosi, qui ab omnibus magnifiebant. — *Amicti auro primo*. Vestibus auro pretiosissimo intertextis. — *In vasa testea*. Ac si essent vile aliquod vas fictile.

3. *Sed et lamiæ nudaverunt mammam*. Sensus est, Jerusalem crudeliorem ipsis bestiis factam esse, nam ipsæ lamiæ, vel, ut est in hebræo *tannin*, dracones, nudatis mammis catulos suos lactant; filia autem populi mei, id est, Jerusalem facta est crudelis, quasi struthio in deserto. — *Lamiæ*. Lamias olim famulabantur fuisse monstra quædam umbilico tenus muliebri specie, deorsum ferina, mammis muliebribus. De his multa crudelia jactabantur, utpote vorare homines, ac præsertim infantes. Sententia ergo est, etiam feris truculentis non defuisse in suos fœtus materna viscera, defuisse autem matribus Jerosolymitanis. Diximus alibi latinum interpretem aliquando in sua versione ad fabulas gentium alludere, ut expressius sensum textus sacri exhibeat : exempla habemus Job., 21, 33 ; etc. 42, 14; et alibi. Sunt qui lamiam verum animal esse dicant, illud scilicet quod ab Aristotele appellatur *manticora* l. 3. Hist. animal. Plin., l. 8, c. 21. — *Struthio*. Struthio dicitur ova parere, et quasi sua non sint negligere. Vide Job, c. 39, 14 et 16.

DALETH.

4. Adhæsit lingua lactentis ad palatum ejus in siti : parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.

HE.

5. Qui vescebantur voluptuose, interierunt in viis : qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.

VAU.

6. Et major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, *a* quæ subversa est in momento, et non ceperunt in ea manus. [a *Genes.* 19. 24.]

ZAIN.

7. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, saphiro pulchriores.

HETH.

8. Denigrata est super carbones facies eorum, et non sunt cogniti in plateis : adhæsit cutis eorum ossibus : aruit, et facta est quasi lignum.

TETH.

9. Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame ; quoniam isti extabuerunt consumpti a sterilitate terræ.

DALETH.

4. La langue de l'enfant qui était à la mamelle s'est attachée à son palais dans son extrême soif. Les petits ont demandé du pain, et il n'y avait personne pour leur en donner.

HE.

5. Ceux qui se nourrissaient des viandes les plus délicates sont morts de faim dans les rues. Ceux qui mangeaient au milieu de la pourpre ont embrassé l'ordure et le fumier.

VAU.

6. L'iniquité de la fille de mon peuple est devenue plus grande que le péché de Sodome, qui fut renversée en un moment, sans que la main *d'aucun homme* eût part à sa ruine.

ZAIN.

7. Ses Nazaréens étaient plus blancs que la neige, plus purs que le lait, plus rouges que l'ancien ivoire et plus beaux que le saphir.

HETH.

8. Leur visage est devenu plus noir que des charbons ; ils ne sont plus connaissables dans les rues : leur peau est collée sur leurs os ; elle est desséchée, et elle est devenue comme du bois.

TETH.

9. Ceux qui ont été tués par l'épée ont été plus heureux que ceux qui sont morts par la famine, parce que ceux-ci ont souffert une mort lente, étant consumés par la stérilité de la terre.

5. *Qui vescebantur voluptuose.* Nous n'avons pas d'historien qui nous ait raconté le siége de Jérusalem par Nabuchodonosor, comme nous en avons un (l'historien Josèphe, *De bello Judaico*), pour le siége de cette même ville par les Romains. Mais Jérémie nous fait voir que les mêmes crimes amenèrent les mêmes châtiments, et que la famine se fit sentir aussi cruellement aux assiégés dans le premier siége que dans le second.

6. *Et major effecta est.* Aux yeux des prophètes, le châtiment de Sodome paraîssait moins dur que celui de Jérusalem, parce qu'il avait été instantané, tandis que la fille de Sion s'était vu livrée à une multitude de fornications qui lui avaient fait souffrir des maux très-longs et très-violents.

7. *Candidiores Nazaræi.* Dans cette terrible épreuve, les bons ont pâti pour les méchants. Ainsi les Nazaréens, que le Prophète avait cites comme des modèles à la façon des Réchabites, ont été, malgré leur austérité, réduits à une misère affreuse.

---

4. *In siti.* Præ siti.

5. *In viis. In plateis*, ut est in hebræo, fame exstincti. — *Qui nutriebantur in croceis.* Qui educabantur splendide, nitentibus et elegantibus vestibus croceis induti. Vel qui in croceis stragulis pretiosis cubabant, jam amplexati sunt stercora, id est, sordidis vestibus utuntur; vel pro deliciis habent et felicitate magna sterquilinium nancisci, in quo lassos artus reclinent. Vel sensus est : qui nutriebantur cibis croco aromatibusque conditis, nunc, urgente fame, gaudent etiam stercoribus, verbi gratia, columbinis, ut contigit in Samaria tempore Elisæi.

6. *Iniquitas.* Pœna iniquitatis Jerosolymæ. — *Peccato.* Pœna peccati Sodomorum. — *Quæ subversa est in momento.* Est causa propter quam levior dicitur clades Sodomorum; mors enim repentina minus habet doloris. — *Non ceperunt in ea manus.* LXX vertunt, *non laboraverunt in ea manus*, scilicet in ea evertenda vel defendenda diu non laboraveruut manus, imo nec laborare cœperunt ; repentinus enim eis supervenit interitus.

7. *Candidiores nazaræi ejus.* Querela est, nazaræos olim maximo in honore et veneratione habitos, prorsus viluisse, omni decore et gloria spoliatos. — *Candidiores... nive.* Dicendi formula proverbialis, candidi erant nazaræi, nitidi, bene loti. — *Nitidiores lacte.* Candidi et nitentes, sed simul succulenti et boni habitus, quod per lactis metaphoram significat. — *Rubicundiores ebore antiquo.* Solebant veteres ebur tempore pallescens, et decolor effectum, ut ei pristinum decorem et splendorem restituerent, illud illuminare et tingere minio vel purpura, quem etiam ritum habemus ex Virgilio, *Æneid.* 12, 67, cum ait :

Indum sanguineo veluti violaverit ostro
Si quis ebur, etc.

— *Sapphiro pulchriores.* Ad verbum ex hebræo, *sapphiri excisio eorum*, id est, elegantes erant et politi, sicut sapphirus excisus et sectus; et tamen, cum tales essent, *denigrata est, etc.*

8. *Denigrata est.* Nigrior facta est quam carbones facies eorum, propter miserias captivitatis, ita ut in mediis plateis alii ab aliis non cognoscerentur.

9. *Occisis gladio.* Brevi et cita morte exstinctis. — *Interfectis fame.* Quos longa inedia diu torsit et cruciavit. — *Extabuerunt.* Paulatim consumpti sunt, defluxerunt paulatim in mortem. — *A sterilitate.* Ob sterilitatem.

JOD.

10. Les femmes tendres et compatissantes, ont fait cuire leurs enfants de leurs propres mains, *et* leurs enfants sont devenus leur nourriture dans la ruine de la fille de mon peuple.

CAPH.

11. Le Seigneur a satisfait sa fureur; il a répandu sur *Jérusalem* son indignation et sa colère, il a allumé dans Sion un feu qui l'a dévorée jusqu'aux fondements.

LAMED.

12. Les rois de la terre, et tous ceux qui habitent dans le monde n'auraient jamais cru que les ennemis de Jérusalem, et ceux qu'ils haïssaient, dussent entrer par ses portes.

MEM.

13. *Cependant cela est arrivé* à cause des péchés de ses prophètes, et des iniquités de ses prêtres, qui ont répandu au milieu d'elle le sang des justes.

NUN.

14. Ils ont erré dans les rues, comme des aveugles; ils se sont souillés du sang *de leurs frères;* et ne pouvant *s'empêcher de marcher dedans*, ils levaient leurs robes.

SAMECH.

15. Retirez-vous, vous qui êtes souillés, leur criaient les autres *Juifs;* retirez-vous, allez-vous-en; ne *nous* touchez point. Car ils se sont *ainsi* querellés; et dans l'émotion où ils étaient, on a dit parmi les nations : Le Seigneur n'habitera plus parmi eux.

PHE.

16. Le Seigneur les a écartés dans sa colère, il ne les regardera plus, *parce qu'*ils n'ont point

JOD

10. Manus mulierum misericordium coxerunt filios suos : facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

CAPH.

11. Complevit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ : et succendit ignem in Sion, et devoravit fundamenta ejus.

LAMED.

12. Non crediderunt reges terræ, et universi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis et inimicus per portas Jerusalem.

MEM.

13. Propter peccata prophetarum ejus, et iniquitates sacerdotum ejus, qui effuderunt in medio ejus sanguinem justorum.

NUN.

14. Erraverunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine, cumque non possent, tenuerunt lacinias suas.

SAMECH.

15. Recedite polluti, clamaverunt eis: recedite, abite, nolite tangere : jurgati quippe sunt, et commoti dixerunt inter gentes : Non addet ultra ut habitet in eis.

PHE.

16. Facies Domini divisit eos, non addet ut respiciat eos : facies sacerdo-

10. *Coxerunt filios suos.* On frémit, quand dans la description du siége de Jérusalem par les Romains, on lit le récit d'une femme qui fit cuire son enfant et qui eut la force d'en manger. Les mêmes horreurs, on le voit, d'après le Prophète, s'étaient passées pendant le siége de Nabuchodonosor. Il y a, d'ailleurs, entre ces deux événements, la plus grande analogie. « On voit, dit Bossuet, dans Jérusalem la même rébellion, la même famine, les mêmes extrémités, les mêmes voies de salut ouvertes, la même séduction, le même endurcissement, la même chute; et, afin que tout soit semblable, le second temple est brûlé sous Tite, le même mois et le même jour que l'avait été le premier sous Nabuchodonosor (*Discours sur l'histoire universelle*, IIe part., chap. XXI).»

15. *Jurgati quippe sunt.* Comme il y avait des factions au sein de Jérusalem pendant le siége de Titus; de même il y en eut pendant le siége de Nabuchodonosor, et ces factions se dévoraient entre elles et versaient le sang de leurs frères avec plus d'abondance que celui des ennemis.

---

10. *Mulierum misericordium.* Quæ alioqui misericordes esse solent in suas proles. — *In contritione.* In obsidione, quæ contritionem et ruinam urbi attulit.

11. *Complevit.* Omnem iram, vel id quod per Mosem minatus est, Deut., c. 28, 53. — *Ignem.* Quo urbs et templum arsit. Vel per metaphoram significatur clades quæ fundamenta, id est, reges et principes cum plebe devoravit.

12. *Non crediderunt.* Non credebant, aut nunquam credere potuissent finitimi reges et populi, qui norant quam bene munita esset Jerusalem.

13. *Prophetarum.* Mendacium.

14. *Erraverunt cæci.* Ob perturbationem animi, et ob sordes, sanguinem, et cadaverum multitudinem recta incedere nesciebant, aut non poterant, ut cæci faciunt. — *Polluti sunt in sanguine.* Quo viæ, compita et plateæ civitatis redundabant. — *Cumque non possent.* Ita per vicos transire quin tabo e cadaveribus effluente fœdarentur. — *Tenuerunt lacinias suas.* Vestium extrema colligentes, ne sanguine inficerentur, * et legalem immunditiam contraherent.

15. *Recedite, polluti.* Sunt verba Judæorum mundorum, clamantium ad immundos : Recedite ne scilicet et nos polluamur, et fiamus immundi. — *Jurgati quippe sunt.* Aliis dicentibus : Recedite, aliis recedere nolentibus. — *Et commoti.* Et cum abiissent in captivitatem, et huc illucque vagi errarent, sicut prædixerat c. 34, 17 : *Dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.* — *Dixerunt inter gentes.* Quicumque eos inter gentes dispersos et vagabundos videbant, dixerunt. — *Non addet ultra.* Scilicet Deus. In hebræo est, *non addent ultra ad habitandum*, id est, non revertentur ultra in terram suam, ut in ea habitent.

16. *Facies Domini.* Ira Domini, iratus Domini vultus. — *Divisit eos.* Alios ab aliis diduxit et dispersit. — *Ut respiciat eos.* Vultu benigno, et ut illis faveat. — *Facies sacerdotum non erubuerunt.* Sed eos sine respectu sacerdotii et senii vexaverunt et occiderunt; Judæi scilicet qui in prophetas et sacerdotes etiam senes sævierunt.

tum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.

AIN.

17. Cum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem quæ salvare non poterat.

SADE.

18. Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquavit finis noster ; completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.

COPH.

19. Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli : super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.

RES.

20. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris : cui diximus : In umbra tua vivemus in gentibus.

SIN.

21. Gaude, et lætare, filia Edom, quæ habitas in terra Hus : ad te quoque perveniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

eu de respect pour le visage des prêtres, ni de compassion pour les vieillards.

AIN.

17. Lorsque nous subsistions encore, nos yeux se sont lassés dans l'attente d'un vain secours, en tenant nos regards attachés sur une nation qui ne pouvait nous sauver.

SADE.

18. Nos pas ont glissé, en marchant dans nos rues; notre fin s'est approchée, nos jours se sont accomplis; parce que le terme de notre vie était arrivé.

COPH.

19. Nos persécuteurs ont été plus vite que les aigles du ciel : ils nous ont poursuivis sur les montagnes, ils nous ont tendu des piéges dans le désert.

RES.

20. Le Christ, le Seigneur, l'esprit de notre bouche a été pris à cause de nos péchés. Nous lui avions dit : Nous vivrons sous votre ombre parmi les nations.

SIN.

21. Réjouissez-vous, et soyez dans la joie, ô fille d'Edom! vous qui habitez dans la terre de Hus : la coupe viendra aussi jusqu'à vous; vous en serez enivrée : et vous serez mise à nu.

17. *Attenti ad gentem.* En vain Jérémie et les autres prophètes leur avaient dit qu'ils n'avaient rien à espérer de l'Egypte. Ils s'obstinèrent jusqu'à la fin, à compter sur le secours de cette nation, et ce fut une des erreurs qui leur causèrent les déceptions les plus cruelles.

20. *Spiritus oris nostri Christus.* On voit ici le patriotisme de Jérémie. Il n'avait pas à se louer de Sédécias qui lui avait ravi la liberté et qui l'avait indignement livré à ses ennemis et à ses calomniateurs. Cependant, ce prince est pour lui l'oint du Seigneur; il déplore sa chute et il verse des larmes en pensant à la dégradation qu'il vient de subir. Les bons sujets, dit Bossuet, ne se tenaient pas quittes du respect qu'ils devaient à leur roi, après même que son royaume fût renversé et qu'il fût emmené comme captif avec tout son peuple; ils respectèrent jusque dans les fers et après la ruine du royaume, le caractère sacré de l'autorité royale (*Politique sacrée*).

21. *Filia Edom.* Cette fille d'Edom est la nation des Iduméens, et la terre de Hus désigne l'Idumée d'où était Job (Job. 2, 1). Ces descendants d'Esaü avaient applaudi à la chute de Jacob. Le Prophète leur annonce que les Chaldéens les humilieront, comme il l'avait annoncé d'ailleurs chap. XLIX, 7). Cette prophétie devait s'accomplir pendant le siége de Tyr par Nabuchodonosor (Voyez nos notes sur le chap. XLIX, 7 et suiv.). Mais Jérusalem était arrivée au terme de ses maux, et on sent que le Prophète est heureux de terminer ses lugubres tableaux par une parole d'espérance.

---

17. *Cum adhuc subsisteremus.* Cum adhuc staret respublica nostra : cum erecti staremus in expectatione Ægyptiorum, ut obsidionem Chaldæorum solverent. — *Defecerunt oculi nostri.* Spectantes, et intenti ad auxilium Pharaonis, sed frustra. — *Ad gentem.* Ægyptios intelligit.

18. *Lubricaverunt.* LXX, ἐθήρευσαμεν, *venati sumus.* Hebraicum *tsadu*, proprie significat *insidiati sunt;* sed eadem est nostræ Vulgatæ editionis sententia; nam qui alteri viam lubricam facit, illi insidiatur. Non poteramus in mediis plateis nostris tuto ambulare. — *Appropinquavit finis noster.* Tempus ultimum exitio Hierosolymæ constitutum : sic Ezech., 7, 2 : *Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.*

19. *Velociores fuerunt.* Velocissimus enim fuisse dicitur equitatus Chaldæorum. Jerem., 4, 13; et 48, 40. Alludit autem hoc loco ad Chaldæos illos, qui persecuti sunt fugientem Sedeciam, eumque celeritate cursus comprehenderunt, IV. Reg., 25, 5; et Jerem., 39, 5; et 52., 89.

20. *Spiritus oris nostri.* Rex noster nobis æque dilectus ac spiritus vitalis, et qui vitam nostram conservabat, sicut aer iste quem ducimus. Videtur regem Sedeciam intelligere de quo superiore versiculo fuerat locutus. Longius tamen tenditur prophetia, et simul Jesum Christum respicit, qui est captus et morti traditus propter peccata nostra : quod etiam ex eo confirmatur quod Vulgata editio habet, *Christus Dominus;* non, ut aliqui vertunt, *Christus Domini.* — *Cui diximus.* De quo dicebamus, fore ut sub ejus tutela viveremus.

21. *Gaude et lætare* Est ironia vel concessio qualis est illa Eccles., II, 9 : *Lætare ergo, juvenis, in adolescentia tua.* Nam Jeremias hic prædicit excidium Idumæorum per eosdem Chaldæos, quia ipsi irriserant Judæos, et juverant Chaldæos in excidio Judæorum, ut patet Ezech., 35, 5. — *Filia Edom.* Idumæi. — *Quæ habitas in terra Hus.* Hinc patet terram Hus, cujus est mentio Job, 1, 1, eamdem esse cum Idumæa, vel saltem in se complexam fuisse Idumæam. — *Calix.* Iræ et ultionis divinæ, quo inebriaberis, ut supra, c. 51, 7; 39, 57. — *Nudaberis.* Sicut ebrii nudari solent, quemadmodum accidit Noe, Genes., 9, 21 ; quasi dicat : spoliaberis bonis tuis.

THAU.

22. *Pour vous*, ô fille de Sion! votre iniquité est accomplie : le Seigneur ne vous transportera plus hors de votre pays. *Mais*, ô fille d'Edom! il visitera votre iniquité, il découvrira votre péché.

THAU.

22. Completa est iniquitas tua, filia Sion, non addet ultra ut transmigret te : visitavit iniquitatem tuam, filia Edom, discooperuit peccata tua.

CHAPITRE V.

Jérémie expose au Seigneur la misère de son peuple et le conjure de rappeler ce même peuple à lui.

1. Souvenez-vous, Seigneur, de ce qui nous est arrivé; considérez et regardez l'opprobre où nous sommes.
2. Notre héritage est passé à ceux d'un autre pays, et nos maisons à des étrangers.
3. Nous sommes devenus comme des orphelins qui n'ont plus de pères; nos mères sont comme des femmes veuves.
4. Nous avons acheté à prix d'argent l'eau que nous avons bue, nous avons payé chèrement le bois que nous avons brûlé :
5. On nous a entraînés les chaînes au cou, sans donner aucun repos à ceux qui étaient las.
6. Nous avons tendu la main à l'Egypte et aux Assyriens, pour avoir de quoi nous rassasier de pain.
7. Nos pères ont péché et ils ne sont plus, et nous avons porté leurs iniquités.
8. Des esclaves nous ont dominés, sans qu'il se trouvât personne pour nous racheter d'entre leurs mains.
9. Nous allions chercher du pain pour nous

1. Recordare, Domine, quid acciderit nobis : intuere, et respice opprobrium nostrum.
2. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.
3. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.
4. Aquam nostram pecunia bibimus; ligna nostra pretio comparavimus.
5. Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.
6. Ægypto dedimus manum, et Assyriis ut saturaremur pane.
7. Patres nostri peccaverunt, et non sunt; et nos iniquitates eorum portavimus.
8. Servi dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum.
9. In animabus nostris afferebamus

Cap. V. — 2. *Hæreditas nostra*. Ce chapitre paraît postérieur aux autres. Car il suppose que le peuple était déjà en captivité, qu'il y en avait une partie en Egypte (vers. 6), et que le mont de Sion était tellement désolé, qu'il servait de retraite aux renards (vers. 18).

9. *Afferebamus panem*. Le pain se prend ici pour toute espèce de nourriture, et le désert s'entend des plaines et des campagnes qui environnaient Jérusalem, et qui étaient alors tellement abandonnées, qu'on pouvait les assimiler à un désert.

---

22. *Completa est iniquitas tua*. Pœna iniquitatis tuæ. — *Non addet ultra ut transmigret te*. Nam Hierosolymorum desolatio sub Romanis non fuit Judæorum gentis abductio et transmigratio in aliquam certam provinciam; sed, ut usque ad hunc diem videmus, per universum orbem dissipatio et dispersio. — *Visitavit iniquitatem tuam*. Post cladem Judæorum Idumæos corripiet furor Domini, et eos puniet ut meriti sunt. — *Discooperuit peccata tua*. Faciet ut ex pœnis quas lues constet quam multa et quam gravia fuerint peccata tua.

Cap. V. *Oratio Jeremiæ. Septuaginta et noster interpres argumenti loco hunc titulum addiderunt, qui apud Hebræos non est.*

1. *Quid acciderit nobis?* Quorum capta, diruta et incensa est civitas, et populus abductus in captivitatem. — *Opprobrium*. Dedecus et confusionem.

2. *Hæreditas nostra*. Terra promissionis.

3. *Pupilli facti sumus*. Quia rege caremus, quem loco patris habebamus. Vel certe propheta luget rempublicam Judæorum destitutam a Deo, qui se illius patrem professus est, cum dixit : *Filius meus primogenitus Israel*. Exod., 4, 22; et Jerem., 3, 19 : *Patrem vocabis me, etc.* Vel tandem pupilli facti erant, quia patribus occisis aut captis a Chaldæis, uxores solitariæ et desolatæ manebant quasi viduæ, filii autem quasi pupilli. — *Matres nostræ*. Potest hoc intelligi de synagogis quas sibi desponsaverat Dominus, et quæ a Deo destitutæ viduæ relinquebantur.

4. *Aquam nostram*. Describit charitatem omnium rerum, quæ erat Hierosolymis tempore obsidionis, vel cum in Babylone captivi essent; quia, ut aliqui tradunt; non audebant egredi urbe, vel domo, ut ex fluvio aquam haurirent.

5. *Cervicibus nostris minabamur*. Ducebamur captivi, vinculis collo injectis.

6. *Dedimus manum*. Extendimus auxilium postulantes.

7. *Et non sunt*. Et morte subducti sunt ab hisce calamitatibus.

8. *Servi*. Qui servi nostri et tributarii fuerant, ut Ammonitæ, et Moabitæ, et Idumæi. Vel Chaldæos intelligit, qui ex Cham et Chus genus ducebant, et damnati fuerant a Noe. Genes., 9, 27, ut servi essent Sem et posterorum ejus. * Vel sensus est : servi Chaldæorum dominati sunt nostri jussu herorum nobis præpositi, et quotidianum operis pensum a nobis exigentes, etiam flagris, ut olim fecerunt servi Pharaonis in Ægypto, Exod., 1, 11.

9. *In animabus nostris*. Cum magno periculo vitæ nostræ tam tempore obsidionis, quam urbe jam capta, ob Chaldæos passim in agris et locis desertis palantes. — *A facie gladii*. Propter gladium, metu gladii. — *In deserto*. Qui in agris grassatur.

panem nobis, a facie gladii in deserto.

10. Pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis.

11. Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Juda.

12. Principes manu suspensi sunt; facies senum non erubuerunt.

13. Adolescentibus impudice abusi sunt, et pueri in ligno corruerunt.

14. Senes defecerunt de portis, juvenes de choro psallentium.

15. Defecit gaudium cordis nostri; versus est in luctum chorus noster.

16. Cecidit corona capitis nostri; væ nobis quia peccavimus.

17. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri.

18. Propter montem Sion quia disperiit, vulpes ambulaverunt in eo.

19. Tu autem, Domine, in æternum permanebis, solium tuum in generationem et generationem.

20. Quare in perpetuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?

21. Converte nos, Domine, ad te, et convertemur; innova dies nostros, sicut a principio.

22. Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

dans le désert, au travers des épées nues, au péril de notre vie.

10. Notre peau s'est brûlée comme un four, à cause de l'extrémité de la faim.

11. Ils ont humilié les femmes dans Sion, et les vierges dans les villes de Juda.

12. Ils ont pendu les princes de leurs propres mains, ils n'ont point respecté le visage des vieillards.

13. Ils ont abusé des jeunes hommes par un crime abominable, et les enfants sont morts sous le bois.

14. Il n'y a plus de vieillards dans les assemblées des juges, ni de jeunes hommes dans les concerts de musique.

15. La joie de notre cœur est éteinte; nos concerts se sont changés en lamentations.

16. La couronne est tombée de notre tête. Malheur à nous, parce que nous avons péché!

17. C'est pourquoi notre cœur est devenu triste, nos yeux ont été couverts de ténèbres.

18. Parce que le mont de Sion a été détruit, et que les renards y courent *en sûreté*.

19. Mais pour vous, Seigneur, vous demeurerez éternellement; votre trône subsistera dans la suite de tous les siècles.

20. Pourquoi *donc* nous oublierez-vous pour jamais? *Pourquoi* nous abandonnerez-vous pour toujours?

21. Convertissez-nous à vous, Seigneur, et nous nous convertirons. Renouvelez nos jours, comme ils étaient au commencement.

22. Mais vous nous avez rejetés *pour jamais*, et votre colère contre nous est sans bornes.

13. *Adolescentibus impudice*. D'après l'Hébreu : Ils ont pris des jeunes hommes pour moudre ; c'est-à-dire, ils les ont réduits à tourner la meule. C'était la condition des plus malheureux esclaves. Le verbe *moudre*, chez les auteurs profanes, se prend quelquefois dans un sens obscène, et c'est ce qui a donné lieu à l'interprétation de la Vulgate.

16. *Cecidit corona*. Il était d'usage de se couronner de fleurs dans les fêtes, les noces ou les festins (Cf. Sap., II, 8). Le Prophète fait allusion à cette coutume.

22. *Sed projiciens*. D'après l'Hébreu : « Est-ce que vous nous avez entièrement rejetés ? est-ce que vous avez conçu contre nous la plus extrême colère ? » Ce sens nous paraît préférable.

---

10. *Exusta est*. Denigrata est; solet enim cutis præ igne contrahi, et sicut in senibus nigrescere. — *A facie tempestatum famis*. Propter vehementem famem quæ in nos irruit tanquam valida tempestas.

11. *Humiliaverunt*. Violaverunt, oppresserunt, stuprum illis afferentes.

12. *Manu. Manu eorum*, ut est in Hebr. id est hostium. — *Suspensi sunt*. In crucem acti.

13. *Et pueri in ligno corruerunt*. Dum numellis ambulant compediti. Sic Act., 16, 24 dicitur : *Misit eos in interiorem carcerem, et pedes eorum strinxit ligno*.

14. *De portis*. Non sunt deinceps visi in portis civitatis, ubi judicia solebant exerceri. — *Juvenes de choro*. Ut senum est præesse judiciis, sic juvenum celebrare lætitiæ argumenta. — *Choro psallentium*. Cœtu cantantium et tripudiantium.

16. *Cecidit corona*. Solebant enim Judæi in conviviis et festis hilarioribus coronas capiti imponere; quasi dicat : Defecerunt dies illi quibus deliciis indulgere solebamus, coronatis capitibus. — *Peccavimus*. Deum veræ lætitiæ auctorem peccatis nostris irritavimus.

17. *Contenebrati sunt*. Usi sumus rebus adversis. Lucem enim vocat res secundas; tenebras, adversas.

18. *Disperiit*. Male periit everso templo et regia. — *Vulpes ambulaverunt in eo*. Adeo enim desertus est, ut vulpes in eo versentur.

19. *Tu autem*. Quamvis locus vastatus sit, potestas tamen et regnum tuum perire non potest, sed in perpetuum permanet.

20. *In longitudine dierum*. Diuturno temporo.

21. *Converte nos Domine, ad te*. Recte D. Augustinus passim et cæteri theologi ex hoc loco collegerunt ad conversionem peccatoris, et gratiam et liberum arbitrium esse necessarium; sed gratiam præcedere liberum arbitrium. — *Innova dies nostros*. Restitue nos pristinæ gratiæ et beneficentiæ tuæ, qua olim fruebatur populus noster.

22. *Sed projiciens repulisti nos*. Alii vertunt, *quia satis nos repulisti*, satis jam pœnarum dedimus. Vel sensus est : verum quid interea vanis querelis et irritis precibus insisto ? certus sum tandem aliquando reliquias populi salvas fore : sed etiam certus sum ante illud tempus a te constitutum, omnes preces de liberatione populi a dispersione et exilio temporali cassas fore, nec quidquam a te impetraturas.

PRÉFACE SUR BARUCH.

Baruch, d'après le témoignage de l'historien Josèphe, était d'une famille très-distinguée. On croit qu'il était le frère de Saraïas, que Sédécias envoya à Babylone en qualité d'ambassadeur, dans la quatrième année de son règne (Jerem. LI, 59).

Il fut le disciple fidèle et le compagnon de Jérémie, et lui servit de secrétaire.

Le Seigneur ayant parlé à Jérémie, vers la fin de la quatrième année de Joakim, lui ordonna de rédiger toutes les prophéties qu'il avait faites sur Israël et Juda, depuis qu'il l'avait choisi pour l'exercice du ministère prophétique. Comme il était en prison, et qu'il ne pouvait aller lui-même dans le temple, il chargea Baruch d'aller y faire cette lecture en présence de tout le peuple.

Baruch s'effraya de la mission qui lui était confiée, et eut un moment de tristesse et d'abattement. Mais Jérémie releva son courage, en l'assurant, au nom de Dieu, que partout où il irait, sa vie serait en sûreté (Jer., XLV, 1 et seq.). C'est d'ailleurs la seule faiblesse que l'on remarque dans la vie de ce prophète.

Son maître eut de rudes épreuves à traverser, il resta perpétuellement à ses côtés, et partagea tous ses périls et tous ses travaux. Après la prise de Jérusalem, il le suivit en Egypte (Jer., XLIII, 9), où il fut probablement témoin de son martyre. Ce fut après la mort de ce grand homme qu'il quitta l'Egypte, pour se retirer à Babylone, où l'on suppose qu'il passa le reste de ses jours.

Son livre a été primitivement composé en hébreu; l'original en est perdu depuis longtemps. Il existait encore au IIe siècle, puisque Théodotion le traduisit en grec, mais saint Jérôme nous dit que de son temps les Juifs ne le possédaient plus.

Nous avons de ce livre deux traductions; une traduction grecque et une traduction latine. La version grecque est la plus ancienne. On la trouve dans la Bible des Septante. Les hébraïsmes nombreux qu'elle renferme prouvent qu'elle a été faite sur le texte original, et aujourd'hui elle le remplace.

La version latine que nous avons dans notre Vulgate, n'est pas de saint Jérôme. Elle est empruntée à l'ancienne italique et remonte au IIe siècle.

Ce livre tel que nous l'avons, se compose de six chapitres.

Le dernier est une lettre de Jérémie aux captifs de Babylone. On ne peut douter de l'authenticité de cette lettre. Car indépendamment de ses caractères intrinsèques qui en sont une preuve, elle a été reconnue par les Juifs mêmes de Jérusalem, dans la lettre qu'ils adressèrent aux Juifs qui étaient en Egypte, en l'année 188 de l'ère des Séleucides, 124 avant l'ère chrétienne, et qui est rapportée dans le IIe *livre des Machabées* (II. Mach. 1 et seq.).

Elle n'est d'ailleurs que le développement de ce qu'on trouve au chap. X de Jérémie, mais ces détails sont très-curieux. Car, comme le remarque M. Laurens, ce morceau est un monument archéologique, unique peut-être en son genre, en ce qu'il donne une description exacte et détaillée des anciennes idoles, de la manière dont elles étaient habillées, des ornements dont on les parait, du soin plus ou moins pieux, plus ou moins négligé que les prêtres en prenaient. La curiosité et l'imagination du lecteur sont pleinement satisfaites; son esprit est introduit dans l'intérieur des temples païens; il voit, sans le secours des yeux, tant le style est pittoresque (*Morceaux choisis de la Bible*, pag. 298).

Les cinq chapitres de Baruch renferment trois choses : une introduction, une prière et un discours. L'introduction (cap. I, 1-15) nous apprend à quelle époque et en quelles circonstances Baruch lut ce livre devant Jéchonias et les Juifs captifs à Babylone.

Dans la prière (I, III-9), le Prophète reconnaît la justice des châtiments dont le Seigneur a frappé son peuple, et implore avec confiance sa miséricorde.

Son discours (III, 9 ; V), est une exhortation aux Juifs pour les engager à rechercher la sagesse, à vivre conformément à ses lois, et il leur promet en retour leur pardon et les bénédictions du ciel.

On trouve dans le disciple les pensées du maître. Comme Jérémie, Baruch proclame la toute-puissance de Dieu et le dogme de sa providence. C'est lui qui règle le sort des empires ; il les élève et les abaisse à son gré, et si les Juifs ont été punis, ils ne peuvent s'en prendre qu'à eux-mêmes, puisqu'ils n'ont reçu que le châtiment qu'ils avaient mérité.

Comme Jérémie, Baruch recommande à ses concitoyens, le jeûne, l'aumône, la pénitence. Il les rappelle à l'observation de leur loi, et leur montre le salut dans leur fidélité à accomplir ses préceptes.

Comme Jerémie, il leur annonce que leurs ennemis seront un jour abattus, et il leur représente en particulier la chute de Babylone comme prochaine.

Comme Jérémie enfin, il voit les Juifs revenir heureux et triomphants dans leur pays, et leur régénération commence au moment même où les nations qui les ont renversés seront à leur tour renversées elles-mêmes.

Mais ce qu'il y a de particulier dans Baruch, c'est que la situation d'Israël et de Juda avait changé. Il ne s'agissait plus de leur faire entendre des menaces comme celles que Jérémie avait fait retentir à leurs oreilles avant leur chute. Tant qu'on avait pu espérer détourner le fléau, ce langage avait été nécessaire.

Ce n'était plus le moment de pleurer sur leurs ruines, comme Jérémie l'avait fait sur les ruines de Jérusalem le lendemain de sa destruction. Mais il fallait obtenir de Dieu le pardon de tous les crimes, qui avaient nécessité un pareil châtiment.

Baruch est, comme l'a dit Mgr Plantier, le prophète du repentir. Il trace aux Juifs ce qu'ils ont à faire pour se réconcilier avec Dieu, et son livre est pour ce motif, éminemment instructif pour le pécheur de tous les temps, parce qu'il lui indique ce qu'il doit faire, pour que la miséricorde de Dieu soit touchée de sa pénitence, et qu'elle oublie ses fautes.

Ainsi la contrition, le ferme propos avec tous leurs caractères, sont admirablement exprimés dans son discours et sa prière.

Son style n'a pas assurément la grandeur et la magnificence d'Isaïe ; il n'est pas non plus émouvant et profond comme celui de Jérémie ; mais si on le compare aux poètes profanes, il l'emporte encore sur les plus éminents d'entre eux, et l'on conçoit l'enthousiasme qu'il inspira au plus original de nos poètes.

On rapporte qu'un jour, La Fontaine s'étant laissé conduire à Ténèbres par Racine, se mit à lire dans un volume de la Bible qui contenait les petits Prophètes. Il était tombé par hasard sur le livre de Baruch, lorsque se retournant tout à coup vers Racine : « Qui était-ce Baruch ? lui dit-il ; savez-vous que c'est un beau génie ? » Pendant plusieurs jours, il fut continuellement occupé de Baruch, et ne se lassait pas de demander à tous ceux qu'il rencontrait : « Avez-vous lu Baruch ? c'était un grand génie ! »

BARUCH.

CHAPITRE PREMIER.

Prologue. Lecture de ce livre devant les Juifs captifs à Babylone.

1. Voici les paroles du livre qu'écrivit Baruch, fils de Nérias, fils de Maasias, fils de Sédécias, fils de Sédéi, fils de Helcias, lorsqu'il était à Babylone,

2. Le septième jour du mois de la cinquième année depuis que les Chaldéens eurent pris Jérusalem, et l'eurent brûlée.

3. Baruch lut les paroles de ce livre devant Jéchonias, fils de Joakim, roi de Juda, et devant tout le peuple qui venait entendre lire ce livre,

4. Devant les grands, devant les enfants des rois, devant les anciens et devant le peuple, depuis le plus petit jusqu'au plus grand de tous ceux qui demeuraient à Babylone, près du fleuve de Sodi.

5. Et lorsqu'ils écoutaient cette lecture, ils pleuraient tous, ils jeûnaient, et ils priaient devant le Seigneur.

6. Ils amassèrent aussi de l'argent, selon que chacun d'eux le put faire :

7. Et fils l'envoyèrent à Jérusalem au prêtre Joakim fils de Helcias, fils de Salom, et aux

1. Et hæc verba libri quæ scripsit Baruch filius Nereiæ, filii Maasiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei, filii Helciæ in Babylonia.

2. In anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo cœperunt Chaldæi Jerusalem, et succenderunt eam igni.

3. Et legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoniæ filii Joakim regis Juda, et ad aures universi populi venientis ad librum,

4. Et ad aures potentium filiorum regum, et ad aures presbyterorum, et ad aures populi, a minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.

5. Qui audientes plorabant, et jejunabant, et orabant in conspectu Domini.

6. Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit uniuscujusque manus.

7. Et miserunt in Jerusalem ad Joakim filium Helciæ filii Salom sacerdo-

Cap. I. — 1. *Et hæc verba.* Le prologue ou la préface de ce livre comprend les 14 premiers versets de ce chapitre. Cette introduction est tellement liée avec le corps de l'ouvrage lui-même, qu'elle doit être du même temps. — *Filius Neriæ, filii Maasiæ.* Comme Baruch était fils de Nérias et petit-fils de Maasias, on en a conclu qu'il était frère de Saraïas, dont parle Jérémie (LI, 59). — *In Babylonia.* Nous croyons qu'il s'agit ici d'un voyage qu'il fit à Babylone après la mort de Jérémie, la 5e année après la prise de Jérusalem par Nabuchodonosor, comme l'indique le verset suivant.

2. *In septimo die mensis.* Le mois n'est pas ici désigné ; c'est sans doute une omission des copistes. On croit que c'est le premier mois de l'année, le mois de *Nisan;* mais cela pourrait être aussi le 3e mois, le mois de *Sivan* marqué au verset 8.

3. *Ad aures Jechoniæ.* Jéchonias ne fut pas traité par les Babyloniens avec la même sévérité que Sédécias. Celui-ci avait été leur créature, et il s'était révolté contre eux après avoir accepté de leurs mains la couronne. Il était donc gardé plus strictement, et il n'avait pas la liberté d'aller et de venir comme son prédécesseur. C'est pour ce motif que Baruch lut son livre devant Jéchonias et non devant Sédécias. Jéchonias finit même par être réhabilité sous Evilmérodach (Jer., LII, 31 et seq.).

7. *Ad Joakim filium Helciæ.* Le P. de Carrières a supposé que ce Joakim était grand-prêtre, mais rien n'autorise cette interprétation ou plutôt cette conjecture. Le texte nous fait seulement comprendre qu'il en exerçait les fonctions au milieu de ce peuple que la crainte des Chaldéens avait obligé de se disperser en divers pays et qui était revenu à Jérusalem.

Cap. I. — 1. *Et hæc verba.* Particula *et* non semper in sacra Scriptura est copulativa, sed frequenter est inchoativa. Talem usum habet initio prophetiæ Ezechielis, et lib. I. Mach. et alibi.

2. *In anno quinto.* A capta et succensa Jerusalem. — *Mensis.* Non explicat cujus mensis; itaque recte nonnulli mensem primum intelligunt, qui nisan dicebatur : * vel ut annum, sic etiam mensem quintum intellige.

3. *Ad aures.* In auribus, id est, publice, audiente Jechonia et omni populo, ut Isa., 36, 11 ; Jerem., 22, et alibi. — *Venientis ad librum.* Qui ad librum hunc audiendum concurrebat.

4. *Filiorum regum.* Ita vocat principes sanguinis regii, qui cum Jechonia Babylonem ducti fuerant. Dan., 1, 3. — *Ad flumen Sodi.* Euphraten videtur intelligere, qui ut Chobar appellantur ab Ezechiele, c. 1, 1, quia scilicet magnus est; ita etiam dicitur Sodi, quia superbus ; hoc enim significat vox *zud,* a qua derivatur.

6. *Uniuscujusque manus.* Pro cujusque facultate.

7. *Ad Joakim.* Qui nimirum erat princeps sacerdotum qui remanserant in Jerusalem ; ideo enim ad eum pecunia mittitur.

tem, et ad sacerdotes, et ad omnem populum, qui inventi sunt cum eo in Jerusalem;

8. Cum acciperet vasa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, revocare in terram Juda decima die mensis Sivan, vasa argentea quæ fecit Sedecias filius Josiæ rex Juda,

9. Posteaquam cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Jechoniam, et principes, et cunctos potentes, et populum terræ ab Jerusalem, et duxit eos vinctos in Babylonem.

10. Et dixerunt : Ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, et thus, et facite manna, et offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri;

11. Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, et pro vita Baltassar filii ejus, ut sint dies eorum sicut dies cœli super terram;

12. Et ut det Dominus virtutem nobis, et illuminet oculos nostros, ut vivamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis, et sub umbra Baltassar filii ejus, et serviamus eis multis diebus, et inveniamus gratiam in conspectu eorum.

13. Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum; quia peccavimus Domino Deo nostro, et non est aversus furor ejus a nobis usque in hunc diem.

autres prêtres, et à tout le peuple qui se trouva avec lui dans Jérusalem.

8. Dans le temps même qu'il recevait les vases du temple du Seigneur, qui avaient été emportés du temple, pour les porter en la terre de Juda le dixième jour du mois de Sivan. *Or ces vases* étaient les vases d'argent que Sédécias, fils de Josias, et roi de Juda, avait fait faire,

9. Après que Nabuchodonosor, roi de Babylone, eut pris Jéchonias, les princes et tous les grands, et le peuple du pays, et qu'il les eut emmenés liés de Jérusalem à Babylone.

10. Et ils firent dire à ceux de Jérusalem : Nous vous avons envoyé de l'argent, achetez-en des holocaustes et de l'encens, et faites-en des sacrifices et des offrandes pour le péché, à l'autel du Seigneur notre Dieu.

11. Et priez pour la vie de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et pour la vie de Baltassar, son fils, afin que leurs jours sur la terre soient comme les jours du ciel.

12. Que le Seigneur nous donne la force, et qu'il éclaire nos yeux, afin que nous vivions *en paix* sous l'ombre de Nabuchodonosor, roi de Babylone, et sous l'ombre de Baltassar, son fils. Que nous les servions longtemps, et que nous trouvions grâce devant eux.

13. Priez aussi le Seigneur notre Dieu pour nous, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, et que sa fureur ne s'est point détournée de nous jusqu'à ce jour.

11. *Orate pro vita Nabuchodonosor.* Il est à remarquer que les Prophètes font un devoir aux Juifs de prier pour Nabuchodonosor et pour son fils Baltassar, que nous prenons pour Evilmérodach. C'est ainsi qu'au milieu de la persécution, sous des princes païens, saint Paul écrivait aux premiers chrétiens de prier pour les rois et pour ceux qui étaient à la tête de la société, afin qu'ils maintinssent l'ordre et la tranquillité (I. Tim., II, 1-3).

---

8. *Cum acciperet.* Scilicet Baruch, qui vasa hæc in Jerusalem mittebat nomine populi. — *Vasa templi Domini.* Non eadem illa vasa aurea quæ de templo sublata fuerant; sibi enim ea servabat Nabuchodonosor, et postea Baltassar, ut patet ex Dan., 5, 2; sed argentea, quæ vice eorum in Babylone fieri curarat Sedecias. — *Revocare.* Ad revocandum et restituendum ea, sive ut evocarentur et restituerentur hæc vasa in Jerusalem. — *Sivan.* Syriaca vox est, et tertium mensem anni significat, qui nostro maio respondet.

9. *Posteaquam cepisset.* Nectenda sunt hæc cum illis, *quæ ablata fuerant*, versiculo præcedenti.

10. *Dixerunt.* Scripserunt ea quæ sequuntur ad suos contribules in Jerusalem. — *Holocautomata.* Victimas ad offerenda holocausta. — *Facite manna. Manna* idem est quod *mincha*, id est, oblatio proprie dicta. LXX enim pro mincha vertunt subinde, et scribunt *manna*, et *manna*, ut patet Jerem., 17, 26, et Dan., 2, 46, relinquentes vocem intactam, sed cum aliis punctis legentes. — *Ad aram Domini Dei nostri.* Licet enim a Chaldæis jam exustum esset templum, et altare eversum; tamen Judæi in ruinis templi erexerunt altare levi et subitario opere, ut haberent suæ religionis publicum exercitium.

11. *Orate pro vita Nabuchodonosor.* Magna Judæorum pietas, qui pro impio tyranno precabantur, et sacrificia offerebant : id illis præceperat Jeremias 29, 7 : *Quærite*, inquit, *pacem civitatis ad quam transmigrare vos feci; et orate pro ea ad Dominum : quia in pace illius erit pax vobis.* — *Et pro vita Baltassar.* Videtur loqui de Baltassar tanquam de Nabuchodonosoris successore : non tamen legimus illi successisse, sed Evilmerodach, lib. IV. Reg., c. 25, 27; et Jer., 52, 31. Vel ergo Evilmerodach appellatus est etiam Baltassar, vel Nabuchodonosor præter Evilmerodach alium filium habuit, qui morte præventus, ad regnum nunquam pervenerit. — *Sicut dies cœli.* Id est, diuturni : ut vivat quandiu durabit cœlum. Est hyperbole. Sic Psalm., 88, 30, dicitur : *Et ponam in sæculum sæculi semen ejus : et thronum ejus sicut dies cœli.*

12. *Det Dominus virtutem nobis.* Græce, ἰσχύν, fortitudinem, robur, ad tolerandas captivitatis ærumnas. — *Illuminet oculos nostros.* Faciat nos rebus prosperis uti, et favoris sui luce perfundat, melioraque tempora et lætiora videre faciat. — *Sub umbra.* Sub tutela. — *Serviamus eis.* Non orant ut illis serviant; cupiebant enim potius ab eorum servitute liberari; sed optant ut illi diu regnent, illisque potius quam aliis regibus, fortasse crudelioribus, serviant.

14. Lisez ce livre que nous vous avons envoyé, afin qu'il soit lu publiquement dans le temple du Seigneur, au jour solennel et au jour favorable;

15. Et vous direz : La justice est le partage du Seigneur notre Dieu; mais le nôtre est la confusion dont notre visage est tout couvert, comme il paraît en ce jour à l'égard de tout Juda, et des habitants de Jérusalem,

16. De nos rois, de nos princes, de nos prêtres, de nos prophètes et de nos pères.

17. Nous avons péché devant le Seigneur notre Dieu, nous ne l'avons point cru, et nous n'avons eu aucune confiance en lui.

18. Nous ne lui avons point été assujétis; et nous n'avons point écouté la voix du Seigneur notre Dieu, pour marcher selon les préceptes qu'il nous a donnés.

19. Depuis le jour qu'il a tiré nos pères du pays d'Egypte, jusqu'à ce jour, nous avons été incrédules au Seigneur notre Dieu, et dans la dissipation et l'égarement de notre esprit, nous nous sommes retirés de lui, pour ne point écouter sa voix.

20. C'est pourquoi nous avons été accablés de plusieurs maux, et des malédictions que le Seigneur avait prédites par Moïse, son serviteur, qui a fait sortir nos pères de l'Egypte, pour nous donner une terre où coulaient des ruisseaux de lait et de miel; comme il paraît aujourd'hui.

21. Nous n'avons point écouté la voix du Seigneur notre Dieu, selon que nous y exhortaient toutes les paroles des prophètes qu'il nous a envoyés.

14. Et legite librum istum quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solemni, et in die opportuno;

15. *a* Et dicetis : Domino Deo nostro justitia, nobis autem confusio faciei nostræ, sicut est dies hæc omni Juda, et habitantibus in Jerusalem, [a *Infr.* 2. 6.]

16. Regibus nostris, et principibus nostris, et sacerdotibus nostris, et prophetis nostris, et patribus nostris.

17. *a* Peccavimus ante Dominum Deum nostrum, et non credidimus, diffidentes in eum; [a *Dan.* 9. 5.]

18. Et non fuimus subjectibiles illi, et non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in mandatis ejus quæ dedit nobis.

19. A die qua eduxit patres nostros de terra Ægypti, usque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrum; et dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius.

20. *a* Et adhæserunt nobis multa mala, et maledictiones, quæ constituit Dominus Moysi servo suo; qui eduxit patres nostros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac et mel, sicut hodierna die. [a *Deut.* 28. 15.]

21. Et non audivimus vocem Domini Dei nostri secundum omnia verba prophetarum quos misit ad nos;

14. *In templo Domini.* Le temple était détruit, mais les Juifs restés à Jérusalem avaient élevé un autel au milieu de ses ruines pour continuer d'offrir à Dieu des sacrifices, et c'était là qu'ils se réunissaient dans les jours de fête.

17. *Peccavimus ante Dominum.* Au milieu de leurs désastres, le Prophète ne veut pas que les Juifs s'en prennent à la mauvaise politique de leurs souverains, à la lâcheté de leurs soldats, à aucune de ces causes qu'invoquent ceux qui croient que la vie des nations dépend uniquement de l'habileté de ceux qui les mènent. Les Juifs ont péché, ils ont irrité le Seigneur qui les a punis, voilà la cause véritable de tous leurs maux. Le Prophète veut que ses concitoyens le reconnaissent, qu'ils en fassent humblement l'aveu, et leur montre la sincérité de leur repentir, comme le principe de leur réhabilitation.

---

14. *In die opportuno.* In diebus solemnibus et statis.

15. *Domino Deo nostro.* Hoc est initium libri quem versiculo superiori legendum mandaverat. Ex hac oratione, quæ protenditur usque ad c. 3, n. 8, multa inseruit Daniel suæ orationi c. 9, n. 7, et tres pueri in fornace, Daniel, 3, 26. — *Justitia.* Adscribatur, tribuatur; quasi dicat : Merito, Domine, justus prædicaris. — *Confusio faciei.* Ignominia debetur. — *Sicut est dies hæc.* Usque ad præsentem diem : qualem ignominiam et dedecus patimur usque in præsens.

16. *Prophetis nostris.* Etiam veris, qualis Ezechiel, Daniel, Baruch, qui malorum populi et communium ærumnarum participes erant.

17. *Ante Dominum.* Contra Dominum, et Domino vidente. — *Diffidentes in eum.* Quod vel nollet, vel non posset liberare a Chaldæis. Quare relicto Deo confugimus ad Ægyptios.

18. *Subjectibiles.* Subjecti, prompti, et parati ut in omnibus ei subjiceremur.

19. *Incredibiles.* Απειθουντες, increduli, rebelles, contumaces. — *Et dissipati recessimus.* LXX habent και εσχεδιαζομεν πρὸς τὸ μὴ ἀκουειν της φωνης αὐτου, *et statim ex tempore ex levissima causa illum audire omisimus.* Suspicor in textu græco LXX virorum legendum εσκεδατημεν, non εσχεδιαζομεν; sic enim optime inter se græcus et latinus textus convenirent; nam σκεδαζεσθαι est dissipari; quasi dicat : Dissipati sumus per varios superstitiosos idolorum cultus.

20. *Et adhæserunt nobis.* Propterea adhæserunt nobis : particula enim *et* causam significat. Verbum *adhæserunt* emphasim habet : ita adhæserunt, ut illa excutere, et ab iis expedire nos non possemus. — *Quæ constituit Dominus Mosi.* Quæ per Mosen nobis minatus est. Deut., 8, 19; et 7, 14; et 89, 59, 60. — *Sicut hodierna die.* Scilicet cernimus adhærere nobis mala. Maldonatus ad proxime dicta refert, ut sit sensus : quæ usque ad hodiernam diem fluit lacte et melle.

21. *Et non audivimus.* Quia non audivimus.

22. Et abivimus unusquisque in sensum cordis nostri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

22. Et chacun de nous s'est laissé aller au sens corrompu, et à la malignité de son cœur, pour servir des dieux étrangers, et pour commettre le mal devant les yeux du Seigneur notre Dieu.

CHAPITRE II.

Le Prophète reconnaît au nom du peuple la justice de Dieu et implore sa miséricorde.

1. Propter quod statuit Dominus Deus noster verbum suum quod locutus est ad nos, et ad judices nostros qui judicaverunt Israel, et ad reges nostros, et ad principes nostros, et ad omnem Israel et Juda;

2. Ut adduceret Dominus super nos mala magna quæ non sunt facta sub cœlo, quemadmodum facta sunt in Jerusalem, *a* secundnm quæ scripta sunt in lege Moysi. [a *Deut.* 28. 53.]

3. Ut manducaret homo carnes filii sui, et carnes filiæ suæ.

4. Et dedit eos sub manu regum omnium qui sunt in circuitu nostro, in improperium, et in desolationem in omnibus populis, in quibus nos dispersit Dominus.

5. Et facti sumus subtus, et non supra; quia peccavimus Domino Deo nostro, non obediendo voci ipsius.

6. *a* Domino Deo nostro justitia; nobis autem, et patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. [a *Supr.* 1. 15.]

7. Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos;

8. Et non sumus deprecati faciem Do-

1. C'est pourquoi le Seigneur notre Dieu a vérifié sa parole qu'il avait fait dire à nous, à nos juges qui ont jugé Israël, à nos rois, à nos princes, à tout Israël et à Juda;

2. Qu'il ferait tomber sur nous de si grands maux, qu'on n'en a jamais vu *de semblables* sous le ciel, comme ceux qui sont arrivés à Jérusalem; selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse,

3. Que l'homme a mangé la chair de son propre fils, et la chair de sa propre fille.

4. Et le Seigneur les a livrés entre les mains de tous les rois qui nous environnent, pour être la fable des hommes, et un exemple de désolation au milieu de tous les peuples parmi lesquels le Seigneur nous a dispersés.

5. Nous avons été assujétis aux autres, au lieu de leur commander, parce que nous avons péché contre le Seigneur notre Dieu, en n'obéissant point à sa voix.

6. La justice est le partage du Seigneur notre Dieu; mais le nôtre, aussi bien que celui de nos pères, est la confusion qui nous couvre le visage, selon qu'il paraît en ce jour.

7. Car le Seigneur nous avait prédit tous ces maux qui sont venus fondre sur nous.

8. Et nous n'avons point présenté nos prières

Cap. II. — 2. *In lege Moysi.* Dans plusieurs endroits du Pentateuque, on trouve prédits les maux que Juda subit avant la captivité et pendant cette terrible épreuve (Cf. Lev., XXVI, et Deut., XXVIII, et nos notes sur ces chapitres).

6. *Domino Deo nostro justitia.* Le Prophète revient plusieurs fois sur ce double principe, c'est que du côté de Dieu tout est justice, gloire et vérité, tandis que du côté du pécheur tout est erreur, honte et confusion.

8. *Et non sumus deprecati.* Israël aurait pu se racheter malgré l'énormité de ses fautes. Il lui aurait suffi d'en être repentant et d'on demander à Dieu le pardon. Mais il n'a pas voulu quitter la voie mauvaise, il s'y est obstiné, et c'ost là le tort du pécheur.

---

22. *Abivimus unusquisque in sensum cordis nostri.* Fecit unusquisque nostrum quidquid mali illi libuit. — *Operari diis alienis.* Servire diis alienis.

Cap. II. — 1. *Statuit... verbum suum.* Stabilivit ipso eventu. Fecit ut nobis eveniret quod prædixerat. — *Quod locutus est ad nos.* Quod nobis, aut contra nos minatus est in lege, locis versiculo 20 superioris capitis indicatis. — *Ad judices nostros.* Proceres reipublicæ, quales erant phylarchi, qui præerant tribubus et magistratus populi.

2. *Quæ non sunt facta.* Qualia non sunt facta. — *Sub cœlo.* Ullo in loco sub cœlo. — *Secundum quæ scripta sunt.* Quæ Deus super nos adduxit, similia sunt iis quæ scripta sunt in lege Mosis, * Deut., c. 27 et 28, adversus eos qui legem non servant.

3. *Ut manducaret.* Hoc factum esse Hierosolymis sub Chaldæis, patet Threnorum 2, 20; et 4, 10. — *Homo.* Unusquisque; hoc enim significat frequenter vox hebraica *isc.*

4. *Sub manu.* In potestatem. — *Regum omnium.* Quia aliquando a Chaldæis, aliquando ab Assyriis, aliquando ab Ægyptiis Judæi bellis vexabantur. — *In improperium, et in desolationem.* Qui nos contumeliis afficerent, et nostra diriperent.

5. *Subtus, et non supra.* Subditi et servi, non domini. Alludit ad illud Deut., 28, 13 : *Constituet te Dominus in caput, et non in caudam; et eris semper supra, et non subter; si tamen audieris mandata Domini.*

6. *Domino Deo nostro justitia.* Explicatus est versiculus hic superiori capite, n. 15.

7. *Quia locutus est.* Propterea justitia illi tribuenda, quia prius admonuit nos, quam punirct.

8. *Et non sumus deprecati faciem.* Non sumus Deum precati, supplices prostrati ante conspectum ejus. — *Ut reverteremur.* Rogantes eum ut converteret nos.

devant la face du Seigneur notre Dieu, afin que chacun de nous se retirât de sa voie toute corrompue.

9. C'est pourquoi l'œil du Seigneur a veillé sur les maux, et il les a fait venir sur nous, parce que le Seigneur est juste dans toutes ses œuvres, dans les commandements qu'il nous a faits.

10. Et nous n'avons point écouté sa voix pour marcher dans les préceptes du Seigneur, qu'il nous avait donnés afin que nous les eussions devant les yeux.

11. Mais maintenant, Seigneur Dieu d'Israël, qui avez tiré votre peuple de l'Egypte avec une main forte, en faisant des merveilles et des prodiges par votre grande puissance, et avec un bras élevé, et qui vous êtes acquis un grand nom, comme il paraît en ce jour,

12. Nous avons péché, nous avons fait des actions impies, nous avons commis l'iniquité, Seigneur notre Dieu, contre vos justes ordonnances.

13. Que votre colère se détourne de nous, parce que nous sommes demeurés en petit nombre au milieu des nations parmi lesquelles vous nous avez dispersés.

14. Seigneur, exaucez nos prières et nos oraisons; délivrez-nous pour l'amour de vous-même, et faites-nous trouver grâce devant ceux qui nous ont emmenés hors de notre pays.

15. Afin que toute la terre sache que vous êtes le Seigneur notre Dieu, et que ce n'est pas en vain qu'Israël et toute sa race a porté le nom de votre peuple.

16. Seigneur, jetez les yeux sur nous de votre demeure sainte, abaissez votre oreille, et exaucez-nous.

17. Ouvrez vos yeux, et voyez : car ce ne

mini Dei nostri, ut reverteremur unusquisque nostrum a viis nostris pessimis.

9. Et vigilavit Dominus in malis, et adduxit ea super nos; quia justus est Dominus in omnibus operibus suis quæ mandavit nobis.

10. Et non audivimus vocem ipsius ut iremus in præceptis Domini quæ dedit ante faciem nostram.

11. *a* Et nunc, Domine Deus Israel, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, et in signis, et in prodigiis, et in virtute tua magna, et in brachio excelso, et fecisti tibi nomen sicut est dies iste, [a *Dan.* 9. 15.]

12. Peccavimus, impie egimus, inique gessimus, Domine Deus noster, in omnibus justitiis tuis.

13. Avertatur ira tua a nobis; quia derelicti sumus pauci inter gentes, ubi dispersisti nos.

14. Exaudi, Domine, preces nostras, et orationes nostras, et educ nos propter te; et da nobis invenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt;

15. Ut sciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noster, et quia nomen tuum invocatum est super Israel, et super genus ipsius.

16. *a* Respice, Domine, de domo sancta tua in nos, et inclina aurem tuam, et exaudi nos. [a *Deut.* 26. 15. *Isai.* 63, 15.]

17. *a* Aperi oculos tuos, et vide:

11. *Et nunc Domine.* Il n'y a rien de plus éloquent et de plus beau que cette prière. Le pécheur contrit ne peut trouver des accents plus pieux et plus touchants pour solliciter du Seigneur son pardon.

14. *Educ nos propter te.* C'est la doctrine de saint Paul, qui ne veut pas que nous appuyions jamais l'œuvre de notre justification sur nous-mêmes, mais uniquement sur les mérites de Jésus-Christ.

17. *Non mortui, qui sunt in inferno.* C'est la pensée du Psalmiste: *Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum* (Ps. CXIII, 17). Voyez Eccles. XVII, 26, notre note sur ce verset.

---

9. *Vigilavit... in malis.* Acceleravit mala, et citius super nos adduxit quam nos, timeremus. — *In omnibus... quæ mandavit nobis.* Quæ vel dedit olim mandata, vel comminatus est supplicia parere recusantibus.

10. *Non audivimus.* Non obedivimus. — *Ut iremus.* Ut ambularemus. — *Quæ dedit ante faciem nostram.* Quæ nostræ libertati et electioni proposuit, ut ea vel amplecteremur, vel respueremus. Vide Deut., 30, 15.

11. *Sicut est dies iste.* Cujus hoc etiam tempore memoria viget.

12. *In omnibus justitiis tuis.* Contra omnia præcepta tua.

14. *Propter te.* Non nostris quidem meritis, quæ nulla sunt, sed tua misericordia, quæ magna est. — *Qui nos abduxerunt.* Chaldæi.

15. *Nomen tuum invocatum est super Israel.* Ut sciant omnes te non sine causa Deum Israelis et Judæorum appellari, et nos te Deo non frustra gloriari. Vel sensus est : quia Israel nomen tuum, id est, te invocat, colit et obsecrat super se, ut ejus miserearis. — *Et super genus ipsius.* Filios Israelis, populum hebræum.

16. *De domo sancta tua.* De cœlo vel de templo tuo, sive templi diruti loco, quo te quasi præsentem colimus.

17. *Aperi oculos tuos.* Significat Deum quodammodo dormire aut connivere. — *Et vide.* Considera. — *Quia non mortui.* Mortui non possunt ore ac lingua Deum laudare, quia et os, et lingua, et totum corpus ipsorum in pulverem redactum est. Nec etiam possunt Deum laudare, propter nova beneficia quæ quotidie ab eo accipiant, obtinendo ut mirabiliter eripiantur ab ærumnis et miseriis in quibus deprehensi sunt, quod tamen possunt viventes. — *In Inferno.* Infernum vocat omnem inferum locum ubi tunc mortui tenebantur, sive damnatorum, sive purgatorium, sive eum ubi tunc sancti patres commorabantur. — *Quorum spiritus acceptus est a visceribus suis.* Quorum animus a corpore separatus est. Dicitur, *visceribus suis*, pro *visceribus eorum.* — *Dabunt... justificationem.* Deum justum esse prædicabunt.

quia non mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est a visceribus suis, dabunt honorem et justificationem Domino; [a *Isai.* 37. 17. et 64. 9. *Psalm.* 113. 17.]

18. Sed anima quæ tristis est super magnitudine mali, et incedit curva et infirma, et oculi deficientes, et anima esuriens dat tibi gloriam et justitiam Domino.

19. Quia non secundum justitias patrum nostrorum nos fundimus preces, et petimus misericordiam ante conspectum tuum, Domine Deus noster;

20. Sed quia misisti iram tuam, et furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum dicens :

21. Sic dicit Dominus : Inclinate humerum vestrum, et cervicem vestram, et opera facite regi Babylonis; et sedebitis in terra quam dedi patribus vestris.

22. Quod si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ; defectionem vestram faciam de civitatibus Juda, et a foris Jerusalem;

23. Et auferam a vobis vocem jucunditatis, et vocem gaudii, et vocem sponsi, et vocem sponsæ, et erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.

24. Et non audierunt vocem tuam, ut operarentur regi Babylonis; et statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut transferrentur ossa regum nostrorum et ossa patrum nostrorum, de loco suo :

25. Et ecce projecta sunt in calore solis, et in gelu noctis; et mortui sunt in doloribus pessimis, in fame et in gladio, et in emissione.

26. Et posuisti templum, in quo invocatum est nomen tuum in ipso, sicut

sont point les morts qui sont sous la terre, dont l'esprit a été séparé de leurs entrailles, qui rendront l'honneur et la gloire à la justice du Seigneur :

18. Mais c'est l'âme qui est triste à cause de la grandeur du mal *qu'elle a fait*, qui marche toute courbée et tout abattue, dont les yeux sont dans la langueur et la défaillance, c'est l'âme, *dis-je*, qui est pressée de la faim, qui vous rendra, Seigneur, la gloire et la justice.

19. Car ce n'est point en nous appuyant sur la justice de nos pères que nous nous prosternons devant votre face, pour vous offrir nos prières et pour implorer votre miséricorde, ô Seigneur notre Dieu!

20. Mais *c'est* parce que vous avez envoyé contre nous votre colère et votre fureur, comme vous l'avez prédit par vos serviteurs et vos prophètes en disant :

21. Voici ce que dit le Seigneur : Baissez le cou et les épaules, et assujétissez-vous au roi de Babylone, et vous demeurerez en repos dans la terre que j'ai donnée à vos pères.

22. Que si vous n'écoutez point la voix du Seigneur votre Dieu, pour vous assujétir au roi de Babylone, je vous ferai sortir des villes de Juda et hors de Jérusalem;

23. Et je ferai cesser parmi vous les cantiques de joie et les champs de réjouissance, là voix de l'époux et la voix de l'épouse; et il ne restera plus de trace dans toute votre terre qu'elle ait jamais été habitée.

24. Et *comme* nos pères n'ont point écouté votre voix, pour s'assujétir au roi de Babylone, vous avez fait voir la certitude de vos paroles, que vous aviez prédites par vos serviteurs, par vos prophètes, en faisant transporter hors de leur lieu les os de nos rois et les os de nos pères.

25. Et ils ont été exposés à l'ardeur du soleil et au froid de la nuit, après qu'ils sont morts dans de cruelles douleurs, par la famine et par l'épée, ou hors de leur pays.

26. Vous avez aussi réduit ce temple, où votre nom a été invoqué, dans l'état où nous le

---

18. *Super magnitudine* Propter magnitudinem. — *Incedit curva.* Gemens, pœnitens, et depressa magnitudine ærumnarum et afflictionum. — *Oculi deficientes.* Præ fame, lassitudine et lacrymis. — *Anima esuriens.* Homo jejunio exhaustus. — *Dat tibi gloriam et justitiam.* Te gloriosum et justum prædicat.

19. *Non secundum justitias.* Non propter justitias, non præsidentes justitiis patrum nostrorum. Nos nostris aut patrum nostrorum meritis nostræ nituntur preces.

20. *Sed quia misisti.* Fundimus preces, quia ærumnis a te missis urgemur, et cogimur ad te confugere. — *Puerorum tuorum.* Servorum tuorum.

21. *Inclinate humerum.* Supponite, submittite collum et humeros jugo regis Babylonis. Testimonium quod hic citat Baruch est apud Jerem., c. 27, 8, 11 et 12. — *Opera facite.* Operamini, servite. — *Sedebitis.* Habitabitis.

22. *Defectionem vestram faciam.* Faciam vos deficere, et expelli ab urbibus Juda. — *Et a foris Jerusalem.* Ita vocat suburbana Jerusalem, vicosque, et civitates ei subjectas.

23. *Auferam a vobis vocem jucunditatis.* Desumptum est hoc testimonium ex c. 7 Jerem., n. 34. Vide ibi dicta. — *Erit omnis terra sine vestigio.* Non cernetur in tota terra ullum hominis vestigium, quia nemo erit qui per eam transeat.

24. *Ut operarentur.* Ut servirent. — *Et statuisti.* Idcirco fecisti ut re ipsa nobis evenirent quæ comminatus nobis fueras per prophetas. Vide superiori c. n. 20; et hoc eodem c. n. 1. — *Puerorum tuorum.* Servorum tuorum. — *Ut transferentur.* Ut non sepelirentur in sepulcris patrum suorum, sed in terra aliena morerentur. Vel ut effoderentur, et insepulta relinquerentur sub dio, ut prædixit Jerem., c. 8, 1, 2: quod a Chaldæis factum esse creditur, ut thesauros quærerent, quibuscum Judæorum reges sepultos esse credebant.

25. *In emissione.* In exilio, in dispersione.

26. *Et posuisti templum.* Redegisti templum ad eum statum, in quo hodie conspicitur; est enim eversum et desolatum. — *In quo invocatum est nomen.* In quo colebaris. — *In ipso.* Relativum redundans more Hebræorum.

voyons aujourd'hui, à cause des iniquités d'Israël et de Juda.

27. Et en tout cela, Seigneur notre Dieu, vous nous avez traités selon toute votre bonté, et selon votre grande miséricorde;

28. Comme vous l'aviez déclaré par Moïse, votre serviteur, lorsque vous lui ordonnâtes d'écrire votre loi pour les enfants d'Israël,

29. En disant : Si vous n'écoutez point ma voix, toute cette grande multitude d'hommes sera réduite à un très-petit nombre, au milieu des nations parmi lesquelles je les disperserai.

30. Car je sais que ce peuple ne m'écoutera point, parce que c'est un peuple qui a la tête dure. Mais il rentrera enfin en lui-même dans la terre où il aura été mené captif :

31. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur leur Dieu. Je leur donnerai un cœur, et ils comprendront; des oreilles, et ils entendront.

32. Ils me loueront dans la terre de leur captivité, et ils se souviendront de mon nom.

33. Ils quitteront cette dureté qui les rend comme inflexibles, et cette malignité de leurs œuvres, parce qu'ils se ressouviendront de la voie de leurs pères qui ont péché contre moi.

34. Et je les rappellerai dans la terre que j'ai promise avec serment à Abraham, à Isaac et à Jacob; ils en seront les maîtres; je les multiplierai, et ils ne diminueront point.

35. Je ferai avec eux une autre alliance qui sera éternelle, afin que je sois leur Dieu, et qu'ils soient mon peuple; et je ne ferai plus sortir les enfants d'Israël, qui sont mon peuple, de la terre que je leur aurai donnée.

hæc dies, propter iniquitatem domus Israel, et domus Juda.

27. Et fecisti in nobis, Domine Deus noster, secundum omnem bonitatem tuam, et secundum omnem miserationem tuam illam magnam;

28. Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israel,

29. *a* Dicens : Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna convertetur in minimam inter gentes, quo ego eos dispergam; [a *Levit.* 26. 14. *Deut.* 28. 15.]

30. Quia scio quod me non audiet populus; populus est enim dura cervice, et convertetur ad cor suum in terra captivitatis suæ;

31. Et scient quia ego sum Dominus Deus eorum; et dabo eis cor, et intelligent; aures, et audient.

32. Et laudabunt me in terra captivitatis suæ, et memores erunt nominis mei.

33. Et avertent se a dorso suo duro, et a malignitatibus suis : quia reminiscentur viam patrum suorum qui peccaverunt in me.

34. Et revocabo illos in terram quam juravi patribus eorum, Abraham, Isaac et Jacob, et dominabuntur eis; et multiplicabo eos, et non minorabuntur.

35. Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut sim illis in Deum, et ipsi erunt mihi in populum: et non movebo amplius populum meum, filios Israel a terra quam dedi illis.

27. *Secundum omnem bonitatem.* La bonté de Dieu a éclaté en ce qu'il ne les a jamais frappés sans les avertir. Moïse, leur législateur, leur a tracé à l'avance leur histoire, et leur a montré tous les maux auxquels les conduisait leur impiété. Dieu leur a envoyé constamment des prophètes pour les ramener dans la bonne voie. Ils n'ont voulu ni voir, ni entendre et Dieu les a punis; mais ce qui est un effet de son infinie miséricorde, il ne les a pas châtiés pour les perdre, mais pour les amener à demander le pardon de leurs péchés et à rentrer en grâce avec lui. Tout ceci est applicable au pécheur que Dieu traite continuellement avec cette bonté et cette miséricorde infinies.

32. *Et memores erunt nominis mei.* Ce fut en effet le fruit que les Juifs tirèrent de la captivité. Ils se montrèrent désormais fidèles au vrai Dieu, et ils pratiquèrent en paix sa loi en attendant le grand jour de la délivrance universelle.

35. *Testamentum alterum.* Le mot *alterum* n'est pas dans le grec. Mais il est bien manifeste qu'il s'agit ici de cette alliance nouvelle que Jérémie a si bien décrite (Voy. ci-devant, Préface sur Jérémie, page 85).

---

27. *Secundum omnem bonitatem tuam.* Punivisti nos benigne et remisse; graviores enim pœnas scelera nostra postulabant.

28. *In manu pueri.* Per servum tuum Mosem. — *Coram filiis Israel.* Proponendo eam filiis Israel, ut eam libere acceptarent vel respuerent. Vide n. 10.

29. *Dicens... multitudo hæc.* Alludit ad locum Deut., 28, 62 : *Et remanebitis pauci numero*, etc.

30. *Quia scio quod me non audiet populus.* Citat non verba, sed sensum, Deut., 31, 29. — *Populus est enim dura cervice.* Cervicosus, contumax, obstinate jussis meis resistens. — *Convertetur ad cor suum.* Resipiscet; vexatio enim dabit intellectum, Isai., c. 28, 19. Testimonium hoc sumptum est ex Levitico, c. 26, n. 39, 40, 41.

31. *Dabo eis cor.* Novum et docile : citat non verba, sed sensum, Deut., 30, 6. — *Aures, et audient.* Aures quæ Domini jussa audiant, libenter et prompte exsequantur.

33. *Avertent se a dorso suo duro.* Relinquent contumaces mores suos. — *Qui peccaverunt in me.* Qui, eorum scilicet parentes, peccaverunt in me, et peccata relinquentes et detestantes, salutem consecuti sunt.

33. *Statuam.* Hæc ex Jerem. sumpta, c. 31, 33. Vide ibi dicta. — *Testamentum alterum.* Testamentum hoc sempiternum, et testamentum novum quod nobiscum iniit Christus, et cum Ecclesia sua æternum duratura, hoc est, usque ad mundi finem.

CHAPITRE III.

Exhortation du Prophète à ses concitoyens. Prophétie de l'incarnation du Verbe.

1. Et nunc, Domine omnipotens, Deus Israel, anima in angustiis, et spiritus anxius clamat ad te :

2. Audi, Domine, et miserere, quia Deus es misericors, et miserere nostri, quia peccavimus ante te.

3. Quia tu sedes in sempiternum, et nos peribimus in ævum?

4. Domine omnipotens, Deus Israel, audi nunc orationem mortuorum Israel, et filiorum ipsorum qui peccaverunt ante te, et non audierunt vocem Domini Dei sui, et agglutinata sunt nobis mala.

5. Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memento manus tuæ, et nominis tui in tempore isto;

6. Quia tu es Dominus Deus noster, et laudabimus te, Domine;

7. Quia propter hoc dedisti timorem tuum in cordibus nostris, et ut invocemus nomen tuum, et laudemus te in captivitate nostra, quia convertimur ab iniquitate patrum nostrorum qui peccaverunt ante te.

8. Et ecce nos in captivitate nostra sumus hodie, qua nos dispersisti in improperium, et in maledictum, et in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum qui recesserunt a te, Domine Deus noster!

1. Maintenant donc, Seigneur tout-puissant, Dieu d'Israël, l'âme dans la douleur qui la presse, et l'esprit dans l'inquiétude qui l'agite, crie vers vous.

2. Ecoutez, Seigneur, et ayez compassion, parce que vous êtes un Dieu compatissant; faites-nous miséricorde, parce que nous avons péché en votre présence.

3. Vous qui subsistez éternellement dans une paix souveraine, souffrirez-vous que nous périssions pour jamais?

4. Seigneur tout-puissant, Dieu d'Israël, écoutez maintenant la prière des morts d'Israël, et des enfants de ceux qui ont péché devant vous, et qui, n'ayant point écouté la voix du Seigneur leur Dieu, nous ont attiré ces maux qui sont attachés inséparablement à nous.

5. Daignez ne vous plus souvenir des iniquités de nos pères; mais souvenez-vous plutôt en ce temps-ci de votre main et de votre saint nom.

6. Car vous êtes le Seigneur notre Dieu; et nous vous louerons, Seigneur.

7. Puisque c'est pour cela même que vous avez répandu votre crainte dans nos cœurs, afin que nous invoquions votre nom, et que nous publiions vos louanges dans notre captivité, en nous convertissant, et en nous retirant de l'iniquité de nos pères qui ont péché devant vous.

8. Vous nous voyez aujourd'hui dans cette captivité où vous nous avez dispersés pour être la fable et l'exécration des hommes, et un exemple de la peine due au péché : selon toutes les iniquités de nos pères, qui se sont retirés de vous, ô Seigneur notre Dieu!

Cap. III. — 1. *Et nunc Domine.* Les huits premiers versets de ce chapitre terminent la magnifique prière qui fait l'objet du chapitre précédent. Cette prière renferme tant d'expressions qui nous sont propres, qu'il semble que ce soit moins pour les Juifs de son temps que pour nous que Baruch l'a dressée; et le Saint-Esprit qui conduisait sa plume, en a tellement mesuré les paroles, que si les Juifs, qui vivaient alors, en sont l'objet immédiat, les chrétiens qui ont eu le malheur d'offenser Dieu, et ceux qui gémissent sur les maux de l'Eglise, dans tous les temps et dans tous les âges, y trouvent un excellent modèle des sentiments dont ils doivent être pénétrés (*Bible de Vence*).

Cap. III. — 2. *Ante te.* Coram vel contra te. Te etiam vidente et sciente; vel sensus est : vere peccavimus, quia quod coram Deo tale est, revera tale est.

3. *Sedes.* Permanes. — *In ævum.* In æternum, non amplius ad hujus mortalis vitæ officia reversuri.

4. *Mortuorum Israel.* Eorum qui, et dum viverent, et nunc etiam mortui, non desistunt te orare pro hujus populi salute. Potest etiam esse sensus, *orationem mortuorum*, id est, nostram, qui ita afflicti sumus, ut nihil a mortuis differre videamur. — *Et filiorum.* Orationem nostram, qui filii sumus eorum qui in te quidem peccaverunt, sed tunc pœnitentes decesserunt, — *Agglutinata sunt nobis mala.* Adhæserunt nobis, ita nos occuparunt, ita nos persequuntur, ut ab illis nos explicare non possimus. Vide supra, c. 1, n. 20.

5. *Manus tuæ.* Potentiæ tuæ. Ne consideres quid nos mereamur, sed quid tu facere possis, et quid gloriam tuam deceat. — *In tempore isto.* Maxime ad miserendum opportuno, quia hoc tempore maxime affligimur.

6. *Laudabimus te.* Hoc miserabili statu soluti.

7. *Dedisti timorem tuum.* Terrefecisti nos multis cladibus et ærumnis affligens, ut disceremus te timere et revereri. — *Convertimur.* Græce, απεστρεψαμεν, *aversati sumus*, peccata patrum nostrorum, et ad te redimus.

8. *In improperium, et in maledictum.* Nobis enim illidunt et insultant populi, et maledictis et conviciis proscindunt. — *In peccatum.* Pœnam peccati. — *Secundum omnes iniquitates.* Nec nos hæc immerito patimur, qui peccatum parentum nostrorum, qui a mandatis tuis recesserunt, et mores expressimus, et vestigia tenuimus a saluto devia.

9. Israël! écoutez les ordonnances de la vie; prêtez l'oreille pour apprendre la prudence.

10. D'où vient, ô Israël! que vous êtes présentement dans le pays de vos ennemis?

11. Que vous vieillissez dans une terre étrangère, que vous vous souillez avec les morts, et que vous êtes regardés comme ceux qui descendent sous la terre?

12. C'est parce que vous avez quitté la source de la sagesse.

13. Car si vous eussiez marché dans la voie du Seigneur, vous seriez assurément demeurés dans une éternelle paix.

14. Apprenez donc ou est la prudence, où est la force, où est l'intelligence, afin que vous sachiez en même temps où est la stabilité de la vie, où est la *vraie* nourriture, où est la lumière des yeux, et la paix.

15. Qui a trouvé le lieu où réside la sagesse, et qui est entré dans ses trésors?

16. Où sont maintenant ces princes des nations qui dominaient sur les bêtes de la terre,

17. Qui se jouaient des oiseaux du ciel,

18. Qui amassaient dans leurs trésors l'argent et l'or, auxquels les hommes mettent toute leur confiance, et qu'ils désirent avec une passion qui n'a point de bornes? qui faisaient mettre l'argent en œuvre avec un art et un soin extrême, et qui en faisaient faire des ouvrages rares?

19. Ils ont été exterminés, ils sont descendus dans les enfers; et d'autres sont venus prendre leur place.

9. Audi, Israel, mandata vitæ; auribus percipe, ut scias prudentiam.

10. Quid est, Israel, quod in terra, inimicorum es?

11. Inveterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cum descendentibus in infernum.

12. Dereliquisti fontem sapientiæ.

13. Nam si in via Dei ambulasses, habitasses utique in pace sempiterna.

14. Disce ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus: ut scias simul ubi sit longiturnitas vitæ et victus, ubi sit lumen oculorum, et pax.

15. Quis invenit locum ejus? et quis intravit in thesauros ejus?

16. Ubi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias quæ sunt super terram?

17. Qui in avibus cœli ludunt,

18. Qui argentum thesaurizant, et aurum in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum? qui argentum fabricant et solliciti sunt, nec est inventio operum illorum?

19. Exterminati sunt, et ad inferos descenderunt, et alii loco eorum surrexerunt.

9. *Audi, Israel, mandata.* Ici commence un discours que le Prophète adresse à Israël pour l'exhorter à reconnaître que son infidélité à observer la loi de Dieu a été l'unique cause de ses malheurs. Il l'engage à revenir à Dieu, qui est le principe de la véritable sagesse. Ce chapitre se termine par une prophétie relative à l'incarnation du Verbe. Pour bien comprendre cette prophétie, il faut bien suivre l'enchaînement des idées qui composent ce discours, et ce sera l'objet de nos notes.

14. *Disce ubi sit prudentia.* Le Prophète veut qu'Israël reconnaisse d'abord qu'il s'est égaré et qu'il a subi la peine qui a été la conséquence toute naturelle de son égarement. C'est par là que le pécheur qui veut se convertir doit commencer. Mais pour revenir à la vérité, il faut savoir où elle est. Le Prophète procède par élimination, c'est-à-dire, il dit d'abord où la sagesse n'est pas. Elle n'est pas parmi les hommes qui n'ont d'autre lumière que leur intelligence si faible et si restreinte : *Quis invenit locum ejus.*

---

9. *Mandata vitæ.* Mandata et documenta salutaria quæ vitam afferant. — *Prudentiam.* Veram qua dirigas actiones et studia tua.

11. *Inveterasti.* Diu et usque ad senectutem in exilio et captivitate fuisti. — *Coinquinatus es cum mortuis.* Quasi dicat : In Babylone versaris velut in sepulcro, quasi cum mortuis jam esses mortuus, adeo sordes et squales. Mortui enim, sive cadavera, sunt coinquinata tum naturaliter, tum moraliter ex lege veteri. — *Deputatus es.* Est repetitio ejusdem sententiæ. — *Descendentibus in infernum.* In foveam sepulcri. Sic. Ps., 27, 1 : *Assimilabor descendentibus in lacum.*

12. *Dereliquisti fontem sapientiæ.* Id est, Deum. Respondetur hoc versiculo interrogationi supra positæ, n. 10 : *Quid est Israel, etc.*

14. *Disce.* Tuo damno. — *Virtus.* Fortitudo ad resistendum hostibus; græce enim est, ἰσχύς. — *Intellectus.* Rerum agendarum intelligentia. — *Lumen oculorum.* Lumen quod oculos mentis illuminat. Aliqui per lumen oculorum res prosperas intelligunt.

15. *Quis invenit locum ejus?* Docet veram sapientiam nulla arte inveniri, nulla potentia obtineri posse, nisi in Deo, quasi in ejus fonte quæratur, et ab eo postuletur.

16. *Ubi sunt principes?* Quasi dicat : Non poterunt eam sua potentia consequi, nisi a Deo petant. Vel sensus est : quod prodest principibus quod non solum hominibus, sed etiam bestiis dominentur, quid in avibus cœli ludant, etc., si sapientia careant, nec eam consequi possint?

17. *Qui in avibus cœli ludunt.* In græco est, ἐμπαίζοντες, *illudentes*, cantu aut esca decipientes, ut faciunt aucupes. Vel sententia est : qui adeo potentes sunt, ut non solum in bestias terræ, ut paulo ante dixit, sed etiam (quod est difficilius) in aves cœli pro suo arbitrio dominari videantur. Ludere enim est sine ulla difficultate, et quasi ludendo aliquid facere : sic Prov., 8, 30 dicitur : *Cum eo eram cuncta componens et delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore; ludens in orbe terrarum.*

18. *Nec est inventio operum illorum.* Non est invenire numerum aut terminum excellentium operum illorum : non est invenire, id est, comprehendere quanta et qualia sint opera illorum.

20. Juvenes viderunt lumen, et habitaverunt super terram : viam autem disciplinæ ignoraverunt.
21. Neque intellexerunt semitas ejus, neque filii eorum susceperunt eam, a facie ipsorum longe facta est :
22. Non est audita in terra Chanaan, neque visa est in Theman.

23. Filii quoque Agar qui exquirunt prudentiam quæ de terra est, negotiatores Merrhæ, et Theman, et fabulatores, et exquisitores prudentiæ et intelligentiæ : viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus.
24. O Israel, quam magna est domus Dei, et ingens locus possessionis ejus!
25. Magnus est, et non habet finem : excelsus et immensus.
26. Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum.

20. On a vu des jeunes gens dans la lumière. Ils ont habité sur la terre : mais ils ont ignoré la voie de la vraie science.
21. Ils n'en ont point compris les sentiers; leurs enfants ne l'ont point reçue, et ils se sont écartés bien loin d'elle.
22. On n'a point ouï parler d'elle dans la terre de Chanaan; et elle n'a point été vue dans Théman.
23. Les enfans d'Agar, qui recherchent une prudence qui vient de la terre, ces négociateurs de Merrha et de Théman, ces conteurs de fables, et ces inventeurs d'une prudence et d'une intelligence nouvelle, n'ont point connu la voie de la sagesse, et n'en ont pu découvrir les sentiers.
24. O Israël, que la maison de Dieu est grande! et combien est étendu le lieu qu'il possède!
25. Il est vaste, et n'a point de bornes; il est élevé, il est immense.
26. C'est là qu'ont été ces géants si célèbres, qui étaient dès le commencement : ces géants d'une si haute taille, qui savaient la guerre.

20. *Juvenes viderunt lumen.* Baruch passe en revue tous les hommes de son temps qui avaient le plus de prétentions; ceux qui s'étaient assis dans le conseil des rois *(principes)*, ceux qui avaient fait fortune, les artistes qui étaient fiers de leur art, les jeunes gens qui avaient tant de confiance dans leur savoir, et il voit qu'aucun d'eux n'a rien compris à la conduite de leurs affaires ni de celles des autres. Ce tableau ne convient-il pas à merveille à notre temps?

23. *Filii quoque Agar.* Baruch regarde dans les autres nations qui environnaient Israël et qui étaient aussi issues d'Abraham. Ces nations étaient autour de Juda, comme aujourd'hui les nations hérétiques et schismatiques autour de l'Eglise. Elles ne manquaient pas de sages, qui prétendaient pouvoir éclairer et diriger leurs semblables. Le Prophète les considère, et il voit que ces philosophes n'ont point connu la voie de la sagesse, et n'en ont pu découvrir les sentiers.

26. *Ibi fuerunt gigantes.* Il y a eu, sur la terre, des hommes d'une force physique extraordinaire. C'étaient des géants. Ces hommes ont-ils été des sages? Non, leur propre folie les a perdus.

---

20. *Juvenes viderunt lumen.* Nati sunt qui illis successerunt : editi sunt in lucem, ut Latini loquuntur. — *Viam... disciplinæ ignoraverunt.* Prudenter se et moderate non gesserunt, sed opes a parentibus relictas dilapidaverunt.

21. *Semitas ejus.* Prudentiæ et sapientiæ. -- *A facie ipsorum longe facta est.* Longe eam repulerunt; longo intervallo ab illa abfuerunt.

22. *Non est audita.* Sententia est, sapientiam Dei non esse visam, neque auditam unquam in terris, non quod eam aliqui non habuerint, sed quod non ex terra, sed ex cœlo habuerint. -- *In terra Chanaan.* Quasi dicat : In Chanaan (id est, in terra promissionis, inter Hebræos filios Jacob) non invenitur, neque inter Idumæos filios Esau; ergo in terra non invenitur; si enim alicubi inveniretur, certe inter hos qui ex Isaac et Abraham viris sapientissimis originem ducunt. Vel sensus est : sapientiæ hujus nomen, quam humana facultas non invenit, neque auditum est inter Chananæos, viros solertes, industrios, navigationique deditos, qui multas lustrant regiones; neque inter Themanitas, qui inter Idumæos censentur esse sapientissimi. — *In Theman.* Theman erat metropolis Idumææ, ut constat ex Jerem., c. 49, 20 : sic appellata ex Theman filio Eliphaz, filio Esau, Genes., c. 36. 11, 15.

23. *Filii quoque Agar.* Ismaelitæ, quos negotiatores fuisse constat, Genes., 37, 25 : solent autem negotiatores humanæ sapientiæ, quæ in dolis fraudibusque, consistit, plurimum habere. -- *Qui exquirunt... quæ de terra est.* Et ideo hujus sapientiæ humanæ non expertes esse creduntur. -- *Negotiatores Merrhæ.* Fortasse Merrha est Maara Sidoniorum, de qua Jos., c. 13, 4 : hi enim præcipui erant mercatores a quibus Tyrii sunt orti. -- *Fabulatores.* Qui genus illud theologiæ sequuntur quod μυθικὸν dicitur, id est, fabulosum, qualis fabulator est Hesiodus in Theogonia, et passim alli poetæ. Vel intelligit scriptores et interpretes fabularum ad mores informandos inventarum, quales sunt Æsopi fabellæ, et aliæ hujusmodi. De his vere dicitur illud Ps. 118, 85 : *Narraverunt mihi iniqui fabulationes; sed non ut lex tua.* -- *Exquisitores prudentiæ.* Investigarunt naturalem et profanam sapientiam, et in ea admodum sapientes habiti sunt; sed tamen viam veræ et divinæ sapientiæ nescierunt.

24. *O Israel.* Postquam docuit sapientiam nulla potentia, nullis artibus humanis teneri posse, convertit orationem ad Israel, ut per aliorum hominum comparationem ostendat quantum beneficium Dei sit, quod illis potius quam aliis gentibus vera sapientia per legem et prophetas patefacta sit. -- *Domus Dei.* Nomine domus Dei totum terrarum orbem intelligit.

25. *Non habet finem.* Est hyperbole, qua significatur terræ spatium maximum et capacissimum esse.

26. *Ibi fuerunt gigantes.* Cum tota terra Dei sit, et tam late pateat, et tam multi in ea fuerint homines potentes, nobiles, eximiaque corporis proceritate; non tamen alios Deus elegit quam Judæos, ut illis sapientiam impertiretur, qui cum aliis hominibus comparati adeo exiguæ staturæ erant, ut non homines, sed locustæ esse viderentur. Num., 13, 34.

27. Le Seigneur ne les a point choisis, ils n'ont point trouvé la voie de la sagesse. C'est pour cela aussi qu'ils se sont perdus.
28. Comme ils n'ont point eu la sagesse, leur propre folie les a précipités dans la mort.

29. Qui est monté au ciel pour y aller prendre la sagesse? ou qui l'a fait descendre des nues.
30. Qui a passé la mer, et qui l'a trouvée? et a mieux aimé la porter avec lui que l'or le plus pur?
31. Il n'y a personne qui puissse connaître ses voies, ni qui se mette en peine d'en rechercher les sentiers.
32. Mais celui qui sait tout la connaît, et il l'a trouvée par sa prudence, lui qui a affermi la terre pour jamais, et qui l'a remplie de bêtes et d'animaux :

33. Qui envoie la lumière, et elle part aussitôt; qui l'appelle, et elle lui obéit avec tremblement.
34. Les étoiles ont répandu leur lumière chacune en sa place, et elles ont été dans la joie.
35. Dieu les a appelées, et elles ont dit : Nous voici, et elles ont pris plaisir à luire, pour celui qui les a créées.
36. C'est lui qui est notre Dieu, et nul autre ne subsistera devant lui, si on le compare avec ce qu'il est.
37. C'est lui qui a trouvé toutes les voies de la vraie science : et qui l'a donnée à Jacob, son serviteur, et à Israël, son bien-aimé.
38. Après cela il a été vu sur la terre, et il a conversé avec les hommes.

27. Non hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ invenerunt; propterea perierunt.
28. Et quoniam non habuerunt sapientiam, interierunt propter suam insipientiam.
29. Quis ascendit in cœlum, et accepit eam, et eduxit eam de nubibus?
30. Quis transfretavit mare, et invenit illam? et attulit illam super aurum electum?
31. Non est qui possit scire vias ejus, neque qui exquirat semitas ejus :

32. Sed qui scit universa, novit eam, et adinvenit eam prudentia sua : qui præparavit terram in æterno tempore, et replevit eam pecudibus, et quadrupedibus :
33. Qui emittit lumen, et vadit; et vocavit illud, et obedit illi in tremore.

34. Stellæ autem dederunt lumen in custodiis suis, et lætatæ sunt :
35. Vocatæ sunt, et dixerunt : Adsumus; et luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas.
36. Hic est Deus noster, et non æstimabitur alius adversus eum.

37. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit illam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo.
38. Post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est.

30. *Quis transfretavit mare?* Les Phéniciens avaient fait de longs voyages; ils avaient abordé des pays inconnus d'où ils avaient rapporté d'immenses richesses. En ont-ils rapporté la sagesse?

31. *Non est qui possit scire vias ejus.* La sagesse n'est qu'en Dieu; lui seul possède la lumière, lui seul peut l'envoyer aux hommes, et pour la leur faire arriver, il s'est montré sur la terre avec leur nature, et s'est fait homme comme eux. Cette prophetie, qui est à la fin du chapitre, est ainsi amenée par tout ce qui precède, et n'en est que la conséquence.

38. *In terris visus est.* Saint Irénée, Tertullien, saint Cyprien, Eusèbe de Césarée, saint Ambroise, saint Hilaire, saint Grégoire de Nazianze, saint Basile, saint Cyrille d'Alexandrie, saint Jean Chrysostome, saint Augustin, saint Bernard et la plupart des interprètes, reconnaissent que cette parole doit s'entendre de l'avénement du Fils de Dieu, selon cette expression de saint Jean, si conforme à celle du Prophète : *Le Verbe s'est fait chair et il a habité parmi nous* (Joan., I, 14). Il est vrai que Baruch parle de cet admirable effet de la miséricorde de Dieu, comme d'une chose passée; mais il arrive très-frequemment aux prophètes de parler ainsi des événements futurs, comme si déjà ils étaient arrivés (*Bible de Vence*. Préface sur Baruch).

---

27. *Non hos elegit Dominus.* Deus enim non staturam, non robur, non numerum elegit, sed mores. Imo in prima vocatione ad gratiam mores non eligit, sed eligendos eos facit et format bonos.

29. *Quis ascendit?* Ab homine nusquam nec in cœlo, nec in terra inveniri potest sapientia, sed tantum apud Deum, qui est fons et pelagus sapientiæ.

30. *Super aurum.* Potius quam aurum.

32. *Sed qui scit universa.* Solus Deus, qui est ipsa sapientia æterna et increata, eam invenit, et cui vult communicat. — *Præparavit terram.* Firmavit, stabilivit; hoc enim significat hebraica vox *con.* — *In æterno tempore.* Ut duret æterno tempore, id est, semper.

33. *Emittit lumen. Qui solem suum oriri facit super bonos et malos.* Matth., 5, 45. — *Obedit illi in tremore.* Statim, celerrime, ad nutum, ut servi faciunt, qui heros suos timent.

34. *In custodiis suis.* In suis stationibus et locis a Deo designatis. Est metaphora ab excubiis militum desumpta; quare in Scripturis sæpe stellæ dicuntur *militia cœli.* — *Lætatæ sunt.* Splenduerunt, vel promptæ et alacres fuerunt ad obediendum.

35. *Dixerunt.* Non verbo, sed facto. — *Luxerunt ei cum jucunditate.* Clare illo jubente splenduerunt, lætam cœli faciem suo lumine reddentes.

36. *Non æstimabitur alius adversus eum.* Nemo alius Deus judicabitur, si cum Deo comparetur.

37. *Et tradidit illam Jacob.* Jacobi filiis, Israelitis, cum scilicet legem dedit per Mosem, et viam salutis docuit per prophetas, etc.

38. *Post hæc in terris visus est.* Ipse nimirum legislator, quod maximum fuit hominum beneficium.

CHAPITRE IV.

Continuation du discours précédent. Désolation de Jérusalem. Prédiction du retour de ses enfants.

1. Hic liber mandatorum Dei, et lex quæ est in æternum; omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam : qui autem dereliquerunt eam, in mortem.

2. Convertere, Jacob, et apprehende eam, ambula per viam ad splendorem ejus contra lumen ejus.
3. Ne tradas alteri gloriam tuam, et dignitatem tuam genti alienæ.
4. Beati sumus Israel : quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.
5. Animæquior esto populus Dei, memorabilis Israel.

6. Venumdati estis gentibus non in perditionem; sed propter quod in ira ad iracundiam provocastis Deum, traditi estis adversariis.
7. Exacerbastis enim eum qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmoniis, et non Deo.
8. Obliti enim estis Deum qui nutrivit vos, et contristastis nutricem vestram Jerusalem.
9. Vidit enim iracundiam a Deo venientem vobis, et dixit : Audite, con-

1. Cette *sagesse* est le livre des commandements de Dieu et la loi qui subsiste éternellement. Tous ceux qui la gardent arriveront à la vie; et ceux qui l'abandonnent tomberont dans la mort.
2. Convertissez-vous, ô Jacob! et embrassez cette loi; marchez dans sa voie à l'éclat qui en rejaillit, et à la lueur de sa lumière;
3. N'abandonnez point votre gloire à un autre, ni votre dignité à une nation étrangère.
4. Nous sommes heureux, ô Israël! parce que Dieu nous a découvert ce qui lui est agréable.
5. Ayez bon courage, ô peuple de Dieu! vous qui êtes restés pour conserver la mémoire d'Israël.
6. Vous avez été vendus aux nations : mais ce ne sera pas pour toujours. Vous avez été livrés à nos adversaires, parce que vous avez irrité contre vous la colère de Dieu.
7. Car vous avez aigri contre vous le Dieu éternel qui vous a créés, en sacrifiant au démon et non à Dieu.
8. Vous avez oublié le Dieu qui vous a nourris, et vous avez affligé Jérusalem qui était votre nourrice.
9. Car elle a vu la colère de Dieu, qui venait tomber sur vous; et elle a dit : Ecoutez, vous

Cap. IV. — 1. *Hic liber mandatorum Dei.* En attendant l'arrivée du Verbe de Dieu qui doit se faire homme comme nous, la voie à suivre était marquée dans le livre divin qui renfermait les préceptes du Seigneur, la loi qu'il avait donnée aux Juifs par l'intermédiaire de Moïse. C'était cette loi que chaque fidèle devait observer, tant que la loi nouvelle, la loi évangélique ne fut pas promulguée.

4. *Beati sumus.* Au milieu de leurs afflictions, les Juifs devaient se dire heureux, d'abord, parce que ces afflictions n'étaient que des épreuves qu'ils pouvaient mettre à profit; ensuite parce que Dieu leur avait fait une grâce toute particulière, en les choisissant pour être son peuple, sa nation privilégiée. C'était ce choix qui était la garantie de leur avenir. Car s'ils ne devaient pas périr comme les autres nations, c'est uniquement à cause du Messie, qui devait naître d'eux et au milieu d'eux.

9. *Audite, confines Sion.* Cette prosopopée est d'une grande beauté. C'est le cas de dire avec le poète, qu'ici

Tout prend un corps, une âme, un esprit, un visage.

Car Jérusalem intervient, et ce n'est plus une ville, mais une veuve désolée, une mère qui

---

Cap. IV. — 1. *Hic liber mandatorum Dei.* Sapientia, de qua superiori capite locutus sum, nihil aliud est quam liber mandatorum Dei. — *Lex, quæ est in æternum.* Quia longissimo tempore duravit, et quia quoad moralia præcepta æterna est, licet cæremonialia essent abolenda; æterna etiam, quia semper vera et justa, et continens veras, et non fallaces promissiones. — *Pervenient ad vitam.* Æternam.

2. *Convertere, Jacob.* Ita vocat omnes Israelitas. — *Ambula per viam.* Rectam divinæ legis. — *Ad splendorem ejus.* Per viam quam tibi lex suo lumine et splendore demonstrat. — *Contra lumen ejus.* E regione luminis ejus, sicut cum præcedentem tædam sequimur.

3. *Ne tradas alteri gloriam tuam.* Ne cultum divinæ legis negligas, sed hanc gloriam tuam tuere, ut sis omnium gentium religiosissima, et Dei mandatorum tenacissima.

4. *Quia quæ Deo placent.* Quia voluntatem suam, per legem quam nobis dedit, declaravit.

5. *Animæquior esto.* Bono et æquo animo esto. — *Memorabilis Israel.* Græce, μνημοσυνον Ισραηλ, *monumentum Israelis.* Noster interpres *memoriale* vocare solet. Ita appellat populum, quod ad exiguum numerum redactus esset; et qui supertites erant, quasi reliquiæ a Deo essent conservati, ne populi memoria penitus aboleretur, ut ait Isaias, c. 1, n. 9 : *Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, et quasi Gomorrha similes essemus.*

6. *Venumdati estis.* Traditi estis; quæ enim venduntur, emptori traduntur. — *Non in perditionem.* Non ut vos penitus, et memoriam vestram aboleret; sed ut castigaret et expiaret. — *In ira.* Abundant hæ duæ voces, ex dialecto Hebræorum

8. *Qui nutrivit vos.* In græco est, τον φυσαντα ὑμας, *qui vos genuit :* sic Moses dixit : Deut., 32, 18 : *Deum, qui te genuit dereliquisti.* — *Nutricem vestram Jerusalem.* Synagogam, sive Ecclesiam intelligit, quæ eos spiritu genuerat, et divinæ legis lacte nutriverat.

9. *Vidit.* Jerusalem, id est, Ecclesia. Vidit autem per prophetas, qui sunt quasi oculi ejus. — *Confines Sion.* Græce, αἱ παροικοι Σιων, *finitimæ Sionis*, scilicet πόλεις, *civitates.*

tous qui habitez dans Sion, Dieu m'a envoyé une grande affliction.

10. Je vois mon peuple, mes fils et mes filles dans la captivité, à laquelle l'Eternel les a réduits.

11. Je les avais nourris dans la joie, et je les ai laissés aller plongés dans les larmes et dans la tristesse.

12. Que nul ne se réjouisse de me voir ainsi veuve et désolée. Je ne suis plus environnée d'un peuple si nombreux, à cause des péchés de mes enfants, parce qu'ils se sont détournés de la loi de Dieu.

13. Ils n'ont point connu ses justes ordonnances, ils n'ont point marché dans les commandements de Dieu, et ils n'ont point conduit leurs pas avec justice dans les sentiers de la vérité.

14. Que ceux qui demeurent autour de Sion viennent maintenant; et qu'ils considèrent la captivité de mes fils et de mes filles, où l'Eternel les a réduits.

15. Car il a fait venir contre eux une nation des pays les plus reculés, des gens méchants et d'une langue inconnue;

16. Qui n'ont été touchés, ni de respect pour les vieillards, ni de compassion pour ceux qui étaient dans l'âge le plus tendre; qui ont arraché à la veuve ce qui lui était le plus cher, et qui l'ont comblée de tristesse, après lui avoir ravi ses enfants.

17. Pour moi, quel secours puis-je vous donner?

18. Car c'est celui-là même qui a fait venir ces maux sur vous qui vous délivrera des mains de vos ennemis.

19. Marchez, mes fils; marchez. Pour moi, je demeurerai toute seule.

20. J'ai quitté tous les vêtements des jours heureux, je me suis revêtue d'un sac de suppliante, et je crierai au Très-Haut tous les jours de ma vie.

21. Mes enfants, ayez bon courage; criez vers le Seigneur, et il vous délivrera de la main des princes qui sont vos ennemis.

fines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum.

10. Vidi enim captivitatem populi mei, filiorum meorum, et filiarum, quam superduxit illis Æternus.

11. Nutrivit enim illos cum jucunditate : dimisi autem illos cum fletu et luctu.

12. Nemo gaudeat super me viduam, et desolatam : a multis derelicta sum propter peccata filiorum meorum, quia declinaverunt a lege Dei.

13. Justitias autem ipsius nescierunt, nec ambulaverunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis ejus cum justitia ingressi sunt.

14. Veniant confines Sion, et memorentur captivitatem filiorum, et filiarum mearum, quam superduxit illis Æternus.

15. Adduxit enim super illos gentem de longinquo, gentem improbam, et alterius linguæ.

16. Qui non sunt reveriti senem, neque puerorum miserti sunt, et adduxerunt dilectos viduæ, et a filiis unicam desolaverunt.

17. Ego autem quid possum adjuvare vos?

18. Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum.

19. Ambulate, filii, ambulate : ego enim derelicta sum sola.

20. Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, et clamabo ad Altissimum in diebus meis.

21. Animæquiores estote, filii, clamate ad Dominum, et eripiet vos de manu principum inimicorum.

pleure ses enfants qu'elle ne voit plus autour d'elle, parce que le conquérant les a emmenés en captivité. Elle les avait nourris dans la joie, mais ils ont eu le malheur de se détourner de Dieu, et leurs prévarications les ont fait tomber entre les mains d'un ennemi cruel qui n'a respecté ni les vieillards ni les enfants, ni la veuve, ni l'orphelin. Elle sent qu'elle ne peut rien pour tirer de la misère ses fils malheureux, et elle les conjure d'implorer le secours du Très-Haut, de crier vers lui, et elle les assure qu'il sera touché de leurs prières et de leurs larmes, et qu'il viendra à eux dans sa miséricorde. C'est sans doute ce magnifique passage qui a excité l'enthousiasme de notre bon Lafontaine.

---

11. *Dimisi*. In captivitatem.

12. *Gaudeat super me*. Insultet mihi. — *Viduam, et desolatam*. Derelictam a Deo sponso meo. — *A multis derelicta sum*. Filiis meis.

13. *Nescierunt*. Neglexerunt.

14. *Confines Sion*. Vide dicta n. 9. — *Memorentur*. Lugendo mecum commemorent captivitatem filiorum meorum.

15. *Super illos*. Contra illos. — *Alterius linguæ*. Barbaram.

16. *Qui non sunt reveriti semen*. Ita Deut., 28, 50 : *Gentem procacissimam quæ non deferat seni, nec misereatur parvuli*. Vide Lament., 4, 16; et 5, 12. — *Dilectos viduæ*. Filios meos, quæ vidua sum. — *A filiis unicam desolaverunt*. Filiis privatam, me desertam, ac solam reliquerunt.

17. *Adjuvare vos*. Captivos filios meos.

19. *Ambulate, Flii*. In captivitatem, et ego sola relinquar, fortiter tolerabo meam desolationem, ut vos fortiter et æquanimiter captivitatem toleretis, donec Deus vos ex illa liberet, et mihi restituat.

20. *Stola pacis*. Veste lætitiæ. — *Sacco obsecrationis*. Cilicio, quod supplicibus convenit. — *Clamabo ad Altissimum in diebus meis*. Loquitur quasi femina, quæ septuaginta annis esset victura, quibus duratura erat captivitas.

21. *Animæquiores estote*. Sic supra, n. 5. Bono estote animo.

22. Ego enim speravi in æternum salutem vestram : et venit mihi gaudium a sancto super misericordia quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro.

23. Emisi enim vos cum luctu et ploratu : reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio et jucunditate in sempiternum.

24. Sicut enim viderunt vicinæ Sion captivitatem vestram a Deo, sic videbunt et in celeritate salutem vestram a Deo, quæ superveniet vobis cum honore magno, et splendore æterno.

25. Filii, patienter sustinete iram quæ supervenit vobis : persecutus est enim te inimicus tuus, sed cito videbis perditionem ipsius : et super cervices ipsius ascendes.

26. Delicati mei ambulaverunt vias asperas : ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis.

27. Animæquiores estote, filii, et proclamate ad Dominum : erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos.

28. Sicut enim fuit sensus vester ut erraretis a Deo, decies tantum iterum convertentes requiretis eum.

29. Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam jucunditatem cum salute vestra.

30. Animæquior esto, Jerusalem, exhortatur enim te, qui te nominavit.

31. Nocentes peribunt, qui te vexaverunt : et qui gratulati sunt in tua ruina, punientur.

32. Civitates quibus servierunt filii tui, punientur; et quæ accepit filios tuos.

22. Car j'espérerai toujours votre salut, et celui qui est saint m'inspire de la joie dans la vue de la miséricorde que notre Sauveur éternel répandra sur vous.

23. Je vous ai vu emmener dans les pleurs et dans les soupirs, le Seigneur vous ramènera à moi avec une satisfaction et une joie qui durera éternellement.

24. Car comme les *provinces* voisines de Sion ont vu la captivité où Dieu vous avait réduits ; aussi elles verront bientôt le salut que Dieu vous enverra, qui vous comblera d'une grande gloire et d'un éclat éternel.

25. Mes enfants, souffrez avec patience la colère qui est tombée sur vous. Votre ennemi vous a persécutés; mais vous verrez bientôt sa ruine, et vous foulerez sa tête sous vos pieds.

26. Mes enfants les plus tendres ont marché en des chemins âpres, ils ont été emmenés comme un troupeau exposé en proie à ses ennemis.

27. Mais ayez bon courage, mes enfants, criez au Seigneur; car celui qui vous conduit se souviendra de vous.

28. Votre esprit vous a portés à vous égarer, en vous détournant de Dieu ; mais en retournant à lui de nouveau vous vous porterez avec dix fois plus d'ardeur à le rechercher.

29. Car celui qui a fait tomber ces maux sur vous vous comblera lui-même d'une éternelle joie en vous sauvant.

30. Prenez courage, ô Jérusalem! car c'est celui-là même qui vous a donné un *grand* nom qui vous y exhorte.

31. Les méchants qui vous ont tourmentée périront; et ceux qui ont fait leur joie de votre ruine seront punis.

32. Malheur aux villes où vos enfants ont été esclaves, malheur à celle qui a reçu vos enfants!

24. *Sic videbunt et in celeritate*. Le disciple de Jérémie avait appris de son maître le temps que durerait la captivité. Il y avait déjà 23 années d'écoulées sur les 70 ans que devait durer cette épreuve, il put donc dire à ses concitoyens qu'ils ne tarderont pas à voir le salut que Dieu doit leur envoyer.

30. *Qui te nominavit*. Le nom de Jérusalem signifiait la ville de la paix, la ville sainte, la ville du Dieu d'Israël. Dans la pensée des Ecritures, elle est la capitale des enfants de Dieu, et, à ce titre, la reine des cités, comme les prophètes l'appellent. Babylone est, au contraire, le centre de l'idolâtrie et de la superstition, la capitale des enfants des hommes. Baruch annonce, comme Jérémie, qu'elle sera punie de tous ses crimes.

---

22. *In æternum*. Deum. Sic eum appellavit supra n. 10 et 14. — *Venit mihi gaudium a sancto*. Sentio mihi a Deo ingentem infundi lætitiam, dum benignitatem ac misericordiam considero sancti Dei salvatoris et vindicis nostri.

23. *Emisi*. In captivitatem, sicut supra, n. 11.

24. *Vicinæ Sion*. Vicinæ civitates. Vide supra, n. 9. — *A Deo*. In quam vos duci voluit Deus. — *Splendore æterno*. Diuturno tempore duraturo. Appellant enim aliquando Hebræi æternum, quod longo tempore duraturum est.

25. *Iram*. Dei, qua vos punit. — *Inimicus tuus*. Nabuchodonosor cum Chaldæis. — *Super cervices ipsius ascendes*. Conculcabis illum. Vide Isai., 60. 14. Ita Daniel, ita tres ejus socii, ita Mardochæus et alii Judæi ascenderunt super cervices Chaldæorum. Sed plenius id factum a Messia, quia Ecclesiam et Vicarium suum dominari fecit gentibus antea sibi inimicis.

26. *Delicati mei*. Filii a me in deliciis educati.

27. *Animæquiores*. Idem fere versiculus cum vigesimo primo. — *Memoria vestra*. Vestri, passive, id est, recordabitur vestri Deus, ut vos e captivitate reducat. — *Qui duxit vos*. In captivitatem duci permisit.

28. *Sensus*. Græco, διανοια, cogitatio, conceptus et voluntas vestra. — *Decies tantum*. Decuplo majore studio atque conatu quærite Deum, convertentes vos ad illum.

30. *Exhortatur... te*. Ut bono sis animo et spem bonam concipias. In græco est, παρακαλεσει σε, *consolabitur te*. — *Qui te nominavit*. Ille cujus nomen geris; qui te de suo nomine vocavit civitatem Dei Israel et *civitatem Sancti*, Isai., c. 52, 1; et c. 60, 14.

31. *Nocentes*. Qui tibi nocuerunt, et te vexarunt.

32. *Quæ accepit*. Babylon, quæ filios tuos captivos duxit.

33. Car comme elle s'est réjouie dans votre ruine, comme elle a été ravie de votre chute; ainsi elle sera percée de douleur dans les maux qui la désoleront.

34. Les cris de ses réjouissances publiques seront étouffés, et les larmes succéderont à sa joie.

35. L'Eternel fera tomber le feu sur elle dans la suite des siècles; et elle deviendra durant un long temps la demeure des démons.

36. Jérusalem, regardez vers l'orient, et considérez la joie que Dieu vous envoie.

37. Voici vos enfants que vous aviez vus sortir *de votre sein*, pour être dispersés en plusieurs endroits, qui reviennent tous ensemble à la parole du *Dieu* saint, depuis l'orient jusqu'à l'occident; et pleins de joie ils rendent gloire à Dieu.

33. Sicut enim gavisa est in tua ruina, et lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua desolatione.

34. Et amputabitur exultatio multitudinis ejus, et gaudimonium ejus erit in luctum.

35. Ignis enim superveniet ei ab æterno in longiturnis diebus, et habitabitur a dæmoniis in multitudine temporis.

36. *a* Circumspice, Jerusalem, ad orientem, et vide jucunditatem a Deo tibi venientem. [a *Infr.* 5. 5.]

37. Ecce enim veniunt filii tui quos dimisisti dispersos, veniunt collecti ab oriente usque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem Dei.

CHAPITRE V.

Du retour de la captivité. Gloire et sainteté de l'Eglise.

1. Quittez, ô Jérusalem! les vêtements de votre deuil et de votre affliction, et parez-vous de l'éclat et de la majesté de cette gloire éternelle qui vous vient de Dieu.

2. Le Seigneur vous revêtira de justice comme d'un double vêtement, et il vous mettra sur la tête un diadème d'éternelle gloire.

3. Dieu fera luire aux yeux de tous les hommes qui sont sous le ciel la lumière éclatante qu'il mettra en vous.

4. Voici le nom que Dieu vous donnera pour jamais : la paix de la justice et la gloire de la piété.

1. Exue te, Jerusalem, stola luctus et vexationis tuæ : et indue te decore, et honore ejus quæ a Deo tibi est, sempiternæ gloriæ.

2. Circumdabit te Deus diploide justitiæ, et imponet mitram capiti honoris æterni.

3. Deus enim ostendet splendorem suum in te, omni qui sub cœlo est.

4. Nominabitur enim tibi nomen tuum a Deo in sempiternum : Pax justitiæ, et honor pietatis.

34. *Et gaudimonium ejus erit in luctum.* Allusion au festin de Baltassar. Cette cité corrompue sera dans les fêtes et les réjouissances jusqu'au dernier moment, et c'est au milieu de la joie qu'elle apprendra sa ruine.

Cap. V. — 1. *Exue te, Jerusalem.* Après avoir gémi sur les ruines de Jérusalem et sur les souffrances de ses enfants dispersés au milieu des nations, Baruch termine son livre par des paroles pleines de consolation et d'espérance. Il avait déjà annoncé le retour des Juifs captifs (cap. II, 29-35), mais il revient sur cette pensée, et l'exprime avec une magnificence de langage qui rappelle les plus beaux passages d'Isaïe.

---

34. *Et amputabitur.* Auferetur exsultatio qua ipsa gaudet, ob frequentiam et multitudinem populi quo abundat. — *Multidinis ejus*, Græce est, πολυοχλιας, multæ turbæ, frequentis populi. — *Gaudimonium.* Græce, γαυριαμα id est, superbia et jactantia qua insolenter exsultat.

35. *Ignis.* Nam Babyloni Persæ ignem injecerunt, ut patet ex Isa., 13, 19; et Jerem., 50. 40. Vel metaphorice per ignem intelligit acerbam castigationem, qua Deus Babylonem erat puniturus. — *Ab Æterno.* Scilicet Deo, ut supra num. 22, et capite præcedente, n. 10 et 14. — *In longiturnis diebus.* Græce, εἰς ἡμερας, in longum tempus, ita ut longo tempore instaurari nequeat. -- *Habitatur a dæmoniis.* A satyris et faunis. Vide Jerem., 50, 39; et Isai., 34, 14.

37. *Ab oriente usque ad occidentem.* Ex Persia, Media, Babylonia, quæ ad orientem sunt Jerusalem (licet ipsa Babylon proprie esset ad septentrionem Hierosolymæ) redibunt Judæi ad Jerusalem. -- *In verbo sancti.* Ut Deus per prophetas promisit. Vel in Dei præcepto, quia Deus præcepit et inspiravit Cyro ut Judæos remitteret in patriam Isai., 45, 1.

Cap. V. -- 1. *Stola luctus.* Veste lugubri. -- *Vexationis tuæ.* Veste aspera et cilicina, quæ corpus vexet, et significet etiam vexationem quam ab hostibus passa est. -- *Indue te decore.* Assume vestem decoram et honestam, ea honestate et gloria quæ tibi a Deo proveniet, et æternum durabit.

2. *Circumdabit te Deus diploide.* Diplois est tunica talaris muliebris; loquitur enim propheta de Jerusalem tanquam de matrona. Dicitur diplois, id est, duplex, panno scilicet, vel pelle suffulta. Itali appellant, *veste foderata.* -- *Justitiæ.* Justa, qua Deus juste et fideliter, ut promiserat, compensavit ejus dedecus gloria, tristitiam hilaritate, captivitatem libertate. -- *Mitram.* Muliebre capitis ornamentum; quasi dicat : Sicut regina, aut honesta matrona diploide ornatur et mitra; ita, Jerusalem, gloria et decore tuo iterum vestieris et ornaberis.

3. *Splendorem suum.* Splendebis, et eris inclyta apud omnes gentes Dei beneficio; ipse enim illuminabit te, et clarissimam reddet.

4. *Nominabitur enim tibi nomen tuum.* Imponetur tibi nomen a Deo, ut scilicet appelleris *pax justitiæ et honor pietatis.* -- *Pax justitiæ.* Civitas in qua abundat pax et justitia. -- *Et honor pietatis.* Civitas cujus pietatem in Deum, et religionem omnes celebrent.

5. Exurge, Jerusalem, et sta in excelso : *a* et circumspice ad orientem, et vide collectos filios tuos ab oriente sole usque ad occidentem, in verbo sancti gaudentes Dei memoria. [a *Supr.* 4. 36.]

5. Levez-vous, ô Jérusalem! tenez-vous en haut : regardez vers l'orient, et considérez vos enfants qui viennent tous ensemble à la parole du *Dieu* saint, depuis l'orient jusqu'à l'occident, étant pleins de joie dans le souvenir de Dieu.

6. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis : adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore sicut filios regni.

6. Lorsqu'ils sont sortis de vous, ils ont été emmenés à pied par leurs ennemis; mais lorsque le Seigneur les fera revenir, ils seront portés avec honneur, comme des enfants destinés à un royaume.

7. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, et rupes perennes, et convalles replere in æqualitatem terræ : ut ambulet Israel diligenter in honorem Dei.

7. Car le Seigneur a résolu d'abaisser toutes les montagnes élevées et les roches éternelles, et de remplir les vallées, en les égalant à la terre unie, afin qu'Israël marche avec vitesse pour la gloire de Dieu.

8. Obumbraverunt autem et silvæ, et omne lignum suavitatis Israel ex mandato Dei.

8. Les forêts mêmes et tous les arbres odoriférants feront une ombre agréable à Israël par l'ordre de Dieu.

9. Adducet enim Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis suæ, cum misericordia, et justitia quæ est ex ipso.

9. Car Dieu fera venir Israël avec joie, sous la conduite de la lumière de sa majesté, en faisant éclater la miséricorde et la justice qui vient de lui-même.

CHAPITRE VI.

Lettre de Jérémie aux Juifs captifs.

Exemplar epistolæ quam misit Jeremias ad adducendos captivos in Babyloniam a rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi a Deo.

Copie de la lettre que Jérémie envoya aux captifs que le roi des Babyloniens devait emmener à Babylone, pour leur annoncer ce que Dieu lui avait ordonné de leur dire.

1. *a* PROPTER peccata quæ peccastis

1. Vous serez emmenés captifs à Babylone par

5. *Exurge, Jerusalem!... circumspice ad Orientem.* Tous les peuples avaient les yeux tournés vers l'Orient, parce qu'ils pensaient que c'était de ce côté que viendrait le Désiré des nations, le Soleil de justice. Cyrus, qui fut le libérateur des Juifs, vint de l'Orient (Is., XLI, 2; XLVI, 11) : mais ces paroles, qu'on peut appliquer dans le sens littéral aux Juifs revenant de captivité, conviennent encore mieux à l'Eglise catholique et à la conversion générale des Gentils.

6. *Sicut filios regni.* Les chrétiens ont reçu du Christ le double caractère de prêtre et de roi, suivant cette expression de saint Jean : *Fecit nos regnum et sacerdotes* (Apoc., I, 6).

Cap. VI. — *Exemplar epistolæ.* Cette lettre, placée ici à la fin du livre de Baruch, se trouve dans plusieurs exemplaires grecs immédiatement après les *Lamentations de Jérémie.* Ce Prophète, qui déplorait avec tant d'éloquence la ruine de Jérusalem, ne voulut pas laisser ses concitoyens partir en captivité, sans les prémunir contre les erreurs qu'ils allaient trouver au milieu des Chaldéens, et spécialement dans la grande ville de Babylone. C'est une réfutation de l'idolâtrie une des formes les plus grossières, mais en même temps les plus populaires du polythéisme.

---

5. *Exsurge.* Hic versiculus explicatus est c. superiori, n. 36 et 37. — *Gaudentes Dei memoria.* Magnam lætitiam percipientes ex recordatione divini beneficii, quo a captivitate liberabuntur.

6. *Exierunt.* Qui captivi ducebantur in Babylonem. -- *Portatos in honore.* Equis et curribus honorifice vectos. * Cyrus enim redeuntibus Babylone Judæis subministravit equos, camelos, aurum et argentum : Darius vero misit insuper cum eis equites mille cum musicis, et typanis, et tibiis. Vide Esdr., 1, c. 2, 65; et c. 5, 2, et Joseph., l. 11 Antiq., c. 4. -- *Sicut filios regni.* Sicut filios regum. Vide Isaiam; 66, 20.

7. *Humiliare omnem montem.* Significatur fore ut Deus omnia impedimenta removeat, facilemque viam ad reditum sternat filiis Israel. -- *Rupes perennes.* Græce, ἀενναους, quæ semper fuerunt. -- *Diligenter.* Celeri gradu, omni jam sublato impedimento. In græco est, ἀσφαλως, id est, *secure.* -- *In honorem Dei.* Ut ex ea re honor Dei demonstretur. Ad gloriam Dei.

8. *Obumbraverunt.* Obumbrabunt. Est præteritum pro futuro. Silvæ sua umbra tegent Israelitas, et ab æstu defendent, ut olim exeuntes Israelitas ex Ægypto columna nubis obumbrabat. -- *Lignum suavitatis.* Græce, εὐωδιας, *suave olens*, obumbrabit Israelitas.

9. *In lumine majestatis.* Alludit ad columnam ignis quæ per noctem Judæos ex Ægypto redeuntes præcedebat, Exod., 13, 21. Lumen autem majestatis vocat lumen non naturale, sed divina virtute factum, ut ex eo divina gloria et majestas appareat. -- *Cum misericordia.* Qua Hebræos ex duro carcere liberavit. -- *Et justitia.* Qua hostes Israelis punivit, et juste fideliterque adimplevit ea quæ populo suo promiserat. -- *Quæ est ex ipso.* Cujus ipse auctor est, non nos, aut merita nostra. Vel quæ ejus promissis ultronee factis respondet.

Nabuchodonosor, roi des Babyloniens, à cause des péchés que vous avez commis devant Dieu.

2. Etant donc entrés à Babylone, vous y serez longtemps, et pendant plusieurs années, jusqu'à sept générations : après cela je vous en ferai sortir en paix.

3. Mais maintenant vous verrez à Babylone des dieux d'or et d'argent, de pierre et de bois, que l'on porte sur les épaules, et qui se font craindre par les nations.

4. Prenez donc bien garde de n'imiter pas la conduite de ces étrangers; de ne craindre point ces dieux, et de ne vous laisser pas surprendre par cette frayeur.

5. Lorsque vous verrez une foule de peuple devant et derrière, qui adore ces dieux, dites en votre cœur : C'est vous, Seigneur, qu'il faut adorer.

6. [Car mon ange est avec vous, et je serai moi-même le défenseur et le vengeur de votre vie.

7. La langue de ces idoles a été taillée par le sculpteur; celles mêmes qui sont couvertes d'or et d'argent n'ont qu'une fausse apparence, et elles ne peuvent point parler.

8. Comme on fait des ornements à une fille qui aime à se parer; ainsi, après avoir fait ces idoles, on les pare avec de l'or.

9. Les dieux de ces idolâtres ont des couronnes d'or sur la tête; mais leurs prêtres en retirent l'or et l'argent, et s'en servent eux-mêmes.

10. Ils donnent de cet or à des impudiques, et ils en parent des prostituées. Après que ces mêmes prostituées le leur ont redonné, ils en parent encore leurs dieux.

ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi a Nabuchodonosor rege Babyloniorum. [a *Jerem.* 25. 9.]

2. Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, et temporibus longis, usque ad generationes septem; post hoc autem educam vos inde cum pace.

3. *a* Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos, et argenteos, et lapideos, et ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. [a *Isai.* 44. 10.]

4. Videte ergo ne et vos similes efficiamini factis alienis, et metuatis, et metus vos capiat in ipsis.

5. Visa itaque turba de retro, et ab ante, adorantes, dicite in cordibus vestris : Te oportet adorari, Domine.

6. Angelus enim meus vobiscum est : ipse autem exquiram animas vestras.

7. Nam lingua ipsorum polita a fabro, ipsa etiam inaurata et inargentata, falsa sunt et non possunt loqui.

8. Et sicut virgini amanti ornamenta; ita accepto auro fabricati sunt.

9. Coronas certe aureas habent super capita sua dii illorum : unde subtrahunt sacerdotes ab eis aurum et argentum, et erogant illud in semetipsos.

10. Dant autem et ex ipso prostitutis, et meretrices ornant : et iterum cum receperint illud a meretricibus, ornant deos suos.

2. *Usque ad generationes septem.* Quelques interprètes ont proposé de lire *decades* au lieu de *generationes*, mais ce changement dans le texte est arbitraire et inutile. Car les Grecs désignent par γενέα un espace de temps qui varie et qui peut être de 35, de 25 ou de 20 ans. Ils signifient aussi un espace de 10 ans; ainsi Diogène Laerce dit que l'école de Pythagore subsista 19 âges ou générations, pour dire qu'elle dura 190 ans. C'est dans ce sens qu'il faut prendre ici les sept générations qui représentent les 70 ans annoncées par Jérémie lui-même (Cf. Bullet, *Rép. crit.*, t. I, pag. 315).

6. *Angelus enim meus.* Ce témoignage montre que les Hébreux, comme nation, étaient placés sous la protection d'un ange gardien. Cet ange était saint Michel, leur défenseur (Cf. Dan., X, 13, 21, et XII, 1).

Cap. VI. -- 2. *Usque ad generationes septem.* Vox græca γενεα, *generatio*, spatium significat decem annorum, septuaginta enim annos tenuit captivitas Babylonica. -- *Cum pace.* Pacifice et prospere.

3. *Ostentantes metum gentibus.* Ad incutiendam hominibus religionem, et sacrum quemdam metum ac reverentiam. * Notandum ex iis quæ hoc capite dicuntur argumentum sumi non posse contra cultum sanctarum imaginum; nam quod de idolis gentium ostendit propheta non esse deos, et proinde non esse timenda, aut pro diis veneranda, concedimus; sed ex eo statui non potest nullam venerationem imaginibus exhibendam, si ad suum prototypum referatur, verbi gratia, ad Christum vel sanctum aliquem, cujus sit imago. Cum enim ante imaginem procumbimus, adorationem nostram ad eum dirigimus quem ipsa imago repræsentat.

4. *Factis alienis.* Chaldæorum idololatriæ participes efficiamini.

5. *Adorantes.* Idola Turbam Chaldæorum intelligit.

6. *Angelus enim meus.* Non debetis timere hoc facere propter Chaldæos; angelus enim vos ab illis defendet. Intelligit angelum Michaelem custodem et præsidem Hebræorum. Vide Daniel, 12, 1. — *Exquiram animas vestras.* Vindex vester ero, ulciscar mortem vestram, si quis eam vobis intulerit.

8. *Et sicut virgini.* Tanto studio ea vestiunt et ornant auro, quanto ea vestirent, si virgo aliqua esset, quæ ornatum amaret. — *Accepto auro.* Chaldæi aurum accipientes ornamenta cudunt.

9. *Unde subtrahunt.* Auferunt, ut in suos usus convertant; ex quo probat deos non esse, qui patiantur sua sibi ornamenta eripi.

10. *Ex ipso.* Auro, quod detraxerunt idolis. — *Prostitutis.* Meretricibus.

11. Hi autem non liberantur ab ærugine et tinea.

12. Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter pulverem domus, qui est plurimus inter eos.

13. Sceptrum autem habet ut homo, sicut judex regionis, qui in se peccantem non interficit.

14. Habet etiam in manu gladium et securim : se autem de bello, et a latronibus non liberat. Unde vobis notum sit quia non sunt dii.

15. Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales sunt et dii illorum.

16. Constitutis illis in domo, oculi eorum pleni sunt pulvere a pedibus introeuntium.

17. Et sicut alicui qui regem offendit, circumseptæ sunt januæ? aut sicut ad sepulcrum adductum mortuum, ita tutantur sacerdotes ostia clausuris et seris, ne a latronibus expolientur.

18. Lucernas accendunt illis, et quidem multas, ex quibus nullam videre possunt : sunt autem sicut trabes in domo.

19. Corda vero eorum dicunt elingere serpentes qui de terra sunt, dum comedunt eos, et vestimentum ipsorum, et non sentiunt.

20. Nigræ fiunt facies eorum a fumo qui in domo fit.

21. Supra corpus eorum, et supra caput eorum volant noctuæ, et hirundines, et aves etiam similiter et cattæ.

22. Unde sciatis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos.

23. Aurum etiam quod habent, ad speciem est. Nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebunt : neque enim dum conflarentur, sentiebant.

24. Ex omni pretio empta sunt, in quibus spiritus non inest ipsis.

11. Ces dieux ne sauraient se défendre ni de la rouille ni des vers.

12. Après qu'ils les ont revêtus d'un habit de pourpre, ils leur nettoient le visage, à cause de la grande poussière qui s'élève au lieu où ils sont.

13. L'un porte un sceptre, comme un homme, comme un gouverneur de province, mais il ne saurait faire mourir celui qui l'offense.

14. L'autre a une épée ou une hache à la main : mais il ne peut s'en servir pendant la guerre, ni s'en défendre contre les voleurs : ce qui vous fait voir que ce ne sont point des dieux.

15. Ne craignez donc point ces dieux des nations, car ils sont semblables à un pot de terre qui, ayant été cassé par un homme, n'est plus bon à rien.

16. Après qu'on les a placés dans une maison, la poussière qui s'élève des pieds de ceux qui y entrent leur couvre les yeux.

17. Comme un homme qui a offensé un roi est renfermé sous beaucoup de portes, et un mort dans son sépulcre; ainsi les prêtres de ces dieux les renferment sous beaucoup de serrures et de verroux, de peur que les voleurs ne viennent les emporter.

18. Ils allument devant eux des lampes, et en grand nombre; mais ces dieux n'en peuvent voir aucune : et ils sont comme des poutres dans une maison.

19. Ils disent que les serpents nés de la terre leur lèchent le cœur, lorsqu'ils les rongent effectivement, eux et leurs habits, sans qu'ils le sentent.

20. Leurs visages deviennent tout noirs par la fumée qui s'élève dans la maison où ils sont.

21. Les hiboux, les hirondelles et les autres oiseaux volent sur leurs corps et sur leurs têtes, et les chats y courent aussi.

22. Reconnaissez donc que ce ne sont point des dieux, et ne les craignez point.

23. Aussi l'or qu'ils ont n'est que pour la montre. Si on n'en ôte la rouille, ils ne brilleront point; et lorsqu'on les a jetés en fonte, ils ne le sentaient point.

24. On les a achetés à grand prix, quoiqu'il n'y ait point de vie en eux.

13. *Sceptrum autem habet.* Celui qui portait un sceptre, était le dieu Nébo; celui qui avait une épée ou une hache à la main, était Bel-Merodach.

22. *Ne ergo timueritis eos.* La crainte était, avant le christianisme, le sentiment dominant de l'homme en présence de la divinité. Lucrèce a attribué à ce sentiment toutes les superstitions idolâtriques : *Fecit in orbe Deos timor.* Le prophète comprenait que les Juifs se laisseraient plutôt entraîner par ce sentiment que par tout autre, et il les prémunit contre cette faiblesse en insistant tout particulièrement sur l'impuissance de ces divinités.

---

11. *Hi autem.* Dii gentium, idola.

13. *Sceptrum autem habet.* Idolum. — *Non interficit.* Ulcisci non potest in se peccantes.

14. *A latronibus.* Ipsa idola spoliantibus.

16. *A pedibus introeuntium.* Excitato.

17. *Circumseptæ sunt januæ.* Sicut læsæ majestatis reus in carcere clausus custoditur. — *Aut sicut ad sepulcrum.* Sicut cadaver mortuum cum ad sepulcrum adducitur, tutari solent custodes, ne pretiosis ornamentis spolietur. In græco est, ὡς ἐπι θανατῳ ἀπηγμενῳ, *sicut ad mortem adducto*, id est, sicut homo ad mortem damnatus, ita dii illorum in templis, quasi in carceribus a sacerdotibus custodiuntur, ne quis eos spoliet.

18. *Sicut trabes.* Sunt enim ligna et stipites, qui lumen videre non possunt.

19. *Corda vero eorum.* Aliqua enim idola erant interius terrea, vel ex alia fragili materia exterius vero erant ænea, vel aurea, et sic serpentes, qui terram comedunt, comedebant corda, id est, interiora horum deorum. Potest etiam per cor eorum intelligi medulla ligni, ex quo facti sunt, quam vermes erodunt.

21. *Cattæ.* Catti, feles; græce enim est αἴλουροι.

24. *Ex omni pretio empta sunt.* Carissimo pretio empta sunt, et tamen carent spiritu. — *Inest ipsis.* Relativum redundans more Hebræorum.

25. Ils sont portés sur les épaules des autres, comme n'ayant point de pieds; ils font voir eux-mêmes devant tout le monde leur faiblesse et leur impuissance honteuse. Que ceux qui les adorent soient couverts de confusion.

26. S'ils tombent aussi en terre, ils ne se relèveront pas eux-mêmes, et si on ne les redresse, ils ne se tiendront pas sur leurs pieds; mais il leur faut apporter, comme à des morts, les dons qu'on leur offre.

27. Leurs prêtres vendent leurs hosties, et en disposent comme il leur plaît; leurs femmes en prennent aussi tout ce qu'elles veulent, et sans en rien donner aux pauvres et aux mendiants.

28. Les femmes touchent à leurs sacrifices, étant grosses et dans un état impur. Puis donc que toutes ces choses font voir que ce ne sont pas des dieux, ne les craignez point.

29. Car pourquoi les appelle-t-on des dieux; sinon parce que les femmes viennent offrir des dons à ces dieux d'argent, d'or et de bois;

30. Et que leurs prêtres sont assis dans leurs temples, ayant des tuniques déchirées, la tête et la barbe rasées, et ayant toujours la tête nue.

31. Ils rugissent, en criant devant leurs dieux, comme aux festins qu'on fait pour les morts.

32. Leurs prêtres leur ôtent les vêtements qu'on leur a donnés, et ils en habillent leurs femmes et leurs enfants.

33. Qu'on leur fasse du mal ou qu'on leur fasse du bien, ils ne peuvent rendre ni l'un ni l'autre. Ils ne peuvent faire un homme roi, ni lui ôter la couronne.

34. Ils ne peuvent non plus donner les richesses, ni rendre le mal. Si un homme, leur ayant fait un vœu, ne s'en acquitte point, ils ne lui feront aucune peine pour cette injure.

35. Ils ne sauvent personne de la mort, et ils ne délivrent point le faible de la main du plus puissant.

36. Ils ne rendent point la vue à l'aveugle, et ils ne tireront point l'homme de la nécessité.

25. *a* Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. [a *Isai.* 46. 7.]

26. Propterea si ceciderint in terram, a semetipsis non consurgunt; neque si quis eum statuerit rectum, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis munera eorum illis apponentur.

27. Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, et abutuntur : similiter et mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt.

28. De sacrificiis eorum fœtæ et menstruatæ contingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos.

29. Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argenteis, et aureis, et ligneis :

30. Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, et capita, et barbam rasam, quorum capita nuda sunt.

31. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in cœna mortui.

32. Vestimenta eorum auferunt sacerdotes, et vestiunt uxores suas, et filios suos.

33. Neque si quid mali patiuntur ab aliquo, neque si quid boni, poterunt retribuere : neque regem constituere possunt, neque auferre.

34. Similiter neque dare divitias possunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum voverit, et non reddiderit, neque hoc requirunt.

35. Hominem a morte non liberant, neque infirmum a potentiori eripiunt.

36. Hominem cœcum ad visum non restituunt, de necessitate hominem non liberabunt.

32. *Vestimenta eorum auferunt sacerdotes.* Comme les prêtres se nourrissaient des viandes qu'on leur offrait, ainsi qu'on le voit dans Daniel, à propos du culte de Bel; de même ils s'enrichissaient des vêtements et des parures dont on surchargeait ces dieux.

---

25. *Ignobilitatem suam.* Infirmitatem suam.

26. *Sicut mortuis. Quasi oppositiones epularum circumpositæ sepulcro*, ut dicitur Ecclesiast., 30, 18; solebant enim veteres Hebræi sepulcris cibos imponere, ut cederent in usum pauperum, quorum orationes pro defunctis expetebant; sensus ergo est : ut epulis sepulcris impositis mortui non vescuntur, sic nec idola oblationibus, aut sacrificiis, aut placentis, quæ illis exhibentur.

27. *Decerpentes.* Ex donis idolis oblatis; in græco est, ταριχεύουσαι, id est, quæ consumere non possunt, sale inspergunt et condiunt, ut alio tempore absumant, vel vendant.

28 *Fœtæ et menstruatæ.* Puerperæ, et menstruum sanguinis fluxum patientes; quæ quia immundæ, arcentur templo et sacris, Levit., 12, 4; 15, 19; licet enim hac lege Judæorum gentiles non obligarentur, tamen hoc Judæi abominabile esse existimabant.

29. *Apponunt.* Dona, anathemata suspendunt.

30. *In domibus eorum.* Templis idolorum. — *Tunicas scissas.* Præ se ferentes habitum lugentium, quod Hebræorum sacerdotibus prohibitum erat, Levit., 10, 6; et 21, 5, 10 : solebant autem antiqui in luctu vestes discindere, barbam et capillum radere.

31. *Contra deos suos.* Coram diis suis. — *Sicut in cœna mortui.* Sicut solent audiri lugubres clamores et gemitus in cœna funebri alicujus mortui, vel propinquis mortuorum, vel præficis mercede conductis clamantibus.

32. *Eorum.* Idolorum.

33. *Regem constituere.* Quod Dei est proprium, Job., c. 12, 18 : *Balteum regum dissolvit, et præcingit fune renes eorum;* et Daniel, 4, 14 : *Dominatur Excelsus in regno hominum, et cuicumque voluerit, dabit illud.*

34. *Neque hoc requirunt.* Non expostulant, non ulciscuntur.

37. Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient.

38. Lapidibus de monte similes sunt dii illorum, lignei, et lapidei, et aurei, et argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.

39. Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum, illos esse deos?

40. Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantibus ea : cui cum audierint mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui;

41. Quasi possint sentire qui non habent motum, et ipsi cum intellexerint, relinquent ea : sensum enim non habent ipsi dii illorum.

42. Mulieres autem circumdatæ funibus in viis sedent, succendentes ossa olivarum.

43. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte, dormierit cum eo, proximæ suæ exprobrat quod ea non sit digna habita, sicut ipsa, neque funis ejus diruptus sit.

44. Omnia autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendum est, illos esse deos?

45. A fabris autem, et ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erant, nisi id quod volunt esse sacerdotes.

46. Artifices etiam ipsi qui ea faciunt,

37. Ils n'auront point de compassion pour la veuve, et ils ne feront point de bien aux pupilles.

38. Ces dieux qu'ils honorent sont semblables à des pierres qu'on tire d'une montagne. Ce sont des dieux de bois, de pierre, d'or et d'argent. Ceux qui les adorent seront couverts de confusion.

39. Comment donc peut-on les croire ou les appeler des dieux?

40. Les Chaldéens les déshonorent eux-mêmes; lorsqu'ils ont appris qu'un homme est muet et ne parle point, ils l'offrent à Bel, et lui demandent qu'il lui rende la parole :

41. Comme si des idoles immobiles pouvaient avoir aucun sentiment. Lors donc qu'ils se seront aperçus *de leur impuissance*, ils les abandonneront eux-mêmes, voyant que les dieux qu'ils adorent sont insensibles.

42. On voit aussi des femmes ceintes de cordes, qui sont assises dans les rues, brûlant des noyaux d'olives.

43. Et lorsque l'une d'entre elles a été emmenée par quelque passant, qui l'a corrompue, elle reproche à celle qui est auprès d'elle qu'elle n'a pas été jugée comme elle digne d'honneur, et que la corde n'a pas été rompue;

44. Tout ce qu'on fait à ces dieux n'est que fausseté. Comment donc peut-on croire ou peut-on dire que ce sont des dieux?

45. Ils ont été faits par des ouvriers en bois et en or. Ils sont ce que les prêtres veulent qu'ils soient, et rien de plus.

46. Les ouvriers mêmes qui les font ne vivent

38. *Qui autem colunt ea confundentur.* C'est une pensée à laquelle le Prophète revient souvent. Après avoir dit aux Juifs de ne pas craindre ces dieux, il leur dit de n'en rien espérer. Ils ne peuvent récompenser ceux qui les servent, et comme leur culte n'est que vanité et mensonge, ceux qui s'y livrent n'en retirent que honte et déception. Ils sont dupes de leur crédulité.

42. *Circumdatæ funibus.* Ces cordes dont elles s'entouraient étaient le symbole des vœux infâmes qu'elles avaient faits. Elles brûlaient des noyaux d'olives pour engager leurs dieux par cette espèce d'encens à leur attirer l'affection des hommes. Celle qui réussissait se moquait de sa compagne dont la corde n'avait pas été rompue, comme si, dit le P. de Carrières, c'eût été un déshonneur pour elle de n'avoir pas été deshonorée.

45. *A fabris autem, et ab aurificibus.* Cette critique ironique et sanglante rappelle celle du Psalmiste qui s'était aussi moqué de cette forme grossière du polythéisme (Ps. CXIII et Ps. CXXXV). Isaïe avait eu recours aux mêmes armes pour rendre sensible l'inutilité de ce culte idolâtrique. On retrouve presque les mêmes considérations dans le fils d'Amos que dans l'auteur des *Lamentations*, mais moins développées. Jérémie insiste davantage et développe plus au long sa pensée, parce qu'il voyait tous les dangers qu'allaient courir, au point de vue de la foi, ses concitoyens, et il éprouve le besoin de les fortifier contre une erreur qui avait alors tant d'empire sur la foule.

---

40. *Adhuc enim ipsis Chaldæis.* Præsertim cum etiam ipsi Chaldæi contemnant idola sua; cum enim muti loquelam petunt a Belo idolo pariter muto, nec impetrant, sua idola contemptui habent.

41. *Cum intellexerint.* Se frustra ab idolo postulare muto loquendi facultatem.

42. *Mulieres autem circumdatæ funibus.* Alii aliter hunc locum interpretantur; probabilior videtur eorum explicatio qui aiunt has mulieres funiculo corpus vincire solitas, ut significarent se virgines, et Veneris religione et amore captas detineri; hocque signo quasi Veneri sacras, primo obvio sui copiam facere, et petere ut funem solvat, et nefaria sacra Veneri faciat; sicque incesta copulatione, incesto, sive zona dirupta matrimonium inibant. — *Ossa olivarum.* In græco est, τα πιτυρα, quam vocem aliqui *furfures* interpretantur. Bene tamen etiam noster *ossa olivarum* vertit : nam apud Athenæum, lib II, c. 14, πιτυρίδες sunt olivæ θλασται, id est, tritæ et contusæ, recrementa nimirum illa quæ ex oleis contusis remanent, et sunt quodammodo ejus furfures : incendebant autem hæc ossa olivarum, quod vim philtri habere crederent, et apta esse ad procorum duritiem molliendam, et amoris ignem in illis accendendum.

44. *Falsa sunt.* Vana et superstitiosa.

45. *Sacerdotes.* Græce est, τεχνιται, id est, fabricatores, sive artifices idolorum, quales erant sacerdotes, quia curabant fieri, vel ipsi ea faciebant.

46. *Non sunt nulli temporis.* Sunt brevis vitæ, quasi dicat : Quomodo ergo facere possunt deos immortales?

pas longtemps sur la terre. Comment donc leurs ouvrages peuvent-ils être des dieux.

47. Ils ne laissent à ceux qui viennent après eux qu'un mensonge et un sujet de honte.

48. Aussi lorsqu'il survient une guerre, ou quelque malheur, les prêtres pensent en eux-mêmes où ils s'iront cacher avec leurs dieux.

49. Comment donc ceux-là peuvent-ils passer pour des dieux, qui ne peuvent se sauver pendant la guerre, ni se délivrer des moindres maux?

50. Car n'étant que du bois, et des lames d'or et d'argent dont ils sont converts, toutes les nations et tous les rois en reconnaîtront un jour la fausseté. On verra clairement que ce ne sont point des dieux, mais les ouvrages de la main des hommes, où il ne se trouve aucune action *digne* de Dieu.

51. On reconnaîtra, dis-je, que ce ne sont point des dieux, mais les ouvrages de la main des hommes, et qu'il ne sort d'eux aucune œuvre *digne* de Dieu.

52. Ils ne donnent point un roi à un royaume, et ils ne répandent point la pluie sur les hommes.

53. Ils ne feront point rendre la justice, ils ne délivreront point les provinces de la violence, parce qu'ils ne peuvent rien du tout, et qu'ils sont comme des corneilles qui volent entre le ciel et la terre.

54. Quand le feu aura pris à la maison de ces dieux de bois, d'argent et d'or, leurs prêtres s'enfuiront et se sauveront : mais pour eux, ils seront consumés au milieu des flammes, comme les poutres du bâtiment.

55. Ils ne résisteront point à un roi pendant la guerre. Comment donc peut-on croire que ce sont des dieux?

56. Ces dieux de bois, de pierre, et d'or et d'argent ne se sauveront point des larmes et des voleurs. Les hommes étant plus forts qu'eux,

non sunt multi temporis. Numquid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis esse dii?

47. Reliquerunt autem falsa, et opprobrium postea futuris.

48. Nam cum supervenerit illis prælium, et mala, cogitant sacerdotes apud se, ubi se abscondant cum illis.

49. Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque de malis se eripiunt?

50. Nam cum sunt lignea, inaurata, et inargentata, scietur postea quia falsa sunt, ab universis gentibus et regibus : quæ manifesta sunt quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum Dei opus cum illis.

51. Unde ergo notum est, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, et nullum Dei opus in ipsis est?

52. Regem regioni non suscitant, neque pluviam hominibus dabunt :

53. Judicium quoque non discernent, neque regiones liberabunt ab injuria : quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cœli et terræ.

54. Etenim cum inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, et aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, et liberabuntur : ipsi vero sicut trabes in medio comburentur.

55. Regi autem et bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est aut recipiendum quia dii sunt?

56. Non a furibus, neque a latronibus se liberabunt dii lignei, et lapidei, et inaurati, et inargentati : quibus hi qui fortiores sunt,

53. *Judicium quoque non discernent.* Il y a des auteurs qui s'efforcent de spiritualiser le polythéisme des nations anciennes, et de faire croire que jamais l'homme n'a adoré ni le bois ni la pierre. Mais il est au contraire constant, comme l'a parfaitement prouvé Mgr Freppel, que les diverses formes du polythéisme sont venues aboutir, en fin de compte à l'adoration des idoles. Voilà pourquoi l'Ecriture sainte, comme plus tard les apologistes chrétiens, s'attache particulièrement à faire ressortir ce côté matérialiste des religions de l'antiquité, pour en démontrer l'absurdité (Mgr Freppel, *Les Apologistes chrétiens au IIe siècle, saint Justin*, pag. 157-158).

---

47. *Falsa.* Falsa numina, idola. — *Opprobrium postea futuris.* Quæ tandem a posteris ludibrio et contemptui habebuntur, cum scilicet intelligent necessitatibus urgentibus opem ferre non posse, ut patet ex sequentibus.

48. *Ubi se abscondant cum illis.* Tantum abest ut ab ipsis eripi queant a malis, ut sibi et idolis suis latebras quærant, quibus tuti esse possint.

49. *Quomodo ergo sentiri debeant quoniam dii sunt.* In græco est, πως οὖν οὐκ ἐστιν αἰθεσθαι ὅτι οὐκ εἰσι θεοι, *quomodo ergo non est sentire, quia non sunt dii?*

50. *Scietur postea.* Quamvis colantur nunc a multis, experientia tandem omnes gentes et reges docebit, ea nihil aliud esse quam opera manuum hominum. Factum hoc beneficio lucis evangelicæ legis. — *Nullum Dei opus cum illis.* Id est, nihil posse facere, quod proprium Dei sit.

51. *Unde ergo notum est?* Non aliunde quam ex ipsa experientia, quasi dicat : Quid opus est argumentis ut id probemus? In græco est, τινι οὖν γνωστεον ἐστιν ὅτι οὐκ εἰσι θεοι; *cui ergo cognoscendum est, quia non sunt dii?* id est, quis adeo hebes et est rudis, ut opus sit eum doceri idola non esse deos.

52. *Regem regioni.* Cum unius provinciæ regem creare et constituere non possint, ut supra, n. 33.

53. *Judicium... non discernent.* Non diriment lites hominum edito miraculo, uti Deus diremit litem Aaronis contra Core, Dathan et Abiron, Num., 16, et alibi sæpe. — *Sicut corniculæ.* Non magis juvare possunt quam corniculæ inter cœlum et terram volantes, quæ præter clamorem nihil habent. Comparat corniculis, quia earum volatus et crocitatio superstitiose solebant ad divinandas res futuras observari.

57. Aurum, et argentum, et vestimentum quo operti sunt, auferent illis et abibunt, nec sibi auxilium ferent.

58. Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam : aut vas in domo utile', in quo gloriabitur qui possidet illud : vel ostium in domo, quod custodit quæ in ipsa sunt, quam falsi dii.

59. Sol quidem, et luna, ac sidera cum sint splendida, et emissa ad utilitates obaudiunt.

60. Similiter et fulgur cum apparuerit, perspicuum est, idipsum autem et spiritus in omni regione spirat.

61. Et nubes, quibus cum imperatum fuerit a Deo perambulare universum orbem, perficiunt quod imperatum est eis.

62. Ignis etiam missus desuper ut consumat montes et silvas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem neque speciebus, neque virtutibus uni eorum similia sunt.

63. Unde neque existimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt neque judicium judicare, neque quidquam facere hominibus.

64. Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos.

65. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.

66. Signa etiam in cœlo gentibus non ostendunt, neque ut sol lucebunt, neque illuminabunt ut luna.

67. Bestiæ meliores sunt illis quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi.

68. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii : propter quod ne timeatis eos.

69. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit : ita sunt dii illorum lignei, et argentei, et inaurati.

70. Eodem modo et in horto spina alba, supra quam omnis avis sedet. Similiter et mortuo projecto in tenebris : similes sunt dii illorum lignei, et inaurati, et inargentati.

71. A purpura quoque et murice,

57. Leur voleront l'or, l'argent et les vêtements dont ils sont couverts; et ils s'en iront, sans que ces dieux puissent s'en défendre.

58. Il vaut donc mieux être un roi qui fait paraître sa puissance avec éclat, ou un vase d'une maison qui est utile à celui à qui il est, et qu'il est bien aise d'avoir; ou la porte d'un logis, qui tient en sûreté tout ce qui y est, que d'être l'un de ces faux dieux.

59. Le soleil, la lune et les astres jettent de l'éclat; ils sont conduits pour l'utilité *des hommes*, et ils obéissent *à Dieu*.

60. Les éclairs se font remarquer lorsqu'ils paraissent; les vents soufflent dans tous les pays.

61. Les nuées, lorsque Dieu leur commande de s'étendre sur tout le monde, exécutent ce qui leur a été ordonné.

62. Le feu du ciel envoyé d'en haut pour consumer les montagnes et les forêts fait ce que Dieu lui a commandé de faire. Il n'y a pas un de ces dieux qui soit comparable à ces créatures, en beauté et en puissance.

63. Il ne faut donc ni croire ni dire que ce soient des dieux, puisqu'ils ne peuvent ni rendre la justice ni faire du bien ou du mal aux hommes.

64. Ainsi, puisque vous savez que ce ne sont pas des dieux, ne les craignez donc point :

65. Ils ne feront jamais ni aucun mal ni aucun bien aux rois de la terre.

66. Ils ne marquent point dans le ciel pour les peuples, les signes et les saisons. Ils n'éclaireront point comme le soleil, et ils ne luiront point comme la lune.

67. Les bêtes sont meilleures que ces dieux, puisqu'elles peuvent au moins s'enfuir sous un toit, et chercher ce qui leur est utile.

68. Il est donc très-clair qu'ils ne sont nullement des dieux; c'est pourquoi ne les craignez point.

69. Car comme on met auprès des concombres un épouvantail qui ne peut pas les garder; ainsi sont leurs dieux de bois, d'argent et d'or.

70. Ils sont semblables à l'aubépine qui est dans un jardin, sur laquelle tous les oiseaux viennent se reposer. Leurs dieux de bois, d'or et d'argent ressemblent encore à un mort qu'on jette dans un lieu noir et ténébreux.

71. Les vers mêmes qui rongent la pourpre et

62. *Uni eorum similia.* Ces dieux n'étant que l'ouvrage des hommes, un morceau de bois ou de pierre taillée par un sculpteur, ne méritent pas d'être comparés à la moindre des créatures du vrai Dieu, bien loin d'être comparés au vrai Dieu lui-même.

---

59. *Sol quidem, et luna.* Sol et luna, et sidera meliora sunt et mundo utiliora quam idola; nam Deo jubente lucem suam spargunt ad mortalium commodum et bonum; idolorum vero nullus usus; nisi malus.

60. *Perspicuum est.* Clarum, fulgens, illustre; cum e contra idola turpia sint, fuligine obsita, vilia et obscura. — *Idipsum autem.* Id est, similiter. — *Spiritus in omni regione spirat.* Ventus ex variis regionibus varie spirat, et suas commoditates mundo affert.

62. *Neque speciebus.* Neque pulchritudine, neque usu cum enumeratis rebus comparanda sunt. — *Virtutibus.* Viribus et facultatibus.

65. *Neque... maledicent, neque benedicent.* Nec bene facere possunt, nec male.

69. *Formido.* Terriculum, quod in cucumerario poni solet ad terrendas aves.

24. Le bruit que je leur entendais faire de leurs ailes était comme le bruit des plus grandes eaux, et comme la voix que Dieu fait entendre du haut du ciel. Ils faisaient un bruit lorsqu'ils marchaient, comme le bruit d'une grande multitude, et comme le bruit de toute une armée : et quand ils s'arrêtaient, ils baissaient leurs ailes.

25. Car quand ils entendaient retentir la voix du firmament qui était au-dessus de leurs têtes, ils s'arrêtaient et baissaient leurs ailes.

26. Et dans ce firmament qui était au-dessus de leurs têtes on voyait comme un trône qui ressemblait au saphir : et il paraissait comme un homme assis sur ce trône.

27. Et je vis comme un métal très-brillant et

cum elevarentur animalia de terra, elevabantur simul et rotæ.

20. Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, et rotæ pariter elevabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.

21. Cum euntibus ibant, et cum stantibus stabant; et cum elevatis a terra, pariter elevabantur et rotæ, sequentes ea; quia spiritus vitæ erat in rotis.

22. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, et extenti super capita eorum desuper.

23. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum; unumquodque duabus alis velabat corpus suum, et alterum similiter velabatur.

24. Et audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei; cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis ut sonus castrorum; cumque starent, demittebantur pennæ eorum.

25. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant, et submittebant alas suas.

26. Et super firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis saphiri similitudo throni; et super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper.

27. Et vidi quasi speciem electri, ve-

26. *Quasi aspectus hominis desuper*. Dieu était autrefois descendu sur la montagne de Sinaï parmi les feux, pour donner sa loi au peuple hébreu. Mais il ne s'était laissé voir sous aucune forme corporelle, à cause du penchant que ce peuple avait à l'idolâtrie. Il voulait leur apprendre que la Divinité étant un pur esprit, c'est une erreur grossière de prétendre la représenter par des images corporelles Ici Dieu apparaît à son Prophète sous l'image d'un homme. Il s'était montré ainsi à Isaïe, et se fera voir de même à Daniel et à saint Jean dans l'Apocalypse. Ainsi ce Dieu invisible se rendait quelquefois visible aux hommes, et surtout aux patriarches et aux prophètes, sous une forme semblable à la leur. Ces apparitions étaient comme le prélude du grand mystère de l'Incarnation (*Mézenguy*).

---

20. *Quocumque ibat spiritus*. Hoc Dei vehiculum non trahebatur ab animalibus, sed per se currebat, ac si vitam habuisset, animalibus præcedentibus, et rotis subsequentibus, per se motis ex vi et impulsu quem Deus et animalibus et rotis imprimebat et inspirabat, quasi auriga divinus utraque dirigens et agens.

21. *Sequentes ea*. Scilicet animalia.

22. *Et similitudo*. Verba sunt transposita, quæ sic ordinanda sunt : et super capita animalium erat similitudo firmamenti. Describit suppedaneum Dei sedentis in throno, aitque illud fuisse elevatum et eminens super capita cherubinorum, expansum ut firmamentum, diaphanum et splendescens quasi crystallum, horribile etiam, id est, augustum, admirabile et venerandum. Verisimile est firmamentum hoc stellis intermicantibus distinctum fuisse.

23. *Pennæ*. Alæ. — *Rectæ*. Extentæ ad eamdem rectitudinem et altitudinem. — *Alterius ad alterum*. Unaquæque ala correspondens alteri alæ sibi compari ejusdem cherubini. In hebræo est, *iscah el achotah*, id est, *femina ad sororem suam*. — *Et alterum*. Quodlibet aliorum animalium.

24. *Quasi sonum aquarum*. Sicut sonum torrentis : significat animalia, dum volarent, alarum motu et concussione sonum magnum, sed indistinctum et confusum edidisse. — *Quasi sonum sublimis Dei*. Sicut sonum vehementem, vel sicut tonitruum, quod est vox et sonus Dei : Psalm., 28, 3 : *Vox Domini super aquas; Deus majestatis intonuit*. — *Ut sonus castrorum*. Ut murmur et fremitus exercitus ambulantis. — *Demittebantur pennæ eorum*. Non concutiebant alas, servabant tamen semper eas extentas, et ad volandum paratas, ut dixit n. 11. LXX vertunt, *cessabant alæ eorum*.

25. *Cum fieret vox*. Cum Deus voce signum dabat cherubinis ut volatum inhiberent, statim eum sistebant.

26. *Similitudo throni*. Verba sunt transposita et sic ordinanda : et super firmamentum, quod capitibus eorum imminebat, erat similitudo throni, quasi ex sapphiro fabricati, aut coloris lapidis sapphiri. — *Quasi aspectus hominis*. Quasi dicat : Visus sum mihi videre hominem augusta specie throno sedentem.

27. *Et vidi quasi speciem electri*. De electro dictum est supra n. 4. — *Intrinsecus ejus*. Intra speciem illam electri, quæ omni ex parte figuram hominis repræsentabat, vidi ignem, ita ut

lut aspectum ignis, intrinsecus ejus per circuitum; a lumbis ejus et desuper, et a lumbis ejus usque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu.

28. Velut aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluviæ; hic erat aspectus splendoris per gyrum.

semblable au feu, tant au dedans qu'autour de lui. Depuis les reins jusqu'en haut, et des reins jusqu'en bas, je vis comme un feu qui jetait sa lumière tout autour.

28. Et comme l'arc qui paraît dans une nuée en un jour de pluie, c'est à quoi ressemblait la lumière qui brillait tout autour.

CHAPITRE II.

Ezéchiel reçoit sa mission.

1. Hæc visio similitudinis gloriæ Domini; et vidi, et cecidi in faciem meam, et audivi vocem loquentis. Et dixit ad me : Fili hominis, sta super pedes tuos, et loquar tecum.

2. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, et statuit me supra pedes meos, et audivi loquentem ad me,

3. Et dicentem : Fili hominis, mitto ego te ad filios Israel, ad gentes apo-

1. Telle fut cette image de la gloire du Seigneur. Ayant donc vu ces choses, je tombai le visage en terre, et j'entendis une voix qui me parla, et me dit : Fils de l'homme, levez-vous sur vos pieds, et je parlerai avec vous.

2. Et l'esprit m'ayant parlé de la sorte, entra en moi, et m'affermit sur mes pieds; et je l'entendis qui me parlait,

3. Et me disait : Fils de l'homme, je vous envoie aux enfants d'Israël, vers un peuple apostat

Cap. II. — 1. *Et cecidi in faciem meam.* Dans l'Ancien Testament, toutes les fois que Dieu se montre, il produit une impression de crainte. La vision que vient de voir Ezéchiel l'a glacé de terreur, et il a besoin d'être relevé et soutenu par l'Esprit de Dieu, pour revenir à lui-même.

3. *Ad filios Israel.* Le royaume d'Israël était détruit. Dans ce livre, cette expression désigne tous les Juifs en général; ceux qui étaient à Jerusalem comme ceux qui étaient à Babylone. Ezéchiel parlera aux uns comme aux autres, et saint Jérôme nous apprend qu'on envoyait ses prophéties à Jerusalem, comme celles de Jerémie à Babylone, afin que l'accord de ces prédictions faites par des hommes si éloignes, fût une preuve de la divinité de leurs inspirations (Hier., *in Ezech.*, cap. XII, 7).

---

inferne et superne esset ignita, et splendorem per circuitum emitteret. — *A lumbis ejus.* LXX sic habent : *Vidi quasi aspectum electri a visione lumbi et supra, et a visione lumbi et usque deorsum vidi visionem ignis.* His consonant quæ habentur infra c. 8, 2 : *Vidi, et ecce similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum ejus, et deorsum ignis : et a lumbis ejus, et sursum quasi aspectus splendoris, ut visio electri.* Itaque species hæc hominis superne videbatur esse ex electro, quod tamen intrinsecus pervaderet ignis : inferne vero femora et tibiæ totæ ex igne videbantur.

28. *Velut aspectum arcus.* Splendor qui ex humana illa specie emicabat, in *opacam* vicinam nubem radios vibrans, iridis similitudinem exhibebat. Hactenus visio Ezechieli exhibita. Porro ejus significatio videtur esse hujusmodi. Ventus, turbo et ignis significare videntur tempestatem, id est, calamitatem grandem Judæis imminentem aliisque gentibus, ab Aquilone, id est, a Chaldæa. Nubes exercitum Nabuchodonosor ingentem, magna velocitate et impetu advolantem, ex quo fulmina, imbres et grandines malorum exonerandæ essent in Judæos. Ignis significat iram Dei, aut regis Babylonis, vel incendium urbis et templi. Currus Dei videtur esse symbolum divinæ gloriæ et majestatis, providentiæ etiam, potestatis et regni, quo Deus quasi auriga omnia regit. Adstant illi cherubini et omnis angelorum exercitus ad jussa facienda expeditus et promptus. Quatuor rotæ, quatuor animalia, et quatuor utrorumque, facies significant providentiam in omnes mundi partes æqualiter, firmiter et constanter pervadentem. Alæ extensæ notant ejus celeritatem; quæ vero corpus tegunt, indicant multa nos in divina providentia latere. Currus stipatores sunt cherubini, qui a scientia et sapientia nomen habent. Sapientia enim in providentia et regimine primas tenet. Habet autem hæc providentia quatuor facies, quia fortis est ut leo, velox et penetrans ut aquila, suavis et amabilis ut homo, longanimis et patiens ut bos. Rota in medio rotæ significat connexionem causarum et rerum omnium inter se, qua Deus eas jugi et continua serie instar rotæ innectit et connectit. Splendor ejusdem providentiæ splendorem repræsentat, qui in rerum omnium temperatione, ordine, modo et administratione relucet. * Vel certe admirabilis hæc quadriga est Dei currus bellicus quo invectus apparet Ezechieli, ut intelligat propheta Judæis vicinisque gentibus iratum esse Deum, et ad eas puniendas properare. Itaque ex hoc curru Judæos increpat, c. 2 et 3; mittit librum Lamentationum eodem cap. 2, n. 9; et præcidit disperdendam Jerusalem, c. 43, 3, etc. Alias explicationes qui volet, petat a Cornelio a Lapide, qui eas per plures quæstiones fuse persequitur.

Cap. II. — 1. *Cecidi in faciem.* Magna admiratione tam eximiæ visionis territus, et ut adorarem Dominum in solio residentem. — *Vocem loquentis.* Dei a solio verba facientis. — *Fili hominis.* Idem est ac si dixisset, o homo! Ita vocatur Ezechiel distinctionis causa; tunc enim agebat inter angelos. Alii putant appellatum filium hominis, ne se plus quam hominem existimaret propter visionis sublimitatem. — *Sta super pedes tuos.* Erige te, resume animum quem abjecisti, ut intelligas quæ tibi ducturus sum.

2. *Ingressus est in me spiritus.* Non solum animum et vires resumpsi, sed divina etiam virtus mihi adfuit.

3. *Ad filios Israel.* Ad Judæos qui in Chaldæa captivi sunt, vel ad eos etiam qui Hierosolymis manserant. Non quod Hierosolymam profecturus esset, sed per litteras cum iis acturus, et a Domino dicta significaturus. — *Ad gentes apostatrices.* Judæos rebelles et contumaces divinæ legi, jussis Domini, et monitis salutaribus prophetarum.

qui s'est retiré de moi. Ils ont violé jusqu'à ce jour, eux et leurs pères, l'alliance que j'avais faite avec eux.

statrices quæ recesserunt a me; ipsi et patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque ad diem hanc.

4. Ceux vers qui je vous envoie sont des enfants qui ont un front dur, un cœur indomptable. Vous leur direz donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu.

4. Et filii dura facie, et indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te; et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus.

5. Pour voir s'ils écouteront enfin eux-mêmes et s'ils cesseront *de pécher;* car c'est un peuple qui m'irrite. Mais ils sauront au moins qu'un prophète a été au milieu d'eux.

5. Si forte vel ipsi audiant, et si forte quiescant, quoniam domus exasperans est; et scient quia propheta fuerit in medio eorum.

6. Vous donc, fils de l'homme, ne les craignez point, n'appréhendez point leurs discours, parce que ceux qui sont avec vous sont des incrédules et des rebelles, et que vous habitez au milieu des scorpions. Ne craignez point leurs paroles; et que leurs visages ne vous fassent point peur, parce que c'est un peuple qui m'irrite.

6. Tu ergo, fili hominis, ne timeas eos, neque sermones eorum metuas; quoniam increduli et subversores sunt tecum, et cum scorpionibus habitas; verba eorum ne timeas, et vultus eorum ne formides, quia domus exasperans est.

7. Vous leur rapporterez donc les paroles que je vous ordonne de leur dire, pour voir s'ils écouteront, et s'ils cesseront; car c'est un peuple qui m'irrite sans cesse.

7. Loqueris ergo verba mea ad eos, si forte audiant et quiescant; quoniam irritatores sunt.

8. Mais vous, fils de l'homme, écoutez tout ce que je vous dis, et ne m'irritez pas vous-même, comme fait ce peuple. Ouvrez la bouche, et mangez ce que je vous donne.

8. Tu autem, fili hominis, audi quæcumque loquor ad te; et noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est; aperi os tuum et comede quæcumque ego do tibi.

9. Alors j'eus cette vision; tout d'un coup une main s'avança vers moi, laquelle tenait un livre roulé : elle étendit devant moi ce livre, qui était écrit dedans et dehors, et on y avait écrit des plaintes lugubres, des cantiques et des malédictions.

9. Et vidi, et ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber; et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris; *a* et scriptæ erant in eo lamentationes, et carmen, et væ [*Apocalyp.* 5. 1.]

CHAPITRE III.

Ezéchiel transporté au milieu des captifs est établi sentinelle pour la maison d'Israël. Il voit de nouveau la gloire du Seigneur.

1. Ensuite *le Seigneur* me dit : Fils de l'homme, mangez tout ce que vous trouverez; mangez ce livre; et allez parler aux enfants d'Israël.

1. Et dixit ad me : Fili hominis, quodcumque inveneris, comede; comede volumen istud, et vadens, loquere ad filios Israel.

9. *Et vidi.* Ceci s'est passé en vision. Il est ridicule de supposer, avec Voltaire, que le Prophète mangea réellement le volume qui lui fut présenté. D'ailleurs, dévorer un livre, est une expression qui se prend tous les jours au figuré, et qui signifie qu'on a lu un ouvrage avec empressement et avidité. Ce symbole signifiait qu'avant d'annoncer la parole de Dieu aux autres, le Prophète devait la méditer et s'en nourrir lui-même.

---

4. *Dura facie.* Impudentes. — *Indomabili.* Duro, quod nec minis frangitur, nec blanditiis mollitur, obstinato, obdurato in malo.

5. *Et... quiescant.* Cessent a peccatis. — *Exasperans.* Gens rebellis et contumax, ideoque exasperans me et ad iracundiam provocans. — *Et scient quia propheta.* Si audire nolint, erunt inexcusabiles, et intelligere poterunt se vitio suo perire; nam ego monitores prophetas misi, qui eos revocent a scelere.

6. *Subversores.* Quia alios prava doctrina, et corruptorum morum exemplo subvertunt, et in animæ ruinam impellunt. — *Cum scorpionibus habitas.* Inter homines malignos versaris.

7. *Quiescant.* Cessent a peccatis, ut n. 5.

8. *Exasperans.* Rebellis : noli Spiritui Sancto resistere, ut resistunt illi. — *Domus exasperatrix.* Vide supra n. 5. — *Comede.* Id est, quæ audis et vides in intima viscera demitte, ea meditare, ut bene intelligas, et cum affectu ex calore interno postmodum ad populum proloqueris.

9. *Involutus liber.* In Hebræo, *volumen libri.* Veteres enim scribebant in consutis pergamenis, sive membranis, easque circa cylindrum convolvebant. — *Expandit.* Ut prophetiam in eo scriptam intelligerem. — *Scriptus intus et foris.* Ex utraque parte membranæ. — *Et carmen.* LXX, *melos,* scilicet lugubre. Vocat carmen, quia modulatum, vel quia erat formula quædam conceptis verbis composita ad funus, qua plangebant defunctum. — *Et væ.* Væ significat vocis gemitum, et tunsionem pectoris cum quærimonia.

Cap. III. — 1. *Dixit ad me.* Dominus, qui sedebat in curru. — *Quodcumque inveneris.* In manu mea. Volumen intelligit, de quo dixerat. — *Comede.* Quid sit comedere volumen, dixi capite superiori, n. 8.

2. Et aperui os meum, et cibavit me volumine illo;
3. Et dixit ad me : Fili hominis, venter tuus comedet, et viscera tua complebuntur volumine isto quod ego do tibi. *a* Et comedi illud; et factum est in ore meo sicut mel dulce. [a *Apoc.* 10. 9, 10.]
4. Et dixit ad me : Fili hominis, vade ad domum Israel, et loqueris verba mea ad eos.
5. Non enim ad populum profundi sermonis, et ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israel.
6. Neque ad populos multos profundi sermonis et ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones; et si ad illos mittereris, ipsi audirent te.
7. Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me; omnis quippe domus Israel attrita fronte est, et duro corde.
8. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, et frontem tuam duriorem frontibus eorum.
9. Ut adamantem, et ut silicem dedi faciem tuam; ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, quia domus exasperans est.
10. Et dixit ad me : Fili hominis, omnes sermones meos quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, et auribus tuis audi.
11. Et vade, ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, et loqueris ad eos, et dices eis : Hæc dicit

2. En même temps j'ouvris la bouche, et il me fit manger ce livre;
3. Et il me dit : Fils de l'homme, votre ventre se nourrira de ce livre que je vous donne, et vos entrailles en seront remplies. Je mangeai *donc* ce livre et il devint doux à ma bouche comme le miel.
4. Et *le Seigneur* me dit : Fils de l'homme, allez trouver la maison d'Israël, et vous leur annoncerez mes paroles.
5. Car c'est à la maison d'Israël que je vous envoie, et non pas à un peuple dont le langage ne vous soit pas intelligible, et dont la langue vous soit inconnue.
6. Je ne vous envoie pas vers des hommes de diverses nations, dont le langage vous serait inintelligible et la langue inconnue, en sorte que vous ne les puissiez pas entendre : et quand je vous enverrais vers des peuples de cette sorte, ils vous écouteraient.
7. Mais ceux de la maison d'Israël ne veulent pas vous entendre, parce qu'ils ne veulent pas m'écouter; car toute la maison d'Israël a un front d'airain et un cœur endurci.
8. Mais j'ai rendu votre visage plus ferme que leurs visages, et votre front plus dur que leurs fronts.
9. Je vous ai donné un front de pierre et de diamant. Ne les craignez point, et n'ayez point peur devant eux, parce que c'est une maison qui ne cesse point de m'irriter.
10. *Le Seigneur* me dit encore : Fils de l'homme, mettez dans votre cœur toutes les paroles que je vous dis, et écoutez-les attentivement.
11. Allez ensuite trouver ceux qui ont été emmenés captifs, les enfants de mon peuple; parlez-leur, et dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur

Cap. III. — 3. *Sicut mel dulce.* La parole de Dieu est toujours douce et agréable. Les créatures ne peuvent nous offrir une jouissance comparable à celle-là. Votre parole, dit Jérémie, est devenue la joie et les délices de mon cœur. Mais le livre que le Prophète avait mangé renfermait des plaintes lugubres, des gémissements et des malédictions, c'est-à-dire, il contenait des vérités douloureuses pour la nature. C'est pour cela, qu'après l'avoir mangé, il éprouve au dedans de lui-même une grande amertume. C'est ce qu'éprouve aussi saint Jean (Apoc., X, 10). La parole de Dieu est une nourriture délicieuse en elle-même, mais qui provoque toujours en nous-mêmes des luttes violentes, parce qu'elle est en opposition avec nos passions, qu'elle doit vaincre et subjuguer.

7. *Nolunt audire te.* Le même reproche se trouve dans Isaïe et dans Jérémie, et Notre Seigneur ne cessera de reprocher aux Juifs leur aveuglement lorsqu'il leur annoncera son Evangile. Cet aveuglement est d'ailleurs celui du pécheur dans tous les temps.

---

2. *Cibavit me volumine illo.* Ingessit illud in os, et devorandum dedit.

3. *Venter tuus comedet.* Si venter tuus comederit, viscera tua saturabuntur, et ita complebuntur, ut satis materiæ ad prophetandum habiturus sis; nihil erit quod amplius desideres. — *Comedi.* Visus mihi sum comedere. — *Factum est in ore meo sicut mel dulce.* Videtur reticere alteram partem antithesis; quasi dicat : In ore quidem meo fuit dulce sicut mel; in ventre autem meo fuit amarum sicut fel. Ita etiam accidit D. Joanni, Apoc., 10, 9, 10. Significatur munus prophetiæ initio dulce videri, cum a Deo accipitur; postea autem amarum esse ac difficile, cum propheta aut lapidatur, aut serra secatur, aut gladio occiditur.

5. *Profundi sermonis.* Obscuri, difficilis, barbari sermonis. — *Ad domum Israel.* Mitteris ad populum tuum, qui ejusdem tecum est linguæ, qui et te intelligit, et a te intelligetur.

6. *Populos multos.* Longinquos, remotos diversos, variique sermonis. Tacite indicat se hoc aliquando facturum in vocatione apostolorum, et inventurum qui pareant. — *Audire sermones.* Intelligere linguam et idioma. — *Audirent te.* Prædicationem tuam audirent, et facerem etiam ut sermonem intelligerent.

7. *Attrita fronte.* Contumaces, impudentes. Vide superiori capite, n. 4.

8. *Valentiorem.* Ut fortis sis, interritus et ad resistendum audax.

9. *Ut adamantem.* Cujus durities indomita credebatur, unde etiam nomen nactus est.

11. *Ad transmigrationem.* Ad concives tuos, qui tecum e Judæa migrarunt in Babylonem. Vel potius transmigrationem vocat per anticipationem, eos qui adhuc Hierosolymis erant, et paulo post etiam ipsi erant migraturi in Babylonem. — *Quiescant.* A peccatis.

Dieu : *Pour voir* s'ils écouteront, et s'ils cesseront *de pécher*.

12. Alors l'esprit *du Seigneur* se saisit de moi, et j'entendis derrière moi une voix *qui disait* avec un grand bruit : Bénie soit la gloire du Seigneur du lieu où il réside.

13. *J'entendis* aussi le bruit des animaux qui frappaient leurs ailes l'une contre l'autre, et le bruit des roues qui suivaient les animaux, et le bruit comme d'une grande secousse.

14. L'esprit aussi m'éleva, et m'emporta avec lui; et je m'en allai plein d'amertume; et mon esprit était rempli d'indignation : mais la main du Seigneur était avec moi, qui me fortifiait.

15. Je vins donc trouver les captifs près d'un tas de blé nouvellement coupé : et je me joignis a ceux qui demeuraient près du fleuve de Chobar. Je m'assis où ils étaient assis; et je demeurai là sept jours au milieu d'eux en versant des larmes.

16. Après que les sept jours furent passés, le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

17. Fils de l'homme, je vous ai donné pour sentinelle à la maison d'Israël. Vous écouterez la parole de ma bouche, et vous leur annoncerez ce que vous aurez appris de moi.

18. Si, lorsque je vous ordonnerai de dire à l'impie : Vous serez puni de mort, vous ne le lui annoncez pas, et si vous ne lui parlez pas, afin qu'il se détourne de la voie de son impiété, et qu'il vive, l'impie mourra dans son iniquité : mais je vous redemanderai son sang.

19. Si au contraire vous annoncez la vérité à l'impie, et qu'il ne se convertisse point de son impiété, et qu'il ne quitte point sa voie impie, il

Dominus Deus : Si forte audiant, et quiescant.

12. Et assumpsit me spiritus, et audivi post me vocem commotionis magnæ : Benedicta gloria Domini de loco suo;

13. Et vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, et vocem rotarum sequentium animalia, et vocem commotionis magnæ.

14. Spiritus quoque levavit me, et assumpsit me; et abii amarus in indignatione, spiritus mei; manus enim Domini erat mecum, confortans me.

15. Et veni ad transmigrationem, ad acervum novarum frugum, ad eos qui habitabant juxta flumen Chobar, et sedi ubi illi sedebant; et mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum.

16. Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum Domini ad me, dicens :

17. *a* Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel; et audies de ore meo verbum, et annuntiabis eis ex me [a *Infr.* 33. 7.]

18. Si dicente me ad impium : Morte morieris : non annuntiaveris ei, neque locutus fueris ut avertatur a via sua impia, et vivat; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.

19. Si autem tu annuntiaveris impio, et ille non fuerit conversus ab impietate sua, et a via sua impia, ipse qui-

13. *Et vocem alarum animalium.* On voit que tout ceci se passe en vision. Le bruit de ces animaux rappelle la première vision du Prophète qui a préparé sa vocation. Ici sa vocation va être confirmée et consacrée par une nouvelle apparition.

17. *Speculatorem dedi te.* Je vous ai donné pour sentinelle à la maison d'Israël pour que vous veilliez sur eux et que vous les avertissiez de tous les maux dont ils sont menacés. D'après ce que l'Esprit-Saint nous enseigne au sujet de la vocation de ce Prophète, on voit les devoirs qu'ont à remplir ceux qui entrent dans le saint ministère. 1° Ils ne doivent y entrer qu'autant qu'ils sont appelés, car le Seigneur condamne d'un mot tous les faux prophètes en disant : Je n'ai point envoyé ces prophètes (Jér., XXIII, 21). 2° Celui que Dieu appelle doit se nourrir de sa parole par la lecture et la méditation des livres saints. 3° Il a besoin de l'esprit de lumière et de force qui vient de Dieu seul, pour annoncer la vérité aux pécheurs avec un zèle infatigable et un courage intrépide. 4° Il doit être persuadé que son salut dépend absolument de sa docilité à écouter Dieu et de sa fidélité à prêcher sa parole (Mézenguy).

---

12. *Assumpsit me spiritus.* Divina virtus, vel spiritus angelicus impulit, vel etiam cunctantem transtulit ad vicinum locum ubi Judæos, qui secum in Babylonem transmigrarant, reliquerat. — *Commotionis magnæ.* Strepitum; tum venti procellosi qui aera commovebat cum impetu, tum cherubim qui magna voce clamabant. — *Benedicta gloria Domini.* Gloriosus nimirum Dei currus, ipsaque Dei majestas gloriose illi insidens. — *De loco suo.* Quæ de loco suo recedit, nec se amplius spectandam exhibet.

13. *Percutientium.* Aliqui vertunt, *osculantium*, id est, tangentium; alæ enim ejusdem cherubini inter volandum sese attingebant, et plausum quemdam ac strepitum edebant.

14. *Levavit me, et assumpsit me.* Vide dicta n. 12. Non significat se iterum fuisse sublatum, sed quod ante summatim et per anticipationem dixerat, nunc repetit copiosius et explicatius. — *Amarus in indignatione spiritus.* Dei zelo præcordia urente succensus. — *Manus enim Domini.* Quia vehemens prophetiæ spiritus urgebat me. Vel manus Domini, id est, Dei virtus et auxilium me roborabat, ut parerem ei, et prædicare inciperem.

15. *Transmigrationem.* Vide dicta supra, n. 11. — *Ad acervum novarum frugum.* Est nomen proprium loci, *tel abib;* itaque Chaldæus paraphrastes immutatum reliquit. Fortasse ad locum hunc, circa areas frumentarias, detinebantur Judæi novas fruges triturantes, imperiis Chaldæorum coacti. — *Sedi.* Habitavi. — *Mœrens.* In hebræo est, *admirans*, tantam scilicet calamitatem cum tanta populi pertinacia.

17. *Speculatorem.* Doctorem, prophetam posui te in Israel, ut omnia verba quæ ex me audieris, annunties illis nomine meo.

18. *Si dicente me ad impium.* Si ego jussero te ut dicas impio. — *In iniquitate.* Propter iniquitatem. — *Sanguinem.* Id est, mortem, metonymice; quasi dicat : Ejus necem in tuo capite ulciscar.

dem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

20. Sed et si conversus justus a justitia sua fuerit et fecerit iniquitatem; ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, quia non annuntiasti ei; in peccato suo morietur, et non erunt in memoria justitiæ ejus quas fecit; sanguinem vero ejus de manu tua requiram.

21. Si autem tu annuntiaveris justo ut non peccet justus, et ille non peccaverit; vivens vivet, quia annuntiasti ei, et tu animam tuam liberasti.

22. Et facta est super me manus Domini, et dixit ad me : Surgens egredere in campum, et ibi loquar tecum.

23. Et surgens, egressus sum in campum; et ecce ibi gloria Domini stabat quasi gloria quam vidi juxta fluvium Chobar; *a* et cecidi in faciem meam. [*a Supr.* 1. 3.]

24. Et ingressus est in me spiritus, et statuit me super pedes meos; et locutus est mihi, et dixit ad me : Ingredere, et includere in medio domus tuæ.

25. Et tu, fili hominis, ecce data sunt super te vincula, et ligabunt te in eis; et non egredieris de medio eorum.

26. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans; quia domus exasperans est.

27. Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, et dices ad eos : Hæc

mourra dans son iniquité; mais pour vous, vous aurez délivré votre âme.

20. Que si le juste abandonne sa justice, et s'il commet l'iniquité, je mettrai devant lui une pierre d'achoppement; il mourra, parce que vous ne l'aurez pas averti; il mourra dans son péché, et la mémoire de toutes les actions de justice qu'il avait faites sera effacée : mais je vous redemanderai son sang.

21. Que si au contraire vous avertissez le juste, afin qu'il ne pèche point, et qu'il ne tombe point dans le péché, il vivra de la *vraie* vie, parce que vous l'aurez averti : et vous aurez ainsi délivré votre âme.

22. Alors la vertu du Seigneur se saisit de moi, et il me dit : Levez-vous, sortez à la campagne, et là je parlerai avec vous.

23. Je me levai donc, et je sortis à la campagne, et tout d'un coup je vis paraître en ce lieu la gloire du Seigneur, comme celle que j'avais vue près du fleuve Chobar. En même temps je tombai le visage contre terre.

24. Et l'esprit *du Seigneur* entra en moi, me fit tenir sur mes pieds, me parla et me dit : Allez vous enfermer au milieu de votre maison.

25. Fils de l'homme, voilà qu'ils vous ont préparé des chaînes : ils vous en lieront, et vous n'en sortirez point.

26. Aussi, je ferai que votre langue s'attachera à votre palais, et que vous demeurerez muet, et comme un homme qui ne reprend personne, parce que la maison d'Israël ne cesse point de m'irriter.

27. Mais lorsque je vous aurai parlé, je vous ouvrirai la bouche, et vous leur direz : Voici ce

21. *Et tu animam tuam liberasti.* D'après ces paroles, on peut mesurer l'étendue de la responsabilité qu'implique l'exercice du ministère. Il est des circonstances où le ministre de la vérité doit parler; et s'il ne le fait, il compromet son salut éternel. Le Prophète revient sur ce devoir (Chap. XXXIII, 1).

24. *Et includere in medio domus tuæ.* S'il y a le temps de parler, il y a aussi le temps de se taire. Quand le moment n'est pas venu de dire certaines vérités, il faut garder le silence. C'est pourquoi le Seigneur veut que son Prophète reste muet, et qu'il attende dans la solitude et le recueillement l'heure de la grâce pour parler, après que le Seigneur lui aura parlé et pour le faire avec autant de mesure que d'à-propos.

---

20. *Conversus... a justitia.* Aversus justitiam reliquerit. — *Ponam offendiculum coram eo.* Permittam poni offendiculum ante pedes ejus, in quod impingat, et ruat in exitium aliquod. Offendiculum hic significare potest non occasionem culpæ, sed pœnæ. — *Justitiæ.* Opera justa. — *Sanguinem... ejus.* Vide num. præcedenti.

21. *Vivens vivet.* Omnino vivet, securus a morte. — *Animam tuam liberasti.* Officio tuo functus.

22. *Manus Domini.* Vide dicta supra, c. 1, n. 3. — *In campum.* Ubi quies, solitudo, silentium, ideoque mens aptior contemplationi et visioni.

23. *Gloria Domini.* Objecta est illa eadem visio quadrigæ, quam capite primo descripsit. — *Cecidi in faciem.* Tremebundus et adorabundus. Vide supra, c. 2, n. 1.

24. *Ingressus est in me spiritus.* Vide dicta, cap. 2, n. 2. — *Includere in medio domus tuæ.* Ita jubetur facere, ut prius audiret ex Deo omnia quæ dicturus erat, quam inciperet ea populo annuntiare; itaque usque ad c. 11, n. 24, nihil annuntiat, sed tantum audit et videt quæ illi Deus aut dicit, aut ostendit.

25. *Data sunt super te vincula.* Dantur, injiciuntur tibi vincula, ne domo egredi possis, et versari cum aliis, antequam omnia quæ videnda sunt videris, et audieris quæ audienda sunt. Verisimile est una cum his verbis injecta fuisse per visionem prophetæ vincula. Aliqui putant a propinquis Ezechieli vincula injecta, quod crederent illum insanire, cum tam attentum viderent, et quasi attonitum et publico abstinentem.

26. *Et linguam tuam.* Non solum pedes tuos ligabo, ne egredi possis ad illos, sed etiam linguam tuam, ne cum iis qui ad te domum venerint, loqui possis, aut eos objurgare, dicens esse eos gentem exasperantem Deum; et ad iracundiam provocantem.

27. *Cum autem locutus fuero.* Cum ego tibi indicavero esse tempus loquendi, cumque os jam a me clausum tibi aperuero, tunc loqui incipies, dicesque ea quæ vidisti et audisti. — *Qui audit, audiat.* Sunt verba Dei, et sensus est : qui voluerit ea audire, audiet, qui noluerit, non audiet, sed suo malo. Italice diceremus : *Chi vorra sentire, sentira; chi non vorra, lasciara stare.* — *Quia domus exasperans.* Scio enim multos non auditures, quia domus exasperans est, pervicax scilicet et rebellis.

que dit le Seigneur Dieu : Que celui qui écoute, écoute; que celui qui se repose, se repose : parce que la maison d'Israël m'irrite.

dicit Dominus Deus : Qui audit, audiat; et qui quiescit, quiescat; quia domus exasperans est.

CHAPITRE IV.

Prophéties et action d'Ezéchiel sur le siége de Jérusalem.

1. Vous donc, fils de l'homme, prenez une brique, mettez-la devant vous, et tracez dessus la ville de Jérusalem.

2. Figurez *aussi* un siége formé contre elle, des forts bâtis, des levées de terre, une armée qui l'environne, et des machines de guerre autour.

3. Prenez aussi une poêle de fer, et vous la mettrez comme un mur de fer entre vous et la ville. Et regardez-la d'un visage ferme, et elle sera assiégée : et vous l'assiégerez. C'est un signe pour la maison d'Israël.

4. Vous dormirez aussi sur le côté gauche, et vous mettrez les iniquités de la maison d'Israël sur ce côté-là, pour autant de jours que vous dormirez dessus; et vous prendrez sur vous leurs iniquités.

5. Je vous ai donné trois cent quatre-vingt-

1. Et tu, fili hominis, sume tibi laterem, et pones eum coram te; et describes in eo civitatem Jerusalem.

2. Et ordinabis adversus eam obsidionem, et ædificabis munitiones, et comportabis aggerem, et dabis contra eam castra, et pones arietes in gyro.

3. Et tu sume tibi sartaginem ferream, et pones eam in murum ferreum inter te, et inter civitatem; et obfirmabis faciem tuam ad eam, et erit in obsidionem, et circumdabis eam; signum est domui Israel.

4. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, et pones iniquitates domus Israel super eo, numero dierum quibus dormies super illud, et assumes iniquitatem eorum.

5. Ego autem dedi tibi annos iniqui-

Cap. IV. — 1. *Sume tibi laterem.* Le Prophète commence son ministère prophétique par des prophéties en action, qui avaient toujours plus d'influence sur l'esprit des Juifs que de simples discours.

5. *Numero dierum trecentos et nonaginta dies.* Ce nombre doit se décomposer ; il est formé de 350 jours pour Israël et de 40 jours pour Juda. Ces 350 jours répondent à 350 années d'incrédulité pour la maison d'Israël. Ces 350 années peuvent se compter depuis l'érection de l'autel de Béthel par Jéroboam, vers l'an 993, avant Jésus-Christ, jusqu'à sa destruction par Josias, vers l'an 623. — Les 40 années d'infidélité de Juda peuvent se compter depuis le commencement de la mission de Jérémie, vers l'an 629 avant Jésus-Christ, jusqu'à la ruine de Jérusalem par Nabuchodonosor en 588.

Cap. IV. — 1. *Laterem.* Nondum igne decoctum et duratum, in quo stylo ferreo delinees urbem Jerusalem, et circa eam obsidionem, id est, castra et machinas Chaldæorum obsidentium.

2. *Munitiones.* Hebraice est, *diq*, quæ vox turrim ligneam significat, in cujus summitate statuebantur balistæ et aliæ machinæ bellicæ. — *Aggerem.* Aggestæ terræ cumulum, vel ad impetendos hostes e loco sublimi, vel ad eorum eruptiones coercendas; et parandam iis securitatem qui urbem obsident. — *Dabis.* Pones. — *Arietes.* Ita dicta trabs ferro munita, quæ muris impacta eos quatiebat et diruebat. Hæc omnis pictura nihil aliud quam hierosolymitanam obsidionem significabat.

3. *Sume tibi sartaginem.* Videtur re ipsa Ezechiel sumpsisse sartaginem, non autem in latere pinxisse. Porro sartago inter prophetam Dei personam gerentem et urbem interposita, significat quasi murum ferreum interpositum esse inter Deum et Judæos, et contra eos latam esse excidii sententiam minime revocabilem : significari etiam videntur peccata Judæorum inter ipsos et Deum interjecta, ferro duriora, et fuligine turpiora. Sic Isa., 59, 2, ait : *Iniquitates vestræ diviserunt inter vos et Deum vestrum.* Tandem sartago significat igne comburendam urbem, civesque gravissime cruciandos et quasi frigendos. — *Obfirmabis faciem tuam ad eam.* Irato vultu respicies tam sartaginem quam civitatem. Significat hæc vultus torva severitas Dei et hostium obsidentium iram contra Jerusalem. — *Erit in obsidionem.* Scilicet Jerusalem in latere descripta * erit obsessa; quæ descriptio veram obsidionem designabat. — *Signum est domui Israel.* Hæc figura et delineatio Hierosolymæ obsessæ significat urbem hanc brevi mere obsidendam. Nomine Israel intelligit Judæos qui adhuc in patrio solo habitabant; decem enim tribus quæ Israelis nomine designari solent, pridem in Assyrios fuerunt abductæ.

4. *Dormies.* Jacebis, decumbes; est valde difficile ac molestum in unum et idem latus semper incumbere; propterea per accubitum in latus pœnam significat et captivitatem; nam qui captivi sunt, non possunt se huc illuc convertere. * Significat etiam obsidentium Chaldæorum labores et ærumnas; nam tam obsessorum quam obsidentium personam sustinere et repræsentare potest propheta. Revera, et non per imaginariam visionem tantum, ut aliqui voluerunt, decubuisse Ezechielem patet ex n. 12, sequenti, ubi significatur re ipsa ita eum decubuisse in oculis eorum. — *Latus... sinistrum.* Significatur Samaria et decem tribus, quæ in terra promissionis erant ad sinistram. Vide infra, c. 16, n. 46. Vel per sinistrum latus decem tribus, per dextrum Judæa designatur; quod Judæa dignior esset, quia et regnum et sacerdotium in ea erat. — *Pones iniquitates.* Ut sic jacendo per 390 dies feras, vel potius ferendo repræsentes pœnam iniquitatibus Judæorum debitam; iniquitas enim metonymice ponitur pro pœna iniquitatis. — *Assumes iniquitatem eorum.* Sustinebis, feres pœnas peccatis eorum debitas, simulque pro venia eis impetranda Deo supplicabis.

5. *Dedi tibi annos.* Pro aunis 390 iniquitatis Israelitarum, do tibi pœnam decubitus per 390 dies; pro annis vero 40 peccatorum Juda, cubabis in latere dextro totidem diebus, scilicet 40.

tatis eorum, numero dierum trecentos et nonaginta dies; et portabis iniquitatem domus Israel.

6. Et cum compleveris hæc, dormies super latus tuum dexterum secundo; *a* et assumes iniquitatem domus Juda quadraginta diebus; diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. [a *Num.* 14. 34.]

7. Et ad obsidionem Jerusalem convertes faciem tuam, et brachium tuum erit extentum; et prophetabis adversus eam.

8. Ecce circumdedi te vinculis; et non te convertes a latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obsidionis tuæ.

9. Et tu sume tibi frumentum, et hordeum, et fabam, et lentem, et milium, et viciam, et mittes ea in vas unum, et facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum : trecentis et nonaginta diebus comedes illud.

10. Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die; a tempore usque ad tempus comedes illud.

11. Et aquam in mensura bibes, sextam partem hin; a tempore usque ad tempus bibes illud.

six jours, pour *représenter* les années de leurs iniquités; et vous porterez l'iniquité de la maison d'Israël.

6. Et lorsque vous aurez accompli ceci, vous dormirez une seconde fois sur votre côté droit, et vous prendrez *sur vous* l'iniquité de la maison de Juda pendant quarante jours; c'est un jour *de pénitence* que je vous donne pour chaque année : un jour, dis-je, pour chaque année.

7. Vous tournerez le visage vers le siége de Jérusalem, et votre bras sera étendu; et vous prophétiserez contre elle.

8. Vous voyez comme je vous ai environné de chaînes tout autour : et vous ne vous retournerez point d'un côté sur l'autre, jusqu'à ce que les jours du siége que vous formerez soient accomplis.

9. Prenez aussi du froment, de l'orge, des fèves, des lentilles, du millet et de la vesce, mettez-les dans un vaisseau, et faites-vous-en des pains pour autant de jours que vous dormirez sur le côté. Vous les mangerez pendant trois cent quatre-vingt-dix jours.

10. Ce que vous mangerez chaque jour sera du poids de vingt sicles, et vous en mangerez d'un temps à un autre.

11. Vous boirez aussi de l'eau par mesure, la sixième partie d'un hin, et vous la boirez d'un temps à un autre.

8. *Donec compleas dies obsidionis.* On voit que ces 390 jours, pendant lesquels le Prophète devait rester couché sur le côté, marquaient aussi la durée du dernier siége de Jérusalem, que fit Nabuchodonosor dans les années 589 et 588 avant Jésus-Christ. On a prétendu qu'il eût été impossible au Prophète de rester couché aussi longtemps. L'abbé Guenée, Duclot, Maldonat, Rosenmuller, ont cru que ceci s'était passé en vision. Mais nous préférons l'opinion de Corneille Lapierre, de Ménochius et de beaucoup d'autres, qui croient que la chose se fit réellement. Cette action prophétique ne pouvait en effet impressionner les Juifs, qu'autant qu'ils l'avaient sous les yeux. Seulement, il est probable, et le texte semble l'indiquer, que le Prophète ne restait couché que pendant le jour, et qu'il reprenait sa liberté de mouvement pendant la nuit. Car il n'avait besoin de prendre cette attitude, qu'en présence de ceux qui l'observaient.

9. *Et tu, sume tibi frumentum.* Pour faire comprendre les horreurs du siége, et tout ce que les assiégés auront à souffrir de la faim, le Seigneur règle la nourriture du Prophète; il en fixe la quantité et la qualité, et détermine de quelle manière elle devra être préparée.

10. *A tempore usque ad tempus* Il s'agit ici d'une journée. Le Prophète ne devait faire qu'un repas, et manger dans ce repas le poids de vingt sicles, ou environ neuf onces, et boire la sixième partie d'un litre, c'est-à-dire un demi-setier d'eau tout au plus.

---

6. *Diem pro anno.* Singulos dies pro singulis annis.

7. *Ad obsidionem Jerusalem.* In hoc tuo decubitu in laterem, in quo delineasti obsidionem Jerusalem, defiges obtutum, ut significes hæc omnia quæ facis, portentum esse obsidionis arctissimæ Jerusalem, qua capietur et exuretur. Itaque dies 390, sunt dies quibus duravit obsidio Jerusalem : dies quadraginta significant tempus ejus eversionis et vastationis, quod dies tenuit quadraginta. Porro dies 390 significant totidem annos iniquitatum et scelerum Israelis, quibus divinam iram provocaverat. Tot etiam anni computantur a lapsu Salomonis ad deportationem decem tribuum per Salmanasarem, per quam illarum tribuum homines gens esse desierunt : dies vero quadraginta significant totidem annos quibus durarunt scelera Manassis regis Juda. — *Erit extentum.* More pugnantis, ut significes fore ut hostis pugnet contra Jerusalem. Hebraice est, *nudatum*; solebant enim olim veteres nudatis brachiis pugnare, quod hodieque Africani et multæ barbaræ nationes faciunt. — *Prophetabis.* Non verbis; erat enim mutus, ut patet cap. 3, 26; sed hisce factis, te ipso scilicet, tuoque gestu referes Deum per Chaldæos oppugnantem Jerusalem.

8. *Circumdedi te vinculis.* Vel a propinquis tanquam insano injectis; vel ab ipso Deo jubente ut immotus maneret, ut alii volunt. Porro hic propheta gerit personam civitatis et civium mox obsidendorum et vinciendorum. — *Dies obsidionis tuæ.* Intelligit dies illos 390 de quibus n. 5.

9. *Et tu, sume.* Hæc omnia nihil aliud indicant quam famem quam passura erat civitas obsessa. In obsessis urbibus non solent panes ex solo tritico, sed multis aliis seminibus admixtis confici, quo diutius alimenta sufficere possint. — *Numero dierum.* Scilicet 390, pro tempore quo in latus sinistrum cubiturus erat; 40 vero pro tempore quo in latus dextrum.

10. *Viginti stateres.* Qui uncias decem efficiunt, quo cibo trahi potius potest vita, quam sustentari.

11. *Sextam partem hin.* Mensura hin continebat duodecim sextarios, sextarius vero aquæ uncias viginti. Itaque sexta pars hin sunt unciæ aquæ quadraginta. — *A tempore usque ad tempus.* Vide dicta num. præcedenti.

12. Ce que vous mangerez sera comme un pain d'orge cuit sous la cendre; vous le couvrirez devant eux de l'ordure qui sort de l'homme.

13. *Car* les enfants d'Israël, dit le Seigneur, mangeront ainsi leur pain tout souillé parmi les nations vers lesquelles je les chasserai.

14. Alors je dis : Ah! ah! ah! Seigneur Dieu! mon âme n'a point encore été souillée; et depuis mon enfance jusqu'à maintenant jamais bête morte d'elle-même ou déchirée par d'autres bêtes, ni aucune chair impure n'est entrée dans ma bouche :

15. *Le Seigneur* me répondit : Allez, je vous donne de la fiente de bœuf au lieu de ce qui sort du corps de l'homme, et vous ferez *cuire* votre pain dans cette fiente.

16. Ensuite il me dit : Fils de l'homme, je vais briser dans Jérusalem la force du pain. Ils mangeront le pain au poids, et dans la frayeur; et ils boiront l'eau par mesure et dans une grande affliction d'esprit;

17. En sorte que n'ayant plus ni pain ni eau, ils tomberont sur les bras les uns des autres, et sécheront de faim dans leur iniquité.

12. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud; et stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.

13. Et dixit Dominus : Sic comedent filii Israel panem suum pollutum inter gentes *a* ad quas ejiciam eos. [a *Osee.* 9. 4.]

14. Et dixi : A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta; et morticinum, et laceratum a bestiis non comedi ab infantia mea usque nunc, et non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

15. Et dixit ad me : Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis; et facies panem tuum in eo.

16. Et dixit ad me : Fili hominis : *a* Ecce ego conteram baculum panis in Jerusalem; et comedent panem in pondere, et in sollicitudinem; et aquam in mensura, et in augustia bibent; [a *Inf.* 5. 16. et 14. 13.]

17. Ut deficientibus pane et aqua, corruat unusquisque ad fratrem suum; et contabescant in iniquitatibus suis.

12. *Operies illud in oculis eorum.* Le bois venant à manquer, il fallait avoir recours à d'autres combustibles. En Arabie, les habitants des déserts se servent de la fiente desséchée des animaux pour faire cuire leurs aliments. En Bretagne, en Espagne, en Orient, on fait souvent de même. Le Prophète dit que les Juifs seront réduits à cette extrémité. Pour rendre sensible cette misère, Ezéchiel leur met l'action sous les yeux. C'est une imposture, dit Bergier, de prétendre, avec Voltaire, que Dieu commanda à Ezéchiel de manger des excréments humains. La Providence, qui n'attend pas toujours l'autre vie pour punir les méchants, a voulu dès celle-ci se moquer du moqueur, en permettant que, à son heure dernière et dans les transports de la rage, il ait fait le repas que, dans ses plaisanteries sacrilèges, il avait prêté au Prophète. Un témoin oculaire, non suspect, la célèbre Belle-et-Bonne, revenue à de meilleurs sentiments, a raconté plus tard, dans l'épanchement de l'amitié, tous les détails de la mort de Voltaire. L'abbé Dépéry les a recueillis de ses lèvres. Or, aucune des particularités les plus ignobles relatées par les précédents narrateurs ne manquait à ses récits, pas même les ordures dont se remplit la bouche expirante qui en avait tant vomi (M. l'abbé Meynard, *Vie de Voltaire*, tom. II, pag. 619).

---

12. *Et quasi subcinericium.* Hoc etiam eo pertinet, ut summam rerum omnium penuriam ostendat. Solent enim qui obsidentur, ut pauperes admodum sunt, subcinericio pane uti, coctoque non sub prunis lignorum, sed sub stercore boum aliorumque animalium, quod hodieque in nonnullis locis lignorum penuria fieri consuevit. — *Stercore quod egreditur.* Sub cinere stercoris humani. — *In oculis eorum.* Israelitarum, illis videntibus, ut hoc signo suam futuram miseriam intelligant.

13. *Panem... pollutum.* Sordidum, quia stercore coctum. — *Inter gentes.* In captivitate.

14. *Anima mea non est polluta.* Nunquam ego res adeo sordidas comedi, nec adeo abominabili cibo me contaminavi. — *Morticinum.* Id est, ut sanctus Hieronymus interpretatur, quod absque effusione sanguinis amittit vitam, et in quo moritur anima, ut quod sponte moritur, vel aquis suffocatur, aut strangulatur. — *Laceratum a bestiis.* Utrumque, tam scilicet morticinum quam laceratum a bestiis, immundum erat lege Levit., c. 11, 24; et c. 17, 15.

15. *Dedi tibi fimum boum.* Concedo ut pro stercore humano utaris fimo bovis ad coquendos panes.

16. *Et dixit.* Explicat superiorem figuram panis stercore cocti. — *Conteram baculum panis.* Phrasis hebraica, qua panis baculus aut virga appellatur, quia sicut baculo, ita pane corpus sustentatur. Sententia ergo est : tollam panem, et famem immittam. — *Panem in pondere.* Ut fieri solet in obsidione.

17. *Corruat... ad fratrem suum.* Unus hic, alter illic juxta concives suos corruat fame exanimatus. — *Contabescant.* Fame marcescant, indeque orta lue et peste putrescant, et in tabem et morbos pestiferos incidant, quibus absumantur. — *In iniquitatibus.* Propter iniquitates.

CHAPITRE V.

Dieu fait figurer à Ezéchiel, par différentes actions, les divers châtiments qu'il doit exercer sur son peuple.

1. Et tu, fili hominis, sume tibi gladium acutum, radentem pilos; et assumes eum, et duces per caput tuum, et per barbam tuam; et assumes tibi stateram ponderis, et divides eos.

2. Tertiam partem igni combures in medio civitatis, juxta completionem dierum obsidionis; et assumes tertiam partem, et concides gladio in circuitu ejus; tertiam vero aliam disperges in ventum, et gladium nudabo post eos.

3. Et sumes inde parvum numerum; et ligabis eos in summitate pallii tui.

4. Et ex eis rursum tolles, et projicies eos in medio ignis, et combures eos igni; et ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel.

5. Hæc dicit Dominus Deus : Ista est Jerusalem, in medio gentium posui eam, et in circuitu ejus terras.

6. Et contempsit judicia mea, ut plus esset impia quam gentes : et præcepta mea ultra quam terræ quæ in circuitu

1. Et vous, fils de l'homme, prenez un rasoir tranchant, faites-le passer sur votre tête et sur votre barbe, pour en raser tous les poils, et prenez un poids et une balance pour les partager également.

2. Vous en mettrez un tiers au feu, *et vous le* brûlerez au milieu de la ville, à mesure que les jours du siége s'accompliront. Vous en prendrez l'autre tiers, et vous le couperez avec l'épée autour de la ville. Vous jetterez au vent les poils du tiers qui restera; et je les poursuivrai l'épée nue.

3. Et vous prendrez de cette troisième partie un petit nombre que vous lierez au bord de votre manteau.

4. Vous tirerez encore quelques-uns de ceux-ci, et vous les jetterez au milieu du feu, et les y brûlerez, d'où il sortira une flamme qui se répandra sur toute la maison d'Israël.

5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : C'est là cette Jérusalem que j'ai établie au milieu des nations, et qui est environnée de leurs terres.

6. Elle a méprisé mes ordonnances, jusqu'à se rendre plus impie que les nations, et elle a violé mes préceptes plus que toutes celles qui sont

Cap. V. — 1. *Sume tibi gladium.* D'après l'Hébreu : Prends une épée tranchante et un ciseau de tondeur. Le ciseau ou le rasoir étaient destinés à couper les cheveux et les poils de la barbe, et l'épée à poursuivre les poils jetés au vent, comme on le voit au verset suivant.

4. *Ex eo egredietur ignis.* Ezéchiel, comme Jérémie, mêle les consolations aux menaces. En punissant Juda, Dieu n'oubliera pas les promesses qu'il lui a faites. Il conservera une partie de ses habitants, et c'est de ces restes que sortira le Messie. Mais cette partie réservée aura encore ses épreuves, et c'est ce qu'indique cette partie des poils et des cheveux jetée dans le feu. Les uns croient que ceci arriva après la prise de Jérusalem, lorsqu'Ismaël tua Godolias, et qu'une partie des Juifs qui étaient en Judée passa en Egypte (Jer., LI, 2 et seq.). Plusieurs l'entendent, avec plus de vraisemblance, de la persécution d'Antiochus, comme le fait Ménochius.

Cap. V. — 1. *Gladium... radentem pilos.* Novaculam tonsoriam, ut est in hebræo. — *Stateram ponderis.* Justi et probati ponderis. Gladius Dei iram significat; statera autem judicium et providentiam divinam aliis aliis modis punientem.

2. *Tertiam partem igni combures.* Ignis significat pestem et famem, quæ tertiam pilorum, id est, civium Hierosolymitanorum, quasi ignis denigravit, adussit, voravit, ut explicatur n. 12, pestis enim physice est quasi ignis comburens et inflammans corpora. — *In medio civitatis.* Quam in latere descripsisti. — *Juxta completionem dierum obsidionis.* Combure ex pilis aliquos quotidie, donec dies obsidionis 390 compleantur. Vel cum completi fuerint dies obsidionis, ut interpretatur rabbi Salomon et alii. Vel significabit hoc id quod futurum est, quandiu durabit obsidio. — *Tertiam partem.* Pilorum. — *Concides gladio.* Nam ut dicitur n. 12 : *Tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo.* — *In circuitu ejus.* Circa civitatem descriptam in latere. — *Disperges in ventum.* Ut significetur Judæos in varias regiones dissipandos esse dispergendos. — *Et gladium nudabo post eos.* Nam Chaldæi Judæos in Ægyptum fugientes persecuti, ibi eos cum Ægyptis trucidarunt, ut eis minatus erat Jeremias c. 42, n. 16.

3. *Et sumes inde.* Ex tertia parte quæ nec fame, nec peste, nec gladio in Judæa occidetur, sed dispergetur in gentes. — *Parvum numerum.* Capillorum. — *In summitate.* In extremitate vel ora pallii tui. Significatur Dei benignitate et providentia paucos aliquot Judæos ex clade illa servatos.

4. *Projicies eos in medio ignis.* Quem excitasti in medio lateris in quo descripta Jerusalem. Significantur ii qui reversi ex Babylonica captivitate iterum sceleribus se maculantes, igne cladis a Macedonibus illatæ per Antiochum, et tandem a Romanis absumpti sunt. — *Ex eo.* Populo exiguo. — *Egredietur ignis.* Scelerum et pœnarum a Deo immissarum incendium, quod universam Judæorum gentem populabitur.

5. *Hæc dicit Dominus.* Incipit superiorem prophetiam explicare. -- *Ista est Jerusalem.* Quasi dicat : hoc schemate scilicet tui capitis et capillorum, repræsentatur Jerusalem : Jerusalem, inquam, quam ego Deus olim posui quasi mundi caput, et quasi reginam in medio gentium, ut ei ipsæ quasi ancillæ custodes essent et stipatores : et ut exemplum inde sibi sumerent pietatis Ægypti, Syrii, Arabes, Afri, Græci, atque ita gradatim alii. --. *In circuitu ejus terras.* Quasi in umbilico terræ posui eam, et variis undique terris circumdedi. Vide infra, c. 33, n. 12.

6. *Judicia mea.* Legem meam, secundum quam judicare debent judices. -- *Et præcepta mea.* Scilicet contempsit, plus quam circumjectæ nationes impietati et idololatriæ dedi.tæ.

autour d'elle ; car ils ont foulé aux pieds mes ordonnances, et ils n'ont point marché dans la voie de mes préceptes.

7. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : parce que vous avez surpassé *en impiété* les nations qui sont autour de vous, que vous n'avez point marché dans mes préceptes, que vous n'avez point observé mes ordonnances, et que vous n'avez pas agi comme les peuples qui vous environnent.

8. Je viens à vous maintenant, dit le Seigneur Dieu, et j'exercerai moi-même mes jugements au milieu de vous, à la vue des nations ;

9. Et je ferai parmi vous des choses que je n'ai *jamais* faites, et que je ne ferai point dans la suite pour punir toutes vos abominations.

10. Les pères mangeront leurs enfants au milieu de vous, et les enfants mangeront leurs pères. J'exercerai chez vous mes jugements, et je disperserai de tous côtés tous ceux qui seront restés de vous.

11. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que comme vous avez violé mon sanctuaire par tous vos crimes et par toutes vos abominations, je vous réduirai aussi en poudre : que mon œil vous verra sans être fléchi, et que je ne serai point touché de compassion.

12. Le tiers d'entre vous mourra de peste, et sera consumé par la faim au milieu de vous ; l'autre tiers sera passé au fil de l'épée autour de vos murs ; et je disperserai de tous côtés le tiers qui sera resté, et je les poursuivrai l'épée nue.

13. Je contenterai ma fureur, je satisferai mon indignation dans leurs maux, et je me consolerai : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, qui ai parlé dans ma colère, lorsque mon indignation se sera satisfaite dans leurs maux.

14. Car je vous réduirai en un désert, je vous rendrai l'objet des insultes des nations qui sont autour de vous, à la vue de tous les passants.

ejus sunt; judicia enim mea projecerunt, et in præceptis meis non ambulaverunt.

7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Quia superastis gentes quæ in circuitu vestro sunt, et in præceptis meis non ambulastis, et judicia mea non fecistis, et juxta judicia gentium quæ in circuitu vestro sunt, non estis operati.

8. Ideo hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, et ipse ego faciam in medio tui judicia in oculis gentium :

9. Et faciam in te quod non feci, et quibus similia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas.

10. Ideo patres comedent filios in medio tui, et filii comedent patres suos, et faciam in te judicia, et ventilabo universas reliquias tuas in omnem ventum.

11. Idcirco vivo ego, dicit Dominus Deus : Nisi pro eo quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, et in cunctis abominationibus tuis ; ego quoque confringam, et non parcet oculus meus, et non miserebor.

12. Tertia pars tui peste morietur, et fame consumetur in medio tui; et tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo; tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam, et gladium evaginabo post eos.

13. Et complebo furorem meum, et requiescere faciam indignationem meam in eis, et consolabor; et scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cum implevero indignationem meam in eis.

14. Et dabo te in desertum et in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis.

12. *Et gladium evaginabo post eos.* Il s'agit ici des Juifs dispersés parmi toutes les nations, et revenus après leur dispersion à Jérusalem, par suite de l'édit de délivrance de Cyrus. Ce sont donc ceux-là qui doivent être éprouvés de nouveau, et non pas ceux qui étaient restés en Judée sous Godolias, après la ruine de Jérusalem. Cette observation confirme le sentiment exprimé dans notre note sur le verset 4.

---

7. *Superastis.* Peccatis et impietate. -- *Juxta judicia gentium.* Bonas gentium leges et probatos mores, si quos habent, non estis imitati; sed tantum æmulati estis scelera. Ac nominatim quia non fuistis tenaces veræ religionis ut ipsi sunt superstitionis suæ.

8. *Ad te.* Iratus veniam; vel te alloquor, et, quæ sequuntur mala denuntio. -- *Judicia.* Supplicia, quasi justus ultor inferam tibi.

9. *Faciam in te quod non feci.* Plagas acres infligam, quales adhuc non inflixi aliis gentibus, idque propter abominabilia peccata tua.

10. *Patres comedent filios.* Utrumque accidit in excidio tam Chaldæorum quam Romanorum. Vide Lamentat., c. 2, 20; et c. 4, 10; et Baruch., 2, 3. -- *Judicia.* Supplicia et punitionem, ut n. 8. -- *Ventilabo.* Dispergam per omnes gentes eos qui in te a fame, peste et gladio reliqui fuerint, qui per tertiam capillorum partem in ventum projectam significabantur.

11. *Idcirco.* Scilicet, ob peccata tua. -- *Vivo ego.* Juro per vitam meam. -- *Nisi.* Jungendum est cum verbo *confringam*, hoc sensu : non habear Deus, nisi confregero, etc. -- *Sanctum meum violasti.* Templum meum, in quo me colere debueras, idolis contaminasti. -- *In omnibus offensionibus tuis.* Idolis tuis, quæ quasi res execrabiles Dei et piorum oculos et animum offendunt. — *Confringam.* Pactum meum, quo tibi pollicitus fueram ut tibi adessem, tibi faverem, et beneficiis ornarem. Imo *abjiciam te*, ut habent LXX. -- *Non parcet oculus meus.* Etiamsi viderit te gravissimis calamitatibus conflictari.

12. *In omnem ventum dispergam.* Vide dicta supra, n. 2.

13. *Complebo.* Satiabo. — *Requiescere faciam.* Cessare faciam iram meam, deflagrabit ira mea cum ultus vos fuero. — *Consolabor.* Solet enim vindicta esse levamen acceptæ injuriæ. — *Locutus sum in zelo meo.* Ira mea, quæ tanto major est, quanto ardentior fuerat sponsi amor quo te fueram complexus. — *In eis.* Puniendis.

14. *Dabo te in desertum.* Faciam te desertam et desolatam. — *In opprobrium.* Tibi omnes male precabuntur, et exprobrabunt peccata tua, quibus adeo gravem punitionem merita es.

15. Et eris opprobrium et blasphemia, exemplum et stupor in gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cum fecero in te judicia in furore, et in indignatione, et in increpationibus iræ.

16. Ego Dominus locutus sum : Quando misero sagittas famis pessimas in eos; quæ erunt mortiferæ, et quas mittam ut disperdam vos; et famem congregabo super vos, et *a* conteram in vobis baculum panis. [a *Supr.* 4. 16. *Infr.* 14. 13.]

17. Et immittam in vos famem, et bestias pessimas usque ad internecionem; et pestilentia, et sanguis transibunt per te, et gladium inducam super te; ego Dominus locutus sum.

15. Et vous deviendrez, à l'égard des peuples qui vous environnent, un sujet de mépris et de malédiction, et un exemple terrible et étonnant, lorsque j'aurai exercé mes jugements au milieu de vous, dans ma fureur, dans mon indignation, et dans toute l'effusion de ma colère.

16. C'est moi qui suis le Seigneur, qui *vous* ai parlé. *Vous le reconnaîtrez* lorsque je lancerai les flèches perçantes de la famine, qui seront mortelles, et que je les lancerai pour vous perdre; lorsque j'enverrai de toutes parts la famine pour vous accabler, et que je briserai parmi vous la force du pain.

17. Lorsque je ferai venir tout ensemble la famine et les bêtes les plus cruelles pour vous exterminer entièrement; que la peste *et l'effusion du* sang régneront parmi vous, et que je vous ferai passer au fil de l'épée! c'est moi qui suis le Seigneur qui vous ai parlé.

CHAPITRE VI.

Prédiction de la ruine et des hauts lieux d'Israël.

1. Et factum est sermo Domini ad me, dicens;

2. Fili hominis, pone faciem tuam ad montes Israel, et prophetabis ad eos;

3. Et dices : *a* Montes Israel, audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus montibus, et collibus, rupibus, et vallibus : Ecce ego inducam super vos gladium, et disperdam excelsa vestra. [a *Infr.* 36. 1.]

4. Et demoliar aras vestras, et confringentur simulacra vestra; et dejiciam interfectos vestros ante idola vestra.

5. Et dabo cadavera filiorum Israel ante faciem simulacrorum vestrorum; et dispergam ossa vestra circum aras vestras.

6. In omnibus habitationibus vestris,

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

2. Fils de l'homme, tournez le visage vers les montagnes d'Israël, prophétisez *ce qui* leur *doit arriver;*

3. Et dites-leur : Montagnes d'Israël, écoutez la parole du Seigneur Dieu. Voici ce que dit le Seigneur Dieu aux montagnes, aux collines, aux rochers, aux vallées : Je vais faire tomber l'épée sur vous; je détruirai vos hauts lieux.

4. J'abattrai vos autels, je briserai vos statues, et je ferai tomber devant vos idoles ceux qui seront tués au milieu de vous.

5. J'étendrai les corps morts des enfants d'Israël devant vos statues, et je répandrai vos os autour de vos autels.

6. Les villes seront désertes dans tout le pays

17. *Et bestias pessimas.* Ceci peut s'entendre au figuré; et par ces bêtes féroces, on peut comprendre les Chaldéens, qui se jetèrent sur la Judée comme des animaux sauvages.

Cap. VI. — 2. *Ad montes Israel.* Ces montagnes représentent ici les hauts lieux, sur lesquels les Juifs avaient coutume de sacrifier aux idoles. Le mot *Israël* ne doit pas s'entendre du royaume des dix tribus, à l'exclusion de Juda. Ce royaume n'existait plus, et dans tout Ezéchiel, il faut entendre par Israël, tous les descendants de Jacob, le peuple de Dieu tout entier.

---

15. *Blasphemia.* Ut scilicet omnes videntes te blasphement, id est tibi maledicant, tibi convicientur. — *Exemplum.* Infelicitatis æque ac improbitatis. — *Stupor.* Ut cæteri videntes calamitates tuas, stupeant quasi attoniti. Aliqui vertunt, *terror.* — *Judicia.* Extrema supplicia. — *In increpationibus iræ.* Castigatione et ultione quæ fit ab irato Deo.

16. *Ego Dominus locutus sum.* Itaque certissime evenient quæ prædixi. — *Sagittas famis.* Sagittæ famis sunt uredo, locustæ, rubigo segetum, nimii imbres, grando, etc. — *Baculum panis.* Vide dicta supra, c. 4, n. 16.

17. *Pestilentia, et sanguis.* Pestis et bellum. — *Transibunt.* Grassabuntur.

Cap. VI. — 2. *Pone faciem tuam.* Audacter et libere loquere. * Verte faciem tuam. — *Ad montes Israel.* Ad Sion, Moria, montem Olivarum, in quibus Judæi collocarunt et coluerunt idola.

3. *Audite.* Prosopopœia; montibus enim sensum attribuit, ut Moses cœlo ac terræ, Deut., 31, 1 : *Audite, cœli, quæ loquor, etc.* — *Rupibus, et vallibus.* In hebræo est, *torrentibus et vallibus;* hisce enim in locis solebant idolis sacrificare, ut explicatur infra, n. 13. — *Gladium.* Chaldæorum hostes, bellum.

4. *Interfectos vestros.* Cives vestros gladio occisos. * Hoc faciet Chaldæus quod apud Virgilium, Pyrrhus :

Natum ante ora patris, patremque obtruncat ad aras.

6. *In omnibus habitationibus vestris.* In omnibus locis in quibus habitatis. — *Desertæ.* Desolatæ et habitatoribus vacuæ. — *Excelsa.* In quibus idola colebantur. — *Interibunt aræ.* Solo æquabuntur. — *Opera vestra.* Idola, altaria et delubra iis dicata quæ vos manibus vetris operati estis.

où vous habitez, les hauts lieux seront détruits et renversés, vos autels tomberont et seront brisés, vos idoles ne seront plus adorées, vos temples seront abattus, et tous vos ouvrages périront.

7. Il se fera un carnage d'hommes au milieu de vous : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

8. Je m'en réserverai parmi vous quelques-uns qui auront échappé à l'épée des nations, lorsque je vous aurai dispersés parmi les peuples.

9. Et ceux d'entre vous qui auront été délivrés se souviendront de moi parmi les nations où ils auront été emmenés captifs : parce que je briserai leur cœur qui était tombé dans la fornication en se retirant de moi, et *j'éclairerai* leurs yeux qui s'étaient corrompus par la fornication en se prostituant aux idoles : et ils se déplairont à eux-mêmes, à cause des maux qu'ils auront faits dans toutes les abominations où ils sont tombés.

10. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, et que ma parole n'a pas été vaine lorsque je leur ai prédit que je leur ferais ces maux.

11. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Frappez de la main et battez du pied, et dites : Malheur sur tous les crimes et sur toutes les abominations de la maison d'Israël, parce qu'ils périront par l'épée, par la famine et par la peste !

12. Celui qui est loin *de l'ennemi* mourra de la peste; celui qui *en* est près tombera par l'épée; celui qui sera resté *dans la ville* et qui y sera assiégé, mourra de faim, et mon indignation se satisfera dans leur supplice.

13. Et vous saurez que je suis le Seigneur, lorsque vos corps morts et tout sanglants seront étendus au milieu de vos idoles, autour de vos autels, sur toutes vos collines élevées, et sur toutes vos hautes montagnes, sous tous vos arbres chargés de feuillages, sous tous vos chênes touffus, et dans tous les lieux où l'on sentait auparavant l'odeur des encens que vous brûliez en l'honneur de vos idoles.

urbes desertæ erunt, et excelsa demolientur, et dissipabuntur; et interibunt aræ vestræ, et confringentur; et cessabunt idola vestra, et conterentur delubra vestra, et delebuntur opera vestra.

7. Et cadet interfectus in medio vestri; et scietis quia ego sum Dominus.

8. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cum dispersero vos in terris.

9. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus ad quas captivi ducti sunt; quia contrivi cor eorum fornicans et recedens a me; et oculos eorum fornicantes post idola sua; et displicebunt sibimet super malis quæ fecerunt in universis abominationibus suis.

10. Et scient quia ego Dominus non frustra locutus sum, ut facerem eis malum hoc.

11. Hæc dicit Dominus Deus : Percute manum tuam, et allide pedem tuum, et dic : Heu, ad omnes abominationes malorum domus Israel; quia gladio, fame et peste ruituri sunt.

12. Qui longe est, peste morietur; qui autem prope, gladio corruet; et qui relictus fuerit et obsessus, fame morietur; et complebo indignationem meam in eis.

13. Et scietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum, in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, et in cunctis summitatibus montium, et subtus omne lignum nemorosum, et subtus universam quercum frondosam, locum ubi accenderunt thura redolentia universis idolis suis.

8. *Et relinquam in vobis eos.* Il y a beaucoup d'analogie entre cette prophétie et celle qui précède. Seulement celle-ci est postérieure. Ezéchiel la fit après être resté couché pendant 390 jours, pour figurer la durée du siége de Jérusalem.

---

7. *Interfectus.* Singularis numerus pro plurali. LXX habent, *et cadent interfecti* — *Scietis quia ego sum Dominus.* Scelerum ultor, idola vero falsa numina, quæ nulli opem ferre possunt.

8. *Et relinquam.* Id est, non omnes vos gladio concidetis; sed aliquot reliquos faciam, qui gladium gentium effugiant, et salvi sint, et inter gentes captivi versentur, per quas dispergam vos.

9. *Liberati vestri.* Qui necem evaserint. — *In gentibus.* Dum captivi et dispersi erunt inter gentes. — *Contrivi cor eorum.* Præteritum pro futuro. Quia conteram cor eorum, id est, faciam ut peccati eos pœniteat, affligens eos longa captivitate. Vexatio etiam dabit illis intellectum. — *Fornicans.* Per idololatriam, quæ frequenter in Scripturis fornicatio dicitur. — *Et oculos eorum fornicantes.* Ut enim ad veram fornicationem oculi sunt in amore duces; quare dixit D. Petrus, II. epist., c. II, n. 14 : *Oculos habent plenos adulterii*, ita in fornicatione metaphorica externa specie et ornatu idolorum capiebantur Judæi, et ad illa colenda alliciebantur. — *Displicebunt sibimet.* Damnantes consilium suum, et peccatum suum idololatriæ.

10. *Non frustra.* Non sine causa, sed ut eos affligendo corrigerem, et ad sanam mentem et peccatorum pœnitentiam adducerem. — *Locutus sum, ut facerem.* Facere decrevi.

11. *Percute manum tuam.* Alteram manum, vel femur tuum. — *Allide pedem tuum.* Ad terram. Sunt hæc signa stupentis, dolentis et indignantis ad tanta mala Judæis impendentia. — *Ad omnes abominationes.* Propter omnes abominationes peccatorum.

12. *Qui longe est.* Qui non est Hierosolymis, sed longe abest a patria. — *Qui relictus fuerit et obsessus.* LXX habent, *qui circumdatus fuerit*, scilicet Hierosolymis deprehensus et ibi obsessus. — *Complebo indignationem meam.* Satiabo, ut superiori capite, n. 13.

13. *Interfecti vestri.* In Hebræo est, *interfecti eorum*, id est, cadavera eorum qui interficiendi sunt. — *In medio idolorum*, Quæ coluerunt; quasi dicat : Sapietis eorum exemplo.

14. Et extendam manum meam super eos; et faciam terram desolatam, et destitutam à deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum; et scient quia ego Dominus.

14. J'étendrai ma main sur eux; et je rendrai la terre *qu'ils habitent* toute désolée et abandonnée depuis le désert de Déblatha *jusque* dans tous les lieux où ils habitaient : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

CHAPITRE VII.

Prédiction de la ruine prochaine de la Judée.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Et tu, fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel : Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ.

3. Nunc finis super te, et immittam furorem meum in te; et judicabo te juxta vias tuas; et ponam contra te omnes abominationes tuas.

4. Et non parcet oculus meus super te, et non miserebor; sed vias tuas ponam super te, et abominationes tuæ in medio tui erunt; et scietis quia ego Dominus.

5. Hæc dicit Dominus Deus : Afflictio una, afflictio ecce venit;

6. Finis venit, venit finis, evigilavit adversum te; ecce venit;

7. Venit contritio super te, qui habitas in terra; venit tempus, prope est dies occisionis, et non gloriæ montium.

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

2. Et vous, fils de l'homme, voici ce que dit le Seigneur, le Dieu de la terre d'Israël : La fin vient; elle vient cette fin sur les quatre coins de la terre.

3. Votre fin est arrivée. Je vais maintenant répandre ma fureur sur vous; je vous jugerai selon vos voies, et je ferai retomber sur vous toutes vos abominations.

4. Mon œil vous verra sans être fléchi, et je ne serai point touché de compassion. Je mettrai sur vous *le poids de* vos crimes; vos abominations seront au milieu de vous; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Une affliction vient, et aussitôt il en vient une autre.

6. La fin vient, la fin est proche, elle s'avance contre vous; la voilà qui vient.

7. Vous qui habitez sur la terre, une ruine entière vient vous accabler. Le temps est venu; le jour est proche; le jour du carnage et non de la gloire des montagnes.

Cap. VII. — 1. *Et factus est sermo.* Cette prophétie se fit à peu près dans le même temps que celle du chapitre précédent. Elle a pour objet la ruine de la terre d'Israël, et il décrit successivement tous les caractères de cette ruine. Elle sera complète, elle s'étendra sur tout le pays : *Super quatuor plagas* (vers. 2). Elle sera inexorable : *Non parcet oculus meus* (vers. 4); elle est prochaine (5-11); elle sera universelle (11); elle est certaine (12-18); elle a été bien méritée (19-23); elle sera effroyable (24, *ad finem*).

7. *Venit contritio.* D'après l'Hébreu : L'aurore de ce jour terrible vient; le temps de la vengeance arrive; le jour du Seigneur est proche, le jour du carnage, et non celui de la joie que vous faisiez éclater sur le haut des montagnes, où vous sacrifiiez à vos idoles.

---

14. *Extendam manum meam.* Percutiam eos per Chaldæos. — *A deserto Deblatha.* In Hebræo est, *a deserto usque Deblatha.* Aliqui putant Deblatha esse eam quæ apud Jeremiam, c. 39, 5, et IV. Reg., 25, 6, vocatur Reblatha; facilis enim est mutatio litteræ *rechs* in *daleth*, quæ sunt admodum similes inter se. Erat Reblatha in terra Emath in extremis Judææ finibus, desertum autem juxta Jerusalem altera ex parte; itaque indicat fore ut tota Judæa a principio usque ad finem vastetur. Meminit potius Deblathæ quam alterius loci, quia ibi Nabuchodonosor consedit, dum ejus exercitus Jerusalem expugnaret. IV. Reg., 25, 6; et Jerem., 39, 5. Adrichomius Reblatha distinguit a Deblatha, et hanc ponit terminum tribus Ruben. * Vulgatæ editioni favent Chaldæus et Græci, et sensus commodissimus est : Faciam terram Judæam magis desolatam et vastatam, quam sit Deblatha, quod est desertum Moabiticum, cujus mentio Num., 33, 47; et Jeremiæ, 48, 22. Est pars deserti illius horribilis cujus meminit Moses, Deut., 8, 15.

Cap. VII. — 2. *Et tu.* Audi, et vaticinare quæ sequuntur. — *Venit finis.* Perditio, desolatio. — *Terræ.* Judææ.

3. *Judicabo te.* Puniam te pro meritis. Est duplex hebraismus, *judicare* pro punire, et *viæ* pro moribus et actionibus. — *Ponam contra te.* Convertam in caput tuum omnia peccata tua.

4. *Vias tuas ponam super te.* Pœnam viarum vitæ tuæ actæ et peccatorum a te admissorum. — *Abominationes.* Pœna abominationis. — *In medio tui erunt.* Pœnæ cives tuos afficient. Vel omnibus erunt manifestæ et conspicuæ.

5. *Afflictio una.* Perfecta, singularis, qualis nunquam fuit, nec erit. Simile est illud I. Reg., 26, 8 : *Perfodiam eum lancea in terra semel, et secundo opus non erit.*

6. *Finis.* Excidium, desolatio, perditio. — *Evigilavit.* Cito veniet, quasi summo mane evigilaverit, ut mature adesset.

7. *Venit contritio.* In Hebræo est, *tsephira*, quæ vox primum germen, aut gemmam arboris, quæ protruditur, significat; qua phrasi significatur jamjam adfuturam cladem. Aliqui legendum putant *contractio*, id est, flos contractus et nondum explicatus, ut sunt calices rosarum, etc. Sic Christus Dominus, Matth., 24, 32, hac eadem usus est similitudine : *Ab arbore autem fici*, inquit, *discite, parabolam; cum jam ramus ejus tener fuerit, et folia nata, scitis quia prope est æstas; ita et vos, etc.* — *Non gloriæ montium.* Gloria hic est lætus clamor, gloriatio, laudatio, ovatio colligentium uvas in montibus. In Hebræo est, *instar dies tumultus, non celeusmatis vindemiantium in montibus.*

8. Maintenant je répandrai de près ma colère sur vous : ma fureur se satisfera en vous; je vous jugerai selon vos voies; et je vous chargerai de tout le *poids de* vos crimes.

9. Mon œil vous verra sans être fléchi; je ne serai point touché de compassion : mais je mettrai sur vous vos actions criminelles; vos abominations seront au milieu de vous, et vous saurez que c'est moi qui vous frappe, moi qui suis le Seigneur.

10. Le jour vient; le jour est déjà présent; la ruine va tomber, la verge a fleuri; l'orgueil a poussé ses rejetons.

11. L'iniquité s'est élevée sur la verge de l'impiété; et *il ne restera* rien d'eux, ni du peuple, ni de tout leur bruit; ils n'auront point de repos.

12. Le temps est venu; le jour est proche. Que celui qui achète ne se réjouisse point, et que celui qui vend ne s'afflige point, parce que la colère *du Seigneur* accablera tout le peuple.

13. Celui qui vend ne rentrera point en possession de ce qu'il vend; car ceci arrivera pendant la vie même de ceux qui vivent présentement. *Or* les visions prophétiques, *et* qui regardent tout le peuple, ne seront point vaines; et tout homme reconnaîtra qu'au lieu de trouver de l'appui dans le dérèglement de sa vie, *il y trouvera sa perte.*

14. Sonnez de la trompette, que tous se préparent. Cependant il ne se trouvera personne qui aille au combat, parce que ma colère est sur tout le peuple.

15. L'épée au dehors, et la peste et la famine

8. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, et complebo furorem meum in te; et judicabo te juxta vias tuas, et imponam tibi omnia scelera tua;

9. Et non parcet oculus meus, nec miserebor, sed vias tuas imponam tibi, et abominationes tuæ in medio tui erunt; et scietis quia ego sum Dominus percutiens.

10. Ecce dies, ecce venit; egressa est contritio, floruit virga, germinavit superbia;

11. Iniquitas surrexit in virga impietatis; non ex eis, et non ex populo, neque ex sonitu eorum; et non erit requies in eis.

12. Venit tempus, appropinquavit dies; qui emit, non lætetur; et qui vendit, non lugeat; quia ira super omnem populum ejus.

13. Quia qui vendit, ad id quod vendidit, non revertetur, et adhuc in viventibus vita eorum; visio enim ad omnem multitudinem ejus non regredietur; et vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur.

14. Canite tuba, præparentur omnes, et non est qui vadat ad prælium; ira enim mea super universum populum ejus.

15. Gladius foris, et pestis, et fames

10. *Floruit virga.* D'après le Père de Carrières : La verge qui doit vous frapper a fleuri; l'orgueil de celui qui doit vous perdre a poussé des rejetons.

11. *Iniquitas surrexit.* Nous reproduisons la paraphrase du P. de Carrières : L'iniquité ou la fureur de vos ennemis s'est élevée sur vos princes, qui étaient parmi vous comme la verge de l'impiété, et il ne restera rien d'eux, ni du peuple qu'ils gouvernent, ni de tout leur bruit et de tout leur éclat; ils n'auront point de repos et on ne leur laissera pas même la triste consolation de pleurer leurs morts.

13. *Et adhuc in viventibus vita eorum.* Cette désolation prédite par le Prophète, était si prochaine, que ses contemporains ne devaient pas voir auparavant le temps du Jubilé, où chacun devait, d'après la loi, rentrer dans les biens qu'il avait aliénés.

14. *Non est qui vadat ad prælium.* Quand un peuple est condamné, il a de ces vertiges que rien n'explique. Ainsi les Juifs avaient voulu la guerre, ils l'avaient provoquée, et quand ils ont été en face de l'ennemi, personne n'a plus voulu aller au combat. Ne connaissons-nous pas ces défaillances?

---

8. *De propinquo.* Cito, brevi, non multo post. — *Complebo.* Hæc usque ad versiculum 10 explicata sunt supra, n. 3.

10. *Egressa est contritio.* Vide dicta n. 7. — *Floruit virga.* Jam apparent flores, postmodum et quidem cito aderunt amari fructus, punitio scilicet, quæ per virgam significatur. Potest etiam sensus esse : floruit tribus Juda, nam *matteh*, et virgam, et tribum significat. Floruit, fuit in rebus prosperis. — *Germinavit superbia.* Ut peccata creverunt, sic etiam eorum pœna vos festinat comprehendere.

11. *Surrexit in virga.* Excrevit in virgam, qua verberentur; ex radice iniquitatis eorum nata est virga, qua cædantur. — *Non ex eis. Non remanebit residuum ex eis*, ut vertit Vatablus. — *Neque ex sonitu eorum.* Ex tota eorum multitudine. Sonitum aut strepitum appellat multitudinem, populum aut plebem, quæ cum frequens est, multum strepit. Vel sensus est : peribit superbia et fastus eorum sonorus et arrogans. — *Non erit requies.* A malis quibus eos affligam.

12. *Qui emit, non lætetur.* Quia non diu licebit potiri rebus emptis, quas invadent Chaldæi. — *Non lugeat.* Abdicat enim a se id quod paulo post erat amissurus.

13. *Ad id quod vendidit, non revertetur.* Ut in anno jubilæi, Levit., 25, quia scilicet erit in captivitate. — *Et adhuc in viventibus vita eorum.* Vivent quidem, sed ad sua bona vendita nunquam redibunt. — *Visio.* Prophetia hæc comminatoria. — *Non regredietur.* Vacua et irrita. — *Vir. Isc*, unusquisque. — *In iniquitate vitæ suæ.* Propter iniquitatem et scelera sua. — *Non confortabitur.* Non prosperabitur, sed cadet, hostibus succumbet, et eorum præda fiet.

14. *Canite tuba.* Clangite tubis quantum vultis, ut milites convocetis, nullus sistere se audebit.

intrinsecus; qui in agro est, gladio morietur; et qui in civitate, pestilentia et fame devorabuntur.

16. Et salvabuntur qui fugerint ex eis; et erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi, unusquisque in iniquitate sua.

17. Omnes manus dissolventur, et omnia genua fluent aquis.

18. *a* Et accingent se ciliciis, et operiet eos formido et in omni facie confusio, et in universis capitibus eorum calvitium [a *Isai.* 15. 2. *Jer.* 48. 37.]

19. Argentum eorum foras projicietur, et aurum eorum in sterquilinium erit. *a* Argentum eorum, et aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, et ventres eorum non implebuntur; quia scandalum iniquitatis eorum factum est. [a *Prov.* 11. 4. *Eccli.* 5. 10. *Sophon.*]

20. Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, et imagines abominationum suarum et simulacrorum fecerunt ex eo : propter hoc dedi eis illud in immunditiam;

21. Et dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, et impiis terræ in prædam, et contaminabunt illud.

22. Et avertam faciem meam ab eis, et violabunt arcanum meum : et introibunt in illud emissarii, et contaminabunt illud.

23. Fac conclusionem; quoniam terra

au dedans. Celui qui est aux champs mourra par l'épée, et celui qui est dans la ville sera dévoré par la peste et par la famine.

16. Ceux d'entre eux qui s'enfuiront seront délivrés; mais ils seront sur les montagnes comme les colombes des vallées, tout tremblants de crainte à la vue de leurs péchés.

17. Toutes les mains seront affaiblies, et tous les genoux seront sans force.

18. Ils se revêtiront de cilices, et ils seront saisis de frayeur; tous les visages seront couverts de confusion, et toutes les têtes deviendront chauves.

19. Leur argent sera jeté dehors, et leur or sera comme du fumier : leur argent et leur or ne pourront les délivrer au jour de la fureur du Seigneur. Ils ne leur serviront point pour se rassasier, et pour remplir leur estomac, parce que leur iniquité s'en est fait un sujet de chute.

20. Ils se sont servis de l'ornement de leurs colliers pour repaître leur orgueil, et ils en ont fait les images de leurs abominations et de leurs idoles. C'est pourquoi je mettrai leur or *et* leur argent au rang des choses impures.

21. Je l'abandonnerai au pillage entre les mains des étrangers; il deviendra la proie des impies de la terre, et ils en useront comme d'une chose souillée.

22. Je détournerai d'eux mon visage, et *leurs ennemis* violeront le secret *de* mon *sanctuaire*. Des brigands y entreront et le profaneront.

23. Achevez donc, parce que la terre est pleine

19. *Non valebit liberare eos.* Le parti politique qui poussait à la guerre était riche, mais il faisait un mauvais usage de ses richesses. Il s'en servait, comme le dit au verset suivant le Prophète, pour favoriser l'idolâtrie, et c'est pour ce motif que le Seigneur doit tourner contre eux-mêmes cet or et cet argent dont ils ont abusé.

23. *Fac conclusionem.* Faites la chaîne, ou enveloppez-les tous dans une même condamnation. Saint Jérôme explique ainsi sa traduction.

---

16. *Quasi columbæ convallium.* Quæ accipitrem aut ingruentem tempestatem timent, atque ideo in vallibus degunt, non in montibus aut collibus. — *In iniquitate sua.* Conscientia peccati sui.

17. *Omnes manus dissolventur.* Metu, quæ spiritus animales ad cor revocantur, et extremæ partes destituuntur, quæ ideo solvuntur et tremunt.— *Fluent aquis.* Urina præ pavore.* LXX, παντες μηροι μολυνθησονται ὑγρασια, *omnia femora inficientur humiditate.* D. Hieron., *urina perfluent genua.*

18. *Ciliciis.* Ut fit in luctu. — *Operiet.* Omni ex parte cinget et urgebit. — *Confusio.* Pudor et rubor; *nam conscientia peccatoris lucet in facie,* ut ait S. Hieronymus. — *Calvitium.* Solebant enim in luctu capillum tondere aut radere.

19. *Foras projicietur.* A Chaldæis omnia desipientibus. — *In sterquilinium.* In hebræo est *lenidda, in immunditiam*, id est, profanabitur, polluetur; nam divitiæ populi Dei diripientur a Chaldæis incircumcisis. — *Animam.* Appetitum animæ, famen suam. — *Quia scandalum iniquitatis eorum factum est.* Iniquitatem hoc loco vocat avaritiam, usuram, rapinam; quasi dicat : eorum avaritia erit in scandalum; qui enim aliena rapuerunt, perdent sua.

20. *Ornamentum monilium.* Monilia, quæ eis dedi in ornamentum, ipsi converterunt in superbiam, et fastum, et ornatum etiam idolorum suorum. — *Imagines abominationum suarum.* Imagines et simulacra abominabilum idolorum suorum. — *Dedi eis illud in immunditiam.* Hoc est quod superiori versiculo vertit, *in sterquilinium.*

* 21. *Contaminabunt illud.* Ad viles usus vertent. Videtur significari id quod alicubi dixit Martialis :

Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro.

Vel quid simile.

22. *Arcanum meum.* Adyta templi mei. — *Emissarii.* Latrones, prædatores, direptores.

23. *Fac conclusionem.* Hebræus et Chaldæus habent, *catenam*, scilicet in signum captivitatis. Alii putant sensum esse : minas omnes et pœnas Jerusalem conclude brevi sermone, eo scilicet qui sequitur n. 24 et sequentibus. * Alii putant præcipi prophetæ ut se domi concludat, ut præceptum illi fuerat supra, c. 3, 24, et reliqua omnia quæ illi fuerant imperata exsequatur. — *Judicio sanguinum.* Peccatis morte dignis, et sanguine expiandis.

du sang qu'ils ont répandu, et que la ville est remplie d'iniquité.

24. Je ferai venir les plus méchants d'entre les nations. Ils s'empareront de leurs maisons, je ferai cesser l'orgueil des puissants, et *leurs ennemis* posséderont leurs sanctuaires.

25. Les maux fondant tout d'un coup *sur eux*, ils chercheront la paix, et ils ne la trouveront point.

26. Ils verront venir épouvante sur épouvante, et les bruits se succéderont l'un à l'autre. Ils chercheront quelque vision d'un prophète. Sa loi périra dans *la bouche* des prêtres, et le conseil dans les *paroles des* anciens.

27. Le roi sera dans les larmes, le prince sera couvert de tristesse, et les mains du peuple trembleront de frayeur. *Car* je les traiterai selon leurs œuvres; je les jugerai selon qu'ils auront jugé les autres; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

plena est judicio sanguinum, et civitas plena iniquitate.

24. Et adducam pessimos de gentibus, et possidebunt domos eorum; et quiescere faciam superbiam potentium, et possidebunt sanctuaria eorum.

25. Angustia superveniente, requirent pacem, et non erit.

26. Conturbatio super conturbationem veniet, et auditus super auditum; et quærent visionem de propheta, et lex peribit a sacerdote, et consilium a senioribus.

27. Rex lugebit, et princeps induetur mœrore, et manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, et secundum judicia eorum judicabo eos : et scient quia ego Dominus.

CHAPITRE VIII.

Ezéchiel est transporté en esprit dans le temple de Jérusalem.

1. Le cinquième jour du sixième mois de la sixième année, comme j'étais assis dans ma maison, et que les anciens de Juda étaient assis avec moi au même lieu, la main du Seigneur tomba tout d'un coup sur moi.

2. Et j'eus cette vision : Quelqu'un me parut comme un feu ardent : depuis les reins jusqu'en bas, ce n'était qu'une flamme; et depuis les reins jusqu'en haut, il paraissait un airain mêlé d'or étincelant de lumière.

3. Je vis en même temps comme une main qui

1. Et factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis : ego sedebam in domo mea, et senes Juda sedebant coram me, et cecidit ibi super me manus Domini Dei.

2. Et vidi, et ecce similitudo quasi aspectus ignis : ab aspectu lumborum ejus et deorsum, ignis : et a lumbis ejus : et sursum, quasi aspectus splendoris, ut visio electri.

3. *a* Et emissa similitudo manus ap-

27. *Rex lugebit.* Punition bien méritée, car Sédécias endurcissait sa tête et son cœur, pour ne plus retourner au Dieu de ses pères. En même temps, tous les princes des prêtres et le peuple s'abandonnaient à toutes les abominations des Gentils, et profanaient le temple du Seigneur.

Cap. VIII. — 1. *Et factum est in anno sexto.* C'était la sixième année du règne de Sédécias, l'an 592 avant Jésus-Christ, Ezéchiel, après avoir annoncé les maux que le Seigneur allait faire tomber sur Jérusalem, veut justifier la sévérité de ce châtiment. Il est transporté dans le temple, et il décrit les différentes idolâtries qui le souillaient.

2. *Quasi aspectus ignis.* Il y a beaucoup d'analogie entre cette vision et la première (ch. Ier).

3. *Idolum zeli.* La plupart croient que c'était l'idole de Baal qui avait été dressée dans le temple par Manassé (IV. Reg., XXI, 7, et II. Par., XXXIII, 7), et qui ayant été détruite par Josias (II. Par., XXXIV, 4, avait apparemment été rétablie par ses successeurs. D. Calmet croit que c'est l'idole d'Adonis, dont il est parlé au verset 14.

---

24. *Pessimos degentibus.* Chaldæos gentem pessimam. — *Quiescere faciam superbiam.* Comprimam superbiam potentium Judæorum. — *Sanctuaria.* Sanctuarium, id est, templum. Utitur numero plurali, quia templum dividebatur in atria, sanctum, et sanctum Sanctorum. Vel intelligit sanctuaria quæ idolis suis fabricati fuerant.

25. *Angustia.* Obsidionis. — *Non erit.* Non impetrabunt.

26. *Conturbatio super conturbationem.* Calamitas alia super aliam. — *Auditus.* Malus nuntius. — *Visionem.* Prophetiam qua se consolentur. — *Lex peribit.* Legis interpretatio. Chal., *doctrina;* quasi dicat : non erunt docti sacerdotes et senes, qui possint sua sapientia cladem avertere, vel dare consilium salutare in tantis malis. * Vel sensus est : sacerdotes in tantis angustiis solemnia legis implere non poterunt : deerunt pecudes, simila, vinum, suffitus.

27. *Et princeps.* Repetitio. — *Mœrore.* Pallio mœroris. — *Conturbabuntur.* Dissolventur. Vide dicta supra, n. 17. — *Secundum viam.* Secundum actiones et scelera eorum. — *Secundum judicia.* Secundum merita, juxta quæ judicatur et fertur sententia. Vel sensus est, quomodo judicarunt et vexaruut alios, vexabo illos, sed juste.

Cap. VIII. — 1. *Anno sexto.* A transmigratione Joachim, ut patet ex c. 1. n. 2. — *Sexto mense.* Elul, qui respondet nostro augusto. — * *Sedebant coram me.* In summo rerum discrimine me consulentes. — *Cecidit ibi super me manus Domini.* Ostensa est mihi terribilis et admirabilis visio.

2. *Similitudo.* LXX habent, *similitudo viri.* Vidit ergo hic propheta, ut et c. 1, 27, virum a lumbis deorsum ignitum et flammantem, quasi in camino ignis; a lumbis vero sursum splendentem, quasi aurum, scilicet quasi electrum, id est, aurichalcum.

3. *Et emissa similitudo manus.* Et visus est mihi homo ille manum porrigere, et me per

prehendit me in cincinno capitis mei : et elevavit me spiritus inter terram et cœlum, et adduxit me in Jerusalem in visione Dei, juxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, ubi erat statutum idolum zeli ad provocandam æmulationem. [a *Dan.* 14. 35.]

vint me prendre par les cheveux de ma tête; et l'esprit m'éleva entre le ciel et la terre, et m'amena à Jérusalem dans une vision de Dieu près de la porte intérieure qui regardait du côté de l'Aquilon, où l'on avait placé l'idole de Jalousie.

4. Et ecce ibi gloria Dei Israel, secundum visionem quam videram in campo.

4. Je vis paraître en ce même lieu la gloire du Dieu d'Israël, selon la vision que j'avais eue dans le champ.

5. Et dixit ad me : Fili hominis, leva oculos tuos ad viam Aquilonis. Et levavi oculos meos ad viam Aquilonis : et ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipso introitu.

5. Et il me dit : Fils de l'homme, levez les yeux du côté de l'Aquilon. Et ayant levé les yeux de ce côté-là, je vis du côté de l'Aquilon de la porte de l'autel cette idole de Jalousie qui était à l'entrée.

6. Et dixit ad me : Fili hominis, putasne, vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, ut procul recedam a sanctuario meo? et adhuc conversus videbis abominationes majores.

6. Et il me dit ensuite : Fils de l'homme, voyez-vous ce que font ceux-ci? Voyez-vous les grandes abominations que la maison d'Israël fait en ce lieu pour m'obliger à me retirer de mon sanctuaire? Et quand vous vous retournerez d'un autre côté vous verrez des abominations encore plus grandes.

7. Et introduxit me ad ostium atrii, et vidi, et ecce foramen unum in pariete.

7. Et m'ayant conduit à l'entrée du parvis, je vis qu'il y avait un trou à la muraille.

8. Et dixit ad me : Fili hominis, fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unum.

8. Et il me dit : Fils de l'homme, percez la muraille. Et ayant percé la muraille, parut une porte.

9. Et dixit ad me : Ingredere, et vide abominationes pessimas quas isti faciunt hic.

9. Et il me dit : Entrez, et voyez les effroyables abominations que ces gens font en ce lieu.

10. Et ingressus vidi, et ecce omnis similitudo reptilium et animalium, abominatio, et universa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum.

10. J'entrai : et en même temps je vis des images de toutes sortes de reptiles et d'animaux, et l'abomination de la maison d'Israël; et toutes ses idoles étaient peintes sur la muraille tout autour *du temple.*

6. *Ut procul recedam a sanctuario meo?* Achaz fut le premier qui osa faire pénétrer, dans le temple les rites idolâtriques. Il changea la forme de l'autel des holocaustes, et fit mettre à la place un autel semblable à celui qu'il avait vu à Damas. Manassès mit des idoles dans le sanctuaire lui-même. Josias le purifia, mais après la mort de ce prince, le temple fut de nouveau infecté par l'idolâtrie.

10. *Similitudo reptilium et animalium.* Les erreurs de l'Egypte, pour qui les Juifs avaient tant de sympathie, avaient sans doute pénétré en Judée et inspiré ces peintures dans le temple de Jerusalem.

---

crines apprehendere, et transferre in Jerusalem. — *In visione Dei.* Magna et admirabili. Hinc apparet mentis oculis, non corporis, objecta hæc fuisse Ezechieli. — *Ostium interius.* Ad ostium portæ atrii interioris templi, atrii scilicet sacerdotum, in quo erat altare holocaustorum. — *Quod respiciebat.* Quod ostium obversum erat ad aquilonem. — *Idolum zeli.* Idolum Baal, quod Manasses posuerat in templo, quod postea abstulerat Josias. II. Paral., 34, 4, et repositum fuerat sub Joakim et Sedecia, ut patet IV. Reg., 23, 37; II. Paralip., 36, 14. Appellatur *idolum zeli*, id est, excitans Deum ad zelotypiam et ad iram, sicut adultera maritum excitare solet. — *Æmulationem*, Zelum, iram.

4. *Quam videram in campo.* Similis illi quam videram, cum Deus me eduxit in campum, c. 3, n. 22.

5. *Ad viam aquilonis.* Ad viam quæ tenebat ad portam quæ respiciebat aquilonem. — *Ab aquilone portæ Altaris.* Dicitur porta Altaris, quia, ut habemus IV. Reg., 16, 14, Achaz transtulit altare Salomonis a medio atrii ad portam aquilonarem, quæ inde dicta est porta Altaris.

6. *Putasne, vides tu?* Non vides omnes abominationes Israël; plures enim et majores videbis. — *Ut procul recedam.* Quæ causa sunt ut statuerim recedere a templo hoc, cum eas ferre non possim. — *Adhuc conversus.* Rursus videbis abominationes majores. Sic cum dicitur in Psal. 84, 7 : *Deus, tu conversus vivificabis nos*, sensus est : Deus, nos rursus vivificabis; et Job, 7, 7, cum dicitur : *Non revertetur oculus meus ut videat bona;* sententia est : oculus meus bona denuo non videbit. * Vel sensus est, in templi partes alias conversus.

7. *Ostium atrii.* Vestibulum scilicet portæ aquilonaris. — *In pariete.* Cubiculi prope portam.

8. *Apparuit ostium unum.* Factum ex ipso foramine ab Ezechiele dilatato. Ex hoc apparet idololatras ostio hoc obstructo, alium ingressum aperuisse, per quem clanculum ingrediebantur, ut ibi colerent idola.

10. *Depicta erant.* Maldonatus putat hæc per visionem objecta fuisse prophetæ, non autem revera tales picturas fuisse in parietibus. Cornel. a Lapide putat reipsa parietes illis abominationibus fuisse depictos : cui explicationi suffragantur quæ habemus Jeremiæ, c. 7, 30; et c. 32, 34.

11. Et soixante-dix des anciens de la maison d'Israël, étaient debout devant ces peintures; et Jézonias, fils de Saphan, était au milieu d'eux. Chacun d'eux avait un encensoir à la main, et la fumée de l'encens qui en sortait s'élevait en haut.

12. Et il me dit : Certes, vous voyez, fils de l'homme, ce que les anciens de la maison d'Israël font dans les ténèbres, ce que chacun d'eux fait dans le secret de sa chambre; car ils disent : Le Seigneur ne nous voit point; le Seigneur a abandonné la terre.

13. Alors il me dit : Si vous vous tournez d'un autre côté, vous verrez des abominations encore plus grandes que celles que font ceux-ci.

14. Et m'ayant mené à l'entrée de la porte de la maison du Seigneur qui regarde du côté du Septentrion, je vis des femmes qui étaient assises en ce lieu, et qui pleuraient Adonis.

15. Et il me dit : Certes, vous voyez, fils de l'homme, ce qu'ils font; et si vous allez encore d'un autre côté, vous verrez des abominations encore plus grandes.

16. Et m'ayant fait entrer dans le parvis intérieur de la maison du Seigneur, je vis à l'entrée du temple du Seigneur, entre le vestibule et l'autel, environ vingt-cinq hommes qui tournaient le dos au temple du Seigneur, et dont le visage regardait l'orient, et ils adoraient le soleil levant.

17. Et il me dit : Certes, vous voyez fils de l'homme, ce qu'ils font. Est-ce peu à la maison de Juda d'avoir fait les abominations qu'ils ont faites en ce lieu, d'avoir rempli la terre d'ini-

11. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, et Jezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas : et unusquisque habebat thuribulum in manu sua : et vapor nebulæ de thure consurgebat.

12. Et dixit ad me : Certe vides, fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubiculi sui; dicunt enim : Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.

13. Et dixit ad me : Adhuc conversus videbit abominationes majores quas isti faciunt.

14. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem : et ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.

15. Et dixit ad me : Certe vidisti, fili hominis : adhuc conversus videbis abominationes majores his.

16. Et introduxit me in atrium domus Domini interius : et ecce in ostio templi Domini inter vestibulum et altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, et facies ad Orientem : et adorabant ad ortum solis.

17. Et dixit ad me : Certe vidisti, fili hominis : numquid leve est hoc domui Juda, ut facerent abominationes istas quas fecerunt hic, quia replentes ter-

11. *Et Jezonias filius Saphan.* On connaît, sous le règne de Josias, Saphan, scribe ou secrétaire de ce prince (IV. Reg., XXII, 3 et seq.), et Jézonias, fils de Saphan, paraît être ici le chef du sanhédrin.

14. *Plangentes Adonidem.* Cet Adonis était une divinité particulièrement adorée par les Syriens et les Phéniciens. L'Hébreu porte : *Thammuz*, que l'on croit être Osiris, l'époux d'Isis. Ce serait une divinité égyptienne, ce qui confirmerait notre note sur le verset 10.

16. *Viginti quinque viri.* Ces vingt-cinq hommes étaient apparemment autant de prêtres et de lévites qui étaient alors de service. Il y avait toujours dans le temple douze prêtres et douze lévites qui servaient par semaine, et le grand-prêtre faisait le vingt-cinquième. — *Adorabant ad ortum solis.* Ils adoraient le soleil levant. Ce culte du soleil se trouve chez les Perses et chez les Chaldéens. Aux superstitions de l'Egypte, de la Syrie et de la Phénicie s'étaient donc ajoutées celles des Chaldéens et des Perses; par conséquent, le temple était devenu un réceptacle d'idoles, ou, pour parler la langue des prophètes, de toutes les abominations étrangères.

17. *Ramum ad nares suas.* Ceux qui n'admettent pas l'explication de Ménochius, disent que c'étaient des branches de laurier, arbre consacré au soleil.

---

11. *Septuaginta viri.* Videntur hi 70 viri fuisse senatores concilii sanedrim, quod septuaginta viris constabat, eratque summus Judæorum senatus. Probabile est aliquos abfuisse; neque enim verisimile videtur omne concilium a Deo defecisse ad idola. — *Jezonias filius Saphan.* Aliqui putant esse Sophoniam sacerdotem, qui datus fuit quasi judex, Jeremiæ, c. 29, 25. — *In medio eorum.* Quasi mysteriorum illorum profanorum antistes. — *Vapor nebulæ.* Fumus thuris.

13. *Conversus videbis.* Iterum videbis. Vide supra, n. 6, et ibi notata.

14. *Introduxit me per ostium portæ.* Duxit me ad portam atrii exterioris; ibi enim erant mulieres et laici, non interiori atrio. — *Plangentes Adonidem.* Veneris amasium. Credebant hoc planctu reddere sibi Venerem propitiam. In Hebr. est, *thamuz*, quem aliqui putant esse Osirim Ægyptiorum; qui vicina voce Ammuz dicitur ab Herodoto et Plutarcho. Kimchi et Hebræorum aliqui, magum aiunt fuisse insignem, de quo mira narrant.

15. *Vidisti.* Superstitiosas abominationes. — *Conversus.* Rursus, denuo. Vide dicta supra. n. 6.

16. *Atrium interius.* Atrium sacerdotum. — *Vestibulum.* Templi. — *Altare.* Holocaustorum. — *Dorsa habentes contra templum.* Qui aversi terga dabant arcæ, et adorabant ad orientem, more gentilium, cum Hebræi solerent adorare ad occidentem conversi.

17. *Vidisti.* Scelus adorantium ad orientem. — *Conversi sunt.* Non contenti aliis sceleribus, iterum me novo impietatis genere irritaverunt. — *Aplicant ramum ad nares.* Ramum scilicet quo idola tetigerant; erat enim hoc genus quoddam adorationis. Sic Job gloriatur, c. 31, 26, 27, quod non osculatus fuerit manum suam, cum solem et lunam videret. Alii aliter explicant. Vide Pagninum in thesauro linguæ sanctæ in radice.

ram iniquitate conversi sunt ad irritandum me? et ecce applicant ramum ad nares suas.

18. Ergo et ego faciam in furore : non parcet oculus meus, nec miserebor, et cum clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

quité, et d'avoir comme entrepris d'irriter mon indignation contre eux? Et vous voyez *encore* comme ils approchent de leurs narines, un rameau.

18. C'est pour cela aussi que je les traiterai dans ma fureur; mon œil les verra sans être fléchi; je ne serai point touché de compassion; et lorsqu'ils crieront vers moi à haute voix, je ne les écouterai point.

CHAPITRE IX.

Ceux qui ne doivent pas être exterminés sont marqués d'un thau.

1. Et clamavit in auribus meis voce magna, dicens : Appropinquaverunt visitationes urbis, et unusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

2. Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris quæ respicit ad Aquilonem; et uniuscujusque vas interitus in manu ejus : vir quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis, et atramentarium scriptoris ad renes ejus : et ingressi sunt, et steterunt juxta altare æreum.

3. Et gloria Domini Israel assumpta est de cherub quæ erat super eum ad limen domus; et vocavit virum qui indutus erat lineis, et atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.

4. Et dixit Dominus ad eum : Transi per mediam civitatem in medio Jerusalem, *a* et signa thau super frontes virorum gementium, et dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio ejus. [a *Exod.* 12. 7. *Apoc.* 7. 3.]

1. Il cria ensuite devant moi avec une voix forte, et me dit : Ceux qui doivent visiter la ville sont proches, et chacun tient en sa main un instrument de mort.

2. En même temps je vis venir six hommes du côté de la porte supérieure qui regarde vers le Septentrion, ayant chacun à la main un instrument de mort. Il y en avait aussi un au milieu d'eux, qui était revêtu d'une robe de fin lin, et qui avait une écritoire sur les reins : et étant entré dans *le temple*, ils se tinrent près de l'autel d'airain.

3. Et la gloire du Dieu d'Israël s'éleva de dessus le chérubin où elle était, *et* vint à l'entrée de la maison du Seigneur; et elle appela celui qui était revêtu d'une robe de fin lin, et qui avait une écritoire pendue sur les reins.

4. Et le Seigneur lui dit : Passez au travers de la ville, au milieu de Jérusalem, et marquez un thau sur le front des hommes qui gémissent, et qui sont dans la douleur de voir toutes les abominations qui se font au milieu d'elle.

Cap. IX. — 1. *Unusquisque vas interfectionis.* Après avoir décrit, dans le chapitre précédent, les abominations commises par les Juifs, non-seulement dans leurs maisons et sur les hauts lieux, mais encore dans le temple, le Prophète annonce les châtiments qui vont fondre sur eux.

2. *Et ecce sex viri.* Ces six hommes viennent par la porte septentrionale, parce qu'ils représentent l'armée des Chaldéens qui devait venir de ce côté-là, en s'avançant sur Jérusalem. — *Atramentarium scriptoris.* Quelques-uns croient que le mot hébreu peut signifier des tablettes sur lesquelles on écrivait.

4. *Et signa thau.* La marque du salut est un *thau*, la dernière lettre de l'alphabet hébreu, laquelle repond au T des Grecs et des Latins. Ce *thau*, selon la manière dont on écrivait au temps d'Ezéchiel, avait la figure de la croix. Kennicott possédait une médaille frappée en la

---

18. *Et ego faciam.* Agam cum illis severe pro eorum meritis. — *Non parcet oculus meus.* Commiseratione non movebor, cum videro populum magnis malis vexari.

Cap. IX. — 1. *Clamavit.* Idem Dominus auriga currus cherubim, de quo c. 10, 18. -- *Visitationes.* Supplicia et pœnæ. Visitationes vocat sex illos viros de quibus loquitur versu sequenti; idem est ac si dicat : Prope jam sunt hostes urbem eversuri. -- *Vas interfectionis* Instrumentum ad interficiendum, scilicet gladium aut securim.

2. *Sex viri.* Sex angeli humana specie. -- *De via portæ superioris.* Per viam quæ duxit ad portam superiorem, id est, interiorem, ad quam quia gradibus ascendebatur, hinc dicitur *superior*, qua scilicet intrabatur ad atrium sacerdotum. -- *Vas interitus.* Hebræus habet, *instrumenta bellica.* LXX, *securis.* -- *Vir quoque unus.* Angelus alius. -- *Vestitus erat lineis.* LXX habent, *podere*, id est, veste ad pedes usque demissa, veste talari linea. -- *Atramentarium scriptoris.* Ad signandos eos qui liberandi erant. -- *Ingressi sunt.* Atrium interius. -- *Altare æreum.* Altare holocaustorum; nam altare thymiamatis erat aureum.

3. *Gloria Domini.* Imaginem illam Dei intelligit igne et electro splendentem, quam viderat quadrigæ cherubinorum insidentem, c. 1, 26; et c. 2, 1; et 3, 23. -- *Assumpta est de cherub.* In hebræo est, *recessit a cherub.* Ad eum fere modum quo viri principes curru usque ad regiam vecti, de eo desiliunt, et per scalas et aulas pedibus suis ambulant. -- *Super eum.* Dicit super eum singulari numero, non super eos, quia dixerat *cherub* in singulari, non cherubim in plurali.

4. *Signa thau.* Imprime frontibus eorum litteram thau, quæ eo tempore, ut docet S. Hieronymus, cruci similis erat; nam erat similis nostro T latino et græco; significabatur autem hoc symbolo veram salutem dandam per crucem Christi. — *Gementium, et dolentium.* Qui non solum malis, ut ait Hieronymus, operibus non consenserunt, sed etiam aliena peccata planxerunt.

5. Et *quant aux six autres hommes*, j'entendis qu'il leur disait : Suivez-le; et passez au travers de la ville, et frappez *de mort tout ce que vous rencontrerez.* Que votre œil ne se laisse point fléchir, et ne soyez touchés d'aucune compassion.

6. Tuez tout, sans qu'aucun échappe, vieillards, jeunes hommes, vierges, femmes et enfants : mais ne tuez aucun de ceux sur le front desquels vous verrez le thau écrit : et commencez *cette exécution* par *ceux qui servent dans* mon sanctuaire, *qui sont les plus coupables.* Ils commencèrent donc le carnage *par les prêtres et* par les plus anciens qui étaient devant la maison *du Seigneur.*

7. Et il leur dit : Profanez *sans crainte* la maison *que je m'étais consacrée,* et remplissez le parvis de corps tout sanglants, et sortez ensuite. *Ils exécutèrent cet ordre rigoureux;* et étant sortis *du temple après y avoir tout exterminé*, ils allèrent tuer tous ceux qui étaient dans la ville.

8. Et après qu'ils eurent fait tout ce carnage, je restai là ; et m'étant jeté le visage contre terre, je dis, en criant : Hélas! hélas! hélas! Seigneur Dieu! perdrez-vous donc ainsi tout ce qui reste d'Israël, en répandant votre fureur sur *toute la ville de* Jérusalem?

9. Et il me dit : L'iniquité de la maison d'Israël et de la maison de Juda est dans le dernier excès, la terre est toute couverte du sang *des innocents qu'ils ont répandu sans miséricorde.* La ville est remplie des gens qui m'ont quitté *pour suivre les idoles,* parce qu'ils ont dit : Le Seigneur a abandonné la terre, le Seigneur ne nous voit point.

10. C'est pourquoi mon œil ne se laissera point fléchir; je ne serai point touché de compassion, et je ferai tomber sur leurs têtes, *sans miséricorde,* les maux qu'ils méritent.

11. Alors celui qui était revêtu d'une robe de fin lin, et qui avait une écritoire pendue sur les

5. Et illis dixit, audiente me : Transite per civitatem sequentes eum, et percutite : non parcat oculus vester, neque misereamini.

6. Senem, adolescentulum, et virginem, parvulum et mulieres interficite usque ad internecionem : omnem autem super quem videritis thau, ne occidatis, et a sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo a viris senioribus qui erant ante faciem domus.

7. Et dixit ad eos : Contaminate domum, et implete atria interfectis : egredimini. Et egressi sunt, et percutiebant eos qui erant in civitate.

8. Et cæde completa, ramansi ego; ruique super faciem meam, et clamans aio : Heu, heu, heu, Domine Deus : ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Jerusalem?

9. Et dixit ad me : Iniquitas domus Israel et Juda magna est nimis valde, et repleta est terra sanguinibus, et civitas repleta est aversione; dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, et Dominus non videt.

10. Igitur et meus non parcet oculus, neque miserebor : viam eorum super caput eorum reddam.

11. Et ecce vir qui erat indutus lineis qui habebat atramentarium in dorso suo,

4e année du gouvernement de Simon le grand-prêtre. Sur cette monnaie, la lettre *thau* revient deux fois et toujours en forme de croix X. Ce signe était donc un symbole admirable de la croix de Jésus-Christ. — *Frontes virorum gementium.* Ce sont les justes qui, ne pouvant empêcher les abominations dont ils étaient témoins, se voyaient forcés à gémir en secret et à déplorer les brèches que l'on faisait chaque jour à la morale et à la religion. Dans l'*Apocalypse*, un ordre semblable est donné (Apoc., VII, 3), et il rappelle la manière dont les premiers-nés des Hébreux furent préservés en Egypte (Ez., XII, 7).

8. *Ergone disperdes.* Le Prophète remplit le rôle qui appartient au ministre de Jésus-Christ. Il doit avoir horreur du mal, mais conserver beaucoup d'affection pour les personnes. Il doit être touché de leurs maux, et tout en sentant la justice du châtiment, il prie le Seigneur de l'adoucir.

---

5. *Illis dixit.* Sex nimirum viris, quorum unusquisque vas interfectionis habebat in manu sua, ut dixit n. 1. -- *Sequentes eum.* Qui atramento thau frontibus imprimit. — *Non parcat oculus vester.* Vide dicta superiori capite, n. 18.

6. *Usque ad internecionem.* Plane occidite, nec ullo modo parcite. — *A sanctuario... incipite.* A sacerdotibus et levitis qui in templo meo versantur; ii enim gravius peccaverunt. Sic I. Petri, 4, 17 dicitur. -- *Tempus est ut incipiat judicium a domo Dei.* — *A viris senioribus.* Ab illis viginti quinque viris qui erant in ostio templi, inter vestibulum et altare, habentes dorsa contra templum Domini, et facies ad orientem ut dixit capite 8, n. 16.

7. *Et dixit.* Dominus. -- *Ad eos.* Sex viros. — *Contaminate domum.* Implete templum cadaveribus interfectorum. — *Egredimini.* Subintelligendum est, *et impleverunt*, et postea dixit illis, *egredimini.* -- *Et egressi sunt.* Ipsa figura concisæ orationis significat eos summa celeritate Dei sententiam executos, et dictum factum fuisse.

8. *Remansi ego.* Solus superstes cum signatis. Vel solus in templo ex sacerdotibus; nam hi omnes videntur cæsi. Unde angelus jussus fuit signare aliquos in civitate, sed neminem in templo. — *Effundens.* Nihil retinens, nihil inhibens furorem tuum.

9. *Domus Israel.* Ita vocat eos qui ex decem tribubus remanserunt in Juda. — *Sanguinibus.* Chaldæus, *homicidiis.* LXX, *iniquitate et immunditia.* Nomine sanguinis sæpe in Scriptura quævis enormia peccata significantur. — *Aversione.* Defectione a Deo ad idola. -- *Dereliquit Dominus.* Non curat res humanas, quæ persuasio omnium scelerum est origo.

10. *Non parcet oculus.* Vide dicta c. 8, n. 18. — *Viam.* Actiones.

11. *Feci sicut præcepisti.* Signavi *thau* gementes, innoxios et pios, ut jussisti, n. 1.

respondit verbum, dicens : Feci sicut præcepisti mihi.

reins, dit ces mots : J'ai fait ce que vous m'avez commandé : *j'ai marqué tous ceux qui gémissent des crimes de ce peuple et des abominations de cette ville.*

CHAPITRE X.

Nouvelle vision. Jérusalem doit être brûlée.

1. Et vidi, et ecce in firmamento, quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solii, apparuit super ea.

2. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, et ait : Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus cherubim, et imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter cherubim, et effunde super civitatem. Ingressusque est in conspectu meo.

3. Cherubim autem stabant a dextris domus cum ingrederetur vir, et nubes implevit atrium interius.

4. Et elevata est gloria Domini desuper cherub ad limen domus : et repleta est domus nube, et atrium repletum est splendore gloriæ Domini.

5. Et sonitus alarum cherubim audiebatur usque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.

6. Cumque præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens : Sume ignem de medio rotarum, quæ sunt inter cherubim : ingressus ille stetit juxta rotam.

7. Et extendit cherub manum de medio cherubim ad ignem qui erat inter cherubim; et sumpsit, et dedit in manus ejus qui indutus erat lineis : qui accipiens egressus est.

1. J'eus encore une vision. Il parut dans le firmament qui était sur la tête des chérubins comme une pierre de saphir, qui avait la figure d'un trône.

2. Et il dit à l'homme vêtu d'une robe de lin : Allez au milieu des roues qui sont sous les chérubins, et prenez plein vos deux mains des charbons de feu qui sont entre les chérubins ; et répandez-les sur la ville. Et il s'y en alla devant moi.

3. Les chérubins étaient au côté droit de la maison du Seigneur lorsqu'il y entra; et une nuée remplit le parvis intérieur.

4. La gloire du Seigneur s'éleva de dessus les chérubins, *et* vint à l'entrée de la maison *du Seigneur;* et la maison fut couverte de la nuée, et le parvis fut rempli de l'éclat de la gloire du Seigneur.

5. Le bruit des ailes des chérubins retentissait jusqu'au parvis extérieur, et paraissait comme la voix du Dieu tout-puissant qui parlait.

6. *Le Seigneur* ayant donc fait ce commandement à celui qui était vêtu d'une robe de lin, et lui ayant dit : Prenez du feu du milieu des roues qui sont entre les chérubins; il y alla, et se tint près d'une des roues.

7. Alors un des chérubins étendit sa main du milieu des chérubins vers le feu qui était entre les chérubins; et en ayant pris, il le mit dans la main de celui qui était vêtu d'une robe de lin, qui, l'ayant reçu, s'en revint.

Cap. X. — 1. *Apparuit super ea.* Le P. de Carrières ajoute : « Sur lequel le Seigneur était assis. » Mais le Seigneur n'était point assis sur ce trône ; il en était descendu pour se placer sur le seuil de la porte du temple (Sup., IX, 3), où il était alors en ce même endroit, et il en sortit ensuite pour remonter sur son trône (Inf., v. 18).

2. *Et effunde super civitatem.* Cette vision n'est que la suite de la précédente. D'où il résulte, qu'après les misères d'un long siége et la mort d'un grand nombre de ses habitants, Jérusalem et son temple seront brûlés. Les visions d'Ezéchiel venaient ainsi confirmer les prédictions de Jérémie.

4. *Ad limen domus.* Et vint à l'entrée de la maison du Seigneur, comme pour en sortir, ajoute le P. de Carrières, et pour marquer qu'il l'abandonnait.

Cap. X. — 1. *In firmamento.* De quo c. 1, n. 26.

2. *Et dixit.* Dominus. — *Ingredere in medio rotarum.* Deus sedebat in throno ad eum modum quo arcæ fœderis insidebat. Sicut ergo ante arcam fœderis erat altare thymiamatis, ita ante Deum sedentem in curru erat arula, seu focus, ex quo jubet Deus peti prunas, et spargi super civitatem. — *Imple manum tuam prunis.* Prunæ per urbem dispersæ futurum urbis incendium portendebant. Quod autem ex medio rotarum, et per angelum, et Dei jussu colliguntur, indicat urbis incendium non casu, aut hominum consilio, sed Dei providentia imperioque futurum esse.

3. *A dextris domus.* Scilicet Dei, templi. — *Cum ingrederetur vir.* Ille vir lineis vestitus. — *Atrium interius.* Atrium sacerdotum.

4. *Et elevata est.* Vide dicta c. 9, n. 3. Hactenus fuerat Dominus in dextero angulo vestibuli sanctuarii, ubi sententiam cædis et incendii in urbem pronuntiaverat. Nunc per medium spatium curru vectus, iterum descendit de curru ad limen orientale templi, id est, atrii interioris sacerdotum, quod inde repletum est nube; atrium vero exterius repletum est splendore gloriæ Domini, qui a nube splendida et gloriosa manabat.

5. *Vox Dei omnipotentis.* Id est, ut habent Symmachus et Theodotio, *quasi tonitrui Dei.*

7. *Extendit cherub manum.* Unus e cherubim manum extendit. — *De medio cherubim.* Unus e quatuor cherubinis; nam *in medio esse.* Hebræis idem est quod esse ex illis, vel esse inter illos. — *Dedit.* Ignem.

8. Et il parut dans les chérubins comme une main d'homme qui était sous leurs ailes.

9. Voici encore ce que je vis : il me parut quatre roues près des chérubins. Il y avait une roue près d'un chérubin, et une autre roue près d'un autre. Les roues paraissaient à les voir comme une pierre de chrysolithe.

10. Et toutes les quatre paraissaient semblables, comme si une roue était au milieu d'une autre.

11. Lorsqu'elles marchaient, elles marchaient des quatre côtés, et elles ne retournaient point en marchant. Mais quand celle qui était la première allait d'un côté, les autres suivaient aussitôt sans tourner ailleurs.

12. Le corps des quatre roues, leur cou, leurs mains, leurs ailes, et leurs cercles étaient pleins d'yeux tout autour.

13. Et il appela ces roues devant moi les roues légères.

14. Chacun *de ces animaux* avait quatre faces : la première était celle d'un chérubin; la seconde, celle d'un homme; la troisième, celle d'un lion; et la quatrième, celle d'un aigle.

15. Et les chérubins s'élevèrent en haut. C'étaient les mêmes animaux que j'avais vus près du fleuve de Chobar.

16. Lorsque les chérubins marchaient, les roues marchaient aussi auprès d'eux; et lorsque les chérubins étendaient leurs ailes pour s'élever de terre, les roues n'y demeuraient point, mais elles se trouvaient aussi auprès d'eux.

17. Elles demeuraient quand elles y demeuraient, et elles s'élevaient quand ils s'élevaient, parce que l'esprit de vie était en elles.

18. La gloire du Seigneur sortit ensuite de l'entrée du temple, et se plaça sur les chérubins.

19. Et les chérubins étendant leurs ailes en

8. Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum.

9. Et vidi : et ecce quatuor rotæ juxta cherubim; rota una juxta cherub unum, et rota alia juxta cherub unum : species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi.

10. Et aspectus earum similitudo una quatuor, quasi sit rota in medio rotæ.

11. Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur, et non revertebantur ambulantes; sed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur et cæteræ, nec convertebantur.

12. Et omne corpus earum, et colla, et manus, et pennæ, et circuli, plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum.

13. Et rotas istas vocavit volubiles, audiente me.

14. Quatuor autem facies habebat unum : facies una, facies cherub; et facies secunda, facies hominis; et in tertio facies leonis; et in quarto facies aquilæ.

15. Et elevata sunt cherubim : ipsum est animal quod videram juxta fluvium Chobar.

16. Cumque ambularent cherubim, ibant pariter et rotæ juxta ea; et cum elevarent cherubim alas suas ut exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed et ipsæ juxta erant.

17. Stantibus illis, stabant, et cum elevatis elevabantur : spiritus enim vitæ erat in eis.

18. Et egressa est gloria Domini a limine templi, et stetit super cherubim.

19. Et elevantia cherubim alas suas,

11. *Non revertebantur ambulantes.* Ce char était toujours prêt à marcher à droite ou à gauche, devant ou derrière, sans être obligé de se retourner.

14. *Facies cherub.* Le P. de Carrières ajoute : ou d'un bœuf (Voyez chap. I, v. 10). En comparant ces deux textes, on en conclut que la figure des chérubins avait apparemment beaucoup de ressemblance avec celle du bœuf. On remarque aussi que le mot hébreu *cherub*, selon son étymologie, désigne le bœuf (*Bible de Vence*).

15. *Quod videram juxta fluvium Chobar.* Quand on veut expliquer cette vision dans tous ses détails, on trouve des difficultés insurmontables. L'abbé Rohrbacher y a vu une image de l'univers, tel que Dieu le gouverne. Sur la terre, dit-il, l'ensemble de ces quatre chérubins, avec le trône de Dieu qui s'élève au-dessus, n'est-ce point l'ensemble des quatre grands empires, Babylone, la Perse, la Grèce, Rome, dont nous verrons autant d'esprits célestes diriger les révolutions et les destinées; qui ont servi comme de char au Fils de Dieu, pour descendre sur la terre et y établir son empire spirituel, et au milieu desquels il a pris ses instruments de vengeance et de miséricorde, comme nous voyons ici un des chérubins prendre du milieu d'entre eux, les charbons ardents qui doivent être répandus sur la coupable Jérusalem. Ce qu'il y a de certain, c'est que cette vision est une apparition de Dieu au Prophète, sous une forme humaine (Voy. chap. I, note sur le verset 26).

---

8. *Similitudo manus.* Ut c. 1, n. 8.

9. *Ecce quatuor rotæ.* Ut c. 1, n. 15 et 16. — *Chrysolithi.* In Hebræo est, *tharsis.* Vide dicta c. 1, n. 16, ubi etiam quæ sequuntur usque ad vers. 13 explicata ista sunt.

12. *Corpus.* Rotarum. — *Colla.* Cherubinorum.

13. *Vocavit volubiles.* Has rotas Deus ob velocitatem vocavit *galgal*, id est, *volubiles.*

15. *Elevata sunt cherubim.* Alis quasi volando in altum. — *Ipsum est animal.* Est enallage numeri singularis pro plurali; quasi dicat : Ipsa sunt quatuor animalia quæ videram juxta fluvium Chobar, c. 1, n. 13.

16. *Sed et ipse juxta erant.* Juxta cherubinos.

17. *Spiritus enim vitæ.* Eodem Dei spiritu impellebantur rotæ, quo animalia ut dictum est supra c. 1, n. 20.

18. *Egressa est gloria Domini.* Dominus quem de curru descendisse diximus n. 4. — *Stetit super cherubim.* Ascendit currum, et sedit in solio.

19. *Elevantia.* Cherubim, est masculinum; sed LXX et Græci faciunt neutrum. Hos sequitur *S. Hieronym* vertens *elevantia.* — * *Stetit in introitu.* Stetit ubi erat exitus, ut templum plane desertum a divina tutela intelligeretur.

exaltata sunt a terra coram me : et illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt; et stetit in introitu portæ domus Domini orientalis : et gloria Dei Israel erat super ea.

20. Ipsum est animal quod vidi subter Deum Israel juxta fluvium Chobar : *a* et intellexi quia cherubim essent. [a *Supr.* 1. 1. 3.]

21. Quatuor vultus uni, et quatuor alæ uni; et similitudo manus hominis sub alis eorum.

22. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram juxa fluvium Chobar, et intuitus eorum, et impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

haut, s'élevèrent de terre devant moi; et lorsqu'ils partirent, les roues les suivirent aussi, et *les chérubins* s'arrêtèrent à l'entrée de la porte de la maison du Seigneur du côté de l'orient; et la gloire du Dieu d'Israël était sur eux.

20. C'étaient les mêmes animaux que j'avais vus au-dessous du Dieu d'Israël, près le fleuve de Chobar; et je reconnus que c'étaient des chérubins.

21. Chacun *d'eux* avait quatre visages et quatre ailes; et il paraissait comme une main d'homme sous leurs ailes.

22. Les faces qui m'y parurent, leur regard, et cette impétuosité avec laquelle chacun marchait devant soi, étaient les mêmes que j'avais vus près du fleuve de Chobar.

CHAPITRE XI.

Prophétie contre Jézonias et Pheltias, les contradicteurs du Prophète.

1. Et elevavit me spiritus, et introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum; et ecce in introitu portæ viginti quinque viri; et vidi in medio eorum Jezoniam filium Azur, et Pheltiam filium Banaiæ, principes populi.

2. Dixitque ad me : Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, et tractant consilium pessimum in urbe ista,

3. Dicentes : Nonne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes.

1. L'esprit ensuite m'éleva en haut, et me mena à la porte orientale de la maison du Seigneur, qui regarde le soleil levant. Je vis alors à l'entrée de la porte vingt-cinq hommes, et j'aperçus au milieu d'eux Jézonias, fils d'Azur, et Pheltias, fils de Banaïas, princes du peuple.

2. Et *l'esprit* me dit : Fils de l'homme, ce sont là ceux qui ont des pensées d'iniquité, et qui forment de pernicieux desseins en cette ville,

3. En disant : Nos maisons ne sont-elles pas bâties depuis longtemps? cette *ville* est la chaudière, et nous sommes la chair.

20. *Intellexi quia cherubim essent.* Ce fut probablement d'après la description du chérubin qui était sur le propitiatoire, que le Prophète reconnut quelle était la figure de ces animaux. On n'entrait pas dans le Saint des saints, mais le grand-prêtre avait pu faire cette description.

Cap. XI. — 1. *Viginti quinque viri.* Ce groupe ou rassemblement figure les courtisans, les princes de la nation, qui égaraient Sédécias par leurs mauvais conseils, et qui étaient toujours prêts à contredire les vrais prophètes, et à combattre les desseins de Dieu. Le Prophète appelle leurs chefs les premiers du peuple : *principes populi.*

3. *Hæc est lebes.* Ces paroles sont évidemment une allusion à la vision de Jérémie, qui avait comparé les Babyloniens à une chaudière bouillante, dans laquelle les Juifs devaient être jetés (cap. I, 13). Ces détracteurs du Prophète détournent le sens de ses paroles, et ils disent : Jérusalem est une chaudière, et nous sommes la chair qu'on jettera dedans. Les premières prédictions de Jérémie remontant à la 13e année de Josias, il y avait 35 ans que ces paroles avaient été prononcées. Ces railleurs se prévalent du temps qui s'est écoulé depuis cette prophétie, et ils disent en se moquant : Malgré toutes ces menaces, nos maisons ne sont-elles pas debout?

---

20. — *Ipsum est animal.* Singulare pro plurali, ut n. 15. — *Intellexi quia cherubim essent.* In prima visione ad flumen Chobar vidit Ezechiel eadem rerum simulacra, sed non potuit statim propter rei novitatem expressam eorum ideam concipere; ideoque ex motu animata animadvertens, appellavit communi nomine animalis; hunc autem cum sæpius vidisset, et quiete contemplatus esset, ait se intellexisse esse cherubinos.

22. *Intuitus eorum.* Ipso intuitu et oculis indicabant singuli se ad anteriora properare.

Cap. XI. — 1. *Elevavit me.* Ut c. 8, n. 3. — *Introduxit.* Ab atrio sacerdotum ad portam orientalem atrii laicorum, ubi constiterat gloria Domini. — *Viginti quinque viri.* Maldonatus putat fuisse sacerdotes illos neci a Deo destinatos. Cornelius, cum Prado, putat fuisse præfectos viginti quatuor vicorum, in quos distributa erat Jerusalem, et vigesimum quintum fuisse omnium præsidem, et gubernatorem urbis, et convenisse ad portam templi ut de republica consultarent. — *Jezoniam filium Asur.* Videtur alius fuisse a Jezonia cujus mentio est c. 8, 11, qui non Azur, sed Saphan filius fuisse dicitur.

2. *Dixitque ad me.* Scilicet spiritus. — *Consilium pessimum.* [Quale esset hoc consilium, mox subjicitur, sed obscure.

3. *Nonne dudum ædificatæ sunt domus?* Aliqui ex hebræo vertunt : *Non in propinquo est contritio, ædificemus igitur domos.* Ita Vatablus et Pagninus. Hi ergo, qui mala consilia dabant, metum populo eximere conabantur, ne timerent exitium civitati imminens, quod minabantur oracula prophetarum. — *Hæc est lebes.* Videtur sensus esse : esto verum sit quod nobis minantur, adhuc tamen volumus armis patriam tueri contra hostes, et intra illam, si cingamur obsidione, macerari, et vexari, et mori, ut carnes cum sunt in olla, et subjecto igne conquuntur et absumuntur.

4. C'est pourquoi prophétisez sur leur sujet, fils de l'homme, prophétisez.

5. En même temps l'esprit de Dieu me saisit, et me dit : Parlez, *et dites :* Voici ce que dit le Seigneur : C'est ainsi que vous avez raisonné, maison d'Israël; et je connais les pensées de votre cœur.

6. Vous avez tué un grand nombre de personnes dans cette ville; et vous avez rempli ses rues de corps morts.

7. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Ceux que vous avez tués, que vous avez étendus morts au milieu de la ville, ceux-là sont la chair, et la ville est la chaudière : mais pour vous, je vous ferai sortir du milieu de cette ville.

8. Vous craignez l'épée, et je ferai tomber sur vous l'épée, dit le Seigneur Dieu.

9. Je vous chasserai du milieu de cette ville, je vous livrerai entre les mains des ennemis, et j'exercerai sur vous mes jugements.

10. Vous périrez par l'épée, je vous jugerai sur les confins d'Israël, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

11. *Car* cette ville ne sera point une chaudière à votre égard, et vous ne serez point la chair au milieu d'elle; mais je vous jugerai dans les confins d'Israël.

12. Et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur, parce que vous n'avez point marché dans *la voie de* mes préceptes, et que vous n'avez point observé mes ordonnances, mais que vous vous êtes conduits selon les coutumes des nations qui vous environnent.

13. Comme je prophétisais, Pheltias, fils de Banaïas, mourut. Alors je tombai le visage contre terre, et je criai à haute voix, en disant : Hélas! hélas! hélas, Seigneur Dieu! vous achevez donc de perdre ce qui reste d'Israël!

4. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare, fili hominis.

5. Et irruit in me spiritus Domini, et dixit ad me : Loquere : Hæc dicit Dominus : Sic locuti estis domus Israel, et cogitationes cordis vestri ego novi.

6. Plurimos occidistis in urbe hac, et implestis vias ejus interfectis.

7. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Interfecti vestri quos posuistis in medio ejus, hi sunt carnes, et hæc est lebes; et educam vos de medio ejus.

8. Gladium metuistis, et gladium inducam super vos, ait Dominus Deus.

9. Et ejiciam vos de medio ejus, daboque vos in manu hostium, et faciam in vobis judicia.

10. Gladio cadetis : in finibus Israel judicabo vos, et scietis quia ego Dominus.

11. Hæc non erit vobis in lebetem, et vos non eritis in medio ejus in carnes : in finibus Israel judicabo vos.

12. Et scietis quia ego Dominus : quia in præceptis meis non ambulastis, et judicia mea non fecistis, sed juxta judicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati.

13. Et factum est, cum prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est : et cecidi in faciem meam clamans voce magna, et dixi : Heu, heu, heu, Domine Deus! consummationem tu facis reliquiarum Israel!

4. *Vaticinare de eis.* Les prophètes de Dieu étaient en quelque sorte solidaires. Ezéchiel reçoit l'ordre de venger cette insulte faite à Jérémie, en annonçant à ces impies le sort qui les attend.

10. *In finibus Israel judicabo vos.* Le Prophète annonce à ces hommes pervers le lieu où ils périront. En reprenant leur mauvaise plaisanterie, il leur dit que Jérusalem ne sera pas pour eux la chaudière, qu'ils sortiront de la ville, et qu'ils tomberont sous le glaive sur les confins d'Israël. L'histoire rapporte, en effet, que le roi de Babylone fit égorger les enfants de Sédecias et tous les principaux de son royaume, à Réblatha (IV. Reg., XXV, 6, 2, et Jer., XXXIX, 9; LII, 9, 10).

13. *Pheltias, filius Banaiæ, mortuus est.* La mort subite de Pheltias, qui tombe aux pieds du Prophète, était une preuve de la certitude de ce qui venait d'être annoncé à ses vingt-quatre compagnons.

---

4. *De eis.* De viris hisce pessimum consilium dantibus.

6. *Plurimos occidistis.* Iniquis judiciis innocentes condemnantes, ut supra, c. 7, n. 23, et c. 9, n. 9.

7. *Interfecti vestri... sunt carnes.* Quasi dicat : Non vos estis carnes in Jerusalem quasi olla coquendæ et sepeliendæ, uti vultis vos, o Judæi : sed carnes sunt prophetæ quos quasi victimas Dei mactastis : vos vero ex Jerusalem abducemini, indigni qui in ea sepeliamini, occidendi in Reblatha, versu 10.

8. *Gladium metuistis.* Chaldæorum. Affirmatio tacitam negationem includens, quasi dicat : Non timuistis captivitatem, sed gladium, id est, Babylonicum bellum : ideo utrumque vobis inducam, et gladium quem timebatis, et captivitatem quam non timebatis.

9. *De medio ejus.* Jerusalem. — *Judicia.* Justam ultionem.

10. *In finibus Israel.* Adhuc alludit ad lebetem; quasi dicat : Non in olla, id est, in Jerusalem moriemini, sed in finibus Israel, hoc est, in Reblatha occidemini, IV. Reg., 25, 6; et Jer., 39, 5; et 52, 9. — *Judicabo.* Chald., *ulciscar vos.*

11. *Hæc.* Jerusalem.

12. *Judizia gentium.* Mores et superstitiosos ritus.

13. *Cum prophetarem.* Cum spiritu prophetico elevatus, hæc quæ narravi viderem. — *Pheltias* Qui erat unus ex illis viginti quinque. — *Dixi : Heu, heu, heu!* Licet enim Pheltias esset impius, et de ejus nece gaudendum esset, tamen ingemuit propheta, timens ne quod Pheltiæ acciderat, toti etiam populo eveniret. — *Consummationem tu facis.* Id est, itane omnes vis perdere ut istum Pheltiam?

14. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

15. Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, et omnis domus Israel, universi, quibus dixerunt habitatores Jerusalem : Longe recedite a Domino, nobis data est terra in possessionem.

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus quia longe feci eos in gentibus, et quia dispersi eos in terris, ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas venerunt.

17. Propterea loquere : Hæc dicit Dominus Deus : Congregabo vos de populis, et adunabo de terris in quibus dispersi estis, daboque vobis humum Israel.

18. Et ingredientur illuc, et auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes ejus de illa.

19. *a* Et dabo eis cor unum, et spiritum novum tribuam in visceribus eorum; et auferam cor lapideum de carne eorum, et dabo eis cor carneum. [a *Jer.* 31. 33. *Infr.* 36. 26.]

20. Ut in præceptis meis ambulent, et judicia mea custodiant, faciantque ea : et sint mihi in populum, et ego sim eis in Deum.

21. Quorum cor post offendicula et abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus.

22. Et elevaverunt cherubim alas suas, et rotæ cum eis; et gloria Dei Israel erat super ea.

23. Et ascendit gloria Domini de medio civitatis, stetitque super montem qui est ad orientem urbis.

14. Et le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

15. Fils de l'homme, vos frères, vos frères, vos proches, et toute la maison d'Israël, tous ceux à qui les habitants de Jérusalem ont dit : Allez-vous-en bien loin du Seigneur; c'est à nous que la terre a été donnée pour la posséder.

16. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Quoique je les aie envoyés si loin parmi les nations, et que je les aie dispersés en divers pays, je ne laisserai pas de sanctifier leur petit nombre dans les pays où ils sont allés.

17. Dites-leur donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vous rassemblerai du milieu des peuples; je vous réunirai des pays où vous avez été dispersés, et je vous donnerai *encore* la terre d'Israël.

18. Ils y entreront, et ils ôteront du milieu d'elle tout ce qui lui a été un sujet de chute, et toutes ses abominations.

19. Et je leur donnerai un même cœur; et je répandrai dans leurs entrailles un esprit nouveau; j'ôterai de leur chair le cœur de pierre, et je leur donnerai un cœur de chair.

20. Afin qu'ils marchent dans la voie de mes préceptes, qu'ils gardent ce que je leur ai ordonné, et qu'ils le fassent; qu'ils soient mon peuple, et que je sois leur Dieu.

21. Pour ceux dont le cœur s'abandonne à ce qui leur est un sujet de chute, et à leurs abominations, je ferai retomber leurs crimes sur leurs têtes, dit le Seigneur Dieu.

22. Alors les chérubins élevèrent leurs ailes en haut, les roues s'élevèrent avec eux, et la gloire du Dieu d'Israël était sur les chérubins.

23. Et la gloire du Seigneur monta du milieu de la ville, et alla s'arrêter sur la montagne qui est à l'orient de la ville.

15. *Terra in possessionem.* Tous ceux-là qui ont souffert ces insultes seront sauvés.

19. *Et dabo eis cor unum.* Cette promesse est la même que celle que nous avons vue dans Jérémie (cap. XXXI, 33). Elle a littéralement pour objet les Juifs qui devaient revenir de Babylone et s'établir dans la terre promise. Mais les expressions sont trop belles pour s'arrêter à cet événement. Elles se rapportent à l'alliance nouvelle de Jésus-Christ avec son Eglise, et nous montrent la transformation qui doit s'opérer dans les nations qui recevront la lumière de l'Evangile.

23. *Stetitque super montem.* Voilà Jérusalem abandonnée. Dieu, qui était sorti du temple, sort aussi de la ville, comme pour marquer qu'il n'y prend plus d'intérêt et qu'elle n'a plus de protection à attendre de lui. Mais, néanmoins, il ne la perd pas de vue. Sa gloire ne s'en

---

15. *Fratres tui.* Qui jam sunt Babylone captivi, bono sint animo; nam iis favebo. — *Quibus dixerunt.* Irridentes eos. — *Habitatores Jerusalem.* Qui nondum erant in captivitatem abducti, et remanebant in patria. — *Longe recedite.* In Chaldæam abeuntes. — *A Domino.* A templo, ubi residet Dominus. — *Nobis data est terra.* Quanto meliore conditione sumus nos, qui remanemus in patria, et Judæam possidemus?

16. *Longe feci eos.* Permittens abduci in captivitatem. — *Ero eis in sanctificationem modicam.* In sanctuarium vel templum modicum. Vatablus vertit, *paucorum*, erit pusillus et afflictus grex, sed mihi charus. * Quia ex quo tempore deportati sunt templum non habent; ego illis sum pro templo; intra animi penetrale me colent, ut olim facturi sunt christiani.

17. *Loquere.* Judæis in Babylone captivis, ut eos consoleris. — *Congregabo vos.* Sub Zorobabel, Esdra, Nehemia, et reducam vos e Babylone in terram Israel.

18. *Ingredientur illuc.* In patriam et in Jerusalem. — *Offensiones.* Idola quibus Deum offendebant.

19. *Cor unum.* Unanime et consentiens in restituendo patrio cultu et sincera religione. — *Spiritum novum.* Novam mentem et voluntatem. — *Cor lapideum.* Durum, obstinatum in malo. — *Cor carneum.* Molle, obsequens, flexibile ad bonum.

20. *Judicia.* Mandata justa. — *Sint mihi in populum.* Ipsi sint populus meus electus et charus, et ego illorum unicus Deus.

21. *Offendicula.* Idola. — *Viam.* Facta et merita. — *In capite suo ponam.* In capite eorum ulciscar, puniens pro meritis.

23. *Montem.* Montem Oliveti intelligit, in quo stetit, ut inde quasi ex edito loco spectaret incendium urbis, atque inde migraret in cœlum.

24. Après cela l'esprit m'éleva en haut, et me ramena en vision par *la vertu de* l'esprit de Dieu en Chaldée, vers le peuple qui était captif. Et la vision que j'avais eue s'étant évanouie de mon esprit,

25. Je dis au peuple captif tout ce que le Seigneur m'avait fait voir.

24. Et spiritus levavit me, adduxitque in Chaldæam ad transmigrationem, in visione, in spiritu Dei : et sublata est a me visio quam videram.

25. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

CHAPITRE XII.

Ezéchiel prédit par différents signes la captivité des habitants de Jérusalem et de leur roi.

1. Le Seigneur m'adressa encore la parole, et me dit :

2. Fils de l'homme, vous demeurez au milieu d'un peuple qui ne cesse point de m'irriter, au milieu de ceux qui ont des yeux pour voir, et ne voient point; qui ont des oreilles pour entendre et n'entendent point; parce que c'est un peuple qui m'irrite.

3. Vous donc, fils de l'homme, préparez pour vous ce que peut avoir une personne qui quitte son pays pour aller ailleurs. Vous ferez transporter vos meubles devant eux en plein jour, et vous passerez même d'un lieu à un autre devant leurs yeux, pour voir s'ils y feront attention : car c'est un peuple qui ne cesse point de m'irriter.

4. Vous transporterez donc hors de chez vous, à leurs yeux, pendant le jour, tous vos meubles, comme un homme qui déloge; et vous en sortirez vous-même le soir devant eux, comme un homme qui sort de chez lui pour aller demeurer ailleurs.

5. Percez devant leurs yeux la muraille *de votre maison*, et sortez-en par l'ouverture que vous aurez faite.

6. Vous aurez des hommes qui vous porteront sur les épaules devant eux; on vous emportera

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, in medio domus exasperantis tu habitas : qui oculos habent ad videndum, et non vident, et aures ad audiendum, et non audiunt : quia domus exasperans est.

3. Tu ergo, fili hominis, fac tibi vasa transmigrationis, et transmigrabis per diem coram eis, transmigrabis autem de loco suo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant : quia domus exasperans est.

4. Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrantis per diem in conspectu eorum : tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans.

5. Ante oculos eorum perfode tibi parietem, et egredieris per eum.

6. In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris : faciem

éloigne pas sans retour. Elle s'arrête sur la montagne des Oliviers, d'où elle reviendra après la captivité, et rentrera dans le temple par la même porte orientale qu'on l'a vu sortir. C'est cet heureux retour qu'Ezéchiel prédit expressement au chap. XLIII de sa prophétie (*Mézenguy*).

Cap. XII. — 2. *Quia domus exasperans.* L'endurcissement de Juda, son aveuglement qui l'empêchait de voir et d'entendre la parole de Dieu, son obstination à suivre ses voies mauvaises, sont une image du pecheur endurci, que rien ne peut toucher. Le Seigneur s'irrite de tant de perversité, cependant, il n'abandonne pas son peuple; il recommande à son Prophète de recourir aux actions symboliques les plus frappantes, pour voir si ces actions auront plus d'effet que la parole.

6. *Portentum dedi te.* Les prophetes se condamnaient à passer pour des prodiges, c'est-à-dire, à être des hommes étranges et extraordinaires, pour servir de signe à la maison d'Israël, et lui rendre sensible, par tous ces actes symboliques, ce qui devait lui arriver.

---

24. *Adduxitque.* Reduxit me spiritus ex Jerusalem. — *In visione.* Hæc enim omnia per visionem in mente et spiritu peracta sunt, Ezechiele non discedente e Chaldæa.

25. *Ad transmigrationem.* Ad captivos qui migrarant in Babylonem, cum quibus corpore degebam. Nam c. 8, n. 1, ait : *Ego sedebam in domo mea, et senes Juda sedebant coram me.*

Cap. XII. — 2. *Domus exasperantis.* Rebellis : sic appellat gentem Judæorum : quasi dicat : Inter homines rebelles et immorigeros versaris. — *Qui oculos habent.* Qui ex malitia peccant; nam satis intelligunt et vident quid facere teneantur, * juxta illud :

... Video meliora, proboque,
Deteriora sequor...

3. *Vasa transmigrationis.* Para tibi viatorium instrumentum, verbi gratia, baculum, peram, calceos, penulam, saccos, arcas, currus, etc., qualia conquirunt qui domicilium mutant, et supellectilem alio sunt translaturi. — *Transmigrabis per diem.* Transferes has sarcinas et supellectilem * claro die, ipsis spectantibus, sicque rem ipsis eventuram signis exprimes.

4. *Vasa tua.* Supellectilem tuam. — *Egredieris vespere.* Ut hoc ipso portendas Sedeciam vespere, imo noctu, capta urbe, fugam initurum, ut patet IV. Reg., 25, 4; et Jerem., 39, 4; et c. 52, n. 7. — *Sicut egreditur migrans.* Solent enim qui ex una domo in aliam migrant, per diem supellectilem transferre, ipsi vero, omnibus translatis, ad vesperum migrare, vel noctu.

5. *Perfode tibi parietem.* Domus, et per illum exi, ut significes Chaldæos muro perfosso irrupturos in urbem, et Sedeciam etiam per muri foramen exiturum, ut eum fecisse patet, Jerem., 39, 4; et IV. Reg., 25, 4.

6. *In humeris portaberis.* A familiaribus ad hoc constitutis, ut scilicet modum fugæ Sede-

tuam velabis, et non videbis terram, quia portentum dedi te domui Israel.

7. Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus : vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem : et vespere perfodi mihi parietem manu : et in caligine egressus sum, in humeris portatus in conspectu eorum.

8. Et factus est sermo Domini mane ad me, dicens :

9. Fili hominis, numquid non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans : Quid tu facis?

10. Dic ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Super ducem onus istud qui est in Jerusalem, et super omnem domum Israel quæ est in medio eorum.

11. Dic : Ego portentum vestrum; quomodo feci, sic fiet illis : in transmigrationem, et in captivitatem ibunt.

12. Et dux qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur : parietem perfodient ut educant eum : facies ejus operietur ut non videat oculo terram.

13. *a* Et extendam rete meum super eum, et capietur in sagena mea : et adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum : et ipsam non videbit, ibique morietur. [a *Infr.* 17. 20.]

14. Et omnes qui circa eum sunt, præsidium ejus, et agmina ejus dispergam in omnem ventum : et gladium evaginabo post eos.

15. Et scient quia ego Dominus, quando dispersero illos in gentibus, et disseminavero eos in terris.

dans l'obscurité; vous vous mettrez un voile sur le visage, et vous ne verrez point la terre : car je vous ai choisi pour être un prodige à la maison d'Israël.

7. Je fis donc ce que le Seigneur m'avait commandé. Je transportai mes meubles en plein jour, comme un homme qui déloge pour aller ailleurs. Le soir je fis de ma propre main un trou à la muraille *de ma maison*, et je sortis *par cette ouverture* dans l'obscurité, des hommes me portant sur leurs épaules devant tout le peuple.

8. Le matin le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

9. Fils de l'homme, le peuple d'Israël, ce peuple qui m'irrite, ne vous a-t-il pas dit : Qu'est-ce donc que vous faites?

10. Dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : *Ce que je viens de faire est la figure du* poids *qui* tombera sur le chef, qui est dans Jérusalem, et sur toute la maison d'Israël qui est au milieu d'eux.

11. Dites-*leur* : Je suis le prodige qui vous prédis leurs maux. Ils souffriront tout ce que j'ai fait; ils passeront ainsi d'un pays à un autre, et seront emmenés captifs.

12. Le chef qui est au milieu d'eux, sera emporté sur les épaules *de ses soldats;* il sortira *de Jérusalem* dans l'obscurité; ils perceront la muraille pour le faire sortir de la ville : son visage sera couvert d'un voile, afin que son œil ne voie rien sur la terre.

13. Je jetterai mon rets sur lui, et il sera pris dans mon filet. Je l'emmènerai à Babylone dans la terre des Chaldéens. Cependant il ne la verra point, et il y mourra.

14. Je disperserai de tous côtés ceux qui sont autour de lui, tous ceux qui le gardent et qui composent ses troupes, et je le poursuivrai l'épée nue.

15. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur quand je les aurai répandus en divers pays, et que je les aurai dispersés parmi les peuples.

10. *Onus istud.* Nous avons vu que toutes les prophéties menaçantes étaient appelées *onus*, charge. *Onus Babylonis. Onus Moab. Onus Damasci. Onus Ægypti*, etc. (Is., XIII, XV, XXVII, XXIX, I).

13. *Et ipsam non videbit.* Cette prophétie s'accomplit dans toutes ses circonstances, à la fin du siége de Jérusalem. Sédécias s'enfuit la nuit pour ne pas tomber entre les mains des assiégés, il fut poursuivi et arrêté dans les plaines de Jéricho. Nabuchodonosor lui fit crever les yeux, et c'est ainsi qu'il fut conduit à Babylone et qu'il entra dans la ville sans la voir; ce qui avait paru aux esprits forts une contradiction, surtout en comparant le texte d'Ezéchiel à celui de Jérémie, qui avait annoncé que le roi serait emmené captif à Babylone.

---

ciæ repræsentes, qui suorum humeris elatus aufugit. — *In caligine.* De nocte. — *Faciem tuam velabis.* Sicut ii faciunt, qui pudore affecti videri nolunt, nec cognosci. — *Quia portentum dedi te.* Posui te quasi imaginem et speculum rerum futurarum spoliationis urbis, migrationis civium, excæcationis et captivitatis regis.

9. *Numquid non dixerunt?* Numquid non dicent? quasi dicat : Utique dicent.

10. *Ducem.* Regem Sedeciam. — *Onus.* Gravis hæc calamitosa et funesta prophetia. — *Omnem domum Israel.* Omnes Israelitas Hierosolymis habitantes. Aliqui intelligunt de Israelitis tantum qui erant ex decem tribubus, et habitabant inter Judæos.

11. *Ego portentum vestrum.* Vide dicta n. 6.

12. *Dux.* Sedecias rex. — *Qui est in medio eorum.* Qui inter suos scurras agit, nihil timens. — * *Facies ejus operietur.* Cæcitate. Ita factum, ut ductus sit in Babyloniam, quod prædixerat Jeremias, et eam non viderit, quod dixerat Ezechiel. Quæ duo inter se pugnare crediderat Sedecias, ideoque prophetis finem non habuerat, ut notat Josephus.

13. *Extendam rete meum.* Chaldæorum persequentium arte, velocitate, et industria capietur. — *Ipsam non videbit.* Quia oculos ei cruet rex Babylonis in Reblatha, IV. Reg., 25, 7; et Jerem., 39, 7; et 52, 11.

14. *In omnem ventum.* In omnes regiones et gentes. — *Et gladium.* Efficiam ut hostis eos, quocumque pergant, persequatur, ut supra, c. 5, n. 2, 12.

16. Car je me réserverai d'entre eux un petit nombre d'hommes qui échapperont à l'épée, à la famine et à la peste, afin qu'ils publient tous leurs crimes parmi les nations où ils auront été envoyés, et qu'elles sachent que c'est moi qui suis le Seigneur.

17. Le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

18. Fils de l'homme, mangez votre pain dans l'épouvante : buvez votre eau à la hâte, et dans la tristesse.

19. Et vous direz à ce peuple : Voici ce que le Seigneur Dieu dit à ceux qui habitent dans Jérusalem, dans le pays d'Israël : Ils mangeront *de* leur pain dans la frayeur, et ils boiront leur eau dans l'affliction; et cette terre autrefois si peuplée deviendra toute désolée, à cause de l'iniquité de tous ceux qui y habitent.

20. De sorte que ces villes qui sont maintenant habitées deviendront une solitude; la terre sera déserte, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

21. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

22. Fils de l'homme, quel est ce proverbe qu'ils font courir dans Israël, en disant : Les maux qu'on nous prédit sont différés pour longtemps, et toutes les visions des prophètes s'en iront en fumée?

23. Dites-leur donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je ferai cesser ce proverbe, on ne le dira plus à l'avenir dans Israël. Assurez-leur que les jours sont proches, et *que* les visions des prophètes *seront bientôt accomplies.*

24. Les visions à l'avenir ne seront point vaines; et les prédictions ne seront point incertaines au milieu des enfants d'Israël.

25. Je parlerai moi-même qui suis le Seigneur; et toutes les paroles que j'aurai prononcées se-

16. Et relinquam ex eis viros paucos a gladio, et fame, et pestilentia : ut enarrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur : et scient quia ego Dominus.

17. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede : sed et aquam tuam in festinatione et mœrore bibe.

19. Et dices ad populum terræ : Hæc dicit Dominus Deus ad eos qui habitant in Jerusalem in terra Israel : Panem suum in solitudine comedent, et aquam suam in desolatione bibent, ut desoletur terra a multitudine sua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.

20. Et civitates quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta; et scietis quia ego Dominus.

21. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

22. Fili hominis, quod est proverbium istud vobis in terra Israel, dicentium : In longum differentur dies, et peribit omnis visio?

23. Ideo dic ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Quiescere faciam proverbium istud, neque vulgo dicetur ultra in Israel; et loquere ad eos quod appropinquaverint dies, et sermo omnis visionis.

24. Non enim erit ultra omnis visio cassa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Israel.

25. Quia ego Dominus loquar : et quodcumque locutus fuero verbum, fiet,

16. *Et scient quia ego Dominus.* Cette dispersion des Juifs, en Orient, ne fut pas sans influence sur les idées religieuses des peuples au milieu desquels ils furent transportés. L'histoire signale de très-grandes réformes, qui eurent lieu à cette époque, et qui ont eu pour cause cette influence, qui fut pour ces nations une sorte de préparation évangelique.

22. *In longum differentur dies.* Parmi les incrédules de ce temps-là, il y en avait qui niaient pleinement, comme ceux d'aujourd'hui, l'inspiration des prophètes, et qui se moquaient de leurs avertissements. D'autres, plus habiles et par-là même plus dangereux, se contentaient de dire que l'accomplissement de ces prédictions regardait des temps très-éloignés. Ils cherchaient à endormir la génération présente, en la désintéressant de tous ces événements. Dans l'intervalle, les dispositions des hommes changeant, Dieu changeait aussi ses desseins. Ils ajoutaient qu'on pouvait compter sur sa miséricorde, et croire que toutes ces visions s'en iraient en fumée : *Peribit omnis visio.* Ils traitaient sans doute aussi le Prophète de visionnaire. On s'assemblait pour l'écouter, on regardait ce qu'il faisait, mais personne ne se convertissait. N'est-ce pas là le tableau exact de l'indifference de notre époque? Le Prophète s'élève avec force contre ces illusions, comme devront le faire les pasteurs gardiens de la vérité éternelle.

---

16. *A gladio.* Qui scilicet gladio, fame aut peste non pereant. — *Ut enarrent.* Ut appareat apud barbaras gentes justitia mea, cum, auditis eorum sceleribus, cognoverint juste a me punitos fuisse.

18. *Panem tuum in conturbatione comede.* Comedere panem in conturbatione, et bibere aquam in festinatione, significat Judæos tempore obsidionis panem comesturos cum anxietate et pavore hostium imminentium.

19. *In desolatione.* Chald., *in stupore.* LXX, *in interitu*, id est, in desperatione. — *Ut desoletur.* Quia desolabitur, et vacua habitatoribus reddetur.

22. *Proverbium istud.* Sermo quem vulgo usurpatis et jactatis. — *In longum.* Est miosis, minus enim dicitur quam significatur. In sempiternum. — *Dies.* Calamitatis et vastitatis a prophetis prædictæ. — *Peribit omnis visio.* Vanæ et falsæ apparebunt prophetiæ.

23. *Quiescere faciam.* Cessare faciam.

24. *Divinatio ambigua.* Quia omnia quæ prophetæ prædixerunt, tam perspicue evenient ut nemo possit ambigere impletane sit prophetia, an non.

25. *In diebus vestris... loquar verbum, et faciam.* Quæ in diebus vestris per prophetas meos prædixero, antequam moriamini, evenient.

et non prolongabitur amplius : sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, et faciam illud, dicit Dominus Deus.

26. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

27. Fili hominis, ecce domus Israel dicentium : Visio quam hic videt, in dies multos : et in tempora longa iste prophetat.

28. Propterea dic ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Non prolongabitur ultra omnis sermo meus : verbum quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

ront accomplies sans retarder davantage. Mais pendant vos jours mêmes, peuple qui ne cessez point de m'irriter, dit le Seigneur Dieu, je parlerai, et j'exécuterai ce que j'aurai dit.

26. Le Seigneur m'adressa ensuite sa parole, et me dit :

27. Fils de l'homme, la maison d'Israël a accoutumé de dire : Les visions de celui-ci sont bien éloignées, et il prophétise pour les temps futurs.

28. Dites-leur donc : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mes paroles à l'avenir ne seront point différées; mais tout ce que j'ai dit s'accomplira, dit le Seigneur Dieu.

CHAPITRE XIII.

Prophétie contre les faux prophètes et les fausses prophétesses.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel qui prophetant; et dices prophetantibus de corde suo : Audite verbum Domini :

3. Hæc dicit Dominus Deus : *a* Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident. [a *Jerem.* 23. 1. *Infr.* 14. 9. et 34. 2.]

4. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erant.

5. Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.

6. Vident vana, et divinant mendacium, dicentes : Ait Dominus : cum Dominus non miserit eos : et perseveraverunt confirmare sermonem.

7. Numquid non visionem cassam vidistis, et divinationem mendacem locuti estis? et dicitis : Ait Dominus, cum ego non sim locutus.

1. Le Seigneur me parla encore en ces termes, et me dit :

2. Fils de l'homme, adressez vos prophéties aux prophètes d'Israël, qui se mêlent de prophétiser; et vous direz à ces gens-là qui prophétisent de leur tête : Ecoutez la parole du Seigneur.

3. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur aux prophètes insensés qui suivent leur propre esprit, et qui ne voient rien.

4. Vos prophètes, ô Israël! ont été comme des renards dans les déserts.

5. Vous n'êtes point montés contre *l'ennemi*, et vous ne vous êtes point opposés comme un mur pour la maison d'Israël, pour tenir ferme dans le combat, au jour du Seigneur.

6. Ils n'ont que des visions vaines, et ils ne prophétisent que le mensonge, en disant : Le Seigneur a dit ceci, quoique le Seigneur ne les ait point envoyés; et ils persistent à assurer ce qu'ils ont dit une fois.

7. Les visions que vous avez eues ne sont-elles pas vaines, et les prophéties que vous publiez ne sont-elles pas pleines de mensonges? Et après cela vous dites : C'est le Seigneur qui a parlé, quoique ce ne soit point moi qui aie parlé.

Cap. XIII. — 4. *Quasi vulpes in desertis.* Les vrais miracles sont cause qu'il y en a de faux. Les vrais prophètes suscitent pour le même motif de faux prophètes. Jérémie s'était élevé contre ces imposteurs qui paralysaient l'action de la parole divine sur le peuple, en opposant le mensonge à la vérité. Les incrédules se servaient de leur témoignage pour obscurcir l'éclat de la parole des envoyés de Dieu. Ezéchiel les compare à des renards qui ont recours à la finesse et à la ruse, pour ravager la vigne d'Israël.

5. *Neque opposuistis murum.* Le caractère de ces hommes à mauvaise doctrine, a été de tout temps le même. Ils sont tous lâches, ils excitent les autres au combat, comme ces faux prophètes poussaient à la guerre et à la résistance; mais on ne les voit pas s'opposer à l'ennemi, et faire de leur corps un rempart pour la défense de la ville.

---

27. *In dies multos.* De rebus non nostro hoc ævo, sed multo post futuris.

Cap. XIII. — 2. *De corde suo.* Animi sui figmenta, non Dei verba.

3. *Sequuntur spiritum suum.* Qui cum nullam a Deo revelationem acceperint, prædicunt temere quidquid illis in mentem et in buccam venit.

4. *Quasi vulpes in desertis.* Quia occulte et dolose populum vastant, simulantes se commoda et utilia populo loqui, ut ab eo lucrum aliquod reportent. Quia etiam timidi periculo ingruente hosti se opponere non audent, sed quasi vulpes in suis cavernis delitescunt.

5. *Non ascendistis ex adverso.* Vos pseudoprophetæ non opposuistis vos precibus Deo, qui hostes Chaldæos immittebat in murum ruinæ, id est, urbis Jerusalem diruptum. In Hebræo est, *non ascendistis in fracturas;* quæ phrasis similis est illi quam habemus Psal. 105, 23 : *Si non Moyses electus ejus stetisset in confractione*, quem locum videtur propheta respicere. Vide quæ ibi diximus.

6. *Perseveraverunt.* Quæ falso dixerant, iterum atque iterum repetiverunt, ut ea magis confirmarent.

8. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez publié des choses vaines, et que vous avez eu des visions de mensonge, je viens à vous, dit le Seigneur Dieu.

9. Ma main s'appesantira sur les prophètes qui ont des visions vaines, qui prophétisent le mensonge. Ils ne se trouveront point dans l'assemblée de mon peuple; ils ne seront point écrits dans le livre de la maison d'Israël; ils n'entreront point dans la terre d'Israël : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

10. Parce qu'ils ont séduit mon peuple, en lui annonçant la paix, lorsqu'il n'y avait point de paix. Lorsque mon peuple bâtissait une muraille, ils l'ont enduite avec de la boue seule, sans y mêler de la paille.

11. Dites à ceux qui enduisent *la muraille* sans y rien mêler, qu'elle tombera, parce qu'il viendra une forte pluie *qui la renversera;* que je ferai tomber de grosses pierres qui l'accableront, et souffler un vent impétueux qui la jettera par terre.

12. Et quand on verra que la muraille sera tombée, ne vous dira-t-on pas alors : Où est l'enduit dont vous nous l'avez enduite ?

13. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je ferai éclater des tourbillons et des tempêtes dans mon indignation; les torrents de pluie se déborderont dans ma fureur, et de grosses pierres tomberont dans ma colère pour renverser tout ce qui se rencontrera.

14. Et je détruirai la muraille que vous avez enduite sans rien mêler avec la boue; je l'égalerai à la terre, et on verra paraître ses fondements ; elle tombera, et *celui qui l'avait enduite* sera enveloppé dans sa ruine; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quia locuti estis vana, et vidistis mendacium : ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus.

9. Et erit manus mea super prophetas qui vident vana, et divinant mendacium : in consilio populi mei non erunt, et in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur ; et scietis quia ego Dominus Deus.

10. Eo quod deceperint populum meum, dicentes : pax, et non est pax : et ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis.

11. Dic ad eos qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit : erit enim imber inundans, et dabo lapides prægrandes desuper irruentes, et ventum procellæ dissipantem.

12. Siquidem ecce cecidit paries ; numquid non dicetur vobis : Ubi est litura quam linistis ?

13. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, et imber inundans in furore meo erit : et lapides grandes in ira in consumptionem.

14. Et destruam parietem quem linistis absque temperamento : et adæquabo eum terræ, et revelabitur fundamentum ejus : et cadet, et consumetur in medio ejus, et scietis quia ego sum Dominus.

10. *Liniebant eum luto absque paleis.* C'est une métaphore employée par le Prophète, pour dire que ces faux prophètes ont perpétuellement bercé le peuple de vaines illusions, et qu'ils lui ont fait des promesses magnifiques en apparence, mais qui n'avaient rien de solide. Il en a été de ces promesses comme de cet enduit factice, de cette muraille mal bâtie, la moindre pluie, le moindre choc a tout détruit. Cette comparaison est d'ailleurs assez semblable à celle dont Jésus-Christ s'est servi (Matth., VII, 26). Ces prophètes complaisants, dit Mézenguy, ressemblent à un mauvais architecte, qui conduit un bâtiment qu'on veut élever à peu de frais. Il ne fait rien de solide, et se contente de donner à l'edifice une belle apparence. Le vent, la pluie, les orages viennent fondre dessus et le renversent.

---

8. *Ecce ego ad vos.* Est aposiopesis. Venio ut vos puniam. Chald. habet : *Mittam iram meam in vos.*

9. *Manus mea.* Ultio mea. Chald., *plaga potentiæ meæ.* — *Prophetas.* Falsos. — *In consilio.* In cœtu populi redeuntis e captivitate. — *Et in scriptura.* In catalogo Israelitarum viventium et redeuntium e captivitate, non scribentur, quia morientur.

10. *Dicentes : Pax.* Inanem securitatem et prosperitatem populo promittentes. — *Et ipse* populus. — *Ædificabat parietem.* Promittebat sibi securitatem; paries enim domus securos nos ab hostibus reddit. — *Illi autem* Pseudoprophetæ. — *Liniebant eum luto.* Confirmabant populi securitatem falsis infirmisque rationibus. In Hebræo est, *liniunt inepto,* scilicet tectorio. Efficere volunt ut fœditas vitiorum non appareat, sed inutilem sumunt operam. — *Absque paleis.* Paleæ enim lutum, quod alioqui diffluerет, continent, adstringunt et uniunt.

11. *Absque temperatura.* Sine admixtione palearum. Interpres dixit *absque temperatura,* varietatis causa. — *Imber inundans.* Significat nullam vim humanam, nullum consilium divinæ ultioni restituturum; sed se potentia sua vindice omnia eversurum et disturbaturum. — *Lapides prægrandes.* LXX habent, λίθους πετροβόλους, ingentes lapides, quales e catapultis et machinis obsidentes civitates in muros et domos solent ejaculari.

12. *Siquidem ecce cecidit paries.* Hebr., *et ecce cecidit paries.* — *Numquid non dicetur vobis?* Nonne tunc hostes irridebunt vos, interrogabuntque subsannantes ubi sit securitas et fiducia vestra?

13. *Spiritum tempestatum.* Spiritum procellæ, ventum vehementem et procellosum. — *In consumptionem.* Ad perditionem vestram. Per imbrem, lapides, procellam, etc. Chaldæos intelligit, per quos Jerusalem eversurus erat.

14. *Revelabitur fundamentum.* Evertetur usque ad fundamentum, ita ut illud reveletur et appareat. — *Cadet.* Paries. — *Consumetur.* Is qui parietem linit. LXX habent in plurali, *consumemini.* — *In medio ejus.* Intra ipsum fundamentum. Vocat autem fundamentum parietis, id est, securitatis ipsorum, Hierosolymitanam urbem, in qua omnem suam fiduciam collocaverant.

15. Et complebo indignationem meam in pariete, et in his qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis : Non est paries, et non sunt qui liniunt eum.

16. Prophetæ Israel qui prophetant ad Jerusalem, et vident ei visionem pacis : et non est pax, ait Dominus Deus.

17. Et tu, fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde suo : et vaticinare super eas.

18. Et dic : Hæc dicit Dominus Deus : Væ quæ consuunt pulvillos sub omni cubito manus, et faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas : et cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum.

19. Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei, et fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, et vivificarent animas quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

20. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad puvillos vestros, quibus vos capitis animas volantes, et dirumpam eos de brachiis vestris : et

15. Mon indignation se satisfera dans *la ruine de* la muraille, et dans *la perte de* ceux qui l'enduisent, sans y mêler ce qui l'aurait affermie. Je vous dirai alors : La muraille n'est plus, et ceux qui l'avaient enduite ne sont plus.

16. *Ils ne sont plus,* ces prophètes d'Israël qui se mêlaient de prophétiser à Jérusalem; et qui avaient pour elle des visions de paix, lorsqu'il n'y avait point de paix *à espérer,* dit le Seigneur Dieu.

17. Et vous, fils de l'homme, tournez le visage contre les filles de mon peuple, qui se mêlent de prophétiser de leur propre cœur; et prophétisez contre elles.

18. Et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur à celles qui préparent des coussinets pour les mettre sous tous les coudes, et qui font des oreillers pour en appuyer la tête des personnes de tout âge, afin de surprendre les âmes : et qui, lorsqu'elles ont surpris les âmes de mon peuple, les assurent que leurs âmes sont pleines de vie.

19. Elles ont détruit la vérité de ma parole dans l'esprit de mon peuple pour un peu d'orge et pour un morceau de pain, en menaçant de la mort les âmes qui ne devaient point mourir, et promettant la vie à celles qui ne devaient point vivre, et séduisant par leurs mensonges la crédulité de mon peuple.

20. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vos coussinets par lesquels vous surprenez les âmes, comme des oiseaux qu'on prend dans leur vol; je romprai vos cous-

17. *Contra filias populi tui.* Les sciences occultes étaient très-développées parmi les Chaldéens. Il y avait beaucoup de magiciennes et de devineresses, que l'on consultait sans cesse. Dans Israël, il y avait eu de vraies prophétesses. Les fausses se multiplièrent à la faveur de la superstition étrangère. Elles flattaient le parti politique; pendant que les vrais prophètes faisaient des menaces, elles annonçaient des succès. Ezéchiel dit, dans son style imagé, qu'elles mettent des coussinets sous les coudes, et des oreillers sous la tête de ceux qui les écoutent, pour indiquer qu'elles amollissent les âmes, et que c'est après les avoir amollies qu'elles les séduisent.

20. *Animas ad volandum.* Ces âmes qui auraient dû voler où Dieu les appelait, étaient enchaînées par les paroles séduisantes de ces femmes dangereuses. Les prophetes du Seigneur avaient deconseillé la guerre, ils voulaient que Jérusalem se rendît; mais ces fausses prophétesses répétaient sans cesse que ceux qui se rendraient aux Chaldéens seraient exterminés, et qu'il n'y aurait de sauvé que ceux qui résisteraient à outrance et qui défendraient Jérusalem. C'était précisément le contraire qui devait arriver.

---

15. *Complebo.* Exsatiabo iram meam in demoliendo pariete quem ædificastis, effundamque iram meam adversus prophetas qui liniunt eum. — *Non est paries.* Corruit murus cum ædificantibus et linientibus.

16. *Prophetæ Israel.* Non sunt, inquam prophetæ Israel. — *Visionem pacis.* Prophetiam prospera promittentem.

17. *Pone faciem tuam.* Vultum tuum obfirma, audacter ac libere loquere. — *Contra filias populi tui.* Prophetides quæ populum seducunt prædicentes commenta animi sui, non Dei verba. Sunt qui putent prophetidas appellari hic viros molles et effeminatos, qui falsa vaticinabantur.

18. *Væ quæ consuunt.* Prophetiæ quæ consuunt. — *Consuunt pulvillos.* Adulantur, ut conscientiæ, quasi subjectis omni ex parte pulvillis; quietæ sint, nec ullis fodiantur aculeis. Græcis pro pulvillis vertunt, ἐπιβόλαια, vestimenta exteriora, velamina, prætextus ad obtegenda vitia. — *Universæ ætatis.* Cujuscumque ordinis et ætatis hominibus. — *Ad capiendas animas.* Ad fallendum falsa spe futuræ pacis. — *Et cum caperent.* Cum perderent. — *Vivificabant animas.* Promittebant animabus, id est, hominibus vitam et salutem, sed falso.

19. *Violabant me ad populum meum.* Delinquebant in me coram populo meo, dicentes : *Hæc dicit Dominus,* cum ego non dixissem, et me quodammodo mendacem facientes. — *Propter pugillum hordei.* Minimæ mercedis spe. — *Ut interficerint.* Ut prædicerent interitum prophetis veris et sanctis viris qui morte digni non sunt, vitam vero promitterent Judæis et falsis prophetis, qui occidendi sunt. LXX habent. *Ut occiderent animas quas non oportuit mori, et salvarent animas quas non oportuit vivere.*

20. *Ecce ego.* Venio; vel ponam contra pulvillos faciem meam in malum. Ut supra, n. 8. Propheto et prædico eis exitium. — *Animas volantes.* Id est, sicut volucres. — *Dirumpam eos.* Abstraham et diripiam pulvillos. — *Et brachiis vestris.* Dicit *vestris*, et non *illorum*, quod ii quos decipiebant, in earum erant potestate. — *Dimittam animas.* Liberas a recte vestros, ut volare possint quod volucrint.

sinets entre vos bras; et je laisserai aller les âmes que vous avez prises, ces âmes qui devaient voler.

21. Je romprai vos oreillers, je délivrerai mon peuple de votre puissance, et ils ne seront plus à l'avenir exposés en proie entre vos mains, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

22. Car vous avez affligé le cœur du juste sur de fausses suppositions, lorsque je ne l'avais point attristé moi-même; et vous avez fortifié les mains de l'impie, pour l'empêcher de revenir de la voie mauvaise et corrompue, et de trouver la vie.

23. C'est pourquoi vous n'aurez plus vos fausses visions à l'avenir, et vous ne débiterez plus vos divinations, parce que je délivrerai mon peuple d'entre vos mains : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum.

21. Et dirumpam cervicalia vestra, et liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt ultra in manibus vestris ad prædandum : et scietis quia ego Dominus.

22. Pro eo quod mœrere fecistis cor justi mendaciter, quem ego non contristavi; et confortastis manus impii; ut non reverteretur a via sua mala, et viveret :

23. Propterea vana non videbitis, et divinationes non divinabitis amplius, et eruam populum meum de manu vestra : et scietis quia ego Dominus.

CHAPITRE XIV.

Prophétie contre ceux qui consultent les faux prophètes, et qui demeurent dans leurs dérèglements.

1. Quelques-uns des plus anciens d'Israël étant venus me voir, ils s'assirent devant moi.

2. Alors le Seigneur m'adressa sa parole et me dit :

3. Fils de l'homme, ceux que vous voyez ont dans le cœur leurs impuretés; et ils se sont affermis dans cette iniquité scandaleuse, quoique le contraire paraisse sur leur visage. Comment donc répondrai-je aux demandes qu'ils me font?

4. C'est pourquoi, parlez-leur, et leur dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Tout homme de la maison d'Israël qui a renfermé ses impuretés dans son cœur, et qui s'est affermi dans son iniquité scandaleuse, quoiqu'il fasse paraître le contraire sur son visage, et qui viendra trouver le prophète pour savoir par lui ma réponse, je lui répondrai moi qui suis le Seigneur, selon toutes ses impuretés;

5. Afin que la maison d'Israël, soit surprise

1. Et venerunt ad me viri seniorum Israel, et sederunt coram me.

2. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

3. Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, et scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam : numquid interrogatus respondebo eis?

4. Propter hoc loquere eis, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Homo, homo de domo Israel qui posuerit immunditias suas in corde suo, et scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, et venerit ad prophetam interrogans per eum me, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum :

5. Ut capiatur domus Israel in

Cap. XIV. — 1. *Sederunt coram me.* Ils s'assirent devant le Prophète pour le consulter.

3. *Statuerunt contra faciem suam.* La traduction du P. de Carrières est ici inexacte. Mais il faut traduire : « Ils ont mis devant leurs yeux leurs iniquités scandaleuses, pour s'en repaître continuellement. » Ces hommes étaient profondément attachés à l'idolâtrie, et ils avaient toujours devant leurs yeux les excès de toute nature auxquels ces erreurs les entraînaient.

---

21. *Ad prædandum.* Passive. Non amplius patebunt prædæ manum vestrarum.

22. *Mœrere fecistis.* Prophetando ei tristia, cum ego nihil tale dixissem. — *Confortastis.* Prophetando ei læta et vitam, eo quod daret vobis munera.

23. *Vana non videbitis.* Amplius non prophetabitis, quia occidam vos, vel peste, vel gladio Chaldæorum.

Cap. XIV. — 1. *Viri seniorum.* Hebraismus, pro nonnuli e senioribus, primores scilicet et magistratus; hi enim fere creabantur ex senibus.

3. *Posuerunt immunditias suas.* Defixa gerunt idola, in animo suo; toti dediti sunt idololatriæ. Aquila vertit, *dedicaverunt idola in corde suo.* — *Scandalum iniquitatis.* Sic appellat idola, quod cultoribus suis sint scandalum, hoc est, quod faciant eos offendere, impingere et ruere, sintque occasio omnis iniquitatis, culpæ scilicet ac pœnæ. — *Statuerunt contra faciem suam.* Ut in eis oculos et animum pascant.

4. *Homo, homo.* Quilibet homo; est hebraismus. — *Per eum.* Per prophetam. -- *Respondebo ei in multitudine.* Juxta multitudinem immunditiarum suarum, ut merentur immunditiæ et peccata ejus. Ita per prophetas respondebo, ut videntes non videant, et audientes non intelligant quæ respondebunt prophetæ, et inde erroris ansam arripiant. In hebræo est, *respondebo ei venienti in multitudine immunditiarum suarum.* Ecce ille ad me venire audet animum habens idololatria plenum. Respondebo igitur, etc.

5. *Ut capiatur.* Ut suo desiderio et affectu obsequens, et responsa juxta illum interpretans, eo quasi laqueo capiatur et decipiatur. -- *In corde suo.* Affectu et voluntate sua. -- *In cunctis idolis suis.* Ut idolis suis adhærerent.

corde suo, quo recesserunt a me in cunctis idolis suis.

6. Propterea dic ad domum Israel : Hæc dicit Dominus Deus : Convertimini, et recedite ab idolis vestris, et ab universis contaminationibus vestris avertite facies vestras.

7. Quia homo, homo de domo Israel, et de proselytis quicumque advena fuerit in Israel, si alienatus fuerit a me, et posuerit idola sua in corde suo, et scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, et venerit ad prophetam ut interroget per eum me : ego Dominus respondebo ei per me.

8. Et ponam faciem meam super hominem illum, et faciam eum in exemplum, et in proverbium, et disperdam eum de medio populi mei : et scietis quia ego Dominus.

9. *a* Et propheta cum erraverit, et locutus fuerit verbum : ego Dominus decepi prophetam illum : et extendam manum meam super illum, et delebo eum de medio populi mei Israel. [a *Sup.* 13. 3.]

10. Et portabunt iniquitatem suam : juxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit :

11. Ut non erret ultra domus Israel a me, neque polluatur in universis prævaricationibus suis : sed sint mihi in populum, et ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

12. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

13. Fili hominis, terra cum peccave-

dans *le dérèglement de* son cœur, par lequel *ceux qui la composent* se sont retirés de moi pour suivre toutes leurs idoles.

6. C'est pourquoi dites à la maison d'Israël : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Convertissez-vous, et quittez vos idoles, et détournez vos visages de toutes vos abominations.

7. Car si un homme de la maison d'Israël, quel qu'il puisse être, ou un étranger d'entre les prosélytes qui sont en Israël, s'éloigne de moi, et garde toujours ses idoles dans son cœur, et que s'étant affermi dans son iniquité scandaleuse, quoiqu'il fasse paraître le contraire sur son visage, il vienne trouver le prophète pour savoir de lui ma réponse; moi qui suis le Seigneur, je répondrai à cet homme-là par moi-même.

8. Je regarderai cet homme, j'en ferai un exemple, *je le rendrai* l'objet des insultes des hommes, je l'exterminerai du milieu de mon peuple; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

9. Et lorsqu'un prophète tombera dans l'erreur, et répondra, c'est moi qui suis le Seigneur qui aurai trompé ce prophète. Mais j'étendrai la main sur lui, et je l'exterminerai du milieu de mon peuple d'Israël.

10. Ils porteront tous deux la peine de leur iniquité, et le peuple qui a désiré être séduit, et le prophète qui en a été le séducteur;

11. Afin que la maison d'Israël ne s'égare plus à l'avenir en se retirant de moi, et qu'elle ne se corrompe plus par tous les crimes par lesquels elle a violé ma loi; mais qu'ils soient tous mon peuple et que je sois leur Dieu, dit le Seigneur des armées.

12. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

13. Fils de l'homme, lorsqu'un pays aura pé-

9. *Ego Dominus decepi prophetam.* Dieu, qui est la vérité essentielle, ne peut immédiatement et par lui-même, induire les hommes en erreur; de même qu'il ne peut les porter au péché, parce qu'il est la bonté et la sainteté même : mais il peut, par un jugement de justice, les laisser à leurs ténèbres, et dès-là leur esprit devient le jouet de l'erreur et du mensonge. Ainsi le Prophète et celui qui l'interroge, tous deux privés de la lumière divine, s'égareront, l'un en prononçant de faux oracles, et l'autre en y adhérant.

10. *Et portabunt iniquitatem.* Ils porteront tous les deux la peine de leur iniquité. Les uns seront punis comme Achab, pour avoir sciemment et à dessein, consulté de faux prophètes; les autres comme Sédécias, pour avoir eu un cœur double, et avoir suivi les fausses lueurs de la raison humaine, plutôt que la lumière éclatante de la révélation divine.

---

7. *Homo, homo.* Quilibet homo, ut supra, n. 4. — *Et de proselytis.* Proselyti, id est, advenæ vocantur gentiles aliunde advenientes, ut inserantur religioni Judæorum et populo Dei. * Pagninus vertit : *Et de peregrino qui peregrinabitur in Israel.* Nam etiam extranei, qui inter Israelitas vivebant, etiam legi non se subjecissent, tenebantur tamen ab idololatria abstinere. — *Per me.* Non per prophetæ verbum, sed per me, et flagella mea quæ ei immittam. Vel sensus est, ego ipse pronuntiabo sententiam meam contra ipsum.

8. *Ponam faciem meam super hominem illum.* Suscipiam contra illum inimicitias, adversarius illi ero. Frequens hebraismus, ut supra, c. 13, 17; et Jerem., c. 21, 10; et 44, 11, 27. — *Faciam eum in exemplum,* Faciam ut ejus pœna exemplo sit aliis. — *Et in proverbium.* In fabulam, ut in ore sit omnium, ut, cum grandem vindictam significare volent, pœnam illius appellent.

9. *Et propheta.* Falsus; nam verus non erat. — *Decepi.* Decipi permisi, non redargui cum possem; toleravi ejus mendaces prophetias et promissiones, ut per eum puniam interrogantes, non me, sed idola et falsos illorum prophetas. * Exitum illi inferam, quem non expectat.

10. *Portabunt iniquitatem suam.* Luent pœnas iniquitatis suæ. — *Juxta iniquitatem interrogantis.* Æquali pœna punietur pseudopropheta, et qui eum consulit.

11. *Ut non erret.* Videns alios qui a me recesserunt, errasse, et esse punitos; quasi dicat : Ut hac ratione Israelem a falsorum vatum sequela liberem.

13. *Terra.* Habitatores terræ. — *Ut prævaricetur prævaricans* — Valde prævaricetur. — *Conteram virgam panis.* Sterilitatem et famem immittam; corpus enim pane quasi baculo sustentatur. Eadem phrasis habetur supra, c. 4, 16; et c. 5, 16; et Levit., 26, 26 : ubi hæc eadem terræ pœna proponitur.

ché contre moi, et qu'il se sera endurci dans le violement de mes préceptes, j'étendrai ma main sur ce pays-là, je briserai la force du pain, j'y enverrai la famine, et j'y ferai mourir les hommes avec les bêtes.

14. Que si trois hommes, Noé, Daniel et Job, se trouvent au milieu de ce pays-là, ils délivreront leurs âmes par leur propre justice, dit le Seigneur des armées.

15. Que si j'envoie en ce pays-là des bêtes farouches pour le détruire, et qu'il devienne inaccessible, sans que personne puisse y passer à cause des bêtes,

16. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que s'il y a en ce pays-là ces trois hommes, ils ne délivreront ni leurs fils, ni leurs filles, mais qu'eux seuls seront délivrés, et que le pays sera détruit.

17. Que si je fais venir l'épée sur ce pays-là, et si je dis à l'épée : Passez au travers de ce pays, et que j'y tue les hommes et les bêtes;

18. Si ces trois hommes s'y trouvent en même temps, je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, qu'ils ne délivreront ni leurs fils, ni leurs filles, mais qu'eux seuls seront délivrés.

19. Que si j'envoie la peste contre ce pays-là, et si je répands mon indignation sur lui par un arrêt sanglant, pour en exterminer les hommes et les bêtes,

20. Et que Noé, Daniel et Job s'y trouvent en même temps, je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, qu'ils ne délivreront ni leurs fils, ni leurs filles, mais qu'ils ne délivreront que leurs propres âmes par leur justice.

21. Cependant voici ce que dit le Seigneur Dieu : Si j'envoie tout ensemble contre Jérusalem ces quatre plaies mortelles, l'épée, la famine, les bêtes farouches et la peste, pour y faire mourir les hommes avec les bêtes,

22. Il en restera néanmoins quelques-uns qui se sauveront et qui en feront sortir leurs fils et leurs filles; et ils vous viendront trouver, et

rit mihi, ut prævaricetur prævaricans, extendam manum meam super eam, et conteram, *a* virgam panis ejus : et immittam in eam famem, et interficiam de ea hominem et jumentum. [a *Supr.* 4. 16. et 5. 16.]

14. Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel, et Job : ipsi justitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

15. Quod si et bestias pessimas induxero super terram ut vastem eam; et fuerit invia, eo quod non sit pertransiens propter bestias :

16. Tres viri isti si fuerint in ea, vivo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt; sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur.

17. Vel si gladium induxero super terram illam, et dixero gladio : Transi per terram : et interfecero de ea hominem et jumentum :

18. Et tres viri isti fuerint in medio ejus : vivo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias; sed ipsi soli liberabuntur.

19. Si autem et pestilentiam immisero super terram illam, et effudero indignationem meam super eam in sanguine, ut auferam ex ea hominem et jumentum.

20. Et Noe, et Daniel, et Job fuerint in medio ejus : vivo ego, dicit Dominus Deus, quia filium et filiam non liberabunt; sed ipsi justitia sua liberabunt animas suas.

21. Quoniam hæc dicit Dominus Deus : Quod et si quatuor judicia mea pessima, gladium, et famem, ac bestias malas, et pestilentiam immisero in Jerusalem, ut interficiam de ea hominem et pecus :

22. Tamen relinquetur in ea salvatio educentium filios et filias : ecce ipsi ingredientur ad vos, et videbitis viam

15. *Quod si et bestias pessimas.* Ces bêtes farouches sont les Chaldéens, qui devaient faire invasion dans la Judée.

16. *Sed ipsi soli liberabuntur.* Le Prophète veut faire comprendre aux Juifs, que dans les événements qui vont s'accomplir, le Seigneur ne châtiera la génération présente que dans la mesure des fautes qu'elle a faites, et que, comme les péchés sont personnels, il en sera de même du châtiment. Il cite ici Noé, Daniel et Job, parce que les vertus de Noé n'ont pas sauvé le monde du déluge, que l'innocence de Job n'a pas empêché ses enfants de mourir, et que la sainteté de Daniel n'a pas délivré son peuple de la captivité (Cf. cap. XVIII).

---

14. *In medio ejus.* Terræ quæ fame affligitur. — *Noe, Daniel et Job.* Hos potissimum nominat, quia hi tres suo sæculo quasi soles justitiæ illustres orbi præfulserunt, et fuerunt salutis aliorum amantissimi, ideoque Deo charissimi, et in oratione efficacissimi. * Peculiariter Noe octo homines semen futuros generis humani diluvio eripuit. Daniel Chaldæos magos ab imminente morte liberavit. Job veniam impetravit iis qui ipsum offenderant. — *Animas suas.* Seipsos solum, non autem alios.

15. *Et fuerit invia.* Pagninus et Vatablus vertunt, *desolata.*

16. *Nec filios.* Ne filios quidem proprios aut filias liberare poterunt.

17. *Gladium induxero.* Si cladem per immissos hostes armatos regioni inflixero.

19. *In sanguine.* Ad effundendum sanguinem, ad cædem, carnificinam patrandam, et ut sanguis, id est, vita effundatur.

21. *Quatuor judicia mea pessima.* Acerbissima supplicia et flagella quibus uti soleo. Sumitur judicium pro pœna judicio decreta.

22. *Relinquetur in ea salvatio.* Aliqui ex clade evadent et superstites erunt, qui etiam educent ex hâc clade filios et filias, ut in eis servetur et propagetur stirps Abrahæ. — *Ecce ipsi ingredientur ad vos.* Abducentur captivi Babylonem in qua vos estis. — *Videbitis viam eorum.* Mores eorum probos, ob quos alios punivi, sed eos ex misericordia servavi. — *Consolabimini.* Videntes merito captam et incensam Jerusalem, et cives ejus abductos in captivitatem ob eorum scelera.

eorum, et adinventiones eorum, et consolabimini super malo quod induxi in Jerusalem, in omnibus quæ importavi super eam.

23. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum, et adinventiones eorum : et cognoscetis quod non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

vous verrez quelle a été leur conduite et leurs œuvres; et vous vous consolerez des maux que j'aurai fait tomber sur Jérusalem, et de toute l'affliction dont je l'aurai accablée.

23. Ils vous consoleront, *dis-je*, lorsque vous verrez quelle a été leur voie, et quelles ont été leurs œuvres, et vous reconnaîtrez que ce n'aura pas été sans un juste sujet, que j'aurai fait fondre sur Jérusalem tous les maux dont je l'aurai affligée, dit le Seigneur Dieu.

CHAPITRE XV.

Comparaison de Jérusalem avec le bois de la vigne.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna sylvarum?

3. Numquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcumque vas?

4. Ecce igni datum est in escam : utramque partem ejus consumpsit ignis, et medietas ejus redacta est in favillam : numquid utile erit ad opus?

5. Etiam cum esset integrum, non erat aptum ad opus : quanto magis cum illud ignis devoraverit, et combusserit, nihil ex eo fiet operis?

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quomodo lignum vitis inter ligna silvarum, quod dedi igni ad devorandum, sic tradam habitatores Jerusalem.

7. Et ponam faciem meam in eos : de igne egredientur, et ignis consumet eos : et scietis quia ego Dominus, cum posuero faciem meam in eos,

8. Et dedero terram inviam, et desolatam : eo quod prævaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

1. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

2. Fils de l'homme, que fera-t-on du bois de la vigne? Si on le compare à tous les autres arbres qui sont dans les bois et dans les forêts.

3. Peut-on en prendre pour quelque ouvrage de bois? ou peut-on en faire seulement une cheville pour y pendre quelque chose dans une maison?

4. On le met dans le feu pour en être la pâture; la flamme en consume l'un et l'autre bout: et le milieu est réduit en cendres : après cela sera-t-il bon à quelque chose?

5. Lors même qu'il était entier il n'était bon à rien : combien plus sera-t-il inutile à toutes sortes d'ouvrages, après que le feu l'aura dévoré!

6. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Comme entre les arbres des forêts, le bois de la vigne est celui que j'ai particulièrement destiné à être consumé par le feu ; ainsi je livrerai *au feu* les habitants de Jérusalem.

7. Et je les regarderai dans *ma colère*. Ils sortiront d'un feu, et ils tomberont dans un autre qui les consumera : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur lorsque je les aurai regardés,

8. Et que j'aurai rendu leur pays désert et inaccessible, parce qu'ils ont violé ma loi, dit le Seigneur Dieu.

Cap. XV. — 2. *Quid fiet de ligno vitis.* Dieu ne pouvait guère exprimer d'une manière plus sensible combien ce peuple était méprisable devant ses yeux, qu'en le comparant à un sarment de vigne qui ne produit point de fruit, et qui n'est propre à aucun usage. Jésus-Christ a employé la même image pour nous montrer la stérilité et l'impuissance de l'âme qui se sépare de lui : *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite; sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites... Si quis in me non manserit : mittetur foras sicut palmes, et arescet, et colligent eum, et in ignem mittent et ardet.* On peut faire ici toutes les applications du Prophète.

---

23. *Non frustra.* Non sine causa.

Cap. XV. — 2. *Quid fiet de ligno vitis?* Solet Deus frequenter populum Judæorum vineam appellare, ut cum dicitur Jerem., 2, 21 *Ego autem plantavi te vineam electam*, etc. Quia ergo expectavit ut faceret uvam, et fecit labruscas, comparat illum ligno infructuoso vitis, quod ad nullam rem utile est, nisi ut in ignem conjiciatur. — *Ex omnibus lignis nemorum.* Præ omnibus lignis silvestribus et infructiferis.

3. *Ut dependeat in eo quodcumque vas.* Aliquod domesticum instrumentum, aliqua supellex.

4. *Utramque partem.* Hebr. *utramque extremitatem*, id est, non solum medietatem, sicut in cæteris lignis consumpsit, sed etiam extremitates. Nam ex cæteris lignis extremitates, titionesque aliqui manere solent, ex quibus aliquid operis, aut certe paxillus aliquis fieri potest; at ex sarmentis, quia facillime ardent, nihil manet.

5. *Ex eo.* Ex extremitate aliqua, quæ combusta medietate superesset.

7. *Ponam faciem meam.* Vide dicta superiori capite, n. 8. — *De igne egredientur, et ignis consumet eos.* Si ex igne egressi fuerint, iterum in ignem conjiciam eos ut omnino consummantur; quemadmodum sarmentorum extremitates, quæ, media parte igni consumpta, manere solent, iterum in ignem conjicimus, donec omnino consumantur. Persistit in eadem allegoria sarmentorum. Ignem autem vocat afflictiones et calamitates, ut Psal. 65, 12 : *Transivimus per ignem et aquam : et eduxisti nos in refrigerium.*

CHAPITRE XVI.

Le Seigneur ordonne au Prophète de représenter à Jérusalem tous ses désordres, en la comparant à une épouse adultère.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, faites connaître à Jérusalem ses abominations.

3. Et vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu à Jérusalem : Votre race et votre origine vient de la terre de Chanaan; votre père était Amorrhéen, et votre mère Céthéenne.

4. Lorsque vous êtes venue au monde, au jour de votre naissance, on ne vous a point coupé, comme aux autres enfants, le conduit par où vous receviez la nourriture dans le sein de votre mère; vous ne fûtes point lavée dans l'eau qui vous aurait été alors si salutaire, ni purifiée avec le sel, ni enveloppée de langes.

5. On vous a regardée d'un œil sans pitié, on n'a point eu compassion de vous, pour vous rendre quelqu'une de ces assistances; mais on vous a jetée sur la terre nue au jour de votre naissance, comme une personne pour qui l'on n'avait que du mépris.

6. Passant auprès de vous, je vous vis foulée aux pieds, dans votre sang, et je vous dis, lorsque vous étiez couverte de votre sang : Vivez, quoique vous soyez, vous dis-je, couverte de votre sang, vivez.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas ;

3. Et dices : Hæc dicit Dominus Deus Jerusalem : Radix tua, et generatio tua de terra Chanaan : pater tuus Amorrhæus, et mater tua Cethæa.

4. Et quando nata es, in die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus, et aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec involuta pannis.

5. Non pepercit super te oculus ut faceret tibi unum de his, misertus tui; sed projecta es super faciam terræ in abjectione animæ tuæ, in die qua nata es.

6. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo : et dixi tibi cum esses in sanguine tuo : Vive, dixi, inquam, tibi : In sanguine tuo vive.

Cap. XVI. — 1. *Et factus est sermo.* Ce chapitre est un de ceux que les Juifs regardaient comme dangereux pour la jeunesse, et dont ils ne permettaient la lecture à personne avant l'âge de trente ans. Nous en prévenons pour qu'on ne le lise pas imprudemment.

3. *Pater tuus Amorrhæus.* Ce chapitre est une histoire complète du peuple de Dieu, faite dans la personne de Jérusalem, sous un voile allégorique. L'origine des Hébreux vient d'Abraham; si le Prophète dit que Jérusalem est la fille d'un Amorrhéen et d'une Céthéenne, c'est qu'au lieu d'imiter la foi et la piété d'Abraham, la nation s'était abandonnée aux erreurs et aux excès de ces mêmes peuples, qui étaient devenus, par là même en quelque sorte ses ancêtres. C'est dans le même sens que Jésus-Christ dit aux Juifs : *Vos ex patre diabolo estis.*

Cap. XVI. — 2. *Notas fac Jerusalem.* Per litteras; nam propheta erat in Babylone. Sic imperatum Isaiæ, c. 58, 1 : *Annuntia populo meo scelera eorum*, etc.

3. *Radix tua, et generatio tua.* Generatio tua videtur esse de terra Chanaan, ob morum et impietatis similitudinem. — *Pater tuus Amorrhæus.* Licet filia naturalis sis, ô Jerusalem, Abrahæ et Saræ; tamen per imitationem et mores videris filia Amorrhæorum et Hethæorum, quia eorum studia et impietatem æmularis. Cethæi sive Hethæi fuerunt una ex septem gentibus quæ Chananæam incolebant, * antequam occuparetur ab Hebræis.

4. *Quando nata es.* Ortus Israel fuit post mortem Joseph : tunc enim in Ægypto multiplicatus est, ut inciperet esse non familia Israelis, sed populus. — *Non est præcisus umbilicus tuus.* Neglecta fuisti et abjecta quasi abortivum, non præcisus umbilicus, non lota, non salita, etc. Id accidit populo Israelis, cum sub Pharaone tyranno male habitus est. — *Aqua non es lota in salutem.* Non es lota aqua ulla salutari; solet enim recens natis infantibus lotio adhiberi, ad abstergendas puerperii sordes. Aliqui vertunt, *non es lota ad munditiem.* — *Nec sale salita.* Solebant enim veteres recens natorum infantium corpora sale aspergere, ut solidiora fierent et constringerentur, et ut omnis uteri immunditia siccaretur, et præcisi umbilici vulnus sanaretur.

5. *Non pepercit super te oculus.* Nemo fuit qui, cum te ita abjectam et expositam videret, misereretur. Vatablus vertit, *non est misertus tui oculus hominis.* * Notat Ægyptios, qui quasi parentes Hebræis esse debuissent ob Josephi merita, et tamen illos duriter et immisericorditer tractarunt. — *Projecta est super faciem terræ.* Sicut infantes expositi projici solent. Vel sicut infantes nascendo effunduntur et abjiciuntur in terram. — *In abjectione animæ tuæ.* Vitæ tuæ. Projecta est ut morereris. — * *In die qua nata es.* Cœperunt enim Israelitæ in Ægypto populus esse.

6. *Transiens.* Quasi rex qui it venatum, et in agro incidit in puellam expositam. — *Vidi te conculcari in sanguine tuo.* Vidi te in terra sanguinolentam jacere, ita ut a prætereuntibus conculcari posses. Vidi te sordidam, barbaram, incultam, miserabilem, fidei, legis, gratiæ, salutis et omnium Dei donorum expertem. — *Vive dixi... tibi.* Feci te vivere, cum omni auxilio destituta esses, et morti exposita. — *In sanguine tuo vice.* LXX habent, *de sanguine tuo vita.* Licet voluteris in sanguine tuo, excitaberis tamen ad vitam.

7. Multiplicatam quasi germen agri dedi te : et multiplicata es, et grandis effecta, et ingressa es, et pervenisti ad mundum muliebrem : ubera tua intumuerunt, et pilus tuus germinavit : et eras nuda, et confusione plena.

8. Et transivi per te, et vidi te; et ecce tempus tuum, tempus amantium : et expandi amictum meum super te, et operui ignominiam tuam. Et juravi tibi, et ingressus sum pactum tecum (ait Dominus Deus) et facta es mihi.

9. Et lavi te aqua, et emundavi sanguinem tuum ex te : et unxi te oleo.

10. Et vestivi te discoloribus, et calceavi te ianthino : et cinxi te bysso, et indui te subtilibus.

9. *Ergone prosperabitur?* Nullo modo prospere illi res succedent, etiamsi auxilium petat ab Ægyptiis. — *Nonne radices ejus evellet?* Aquila illa prior, id est, Nabuchodonosor, radicem id est regni Judæorum robur evellet, et Sedeciam regno eradicabit. — *Fructus.* Filios ejus

les racines? n'en abattra-t-il pas le fruit? n'en fera-t-il pas mourir tous les rejetons? afin qu'elle sèche, et qu'elle soit déracinée entièrement, sans qu'il ait besoin pour cela d'employer toute la force de son bras, ni beaucoup de peuple?

10. La voilà plantée : espère-t-elle donc pouvoir s'affermir? lorsqu'un vent brûlant l'aura frappée, ne mourra-t-elle pas, et ne sèchera-t-elle pas, avec toutes les eaux dont elle avait été arrosée?

11. Le Seigneur m'adressa encore sa parole, et me dit :

12. Dites à ce peuple qui m'irrite : Ne savez-vous pas ce que cette énigme signifie? *le voici :* Le roi de Babylone, ajouterez-vous, vient à Jérusalem. Il en prendra le roi et les princes, et il les emmènera avec lui à Babylone.

13. Il choisira ensuite un prince de la race royale, il fera alliance avec lui, et lui fera prêter serment : il transportera ensuite les plus vaillants hommes hors du pays,

14. Afin que le royaume de ce prince demeure bas et faible sans pouvoir s'élever, et qu'il demeure dans les conditions qui lui ont été prescrites, et qu'il les garde.

15. Mais ce prince, se révoltant contre lui, a envoyé des ambassadeurs au roi d'Egypte, afin qu'il lui donnât des chevaux et de grandes troupes. Celui qui s'est conduit de cette sorte réussira-t-il dans ses desseins? et y trouvera-t-il sa sûreté? Après avoir violé les conditions qu'il avait jurées, échappera-t-il à ses ennemis?

16. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, qu'il sera emmené au pays même de ce prince qui l'avait établi roi, dont il a rompu l'alliance en violant le serment qu'il avait prêté, et qu'il mourra au milieu de Babylone.

17. Et Pharaon ne viendra point avec une grande armée et un grand peuple combattre contre le roi de Babylone, qui élèvera des terrasses, et qui bâtira des forts, pour tuer un grand nombre d'hommes.

et siccabit omnes palmites germinis ejus, et arescet : et non in brachio grandi, neque in populo multo, ut evelleret eam radicitus?

10. Ecce plantata est : ergone prosperabitur? nonne, cum tetigerit eam ventus urens, siccabitur, et in areis germinis sui arescet?

11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

12. Dic ad domum exasperantem : Nescitis quid ista significent? Dic : Ecce venit rex Babylonis in Jerusalem : et assumet regem, et principes ejus, et adducet eos ad semetipsum in Babylonem.

13. Et tollet de semine regni, feriet-que cum eo fœdus, et ab eo accipiet jusjurandum : sed et fortes terræ tollet,

14. Ut sit regnum humile, et non elevetur, sed custodiat pactum ejus, et servet illud.

15. Qui recedens ab eo misit nuntios ad Ægyptum, ut daret sibi equos, et populum multum. Numquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? et qui dissolvit pactum, numquid effugiet?

16. Vivo ego, dicit Dominus Deus : quoniam in loco regis qui constituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, et solvit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

17. Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium : in jactu aggeris, et in exstructione vallorum, ut interficiat animas multas.

---

quasi teneras olivæ baccas distringet, decerpet, perdet, occidet. — *Siccabit omnes palmites.* Principes neci dabit, et reddet quasi arentes palmites. — *Arescet.* Germen ejus. — *Non in brachio grandi.* Non erit opus magna virtute aut milite ad superandum Judæos et Ægyptios; nam primo conflictu id faciet Nabuchodonosor. Vel non poterit rex Ægypti, quamvis cum magnis copiis veniat, Judæos et Sedeciam a Chaldæis liberare. — *Ut evelleret eam radicitus.* Pendet hæc interrogatio ab initio versus : *Nonne radices ejus evellet,* etc.; quasi dicat : Nonne fecit id quod paulo ante dixi, scilicet, nonne egit et peregit ut evelleret eam radicitus, idque non magnis copiis?

10. *Ergone prosperabitur?* Nullo modo. Sic versu superiore. — *Ventus urens.* Sic appellat regem Babylonis — *In areis germinis sui.* Eodem loco in quo crevit, in ipsa Judæa, nam Sedecias et ejus principes in Jerichontinis campis sunt capti. IV. Reg., 25, 5 : et Jerem., 52, 7, 8.

12. *Domum exasperantem.* Judæos rebelles, et me ad iracundiam provocantes. — *Dic.* Nescimus, edissere nobis parabolam.

13. *Tollet de semine regni.* Tollet Sedeciam, eumque pro nepote Joakim regem constituet. — *Ferietque cum eo fœdus.* Ut regnet, sed sibi sit vectigalis; quod quamvis in libris regum non scribatur, tamen colligitur ex hoc loco. — *Jusjurandum.* Fidelitatis. — *Fortes terræ tollet.* Principes multos apud se retinebit, Joakim scilicet et ejus filios, ut regni vires debilitet, ut dicitur versiculo sequenti, et eos quasi obsides habeat.

14. *Ut sit regnum humile.* Exponit quod n. 6 dixit : *Humili statura, respicientibus ramis ejus ad eam.*

16. *In loco regis.* In Babylone, ut hoc eodem versiculo dicitur.

17. *Et non in exercitu grandi.* Non Pharaonis, sed Chaldæorum; non erit magnus exercitus Chaldæorum, contra quem pugnabit Pharao, et tamen vincetur. — *In jactu aggeris.* Cum jecerit Nabuchodonosor aggerem, nihil poterit Pharao Sedeciam juvare. * Vel repetenda est negatio, ut sensus sit : neque in jactu aggeris aut vallorum, ut multos Chaldæorum interficiat.

18. Spreverat enim juramentum ut solveret fœdus, et ecce dedit manum suam; et cum omnia hæc fecerit, non effugiet.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Vivo ego, quoniam juramentum quod sprevit, et fœdus quod prævaricatus est, ponam in caput ejus.

20. *a* Et expendam super eum rete meum, et comprehendetur in sagena mea; et adducam eum in Babylonem, et judicabo eum ibi, in prævaricatione qua despexit me. [a *Supr.* 12. 13. *Infr.* 32. 3.]

21. Et omnes profugi ejus cum universo agmine suo, gladio cadent; residui autem in omnem ventum dispergentur; et scietis quia ego Dominus locutus sum.

22. Hæc dicit Dominus Deus : Et sumam ego de medulla cedri sublimis, et ponam; de vertice ramorum ejus tenerum distringam, et plantabo super montem excelsum et eminentem.

18. Car ce prince, après avoir violé la parole qu'il avait donnée, et rompu l'alliance qu'il avait faite, s'est allié *à l'Egypte*. Mais quoiqu'il ait fait toutes ces choses *pour sa sûreté*, il ne la trouvera point.

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je jure par moi-même que je ferai retomber sur la tête de ce prince le violement de sa parole qu'il a méprisée, et la rupture de l'alliance qu'il avait faite.

20. J'étendrai mon rets sur lui, et je le prendrai dans mon filet; et je l'emmènerai dans Babylone, et je lui prononcerai là son arrêt, à cause de la perfidie dans laquelle il est tombé en me méprisant.

21. Tous les déserteurs qui l'ont suivi, avec toutes ses troupes, tomberont par l'épée, et ceux qui échapperont seront dispersés de tous côtés : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

22. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mais moi, je prendrai de la moëlle du plus grand cèdre, et je la mettrai *à part;* je couperai du haut de ses branches une greffe tendre, et je la planterai sur une montagne haute et élevée.

19. *Et fœdus quod prævaricatus est.* En faisant un traité avec Nabuchodonosor, Sédécias avait appelé Dieu comme garant de ses promesses; c'était en son nom qu'il avait pris les engagements qu'il avait contractés; il les avait scellés par la solennité du serment. Il ne pouvait violer ce serment sans commettre un grand crime. Dieu, dit Bossuet, qui est le souverain des rois et des puissances suprêmes, est aussi leur juge spécial, parce que lui seul les peut juger, et qu'il faudrait qu'il les jugeât, quand il ne jugerait pas le reste des hommes. Comme donc dans tout traité, on se soumet pour l'exécution à quelque juge; ceux qui n'ont pour juge que Dieu, ont recours à Dieu dans leurs traités, comme au dernier appui de la paix publique. De là il résulte que les princes qui manquent à leurs serments, rendent autant qu'il est en eux, vain et frivole ce qu'il y a de plus saint pour les hommes; qu'ils rompent les liens de la société, et rendent impossible le repos du genre humain (*Politique sacrée*, liv. VII). Ces réflexions nous font comprendre la sévérité de Dieu à l'égard de Sédécias.

20. *Et judicabo eum ibi.* Ménochius remplace *judicabo* par *puniam.* Sans doute, parce que ce fut à Réblatha, en Syrie, que Nabuchodonosor prononça l'arrêt contre Sédécias. Les commentateurs ont vu là une difficulté. Mais il n'y en a aucune, car rien n'empêche qu'un premier jugement ait été prononcé à Réblatha, en vertu duquel Sédécias eut les yeux crevés; et qu'il y ait eu un second jugement, un jugement définitif à Babylone, d'après lequel Sédécias fut condamné à rester en prison dans cette ville jusqu'à sa mort.

22. *Et sumam ego de medulla cedri.* Quelques-uns prétendent expliquer ceci de Zorobabel; mais la plupart l'entendent de Jésus-Christ, qui tire son origine de David, et qui devait être établi éternellement roi sur la montagne de Sion, quand le sceptre serait sorti de Juda. Humble et caché d'abord, dit Mgr de la Bouillerie, comme le tendre rejeton du cèdre, il croîtra, il portera ses fruits jusqu'aux extrémités de la terre; il étendra son ombre et les oiseaux du ciel viendront s'y abriter. Le Sauveur, dans son Evangile, cachait sous d'autres voiles la même vérité prophétique, lorsqu'il comparait le royaume du ciel au grain de sénevé, qui devient un grand arbre où les oiseaux aiment à poser leur nid. C'est donc Jésus-Christ lui-même qui est le cèdre par excellence, et l'âme fidèle des saints cantiques le désigne ainsi, quand elle dit : Sa beauté est comme celle du Liban, et il se distingue parmi tous les hommes comme le cèdre parmi tous les arbres : *Species ejus est Libani, electus est cedri* (Cant. V, 15). (Mgr de la Bouillerie, *Créat. inan.*, pag. 337).

---

18. *Spreverat.* Sedecias. — *Juramentum.* Fidelitatis, Nabuchodonosor præstitum. — *Et ecce dedit manum suam.* Fœdus iniit cum Pharaone.

19. *Ponam in caput ejus.* Ulciscar in ejus capite.

20. *Rete meum.* Chaldæorum copias. Sic supra, c. 12, 13; et infra, c. 32, 3. — *Judicabo.* Puniam. — *In prævaricatione. Propter prævaricationem*, ut est in hebræo. — *Qua despexit me.* Violato juramento per nomen meum facto.

21. *Profugi. Fugitivi*, ut vertit Vatablus. — *Agmine suo.* Exercitu suo. — *In omnem ventum.* In omnem mundi plagam. — *Et scietis.* Cum videritis omnia ad unguem evenire, ut prædicta sunt.

22. *Sumam ego.* Pronomen *ego* emphasim habet; oppouit enim se Deus Nabuchodonosori, quem de cacumine cedri sumpserat, ut regnum Juda plantaret, ut versu quinto dictum est; sed non bene successit : Deus se idem facturum dicit, et bene successurum; sumet enim de medulla cedri, id est, de nobilissimo regiæ familiæ genere tenerum stolonem, id est, Christum et plantabit eum in monte Sion, hoc est, in Ecclesia, etc. * Alludit tamen ad Zorobabelem, qui erat in filiis seu nepotibus Jechoniæ, cui data est Judææ præfectura, soluta Babylonica captivitate.

23. Je la planterai sur la haute montagne d'Israël : elle poussera un rejeton, portera du fruit, et deviendra un grand cèdre. Tous les oiseaux habiteront sous ce cèdre, et tout ce qui vole fera son nid sous l'ombre de ses branches.

24. Et tous les arbres de cette terre sauront que c'est moi qui suis le Seigneur qui ai humilié le grand arbre, et qui ai élevé l'arbre bas *et* faible; qui ai séché l'arbre vert, et qui ai fait reverdir l'arbre sec. C'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé, et qui ai fait *ce que j'avais dit.*

23. In monte sublimi Israel plantabo illud, et erumpet in germen, et faciet fructum, et erit in cedrum magnam; et habitabunt sub ea omnes volucres, et universum volatile sub umbra frondium ejus nidificabit.

24. Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, et exaltavi lignum humile; et siccavi lignum viride, et frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, et feci.

CHAPITRE XVIII.

Justification des jugements de Dieu sur les pères et les enfants.

1. Le Seigneur me parla de nouveau, et me dit :

2. D'où vient que vous vous servez parmi vous de cette parabole, et que vous l'avez tournée en proverbe dans Israël? Les pères, dites-vous, ont mangé les raisins verts, et les dents des enfants en ont été agacées.

3. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que cette parabole ne passera plus parmi vous en proverbe dans Israël.

4. Car toutes les âmes sont à moi. L'âme du fils est à moi, comme l'âme du père. L'âme qui a péché mourra elle-même.

5. Si un homme est juste, s'il agit selon l'équité et la justice;

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Quid est quod inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israel, dicentes : *a* Patres comederunt uvam acerbam, et dentes filiorum obstupescunt? [a *Jer.* 31. 29.]

3. Vivo ego dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola hæc in proverbium in Israel.

4. Ecce omnes animæ, meæ sunt; ut anima patris, ita et anima filii mea est, anima quæ peccaverit, ipsa morietur.

5. Et vir si fuerit justus, et fecerit judicium et justitiam;

Cap. XVIII. — 2. *Patres comederunt uvam.* Les Juifs abusaient de cette locution proverbiale, et ils la citaient pour dire que s'ils etaient puuis, c'était sans doute moins pour leurs fautes personnelles que pour celles de leurs pères. Ezechiel ne veut pas nier le grand principe de la solidarité humaine, sur lequel repose le péché originel, comme le dogme de la Rédemption. Il ne nie pas, qu'en certains cas, Dieu venge l'iniquité des pères sur les enfants jusqu'à la troisième et quatrième génération, comme le Seigneur l'a dit lui-même (Ex., XX, 5). Mais il pretend que, dans les temps et les circonstances où les Juifs se trouvent, Dieu ne leur applique pas cette loi, et qu'ils sont assez coupables pour mériter, par eux-mêmes, les châtiments qu'il leur envoie. Le but du Prophète, est d'engager ses concitoyens à rentrer en eux-mêmes et de s'accuser de leurs fautes, au lieu de chercher à les excuser en en rejetant la responsabilité sur d'autres.

---

23. *Faciet fructum.* Faciet homines fideles, sanctos et beatos. — *Omnes volucres.* Reges et populi, ac potissimum sancti, qui cœlestia cogitant, et e terra ad cœlum evolant. — *Sub umbra frondium ejus.* Potestate et protectione.

24. *Omnia ligna regionis.* Omnes gentes, etiam barbaræ, non solum Judæi, qui domestici sunt et quasi arbores hortenses. — *Lignum sublime.* Sedeciam, qui se, violato jurejurando, nimium extulerat et rebellaverat. — *Exultavi lignum humile.* Christum Dominum. — *Siccavi lignum viride.* Sedeciam et regnum ejus, quod vivere videbatur et florere. — *Feci.* Faciam : præteritum pro futuro. — *Lignum aridum,* Hierosolyma, quæ destructa fuere restituam, opesque ipsis dabo. Sensu sublimiori intelligit regnum Davidis in Christo, quod quasi arbor exaruisse videbatur, sed manebat adhuc occulta radix Jesse

Cap. XVIII. — 2. *Parabolam vertitis in proverbium.* In hebræo est, *parabolizatis parabolam hanc,* id est, usurpare soletis proverbium inter vos. — *Patres comederunt.* Patres peccaverunt, et nos eorum filii, pro ipsorum peccatis pœnas damus.

3. *Vivo ego.* Juro per vitam meam quod efficiam ut ulterius non utamini parobola ista, quia efficiam ut unusquisque aut propter suam iniquitatem moriatur, aut ob suam justitiam salvus sit. Filii propter peccata parentum, nisi iisdem et ipsi teneantur, non in animo, sed in corpore puniuntur, quia de corpore parentum quidam sunt, ideoque usque ad tertiam, et quartam generationem eos punit Deus, Exod., 20, 5; quia usque ad quartam generationem censetur veluti possessio patris esse.

4. *Omnes animæ meæ sunt.* Omnes homines et eorum vita in mea sunt potestate : ego vitæ et necis potestatem habeo. — *Anima, quæ peccaverit.* Homo qui peccaverit. Non est hæc sententia generatim de omnibus personis et temporibus intelligenda, sed accommodate ad id de quo agebatur; agebatur autem de pœnis quas Judæi propter peccata Manassis se luere querebantur. Respondet Deus fore ut non amplius, propter peccata Manassis puniantur, sed sui quisque peccati pœnas luat; aut quia jam satis pœnarum propter peccata Manassis datum erat; aut quia satis ipsi peccatorum habebant, ut merito de illis Deus gravissimas pœnas sumere posset.

6. In montibus non comederit, et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel; et uxorem proximi sui non violaverit, et ad mulierem menstruatam non accesserit;

7. Et hominem non constristaverit, pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit : *a* panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento; [a *Isai.* 8. 57. *Matth.* 25. 35].

8. Ad usuram non commodaverit, et amplius non acceperit : ab iniquitate averterit manum suam, et judicium verum fecerit inter virum et virum;

9. In præceptis meis ambulaverit, et judicia mea custodierit ut faciat veritatem; hic justus est, vita vivet, ait Dominus Deus.

10. Quod si genuerit filium latronem effundentem sanguinem, et fecerit unum de istis;

11. Et hæc quidem omnia non facientem, sed in montibus comedentem, et uxorem proximi sui polluentem;

12. Egenum et pauperem contristantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, et ab idola levantem oculos suos, abominationem facientem;

13. Ad usuram dantem, et amplius accipientem; numquid vivet? non vivet; cum universa hæc detestanda fecerit, morte morietur, sanguis ejus in ipso erit.

14. Quod si genuerit filium qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, et non fecerit simile eis;

15. Super montes non comederit, et

6. S'il ne mange point de viandes sur les montagnes, et s'il n'élève point les yeux vers les idoles de la maison d'Israël, s'il ne viole point la femme de son prochain, s'il ne s'approche point de sa femme lorsqu'elle a la maladie ordinaire à son sexe;

7. S'il n'attriste personne, s'il rend à son débiteur le gage qu'il lui avait donné, s'il ne prend rien du bien d'autrui par violence, s'il donne de son pain à celui qui a faim, s'il couvre de vêtements ceux qui étaient nus;

8. S'il ne prête point à usure, et ne reçoit pas plus qu'il n'a donné; s'il détourne sa main de l'iniquité, et s'il rend un jugement équitable entre deux hommes qui plaident ensemble;

9. S'il marche dans *la voie* de mes préceptes, et garde mes ordonnances, pour agir selon la vérité; celui-là est juste; et il vivra très-certainement, dit le Seigneur Dieu.

10. Que si cet homme a un fils qui soit un voleur et qui répande le sang, et qu'il commette quelqu'une de ces fautes,

11. Quand même il ne les commettrait pas toutes; qui mange sur les montagnes, qui viole la femme de son prochain;

12. Qui attriste le faible et le pauvre, qui prenne par violence le bien d'autrui, qui ne rende point le gage à son débiteur; qui lève ses yeux vers les idoles, qui commette des abominations;

13. Qui prête à usure, et qui reçoive plus qu'il n'a prêté, vivra-t-il après cela? non certes, il ne vivra point; il mourra très-certainement, puisqu'il a fait toutes ces actions détestables : et son sang sera sur sa tête.

14. Que si cet homme a un fils qui, voyant tous les crimes que son père avait commis, en soit saisi de crainte, et se garde bien de l'imiter;

15. Qui ne mange point sur les montagnes, et

9. *Hic justus est, vita vivet.* Le Juif charnel et grossier entendait cela de la vie et de la mort du corps; de même que la promesse d'une longue vie pour celui qui honore son père et sa mère. Mais il fallait entendre ces paroles de la vie et de la mort éternelles, si l'on voulait les prendre dans toute leur généralité; parce que, même sous l'ancienne loi, les justes et les méchants n'étaient pas tous punis ou recompensés dès cette vie. Cependant, ici la pensée du Prophète avait pour objet de promettre aux bons une protection de Dieu toute spéciale dans les maux qui allaient fondre sur leur patrie. Nous ne voudrions pas dire qu'aucun juste ne périt dans cette guerre, et qu'il n'y eut que des méchants qui furent envoyés en captivité, ce serait une grande exagération. Mais il est certain que l'épreuve épura la masse de la nation, puisqu'à partir de cette époque on remarqua, sous le rapport religieux et moral, une grande amélioration dans son sein.

---

6. *In montibus non comederit.* Carnes idolis sacrificatas. — *Oculos suos non levaverit.* Adorandi vel invocandi causa. Oculos enim levare proprie significat auxilium postulare, ut Psal., 120, 1 : *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.* — *Domus Israel.* Quæ Israelitæ superstitiose colunt. — *Ad mulierem menstruatam.* Quod vetitum erat lege Levit., cap. 20, 18.

7. *Contristaverit.* In hebræo est, *oppresserit*, ut etiam habent LXX. — *Pignus debitori reddiderit.* Qui pauper sit. Huic enim ex charitate pignus reddi jubet lex. Exod., 22, 26.

8. *Amplius.* Aliquid supra sortem, hoc est, ut vocant, capitale. — *Ab iniquitate averterit manum suam.* A rebus inique gerendis manus abstinuerit; si nihil per injustitiam et iniquitatem fecerit. — *Judicium verum fecerit.* Juste judicaverit.

9. *Judicia mea custodierit.* Est ejusdem rei repetitio et inculcatio; idem enim est quod dixerat : *In præceptis meis ambulaverit.* — *Ut faciat veritatem.* Officium, vel debitum virtutis. Ut ad regulam legis meæ actiones suas exigat. * Hebræi quidquid rectum est veritatem vocant. — *Vita vivet.* Certo vivet, non morietur propter peccata Manassis.

10. *Fecerit.* Filius. — *Unum de istis.* Malis quæ paulo ante commemoravi.

11. *Et hæc quidem omnia.* Bona quæ dixi non facientem filium genuerit. — *In montibus comedentem.* Hæc supra explicata sunt, n. 6.

13. *Morte morietur.* Infelici morte rapietur, nec ei proderit patria virtus. — *Sanguis ejus in ipso erit.* Luet sanguine, id est, morte, scelera quibus meritus est ut necetur. Ipso sibi causa erit mortis. Vel sententia est : pœnas persolvet sanguinum, id est, homicidiorum quæ perpetravit : sicut aliorum sanguinem fudit, ita sanguis ejus fundetur.

14. *Si genuerit.* Latro jam dictus, n. 10 et sequentibus.

qui ne lève point les yeux vers les idoles de la maison d'Israël; qui ne viole point la femme de son prochain;

16. Qui n'attriste personne, qui ne retienne point le gage à son débiteur, qui ne prenne point par violence le bien d'autrui, qui donne de son pain au pauvre, qui habille celui qui était nu;

17. Qui détourne sa main de toute justice à l'égard du pauvre, qui ne donne point à usure, et ne reçoive rien au delà de ce qu'il a prêté; qui observe mes ordonnances, et qui marche dans *la voie de* mes préceptes, celui-là ne mourra point à cause de l'iniquité de son père; mais il vivra très-certainement.

18. Son père qui avait opprimé les autres par des calomnies, et qui avait commis des actions criminelles au milieu de son peuple, est mort à cause de sa propre iniquité.

19. *Si* vous dites : Pourquoi le fils n'a-t-il pas porté l'iniquité de son père? C'est parce que le fils a agi selon l'équité et selon la justice, qu'il a gardé tous mes préceptes, et qu'il les a pratiqués. C'est pourquoi il vivra très-certainement.

20. L'âme qui a péché mourra elle-même. Le fils ne portera point l'iniquité du père, et le père ne portera point l'iniquité du fils. La justice du juste sera sur lui, et l'impiété de l'impie sera sur lui.

21. Que si l'impie fait pénitence de tous les péchés qu'il avait commis, s'il garde tous mes préceptes, et s'il agit selon l'équité et la justice, il vivra certainement et ne mourra point.

22. Je ne me souviendrai plus de toutes les iniquités qu'il avait commises; il vivra dans les œuvres de justice qu'il aura faites.

23. Est-ce que je veux la mort de l'impie? dit le Seigneur Dieu; et ne veux-je pas plutôt qu'il se convertisse, et qu'il se retire de sa mauvaise voie, et qu'il vive?

24. Que si le juste se détourne de sa justice, et qu'il vienne à commettre l'iniquité et toutes les abominations que l'impie commet d'ordinaire, vivra-t-il alors? non. Toutes les œuvres de justice qu'il avait faites seront oubliées, et il mourra dans la perfidie où il est tombé, et dans le péché qu'il a commis.

oculos suos non levaverit ad idola domus Israel, et uxorem proximi sui non violaverit;

16. Et virum non contristaverit, pignus non retinuerit, et rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, et nudum operuerit vestimento;

17. A pauperis injuria averterit manum suam, usuram et superabundantiam non acceperit, judicia mea fecerit, in præceptis meis ambulaverit; hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita vivet.

18. Pater ejus quia calumniatus est, et fecit vim fratri, et malum operatus est in medio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate sua.

19. Et dicitis : Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius judicium et justitiam operatus est, omnia præcepta mea custodivit, et fecit illa, vivet vita.

20. *a* Anima quæ peccaverit, ipsa morietur : filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii; justitia justi super eum erit, et impietas impii erit super eum [a *Deuter.* 24. 16. *IV. Reg.* 14. 6. *II. Par.* 25. 4.]

21. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, et custodierit omnia præcepta mea, et fecerit judicium et justitiam; vita vivet, et non morietur.

22. Omnium iniquitatum ejus quas operatus est, non recordabor; in justitia sua quam operatus est, vivet.

23. *a* Numquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, et non ut convertatur a viis suis, et vivat? [a *Infr.* 21. 32. et 33. 11. *II. Pet.* 3. 9.]

24. Si autem averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, numquid vivet? omnes justitiæ ejus quas fecerat, non recordabuntur : in prævaricatione qua prævaricatus est, et in peccato suo quod peccavit, in ipsis morietur.

20. *Justitia justi super eum erit.* Ainsi, à l'époque du châtiment, le Prophète annonce qu'il sera donné à chacun selon ses œuvres. D'où il conclut très-logiquement, que l'impie doit s'empresser de quitter sa voie et de faire pénitence, s'il ne veut pas expier ses fautes par une mort terrible, et que le juste doit s'affermir dans le bien, pour éviter un pareil malheur. Je ne veux pas la mort de l'impie, mais je veux plutôt qu'il se convertisse et qu'il vive; telle est l'expression de l'infinie bonté et de l'infinie miséricorde de Dieu.

---

17. *Superabundantiam.* Hoc est quod n. 8, dixit *amplius non acceperit.* — *In iniquitate.* Propter iniquitatem.

18. *Mortuus est.* Morietur propter iniquitatem suam.

19. *Et dicitis.* Quod si dixeritis, quod si quis vestrum a me petat, cur non portabit filius iniquitatem patris? respondeo : *quia judicium et justitiam operatus est.*

20. *Anima, quæ peccaverit.* Homo qui peccaverit. — *Justitia justi super eum erit.* Justus referet mercedem justitiæ suæ, scilicet vitam, ut impius mortem, pœnam injustitiæ.

22. *Non recordabor.* Ut eum condemnem. — *In justitia sua.* Propter justitiam suam.

23. *Numquid voluntatis meæ est?* An ego morte impii delector? Recte hoc theologi de voluntate Dei antecedente interpretantur : nam voluntate quam vocant consequenti vult Deus mortem impii, siquidem mortem illi infert. — *Et non ut convertatur.* Et non potius ut convertatur.** Malo ut homo ab impietate sua se avertat, et sibi prosit, quam ut perstans in malefactis pœnam in se accersat.

24. *Non recordabuntur.* Ut eum coram Deo faciant justum et gratum, et vita dignum.

25. Et dixistis : *a* Non est æqua via Domini. Audite ergo, domus Israel : Numquid via mea non est æqua, et non magis viæ vestræ pravæ sunt? [a *Infr.* 33. 20.]

26. Cum enim averterit se justus a justitia sua, et fecerit iniquitatem, morietur in eis; in injustitia quam operatus est morietur.

27. Et cum averterit se impius ab impietate sua quam operatus est, et fecerit judicium et justitiam, ipse animam suam vivificabit.

28. Considerans enim, et avertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita vivet, et non morietur.

29. Et dicunt filii Israel : Non est æqua via Domini. Numquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, et non magis viæ vestræ pravæ?

30. Idcirco unumquemque juxta vias suas judicabo domus Israel, *a* ait Dominus Deus. Convertimini, et agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris; et non erit vobis in ruinam iniquitas. [a *Matth.* 3. 2. *Luc.* 3. 3.]

31. Projicite a vobis omnes prævaritiones vestras, in quibus prævaricati estis, et facite vobis cor novum, et spiritum novum; et quare moriemini, domus Israel.

32. *a* Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, revertimini et vivite. [a *Sup.* 23. *Infr.* 33. 11. *II. Pet.* 3. 9.]

25. Après cela vous dites : La voie du Seigneur n'est pas juste. Ecoutez donc, maison d'Israël : Est-ce ma voie qui n'est pas juste? et ne sont-ce pas plutôt les vôtres qui sont corrompues?

26. Car lorsque le juste se sera détourné de sa justice, qu'il aura commis l'iniquité, et qu'il sera mort en cet état, il mourra dans les œuvres injustes qu'il a commises.

27. Et lorsque l'impie se sera détourné de l'impiété où il avait vécu, et qu'il agira selon l'équité et la justice, il rendra ainsi la vie à son âme.

28. Comme il a considéré son état, et qu'il s'est détourné de toutes les œuvres d'iniquité qu'il avait commises, il vivra certainement, et ne mourra point.

29. Après cela les enfants d'Israël disent encore : La voie du Seigneur n'est pas juste. Sont-ce mes voies qui ne sont pas justes, maison d'Israël? ne sont-ce pas plutôt les vôtres qui sont corrompues?

30. C'est pourquoi, maison d'Israël, je jugerai chacun selon ses voies, dit le Seigneur Dieu. Convertissez-vous, et faites pénitence de toutes vos iniquités, et l'iniquité n'attirera plus votre ruine.

31. Ecartez loin de vous toutes les prévarications dont vous vous êtes rendue coupable, et faites-vous un cœur nouveau, et un esprit nouveau. Et pourquoi mourrez-vous, maison d'Israël?

32. Je ne veux point la mort de celui qui meurt, dit le Seigneur Dieu. Retournez *à moi*, et vivez.

CHAPITRE XIX.

Cantique lugubre sur les princes de Juda et sur Jérusalem.

1. Et tu, assume planctum super principes Israel;

2. Et dices : Quare mater tua leæna inter leones cubavit, in medio leunculorum enutrivit catulos suos?

1. Et vous, faites un grand deuil sur les princes d'Israël,

2. Et dites-*leur :* Pourquoi votre mère, qui est une lionne, s'est-elle reposée parmi les lions? et pourquoi a-t-elle nourri ses petits au milieu des lionceaux?

Cap. XIX. — 1. *Assume planctum.* Composez un cantique de deuil, une élégie. Cette élégie a pour objet les enfants de Josias. Ezéchiel a recours, selon son habitude, à la forme allégorique, et il compare ces princes, d'abord à de jeunes lions tombés dans les filets des chasseurs (1-9), et il représente Jérusalem sous la figure d'une vigne florissante, que ses ennemis ont arrachée et transportée dans une terre étrangère.

---

25. *Non est æquæ via Domini.* Ita videtur impiis; palato enim non sano etiam cibus optimus non sapit.

26. *Morietur in eis.* Propter eas.

27. *Vivificabit.* LXX, *custodiet et servabit in vita.*

29. *Et dicunt.* Et tamen dicunt. Vel quod si dixerint.

30. *Juxta vias suas.* Actiones suas, opera sua. — *Non erit vobis in ruinam.* Peccatum non erit vobis causæ ruinæ et mortis.

31. *Quare moriemini?* Si hoc feceritis, nihil erit causæ cur moriamini.

Cap. XIX. — 1. *Assume planctum.* Deplora et luge calamitatem principum Israel.

2. *Mater tua.* Jerusalem, quæ leæna dicitur ob nobilitatem, audaciam et sævitiam incolarum. — *Inter leones cubavit.* Vicinorum populorum reges intelligit; quasi dicat : Olim Jerusalem citra ullum metum versabatur inter reges gentium, perinde atque leæna intrepida inter leones. — *In medio leunculorum.* Cum leunculis, inter leunculos. — *Enutrivit.* Hebr. *ribbeta*, id est, *multiplicavit* catulos suos, brevi tempore multos reges genuit; nam exiguo spatio temporis fuerunt reges Joachaz, Eliacim, Joachim, Sedecias. Vide dicta I. Paralip., 3, n. 15. Vocantur etiam leunculi, quia juvenes erant, et quia comparatione Davidis, Salomonis, Josiæ, aliorumque priorum regum, exigui fuerunt, atque sub iis regnum collabi cœpit.

3. Elle a produit un de ces lionceaux : et il est devenu lion; il s'est instruit à prendre la proie et à dévorer les hommes.

4. Les peuples ont ouï parler de lui; et ils l'ont pris, non sans en recevoir beaucoup de blessures ; et ils l'ont emmené enchaîné en Egypte.

5. *Mais ma mère*, voyant qu'elle était sans force, et que ses espérances étaient ruinées, prit un autre de ces lionceaux, et l'établit pour être lion.

6. Il marcha parmi les lions, et il devint *un* lion; il s'instruisit à prendre la proie et à dévorer les hommes.

7. Il apprit à faire des veuves et à déserter les villes; et au bruit de son rugissement toute la terre fut désolée.

8. Alors les peuples de toutes les provinces *voisines* s'assemblèrent contre lui : ils jetèrent sur lui leurs filets, et ils le prirent, non sans recevoir des blessures.

9. Et ils le mirent dans une cage; ils l'amenèrent au roi de Babylone, chargé de chaînes, et ils le renfermèrent dans une prison, afin qu'on n'entendît plus à l'avenir son rugissement sur les montagnes d'Israël.

10. Votre mère était comme une vigne qui avait été plantée dans votre sang, sur le bord des

3. Et eduxit unum de leunculis suis, et leo factus est; et didicit capere prædam, hominemque comedere.

4. Et audierunt de eo gentes, et non absque vulneribus suis ceperunt eum; et adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.

5. Quæ cum vidisset quoniam infirmata est, et periit expectatio ejus; tulit unum de leunculis suis, leonem constituit eum.

6. Qui incedebat inter leones, et factus est leo, et didicit prædam capere, et homines devorare.

7. Didicit viduas facere, et civitates eorum in desertum adducere : et desolata est terra, et plenitudo ejus a voce rugitus illius.

8. Et convenerunt adversus eum gentes undique de provinciis, et expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum captus est.

9. Et miserunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis, miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox ejus ultra super montes Israel.

10. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est; fructus

5. *Tulit unum de leunculis suis*. Le P. de Carrières et Ménochius, croient qu'il s'agit ici de Eliakim ou Joakim, le frère aîné et le successeur de Joachas. Mais D. Calmet pense qu'il faut plutôt appliquer ceci à Jéchonias, le fils et le successeur de Joakim. Ce dernier fut établi sur le trône, non par sa nation, mais par le roi d'Egypte; tandis que ce fut la nation qui mit sur le trône Jéchonias, et il semble que les versets suivants ne conviennent qu'à lui (Cf. vers. 8-9).

8. *Gentes undique de provinciis*. Ces nations, qui s'assemblèrent de toutes parts contre Jéchonias, sont les Chaldéens, les Syriens, les Moabites et les Ammonites, comme on le voit IV. Reg., XXIV, 2.

9. *Et miserunt eum*. Le P. de Carrières suppose qu'Ezéchiel parle ici de Joakim, mais on ne peut entendre ce dernier verset que de Jechonias. Joakim, après avoir été pris, fut relâché, et dut mourir devant les portes de Jérusalem, d'après Jérémie (Jer., XXII, 18, 19). Mais Jechonias ayant été emmené à Babylone, y fut mis en prison, et ne revint plus en Judée (Jer., XXII, 24, 27, et IV. Reg., XXIV, 10, 12, 15; XXV, 27).

---

3. *Eduxit*. Chaldæus habet, *evexit*, id est, extulit ad regiam usque dignitatem. Joachaz intelligit, qui et Sellum dictus est, quartum filium Josiæ, quem Josia mortuo populus sibi regem constituit. — *Leo factus est*. Factus est rex, qui potestatem haberet homines occidendi : simul indicat factum fuisse crudelem, qui populum vexaret, multosque innocentes occideret, ut significatur IV. Reg., 23, 32. *Et fecit malum coram Domino juxta omnia quæ fecerant patres ejus. -- Hominemque comedere. Occidere*, ut habet Chaldæus.

4. *Audierunt de eo*. Audierunt ejus famam, quod scilicet ferox esset et ad bella concitanda proclivis. Alludit ad morem populorum; cum enim audiunt leonem, aut aliam feram in agro versari et grassari, facta manu conveniunt, ut illum occidant, aut capiant. — *Gentes*. Ægyptii. — *Non absque vulneribus suis*. Ipsarum scilicet gentium; sicut leones non sine magno periculo capit solent. — *Adduxerunt eum in catenis*. Hoc est quod dicitur IV. Reg., 23, 33. *Vinxitque eum* (scilicet Joachaz), *Pharao Nechao in Rebla*.

5. *Quæ*. Leæna, id est, Jerusalem. — *Infirmata est*. Orbata filio suo et rege Joachaz. — *Periit exspectatio ejus*. Cum vidisset res sibi, ut speraverat, non successisse. — *Tulit unum*. Alterum leunculum, id est, Eliacim, qui etiam dictus est Joakim, patrem Joachin. Vide dicta supra, n. 3.

6. *Incedebat inter leones*. Rex factus est, et potentiam adeptus similem cæteris regibus.

7. *Viduas facere*. Occisis earum maritis, et bonis occupatis. — *Civitates eorum*. Hominum quos occiderat. — *Et plenitudo ejus*. Et quæ erant in terra; incolæ qui terram implent. — *A voce*. Propter vocem, eo scilicet comminante et sæviente, multi deserebant civitates suas, et sese alio conferebant, fuga consulentes saluti suæ.

8. *Convenerunt adversus eum gentes*. Babylonii suis copiis quasi reti ceperunt Joakim, et adduxerunt eum in Babylonem. — *In vulneribus earum*. Tam activis quam passivis, id est, vulnerans et vulneratus.

9. *Et miserunt eum in caveam*. In Hebræo est, *miserunt eum in carcere*, *in catenis*, ut vertit Pagninus et Vatablus. LXX, *in camo et in cavea*. — *Ne audiretur vox ejus*. Alludit ad metaphoram leonis, qui in montibus rugire solet omnesque bestias perterrefacere.

10. *Mater tua*. Jerusalem mater vestra, o reges Juda. — *In sanguine tuo*. In progenie tua regia; quasi dicat : Mater tua regio sanguine fœcundissima fuit, multosque filios regum generavit. — *Super aquam plantata*. Quæ enim arbores humorem habent, felicius adolescunt.

ejus, et frondes ejus creverunt ex aquis multis.

11. Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, et exaltata est statura ejus inter frondes; et vidit altitudinem suam in multitudine palmitum suorum.

12. Et evulsa est in ira, in terramque projecta, *a* et ventus urens siccavit fructum ejus; marcuerunt, et arefactæ sunt virgæ roboris ejus; ignis comedit eam [a *Osee.* 13. 15.]

13. Et nunc transplantata est in desertum, in terra invia, et sitienti.

14. Et egressus est ignis de virga ramorum ejus, qui fructum ejus comedit: et non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, et erit in planctum.

eaux. Elle avait crû sur les grandes eaux, et elle avait poussé son bois et son fruit.

11. Les branches solides qui en étaient sorties étaient devenues les sceptres des princes, sa tige s'était élevée au milieu de ses branches, et elle s'était vue dans une grande hauteur parmi la multitude de ses branches.

12. Mais ensuite elle a été arrachée avec colère et jetée contre terre; un vent brûlant a séché son fruit, ses branches si vigoureuses ont perdu leur force: elles sont devenues toutes sèches, et le feu l'a dévorée.

13. Maintenant elle a été transplantée dans un désert, dans une terre sans eaux et sans routes.

14. Et il est sorti une flamme du bois de ses branches, qui a dévoré son fruit; en sorte qu'elle n'a plus poussé de bois assez fort pour porter le sceptre de ceux qui ont gouverné *ses provinces*. Tout ceci est digne de larmes, et il deviendra un sujet de larmes.

CHAPITRE XX.

Ingratitude d'Israël. Prophétie contre la forêt du Midi, c'est-à-dire contre la Judée.

1. Et factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis; venerunt viri de senioribus Israel, ut interrogarent Dominum, et sederunt coram me.

2. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

1. Le dixième jour du cinquième mois de la septième année, il arriva que quelques-uns des anciens d'Israël vinrent pour consulter le Seigneur, et ils s'assirent devant moi.

2. Alors le Seigneur me parla en ces termes:

11. *Et exaltata est statura ejus.* Le Prophète représente, par ces images, la prospérité et la gloire de Jérusalem qui s'était agrandie, et qui avait dû sa puissance et son éclat, aux princes de la maison de David qui l'avaient gouvernée.

13. *Transplantata est in desertum.* Le Prophète voit cet événement à venir, comme déjà accompli. Il considère la Chaldée comme un désert, comparativement à la Judée si fertile. Jérusalem devait être d'abord consumée par le feu: *Ignis comedit eam*, et ses habitants devaient être transportés en captivité, après le règne de Sédécias.

14. *Et non fuit in ea virga fortis.* Ceci n'est pas en contradiction avec la prophétie de Jacob (Gen., XLIX, 40). Car, après la captivité, il n'y eut plus à Jérusalem de rois comme David et Salomon. Le pays se donna des chefs comme Zorobabel, et ces chefs l'administrèrent sous la suzeraineté des puissances étrangères, jusqu'à l'arrivée d'Hérode l'Iduméen. — *Planctus est.* D'après l'Hebreu: Tel est le cantique lugubre que le Seigneur m'a ordonné de chanter, et il servira de cantique lugubre pour les enfants d'Israël.

Cap. XX. — 1. *In anno septimo, in quinto.* La septième année de la captivité de Joakim, était la septième année du règne de Sédécias son successeur, l'an 591 avant Jésus-Christ, un an avant que Sédécias se révoltât contre Nabuchodonosor, et n'amenât la guerre qui devait le renverser et perdre Jérusalem.

---

11. *Virgæ solidæ in sceptra.* Ut ex illis sceptra regum fieri possent; quasi dicat: Multi erant ex regio sanguine, qui reges esse possent. — *Exaltata est statura ejus.* Facta est procera, et alias arbores celsitudine superans. — *Et vidit.* Videndo sibi placuit et superbivit.

12. *Evulsa est in ira.* Vinea Jerusalem in ira Dei excisa, et quasi vitis eradicata est, sub Sedecia. — *Ventus urens.* Hostium Chaldæorum impetus. — *Siccavit fructum ejus.* Filios et opes Jerusalem exhausit. — *Virgæ roboris ejus.* Virgæ robustæ et validæ, solidæ in sceptra dominantium, ut dixit numero præcedenti. — *Ignis.* Divinæ ultionis.

13. *Transplantata est in desertum.* In Babylonem translata, ubi omnium rerum est indiga, ac si esset in solo arenti et deserto. — *Sitienti.* Sine aqua.

14. *Egressus est ignis.* Hoc nonnulli de Ismaele interpretantur, qui ex virga aut trunco ramorum ejus egressus, id est, ex regio sanguine progenitus, Godoliam et omnes Judæos qui cum eo in Judæa remanserant interfecit, et velut ignis absumpsit, Jerem., 41, 2, 3, et IV. Reg., 25, 25. Alii sic explicant: *Egressus est ignis*, id est, pœna, quæ eam consumpsit, ex iniquitate regum ac principum ejus processit. Alii: egressus est Sedecias ex genere ejus regio, qui quasi ignis, omne regnum ejus devoravit, quia causa fuit excidii, et ultimus rex. — *Non fuit in ea.* Non remansit. — *Virga fortis, sceptrum dominantium.* Qui in regnum succederet; nam captivi ducti sunt ii qui jus habebant ad regnum. — *Planctus est, et erit in planctum.* Jerusalem plangitur et plangetur; quasi dicat: Hic Hierosolymæ planctus diu durabit, eritque jugis et continuus.

Cap. XX. — 1. *In anno septimo.* Transmigrationis Jechoniæ. — *In quinto.* Scilicet mense, qui julius est: hic enim quintus est a martio, qui primus Hebræorum est mensis. Exod., 12, 2. — * *Viri de senioribus.* Legati illi a Sedecia missi, de quibus supra, c. 14. — *Ut interrogarent Dominum.* Per me, prophetam, Dominum consulerent.

3. Fils de l'homme, parlez aux anciens d'Israël, et dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur : Etes-vous venus pour me consulter, vous? Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que je ne vous répondrai point.

4. Si vous les jugez, fils de l'homme, si vous les jugez, représentez-leur les abominations de leurs pères.

5. Et dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Lorsque je choisis Israël, que je levai ma main pour *protéger* la race de la maison de Jacob, que je leur apparus dans l'Egypte, et que je levai ma main en leur faveur, en disant : Je suis le Seigneur votre Dieu :

6. En ce jour-là je levai ma main pour les tirer de l'Egypte, *et pour les conduire* dans une terre que j'avais choisie pour eux, où coulent des ruisseaux de lait et de miel, et qui excelle au-dessus de toutes les terres.

7. Je leur dis alors : Que chacun éloigne de soi les scandales de ses yeux, et ne vous souillez point par les idoles de l'Egypte; car c'est moi qui suis le Seigneur votre Dieu.

8. Mais ils m'ont irrité, et ils n'ont point voulu m'écouter. Ils n'ont point rejeté les abominations de leurs yeux, et ils n'ont point quitté les idoles de l'Egypte. J'avais résolu de répandre mon indignation sur eux, et de satisfaire ma colère dans leur punition, au milieu même de l'Egypte.

9. Mais je ne l'ai pas fait pour *la gloire de* mon nom, afin qu'il ne fût pas violé au milieu des nations parmi lesquelles ils étaient, et devant lesquelles je leur avais apparu pour les faire sortir de l'Egypte.

10. Je les ai donc retirés de l'Egypte, et je les ai conduits dans le désert.

11. Je leur ai proposé mes lois et mes ordon-

3. Fili hominis, loquere senioribus Israel, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Numquid ad interrogandum me vos venistis? vivo ego quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus.

4. Si judicas eos, si judicas, fili hominis, abominationes patrum eorum ostende eis.

5. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : In die qua elegi Israel, et levavi manum meam pro stirpe domus Jacob, et apparui eis in terra Ægypti, et levavi manum meam pro eis, dicens : Ego Dominus Deus vester :

6. In die illa levavi manum meam pro eis, ut educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam provideram eis, fluentem lacte et melle, quæ est egregia inter omnes terras.

7. Et dixi ad eos : Unusquisque offensiones oculorum suorum abjiciat, et in idolis Ægypti nolite pollui : ego Dominus Deus vester.

8. Et irritaverunt me, noluerunt que me audire; unusquisque abominationes oculorum suorum non projicit, nec idola Ægypti reliquerunt; et dixit ut effunderem indignationem meam super eos, et implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti.

9. Et feci propter nomen meum, ut non violaretur coram gentibus, in quarum medio erant, et inter quas apparui eis ut educerem eos de terra Ægypti.

10. Ejeci ergo eos de terra Ægypti, et eduxi eos in desertum.

11. *a* Et dedi eis præcepta mea, et

5. *In die, qua elegi Israel.* Le Prophète commence par représenter aux Juifs les infidélités de leurs pères. Ce tableau s'etend du verset 5 au verset 28, et il est suivi de la peinture de leurs propres iniquités (29-30).

6. *Levavi manum meam.* Je levai ma main, c'est-à-dire, je mis en œuvre ma force avec puissance. Or, Dieu peut faire usage de sa puissance dans un sens favorable comme dans cette circonstance; ou bien il peut y avoir recours pour punir ou frapper. C'est ainsi, qu'au verset 23, la même expression reparaît, mais accompagnée d'une menace (Cf. vers. 15).

9. *De terra Ægypti.* Ainsi, ajoute la paraphrase, je les épargnai afin que ces nations ne pussent dire que j'avais été infidèle dans mes promesses ou trop faible pour les exécuter.

---

3. *Ad interrogandum me vos venistis.* Pronomen *vos* emphasim habet; quasi dicat : Vos homines scelerati. Similis locus supra, c. 14, 3 et 4.

4. *Si judicas eos.* An judicas, id est, quid cessas judicare et coarguere eos? ostende illis abominationes patrum eorum.

5. *In die qua elegi.* Quo tempore elegi Israel, ut esset mihi populus peculiaris, ut dicit Deuter., 7, 6 — *Et levavi manum meam.* Ostendens potentiam, opem et auxilium meum Mosi et Hebræis, manu mea percutiendo Pharaonem et Ægyptios, et ab eorum tyrannide liberando et educendo Hebræos. Vel levavi manum idem quod est juravi, ut infra num. 15. — *Apparui eis in terra Ægypti.* In hebræo est, *cognitus sum in terra Ægypti;* nam multiplici prodigiorum genere potentiam meam Hebræis et Ægyptiis, qui me ignorabant, patefeci.

6. *Fluentem lacte et melle.* Chananæam, regionem fertilissimam.

7. *Offensiones oculorum suorum abjiciat.* In hebræo est, *abominationes oculorum*, idola, quæ abominabilia sunt, et quæ offensio sunt, et scandalum colentibus ea; ad quæ tamen populus stultus oculos attollit, auxilium ab eis sperans. Sic supra, c. 18, 6 : *Et oculos suos non levaverit ad idola domus Israel.*

8. *Et dixi.* Pene constitui, cogitavi eos penitus delere, cum adhuc in Ægypto essent. Hoc significat effundere indignationem. — *Implerem.* Saturarem iram meam.

9. *Et feci.* Non quæ facere cogitaveram, sed ea quæ feci, ut eos de Ægyptiorum servitute liberarem. — *Ut non violaretur.* Ne nomen meum infamia laboraret apud gentes, si eos non liberassem, quos audientibus omnibus gentibus me liberaturum promiseram. — *Apparui eis.* Vide dicta n. 5.

10. *Ejeci.* Hebr., *eduxi.*

11. *Præcepta mea, et judicia*, Vel idem duplici hoc vocabulo significatur; vel per *præcepta* intelligitur lex decalogi; per *judicia*, reliqua mandata a Deo populo data. Præcepta sunt ea quæ ideo obligant quia ita constituta sunt, et vulgo appellamus jus positivum; judicia

judicia mea ostendi eis quæ faciens homo, vivet in eis. [a *Levit.* 18. 5. *Rom.* 10. 5.]

12. *a* Insuper sabbata mea dedi eis, ut essent signum inter me et eos; et scirent quia ego Dominus sanctificans eos. [a *Exod.* 20. 8. et 31. 13. *Deuter.* 5. 12.]

13. Et irritaverunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulaverunt, et judicia mea projecerunt quæ faciens homo vivet in eis; et sabbata mea violaverunt vehementer; dixi ergo ut effunderem furorem meum super eos in deserto, et consumerem eos.

14. Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram gentibus, de quibus ejeci eos in conspectu earum.

15. Ego igitur levavi manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis, fluentem lacte et melle, præcipuam terrarum omnium;

5. Les peuples voisins et les peuples éloignés triompheront de vous, parce que vous vous êtes remplie d'infamie : et vous deviendrez fameuse par la grandeur de votre chute.
6. Les princes d'Israël se sont appuyés chacun sur son bras, pour répandre dans vous le sang.
7. Ils ont traité dans vous d'une manière outrageuse leur père et leur mère; ils ont accablé par leur calomnie, l'étranger au milieu de vous; et ils ont affligé dans vous la veuve et l'orphelin.
8. *Et vous*, vous avez méprisé mon sanctuaire, et vous avez violé mes sabbats.
9. Des calomniateurs ont été au milieu de vous, pour répandre le sang. Ils ont mangé sur les montagnes, au milieu de vous, ils ont commis au milieu de vous le crime.
10. Ils ont violé parmi vous la femme de leur

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :
2. Et tu, fili hominis, nonne judicas, nonne judicas civitatem sanguinum?
3. Et ostendes ei omnes abominationes suas, et dices : Hæc dicit Dominus Deus : Civitas effundens sanguinem in medio sui, ut veniat tempus ejus; et quæ fecit idola contra semetipsum, ut polluetur.
4. In sanguine tuo qui a te effusus est deliquisti; et in idolis tuis quæ fecisti, polluta es; et appropinquare fecisti dies tuos, et adduxisti tempus annorum tuorum; propterea dedi te opprobrium gentibus, et irrisionem universis terris.
5. Quæ juxta sunt, et quæ procul a te, triumphabunt de te : sordida, nobilis, grandis interitu.
6. Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem.
7. Patrem et matrem contumeliis affecerunt in te; advenam calumniati sunt in medio tui, pupillum et viduam contristaverunt apud te;
8. Sanctuaria mea sprevisti, et sabbata mea polluisti.
9. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, et super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui.
10. Verecundiora patris discooperue-

Cap. XXII. — 3. *Et ostendes ei omnes abominationes.* Le ministère du Prophète, comme celui du prêtre, a pour objet de découvrir au peuple dont il est chargé, ses fautes et ses erreurs. C'est une tâche pénible, mais le médecin ne doit pas dissimuler au malade son état; cette dissimulation ne peut qu'aggraver sa situation et le perdre.

10. *Verecundiora patris.* D'après cette peinture des mœurs de la ville, qu'on appelait la ville sainte, on voit où avait conduit l'idolâtrie. Les Juifs s'étaient d'ailleurs détournés du culte du vrai Dieu, et n'avaient négligé l'observation de leur loi, que pour se livrer avec plus d'ardeur à leurs passions charnelles.

Cap. XXII. — 2. *Nonne judicas?* Quid cessas judicare, cur non corripis et coarguis civitatem? Vide supra, c. 20, n. 4. — *Civitatem sanguinum.* Jerusalem sanguinolentam et homicidiis plenam.

3. *Civitas.* Scilicet est hæc. — *In medio sui.* Publice et impune. — *Ut veniat tempus.* Ut homicidiis suis accersat sibi punitionem suam. — *Contra semetipsam.* In suam perniciem.

4. *Appropinquare fecisti dies tuos.* Chald., *dies interitus tui.* Quasi dicat : Multiplicando scelera, fecisti ut citius punirem te quam decreveram; ut enim dicitur in Psalm. 54, 24 : *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.* — *Adduxisti tempus.* Est ejusdem sententiæ repetitio. — *Opprobrium gentibus.* Quæ insultabunt tibi, irridebunt, despectui habebunt.

5. *Quæ juxta sunt.* Tam vicinæ quam remotæ gentes triumphabunt de te. — *Sordida, nobilis.* O insigniter impudens, o nobilitata sceleribus. — *Grandis interitu.* In Hebræo est, *multæ contritionis,* quæ variis cladibus, hoc est, fame, gladio, peste contereris et interibis.

6. *Singuli in brachio suo.* Quisque pro sua virili conati sunt in te homicidia patrare.

7. *Contristaverunt.* In Hebræo est, *oppresserunt,* ut etiam habent LXX.

8. *Sanctuaria mea.* Templum meum. Vide dicta superiori capite, n. 2.

9. *Viri detractores.* In Hebræo est, *viri fraudis,* falsi testes, qui pecunia corrupti, contra innocentes falsa dicunt testimonia, quibus eorum sanguis fundatur. — *Super montes comederunt.* Idolorum sacrificia, quæ in montibus et collibus offerebantur.

10. *Verecundiora patris discooperuerunt.* Honesta periphrasis inhonesti incestus, id est, filiæ cum patribus, et filii cum matribus aut novercis suis concubuerunt, contra quam lex

runt in te, immunditiam menstruatæ humiliaverunt in te;

11. *a* Et unusquisque in uxorem proximi sui operatus est abominationem, et socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. [a *Jerem.* 5. 7.]

12. Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem; usuram et superabundantiam accepisti, et avare proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus.

13. Ecce complosi manus meas super avaritiam tuam quam fecisti; et super sanguinem qui effusus est in medio tui.

14. Numquid sustinebit cor tuum, aut prævalebunt manus tuæ, in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, et faciam.

15. Et dispergam te in nationes, et ventilabo te in terras, et deficere faciam immunditiam tuam a te.

16. Et possidebo te in conspectu gentium, et scies quia ego Dominus.

17. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam; omnes isti æs, et stannum, et ferrum, et plumbum in medio fornacis; scoria argenti facti sunt.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eo quod versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Jerusalem,

20. Congregatione argenti, et æris, et stanni, et ferri, et plumbi in medio fornacis; ut succendam in ea ignem ad conflandum. Sic congregabo in furore meo, et in ira mea, et requiescam; et conflabo vos.

propre père, ils n'ont point épargné chez vous la femme en son impureté ordinaire.

11. Chacun d'eux a déshonoré la femme de son prochain par une action abominable : le beau-père a corrompu par un horrible inceste sa belle-fille, le frère a fait violence à sa propre sœur, à la fille de son père, au milieu de vous.

12. Ils ont reçu des présents au milieu de vous, afin de répandre le sang. Vous avez reçu un profit et un intérêt illégitime; vous avez calomnié vos frères, pour satisfaire votre avarice, et vous m'avez mis en oubli, dit le Seigneur Dieu.

13. C'est pourquoi j'ai frappé des mains, en me déclarant contre votre avarice, et contre le sang qui a été répandu au milieu de vous.

14. Votre cœur soutiendra-t-il *ma colère*, ou vos mains prévaudront-elles *contre moi* dans le temps des maux que je ferai fondre sur vous? c'est moi qui suis le Seigneur. J'ai parlé, et je ferai.

15. Je vous disperserai parmi les nations; je vous écarterai en divers pays, et je ferai cesser en vous votre impureté.

16. Je me rendrai maître de vous à la vue des nations, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

17. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

18. Fils de l'homme, la maison d'Israël s'est changée pour moi en écume; ils sont tous comme de l'airain, de l'étain, du fer et du plomb *qu'on jette* au milieu du fourneau; et ils sont devenus comme l'écume de l'argent.

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous êtes devenus tous comme de l'écume, je vous rassemblerai tous au milieu de Jérusalem,

20. Comme on jette tout ensemble, l'argent, l'airain, le fer, l'étain et le plomb, au milieu du fourneau : et je l'embraserai, pour vous y faire passer par le feu. C'est ainsi que je vous rassemblerai dans ma fureur et dans ma colère. Je me satisferai, et je vous éprouverai par le feu.

18. *Versa est mihi domus Israel.* Dans la première partie de ce chapitre, le Prophète a peint les désordres; ici il passe aux crimes qui déshonoraient le reste du royaume, et il va nous en faire un tableau qui n'est pas moins chargé (18-25).

---

naturalis dictat, et mosaica præcipit, Levit., c. 18, n. 8 : *Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies, turpitudo enim patris tui est.* — *Immunditiam menstruatæ humiliaverunt in te.* Immundam fluxu menstruo oppresserunt in te libidinis causa, quod tanquam nefarium lege prohibitum erat. Lev., 18, 19; et 20, 18.

11. *Operatus est abominationem.* Eas adulterando.

12. *Munera acceperunt.* Muneribus corrupti judices, innocentes morte condemnarunt. — *Superabundantia.* Aliquid ultra sortem, ut faciunt usurarii. — *Avare.* Avaritiæ causa, ut aliquod inde emolumentum reportares.

13. *Complosi manus meas.* Admiratus sum, et dolui propter avaritiam tuam. Vel significans me tibi iratum, et vindictam minitans.

14. *Numquid sustinebit cor tuum?* Quasi dicat : Misella, superbula, erisne ferendo mala futura? — *Manus tuæ.* Vires tuæ. — *Diebus.* Afflictionis.

15. *Ventilabo.* Vide dicta cap. 20, n. 23. — *Deficere faciam.* Finem imponam immunditiæ tuæ, id est, purgabo et expiabo suppliciis scelera tua.

16. *Possidebo te in conspectu gentium.* Sic mundatam et expiatam, quasi hæreditatem et peculium meum ad me revocabo, et e captivitate reducam.

18. *Versa est mihi... in scoriam.* Israel prius erat quasi argentum, quia sanguine nobilis, moribus candidus, religione splendidus, dives etiam et abundans opibus : nunc versus est in scoriam, qui sua idololatria et sceleribus bona hæc omnia vel obscuravit, vel amisit. Scoria sunt fæces et recrementa metalli. — *Omnes isti æs, et stannum.* Non sunt amplius pretiosum argentum, sed in vilius metallum, aut in scoriam mutati sunt.

20. *Congregatione argenti, et æris.* Faciam quod fabri argentarii facere solent, conjiciam vos in fornacem, ut purgemini, sicut impurum argentum conjici solet. — *Requiescam.* Desinam vos punire, cum omnino conflavero atque expiavero vos. Requiescam, et conflabo vos, ordo inversus, conflabo et requiescam.

21. Je vous rassemblerai, *dis-je*, je vous embraserai par les flammes de ma fureur; et vous serez éprouvés au milieu de Jérusalem.

22. Vous serez au milieu de cette ville comme est l'argent au milieu du fourneau : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai répandu mon indignation sur vous.

23. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

24. Fils de l'homme, dites à Jérusalem : Vous êtes une terre impure, qui n'a point été arrosée de pluies au jour de la fureur.

25. Les *faux* prophètes ont conjuré ensemble au milieu d'elle. Ils ont dévoré les âmes, comme un lion qui rugit et qui ravit sa proie : ils ont reçu de grands biens et des récompenses, et ils ont multiplié les veuves au milieu d'elle.

26. Ses prêtres ont méprisé ma loi : ils ont violé mon sanctuaire, ils n'ont point fait de discernement entre les choses saintes et les profanes; ils n'ont point voulu comprendre la différence de ce qui est pur d'avec ce qui est impur : ils ont détourné les yeux de mes sabbats, et j'étais indignement déshonoré au milieu d'eux.

27. *Car* ses princes étaient au milieu d'elle, comme des loups toujours attentifs à ravir leur proie, à répandre le sang, à perdre les âmes, et à courir après le gain, pour satisfaire leur avarice.

28. Ses prophètes mettaient l'enduit sur la muraille sans rien mêler qui le rendît ferme; ils avaient de vaines visions, et ils prophétisaient le mensonge, en disant : Voici ce que dit le Seigneur Dieu, quoique le Seigneur Dieu n'eût point parlé.

29. Ceux du peuple aussi inventaient des impostures et des calomnies; ils ravissaient le bien d'autrui par violence; ils affligeaient le faible et

21. Et congregabo vos, et succendam vos in igne furoris mei, et conflabimini in medio ejus.

22. Ut conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio ejus; et scietis quia ego Dominus, cum effuderim indignationem meam super vos.

23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

24. Fili hominis, dic ei : Tu es terra immunda, et non compluta in die furoris.

25. Conjuratio prophetarum in medio ejus, sicut leo rugiens, rapiensque prædam, animas devoraverunt, opes et pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius.

26. Sacerdotes ejus contempserunt legem meam, et polluerunt sanctuaria mea; inter sanctum et profanum non habuerunt distantiam; et inter pollutum et mundum non intellexerunt; et a sabbatis meis averterunt oculos suos, et coinquinabar in medio eorum.

27. *a* Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, et ad perdendas animas, et avare ad sectanda lucra. [a *Mich.* 3. 11. *Soph.* 3. 3.]

28. Prophetæ autem ejus liniebant eos absque temperamento, videntes vana, et divinantes eis mendacium, dicentes : Hæc dicit Dominus Deus, cum Dominus non sit locutus.

29. Populi terræ calumniabantur calumniam, et rapiebant violenter; egenum et pauperem affligebant, et adve-

25. *Conjuratio prophetarum.* Ici commencent les crimes particuliers des faux prophètes, qui ont perdu, dévoré les âmes, en leur débitant des mensonges, et en accréditant parmi elles de fausses doctrines; ceux des prêtres qui ont souillé l'autel et le sanctuaire (v. 26), ceux des princes qui ont été des loups ravisseurs (v. 27), ceux du peuple qui commettaient l'injustice, et inventaient contre Dieu et ses fidèles serviteurs d'horribles calomnies (v. 29). Le Prophète termine cette énumération en disant : J'ai cherché un homme parmi eux..... et je n'en ai pas trouvé. Nous n'avons pas besoin de faire l'application de ce tableau à nos temps, à notre société. A part quelques traits qui ne nous conviennent pas, l'ensemble de ce portrait est étonnant de ressemblance et de vérité.

---

21. *In medio ejus.* In medio Jerusalem, in qua, ut in fornace, conflabimini.

24. *Dic ei.* Jerusalem vel Judææ; respicit enim id quod dixit n. 19 : *Congregabo vos in medio Jerusalem* — * *Tu es terra immunda.* Terram immundam vocat rupes, et alia quæ nulli sunt usui. Huic comparantur homines nullius frugis. — *Non compluta in die furoris.* In quam Dominus iratus pluviam non mittit, vel non mittet; ut sit præteritum pro futuro. * Vel pluviam non admisisti, per quam significatur prophetia. Vide supra, c. 21, n. 2.

25. *Conjuratio prophetarum.* Incipit omnium ordinum flagitia numerare, ac primo loco prophetarum, quorum tanta erant scelera, ut ad patranda in urbe homicidia conspirasse viderentur; dum enim pacem et res prosperas populo pollicebantur, in causa erant ut veri prophetæ, qui bellum, captivitatem, mortem, urbis templique incendium prædicebant, occiderentur. — *Animas devoraverunt.* Vitam multis ademerunt. — *Opes et pretium acceperunt.* Ut ad populi voluntatem vaticinarentur. — *Viduas ejus.* In causa fuerunt, ut, multis viris occisis, viduarum numerus cresceret.

26. *Sanctuaria mea.* Cur utatur numero plurali, vide c. præcedenti, n. 2. — *Inter sanctum et profanum.* Inter res Deo oblatas et cæteras. — *Inter pollutum et mundum.* Inter cibos mundos et immundos lege prohibitos non distinxerunt. — *A sabbatis meis.* Id est, neglexerunt observationem sabbati. Vel cum viderent populum sabbatum violare, et onera portare die sabbati, ut dicitur Jerem., 17, 27, connixerunt. — *Coinquinabar.* Profane tractabar ab eis.

27. *Ad deperdendas animas.* Ad vitam eripiendam.

28. *Liniebant eos absque temperamento.* In hebræo est, *absque sale*, id est, sine paleis : quia quod in carnibus est sal, hoc in luto sunt paleæ; ut enim sal carnes, ita paleæ lutum constringunt. Sensus ergo est : prophetæ vanas populi opiniones vanis vaticiniis confirmabant.

29. *Populi terræ.* Vulgus. — *Calumniabantur calumniam.* Vehementer fraudibus et calumniis dediti erant. — *Absque judicio.* Injuste, contra jus et fas.

nam opprimebant calumnia absque judicio.

30. Et quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem, et staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam : et non inveni.

31. Et effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos; viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

le pauvre, et ils opprimaient les étrangers par des calomnies, sans aucune forme de justice.

30. J'ai cherché un homme parmi eux qui se présentât comme une haie entre moi et eux, qui s'opposât à moi pour la défense de cette terre, afin que je ne la détruisisse point, et je n'en ai point trouvé.

31. C'est pourquoi j'ai répandu mon indignation sur eux; je les ai consumés dans le feu de ma colère, et j'ai fait retomber leurs crimes sur leur tête, dit le Seigneur Dieu.

CHAPITRE XXIII.

Samarie et Jérusalem sont représentées sous le symbole de deux sœurs, Oolla et Ooliba.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt.

3. Et fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt; ibi subacta sunt ubera earum, et fractæ sunt mammæ pubertatis earum.

4. Nomina autem earum, Oolla major, et Ooliba soror ejus minor, et habui eas, et pepererunt filios et filias. Porro earum nomina, Samaria Oolla, et Jerusalem Ooliba.

5. Fornicata est igitur super me Ool-

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, une même mère a eu deux filles,

3. Qui sont tombées dans la fornication en Egypte, et qui s'y sont prostituées dans leur jeunesse. C'est là que leur sein a été déshonoré, et que leur virginité a été corrompue.

4. La plus grande s'appelait Oolla, et la plus petite s'appelait Ooliba. Elles ont été à moi, et elles m'ont enfanté des fils et des filles. Celle qui s'appelle Oolla, est Samarie; et celle qui s'appelle Ooliba, est Jérusalem.

5. Oolla s'est donc élevée contre moi par sa

Cap. XXIII. — 2. *Duæ mulieres filiæ matris unius.* Nous ferons sur ce chapitre, les mêmes observations que sur le chapitre XVI. Nous engageons les jeunes gens à ne pas le lire avant d'en avoir obtenu l'autorisation de leur directeur.

4. *Samaria Oolla.* Le tabernacle du Seigneur fut placé au milieu du royaume d'Israël, jusqu'à la mort du grand-prêtre Héli, et il fut ensuite transporté dans le royaume de Juda. Ces deux peuples ont été comparés aux deux Eglises d'Orient et d'Occident, Samarie à l'Eglise schismatique grecque, et Jérusalem à l'Eglise catholique. On a compare les infidélités de ces deux sœurs, aux fautes des mauvais chretiens, et les châtiments de ces derniers ont été symbolisés dans les châtiments de ces deux royaumes.

5. *Fornicata est igitur.* Les premiers dérèglements d'Israël, remontent à l'établissement des veaux d'or, à Dan et à Béthel, sous Jéroboam. Du verset 5 au verset 10, Ezéchiel s'adresse au royaume des dix tribus. — *In Assyrios propinquantes.* Les rois d'Israël ont voulu faire alliance avec les rois de Syrie et avec les Assyriens, et en s'alliant avec eux, ils ont adopte leurs superstitions et leur idolâtrie.

---

30. *Qui interponeret sepem.* Qui sese tanquam sepem opponeret inter me et populum, ne eum perderem, sicut se olim Aaron opposuit. Num., 16, 48; et Moses, Exod., 32, 11. Dicit *de eis*, scilicet quos reprehendebat; alioqui enim Jeremias, Baruch et alii viri sancti se interponebant, Deum precibus placare studebant, et propter eos dilatata et mitigata est Judæorum clades. — *Staret oppositus.* In hebræo est, *staret in ruptura.* Vide dicta c. 13, n. 5.

31. *Effudi.* Effundam. Similiter cætera præterita ponuntur pro futuris; de re enim futura comminatur. — *Viam eorum in caput eorum reddidi.* Eorum peccata in ipsorum supplicia convertam, ut dignas de illis pœnas sumam, ut supra, 9, 10

Cap. XXIII. — 2. *Duæ mulieres.* Duæ mulieres duas gentes, duas respublicas significant, scilicet Juda et Israel. — *Matris unius.* Synagogæ, vel Saræ uxoris Abrahami, a qua tam decem tribus, quæ regnum Israel, quam reliquæ duæ, quæ regnum Juda constituebant, originem ducebant.

3. *Fornicatæ sunt in Ægypto.* Idola coluerunt. — *In adolescentia.* Sub Mose, cum Hebræorum respublica adolesceret. — *Subacta sunt ubera earum.* Virginitatem amiserunt. Ubera enim solida et turgentia sunt signum virginitatis; laxa vero, et quodammodo fracta et subacta, corruptionis. — *Mammæ pubertatis.* Quæ tempore pubertatis turgere cœperant.

4. *Oolla major.* Vox hebraica *aholah*, significat *habitaculum suum.* Sic appellatæ sunt decem tribus, quod Deus in illis non habitaret, sed ipsæ sibi habitaculum fecissent, in quo colebant vitulos aureos. Dicitur *major* quia numerosior, continens scilicet decem tribus, cum alias duas tantum haberet. — *Ooliba.* Hebr., *aolibah*, quæ vox significat *tabernaculum meum in ea*, quod bene convenit regno Juda, in quo erat templum et veri Dei cultus. — *Habui eas.* In matrimonio, antequam adulterium committerent; tempore scilicet Abraham, Isaac, et Jacob, et deinceps. — *Pepererunt filios et filias.* Valde multiplicatæ sunt. — *Samaria.* Decem tribus, quarum caput Samaria.

5. *Super me.* Contra me, qui eram vir ejus. — *Insanivit.* Deperiit amatores suos. — *Assyrios propinquantes.* Venientes ad se, ut infra, n. 12, et sibi confederatos. Ita loquitur non quos eos amaverit, sed quod illorum idola coluerit; quod enim de Assyriis dicit, de idolis intelligendum est.

fornication; et elle a aimé d'un amour furieux ceux qu'elle aimait, les Assyriens, ses voisins,

6. Vêtus d'hyacinthe, qui étaient princes, magistrats, et propres à allumer sa passion, tous hommes de cheval, et montés sur des chevaux.

7. Elle s'est abandonnée dans sa fornication à ces hommes choisis, qui étaient tous enfants des Assyriens, et elle s'est souillée par ses infamies avec tous ceux dont elle était follement amoureuse.

8. Elle n'a pas même quitté alors sa fornication par laquelle elle s'était prostituée aux Egyptiens, car ils l'avaient aussi corrompue dans sa jeunesse, ils avaient déshonoré son sein lorsqu'elle était vierge, et ils avaient répandu sur elle leur fornication.

9. C'est pourquoi je l'ai livrée entre les mains de ceux qu'elle avait aimés, entre les mains des Assyriens, dont elle avait été passionnée jusqu'à la fureur.

10. Ce sont eux qui ont découvert son ignominie, qui ont enlevé ses fils et ses filles, qui l'ont tuée elle-même, avec l'épée; qui, par les jugements qu'ils ont exercés sur elle, l'ont rendue l'exemple des femmes fameuses.

11. Sa sœur Ooliba, après l'avoir vue punie de la sorte, a porté encore plus loin qu'elle la fureur de sa passion.

12. Elle s'est prostituée sans aucune honte aux enfants des Assyriens, par une fornication qui a surpassé encore celle de sa sœur. *Elle s'est*

la, et insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes,

6. Vestitos hyacintho, principes, et magistratus, juvenes cupidinis, universos equites, ascensores equorum.

7. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum universos; et in omnibus in quos insanivit, in immunditiis eorum polluta est.

8. Insuper et fornicationes suas quas habuerat in Ægypto, non reliquit; nam et illi dormierunt cum ea in adolescentia ejus, et illi confregerunt ubera pubertatis ejus, et effuderunt fornicationem suam super eam.

9. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.

10. *a* Ipsi discooperuerunt ignominiam ejus, filios et filias ejus tulerunt, et ipsam occiderunt gladio; et factæ sunt famosæ mulieres, et judicia perpetraverunt in ea. [a *Sup.* 16. 37.]

11. Quod cum vidisset soror ejus Ooliba, plus quam illa insanivit libidine; et fornicationem suam super fornicationem sororis suæ.

12. Ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus et magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia,

8. *Quas habuerat in Ægypto.* Le polythéisme autorisant la multiplication des dieux à l'infini, Israël a adopté les divinités des Assyriens, sans renoncer à celles des Egyptiens, et son idolâtrie a été ainsi un assemblage monstrueux des dieux de tous ces pays.

9. *In manus filiorum Assur.* Les Assyriens ont entraîné Israël au mal, et ce sont les Assyriens qui sont les instruments de la vengeance du Seigneur. C'est encore une application de ce principe que nous avons vu revenir souvent dans l'*Histoire du peuple de Dieu : Per quæ peccat quis, per hæc et torquetur* (Sap., XI, 17).

11. *Plus quam illa insanivit.* Le Prophète passe à Juda et lui adresse ses reproches de ce verset au verset 21. Au lieu de profiter de l'exemple d'Israël, dont il avait vu le châtiment, Juda a porté encore plus loin ses désordres.

12. *Adolescentibus forma cunctis egregia.* Elle a adoré tous les dieux des Assyriens qu'on lui représentait sous ces differentes figures.

---

* 6. *Vestitos hyacintho.* Sicut feminæ incendi solent luxu vestium, honorum nominibus, juvenili ætate, corpere vegeto; sic Israelitas pellexit Assyriorum potentia. Vide IV. Reg., 8, 24; Isa., 10, 1. — *Juvenes cupidinis.* Amabiles, venustos.

7. *Dedit fornicationes suas.* Prostituit se illis qui ex omnibus Assyriis lectissimi erant. — *In omnibus in quos insanivit.* In omnium eorum quos admavit idolis polluta est. Redundat vox *eorum*, per hebraismum. Et vox *omnibus* resoluenda est per *omnium*. — *Immunditiis.* Sic vocat idola.

8. *Insuper et fornicationes suas.* Simul cum idolis Assyriorum quæ admisit, retinuit idololatriam quam extulerat ex Ægypto. — *Dormierunt cum ea.* Corruperunt eam cum virgo esset, et superstitionis expers. — *Confregerunt ubera.* Vide dicta num. 3. — *Effuderunt.* Docuerunt illam omnes genus idololatriæ suæ.

9. *Propterea.* Scilicet ut justo judicio ab iis puniretur * quos amaverat. Cepit enim rex Assyriorum Samariam, et decem tribus in captivitatem duxit, IV. Reg., 17, 6; et 18, 10. — *Super quorum insanivit libidine.* Ut supra, num. 5.

10. *Ipsi.* Id est, Assyrii. — *Discooperuerunt ignominiam ejus.* Chal., *nuditatem*, id est spoliaverunt, quemadmodum si amator adulteræ libidine satiatus eam spoliaret nudamque relinqueret. Fortassis etiam alludit ad captivitatem; solent enim captivas mulieres seminudas in captivitatem trahere victores, postquam illis abusi fuerint. — *Ipsam.* Samariam. — *Occiderunt gladio.* Vastarunt, incederunt, exciderunt. — *Factæ sunt famosæ.* Mulieres Samariæ factæ sunt celebres miseriis et pœnis. — *Judicia perpetraverunt.* Assyrii tanquam Dei ministri judicia in ea exercuerunt, dignas de ea pœnas sumpserunt.

11. *Quod cum vidisset.* Fornicationes scilicet sororis suæ. — *Fornicationem suam.* Auxit. — *Sororis suæ.* Samariæ.

12. *Ad filios Assyriorum præbuit.* Prostituit se filiis Assyriorum. Ut monui supra, num. 5, quod de Assyriis dicitur, de idolis Assyriorum intelligendum est.

equitibus qui vectabantur equis, et adolescentibus forma cunctis egregia.

13. Et vidi quod polluta esset via una ambarum.

14. Et auxit fornicationes suas; cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus,

15. Et accinctos balteis renes, et tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti sunt,

16. Insanivit super eos concupiscentia oculorum suorum, et misit nuntios ad eos in Chaldæam.

17. Cumque venissent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, et polluta est ab eis, et saturata est anima ejus ab illis.

18. Denudavit quoque fornicationes suas, et discooperuit ignominiam suam; et recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea a sorore ejus.

19. Multiplicavit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti.

20. Et insanivit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt ut carnes asinorum; et sicut fluxus equorum, fluxus eorum.

prostituée à des officiers de guerre, à des magistrats qui venaient vers elle avec des habits de différentes couleurs, à des cavaliers qui étaient montés sur leurs chevaux, et à des jeunes hommes qui avaient tous une mine avantageuse.

13. Ainsi j'ai vu ces deux sœurs marcher dans la même voie et dans les mêmes dérèglements.

14. Mais Ooliba a augmenté encore les excès de sa fornication : car ayant vu des hommes peints sur la muraille, des images des Chaldéens tracées avec des couleurs,

15. Qui avaient leurs baudriers sur les reins, et sur la tête des tiares de différentes couleurs, qui paraissaient tous des officiers de guerre, et avaient l'air des enfants de Babylone et du pays des Chaldéens, où ils sont nés,

16. Elle s'est laissé emporter à la concupiscence de ses yeux; elle a conçu pour eux une folle passion, et elle leur a envoyé ses ambassadeurs en Chaldée.

17. Et les enfants de Babylone étant venus vers elle, et s'étant approchés de la couche de la prostitution, ils l'ont déshonorée par leurs cérémonies infâmes : et elle a été par eux corrompue, et son âme s'est rassasiée d'eux.

18. Elle a exposé à nu ses fornications, et elle a découvert son ignominie, et je me suis retiré d'avec elle, comme je m'étais retiré d'avec sa sœur.

19. Car elle a multiplié les crimes de sa fornication, en se souvenant des jours de sa jeunesse, pendant lesquels elle s'était prostituée dans l'Egypte.

20. Et elle s'est portée avec fureur pour se joindre à ceux dont la chair est comme la chair des ânes, et dont l'alliance est comme celle qu'on aurait avec des chevaux.

16. *Et misit nuntios ad eos.* Il y eut des alliances entre les Juifs et les Babyloniens. Ces alliances eurent pour résultat d'introduire dans le royaume de Juda les dieux des Chaldéens. On y adorait déjà ceux des Egyptiens et des Assyriens, et on arriva ainsi à des excès qui surpassèrent ceux de Samarie.

17. *Saturata est anima ejus ab illis.* Les rois de Juda ont compris qu'ils avaient tout à redouter de Babylone et de son vaste empire. Ils se sont donc éloignés de ces conquérants, et ils ont recherché l'alliance de l'Egypte, qui se voyait également menacée par cette puissance qui se développait sans cesse.

18. *Et recessit anima mea ab ea.* Le Seigneur désapprouva cette alliance de Juda avec Pharaon; il le déclara aux rois de Juda et leur fit connaître les maux qui en seraient la conséquence.

---

13. *Et vidi quod polluta esset.* Vidi Jerusalem pollutam esse, quemadmodum Samariam, similesque utriusque mores esse.

14. *Auxit fornicationes.* Ut dixit etiam n. 11. Non tantum est imitata sororem, sed etiam flagitiis superavit. — *Cumque vidisset viros.* Non quod revera viderit, sed declarat nimiam ad idololatriam proclivitatem, per similitudinem libidinosissimæ mulieris, quæ non solum quos viros præsentes, sed etiam quos in aliquo pariete aut tabula egregia forma depictos videt, amare solet : sic enim Jerusalem, cum nunquam Chaldæos vidisset, sicut Samaria, quæ cum illis fœdus habebat, sed solum de illorum idololatria inaudisset, eam imitata est.

15. *Accinctos balteis.* Describit habitum Chaldæorum. — *Tiaras tinctas.* Chaldæus habet, *galeas tinctas*, intellige ornatas variis plumis.

17. *Ad cubile mammarum.* Hebraica vox *dedim*, et mammas, et amores significat; significat ergo cubile amatorium, in quo solent amatores concumbere : sic vocat fana et delubra in quibus Judæi idolis sacrificare a Chaldæis docti sunt. — *Saturata est anima ejus.* Exsatiavit libidinem suam.

18. *Denudavit quoque fornicationes suas.* Publice et palam idola coluit. — *Recessit anima mea ab ea.* Cum viderem illam adeo impudenter se prostituere, cepit me illius fastidium, et odio illam habui.

19. *Recordans dies.* Adeo ut in memoriam mihi revocaret *dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Ægypti*, id est, ut punirem in illam non solum recentem, sed etiam veterem idololatriam.

20. *Insanivit libidine super concubitum eorum.* In concubitum eorum. — *Quorum carnes.* Membra genitalia. — *Ut carnes asinorum.* Similes carnibus asinorum, qui inter omnes bestias maxima habent genitalia. Hac metaphora significat idololatriam Chaldæorum maximam fuisse, Judæos vero ad illam sectandam maxime proclives. Vide dicta supra, cap. 16, num. 26. — *Fluxus.* Seminis.

21. Et vous avez renouvelé les crimes de votre jeunesse, lorsque votre sein a été déshonoré dans l'Égypte, et que votre virginité y a été corrompue.

22. C'est pourquoi, ô Ooliba! voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais susciter contre vous tous ceux que vous aimiez, dont votre âme s'est rassasiée, et je les assemblerai contre vous de toutes parts.

23. Les enfants de Babylone, les plus fameux d'entre les Chaldéens, les souverains et les princes, tous les enfants d'Assyrie, les jeunes hommes les mieux faits, les chefs et les principaux officiers de guerre, les princes des princes, et les plus considérables d'entre tous ceux qui montent à cheval;

24. Et ils viendront à vous avec une multitude de roues et de chariots, avec une foule de peuples: et ils vous attaqueront de toutes parts, étant armés de cuirasses, de boucliers et de casques. Je leur donnerai le pouvoir de vous juger; et ils vous jugeront selon leurs lois.

25. Je les rendrai les exécuteurs de ma vengeance contre vous; et ils l'exerceront dans leur fureur. Ils vous couperont le nez et les oreilles, et ce qui restera tombera par l'épée. Ils prendront vos fils et vos filles, et le feu dévorera tout ce qui sera resté de vous.

26. Ils vous dépouilleront de vos vêtements; ils enlèveront vos meubles précieux.

27. Je ferai cesser vos crimes en vous et la fornication que vous avez apprise en Egypte; vous ne lèverez plus vos yeux vers ces idoles; et vous ne vous souviendrez plus de l'Egypte.

28. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais vous livrer entre les mains de ceux que

21. Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Ægypto ubera tua, et confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ.

22. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua; et congregabo eos adversum te in circuitu;

23. Filios Babylonis, et universos Chaldæos, nobiles, tyrannosque et principes, omnes filios Assyriorum, juvenes forma egregia, duces et magistratus universos, principes principum, et nominatos ascensores equorum;

24. Et venient super te instructi curru et rota, multitudo populorum; lorica, et clypeo, et galea armabuntur contra te undique; et dabo coram eis judicium, et judicabunt te judiciis suis.

25. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore; nasum tuum, et aures tuas præcident; et quæ remanserint, gladio concident; ipsi filios tuos, et filias tuas capient; et novissimum tuum devorabitur igni.

26. Et denudabunt te vestimentis tuis, et tollent vasa gloriæ tuæ.

27. Et requiescere faciam scelus tuum de te, et fornicationem tuam de terra Ægypti : nec levabis oculos tuos ad eos, et Ægypti non recordaberis amplius.

28. Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego tradam te in manus eorum

22. *Ecce ego suscitabo.* Ici commence la peinture des châtiments qui doivent frapper Jérusalem.

23. *Nobiles, tyrannosque et principes.* Dans l'Hébreu on lit : Tous les Chaldéens, Pécob, Suah et Koah, tous les enfants d'Assur. Quelques-uns croient que ces trois noms hébreux peuvent être les noms des trois parties principales de l'empire des Chaldéens.

28. *In manus eorum, quos odisti.* Ceux que vous haïssez maintenant, mais que vous avez follement aimés, dont vous avez adoré les dieux et imité les mœurs infâmes, ces Chaldéens dont vous vous êtes enfin dégoûtés et contre lesquels vous vous êtes révoltés, pour vous attacher à l'Egypte qui ne vaut pas mieux.

---

21. *Visitasti.* Renovasti veterem in Ægypto idololatriam tuam, ut Deus puniret scelus adolescentiæ tuæ. — *Quando subacta.* Vide dicta supra, n. 3.

22. *Ooliba.* Jerusalem. — *Amatores tuos.* Chaldæos. — *De quibus satiata est anima tua.* Hebr., *a quibus discessit anima tua;* quasi dicat : Sicut meretrix amasio satiata alium quærit, ita ut satiata Chaldæis, ab eis ad Ægyptios fugis. — *In circuitu.* Ut te obsidione cingant.

23. *Filios Babylonis.* Repetit ea quæ dixerat n. 12, quasi dicat : Quos adamasti contra te suscitabo. — *Nominatos.* Celebres, inclytos. LXX, ὀνομαστοὺς, eodem sensu.

24. *Curru et rota.* Curribus et rotis. — *Multitudo populorum. Cum multitudine populorum*, ut habent LXX, id est, cum magno exercitu. — *Dabo coram eis judicium.* Dabo eis potestatem puniendi te. — *Judicabunt te judiciis suis.* Punient te pro suo arbitratu, quia in eorum potestate eris.

25. *Ponam zelum meum in te* Zelum vocat zelotypam vindictam, sive punitionem ex zelotypia manantem. — *Exercent.* Exercebunt. Hebr., *facient tecum in furore.* — *Nasum tuum, et aures tuas præcident.* Quod adulteræ a maritis, et meretrices ab iratis amasiis pati nonnunquam solent, ut quæ forma placere voluerunt, jam auribus et naso præciso turpissimæ appareant. Significatur Chaldæos omnis generis dehonestamentis Jerusalem, et eorum rempublicam, et cives affecturos. -- *Et quæ remanserint.* Reliquum corpus. -- *Novissimum tuum.* Urbis reliquias intelligit, templum, palatia, prætoria, regiam, etc.

26. *Denudabunt te.* Spoliabunt te, tollent a te omnes thesauros, et pretiosam supellectilem. -- *Vasa gloriæ.* Ita vocat ornamenta muliebria quibus feminæ gloriantur. Quælibet cujuslibet rei instrumenta Hebræi vasa appellant.

27. *Requiescere faciam.* — Cessare faciam, tollam, auferam scelus tuum. — *Nec levabis oculos.* Idola non coles. Vide dicta supra, c. 18, 6. — *Ægypti.* Id est, idololatriæ quam in Ægypto didicisti. Referendum est hoc ad Ecclesiam catholicam, in qua proprie hæc prophetia perfecta est.

28. *Eorum quos odisti.* Hostiam tuorum Chaldæorum, quorum libidine, id est, idololatria, olim satiata es.

quos odisti; in manus de quibus satiata est anima tua.

29. Et agent tecum in odio, et tollent omnes labores tuos, et dimittent te nudam, et ignominia plenam, et revelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum, et fornicationes tuæ.

30. Fecerunt hæc tibi quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idolis earum.

31. In via sororis tuæ ambulasti, et dabo calicem ejus in manu tua.

32. Hæc dicit Dominus Deus : Calicem sororis tuæ bibes profundum et latum; eris in derisum, et in subsannationem quæ est capacissima.

33. Ebrietate, et dolore repleberis; calice mœroris, et tristitiæ calice sororis tuæ Samariæ.

34. Et bibes illum, et epotabis usque ad fæces, et fragmenta ejus devorabis, et ubera tua lacerabis; quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

35. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quia oblita es mei, et projecisti me post corpus tuum, tu quoque porta scelus tuum, et fornicationes tuas.

36. Et ait Dominus ad me, dicens : Fili hominis, numquid judicas Oollam et Oolibam, et annuntias eis scelera earum?

vous haïssez, entre les mains de ceux dont votre âme s'est rassasiée.

29. Ils vous traiteront avec haine; ils enlèveront tous vos travaux; ils vous laisseront toute nue et pleine d'ignominie; et la honte de votre fornication, vos crimes et vos infamies seront découverts.

30. Ils vous traiteront de cette sorte, parce que vous vous êtes prostituée aux nations parmi lesquelles vous vous êtes souillée par *le culte de* leurs idoles.

31. Vous avez marché dans la voie de votre sœur; et je vous mettrai en main la coupe dont elle a bu.

32. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Vous boirez de la coupe de votre sœur, de cette coupe large et profonde; et vous deviendrez l'objet des insultes et des railleries des hommes, *en buvant dans* cette coupe grande et vaste.

33. Vous serez enivrée par cette coupe; vous serez remplie de douleur par cette coupe d'affliction et de tristesse, par cette coupe de votre sœur Samarie.

34. Vous la boirez et vous la viderez jusqu'à la lie, vous en mangerez même les morceaux, *après les avoir* rompus *avec les dents*, et vous vous déchirerez le sein, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu.

35. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous m'avez oublié, et que vous m'avez rejeté derrière vous; portez aussi votre crime énorme et le poids de votre fornication.

36. Le Seigneur me dit aussi : Fils de l'homme, ne jugerez-vous point Oolla et Ooliba? et ne leur déclarerez-vous point leur méchanceté?

31. *Calicem ejus.* C'est la figure employée par les prophètes pour exprimer la vengeance du Seigneur. Voyez le magnifique tableau que Jérémie en a tiré (XXV, 15 et seq.).

34. *Fragmenta ejus devorabis.* C'est ce que faisaient les ivrognes dans l'excès de leurs débauches.

36. *Annuntias eis scelera eorum.* Après avoir fait connaître à Juda les châtiments particuliers qui lui sont réservés (22-35), le Prophète décrit les châtiments communs aux deux royaumes (36-49).

---

29. *Agent tecum in odio.* Hostiliter. — *Tollent.* Spoliabunt te omnibus bonis quæ magno labore et longo tempore tibi parasti. — *Et revelabitur.* Omnes gentes cognoscent te propter peccatum idololatriæ puniri.

30. *Fecerunt.* Facient : præteritum pro futuro. — *Fornicata es post gentes.* Idololatriam admisisti cum idolis gentium.

31. *In via sororis.* Imitata es mores sororis tuæ Oollæ, id est, idololatriam decem tribuum. — *Dabo calicem ejus.* Iisdem te pœnis afficiam quibus illam affeci, duceris in captivitatem sicut illa ducta est.

32. *Profundum et latum.* Qui calix profundus et latus est, quia plurimum pœnarum capit; quasi dicat : Maximis suppliciis afficieris. — *Eris in derisum.* In sibilum et stuporem, ut alibi loquitur Scriptura, omnibus mirantibus calamitatem tuam, nec tamen miserantibus. — *Quæ est capacissima.* Ex hebræo bene vertas, *qui est capacissimus*, scilicet *calix :* sed noster interpres dixit *capacissima*, quia apud Hebræos calix est generis feminini, quod genus ipse retinuit etiam in versione latina; calix ergo capacissimus idem est quod hoc eodem versiculo dixit, *calicem profundum et latum.*

33. *Ebrietate.* Large potaberis hoc calice amaritudinis, doloris et tristitiæ.

34. *Epotabis usque ad fæces.* Plane exhauries, hoc est, extrema mala patieris. — *Fragmenta ejus devorabis.* Ita tibi calamitatum et malorum calicem ingeram, et non solum liquorem qui illo continetur, sed etiam ipsum calicem cogam te vorare. — *Ubera tua lacerabis.* Tundes præ dolore pectus tuum, et cutem lacerabis.

35. *Projecisti me post corpus tuum.* Post tergum, sicut solemus post tergum rejicere quæ oblivisci volumus. — *Scelus tuum.* Pœnam scelerum et fornicationum tuarum, id est, idololatriæ.

36. *Numquid judicas?* Cur non judicas, quin judicas, quid cessas judicare? id est, sententiam contra illam pronuntiare : sic supra, cap. 20, 4; et 22, 2.

37. Car ce sont des femmes adultères qui ont les mains pleines de sang, et qui se sont prostituées à leurs idoles. Elles ont pris même les enfants qu'elles avaient engendrés pour moi, et elles les ont offerts à leurs idoles, pour être dévorés.

38. Mais elles m'ont encore fait cet outrage, elles ont violé mon sanctuaire en ce jour-là; elles ont profané mes sabbats.

39. Et lorsqu'elles sacrifiaient leurs enfants à leurs idoles, et qu'elles entraient en mon sanctuaire en ce jour-là pour le profaner, elles m'ont fait même cette injure au milieu de ma maison.

40. Elles ont fait chercher des hommes qui venaient de bien loin, auxquels elles avait envoyé des ambassadeurs; et lorsqu'ils sont venus, pour les mieux recevoir vous avez eu soin de vous laver, vous avez mis du fard sur votre visage, et vous vous êtes parée de vos ornements les plus précieux;

41. Vous vous êtes reposée sur un lit parfaitement beau; et on a mis devant vous une table magnifiquement ornée; on a fait brûler dessus mon encens et mes parfums,

42. Et on y entendait la voix d'une multitude de gens qui étaient dans la joie : et *Oolla et Ooliba* choisissant quelques-uns de cette foule d'hommes qu'on faisait venir du désert, elles leur mettaient leurs bracelets aux mains et des couronnes éclatantes sur la tête.

43. Je dis alors, *en parlant* de cette femme qui a vieilli dans l'adultère : Cette prostituée continuera-*t-elle* encore maintenant de s'abandonner à ses désordres?

37. Quia adulteratæ sunt, et sanguis in manibus earum, et cum idolis suis fornicatæ sunt; insuper et filios suos quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad devorandum.

38. Sed et hoc fecerunt mihi : Polluerunt sanctuarium meum in die illa, et sabbata mea profanaverunt.

39. Cumque immolarent filios suos idolis suis, et ingrederentur sanctuarium meum in die illa ut polluerint illud; etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.

40. Miserunt ad viros venientes de longe, ad quos nuntium miserant; itaque ecce venerunt; quibus te lavisti, et circumlinisti stibio oculos tuos, et ornata es mundo muliebri.

41. Sedisti in lecto pulcherrimo, et mensa ornata est ante te; thymiama meum, et unguentum meum posuisti super eam.

42. Et vox multitudinis exultantis erat in ea; et in viris qui de multitudine hominum adducebantur, et veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, et coronas speciosas in capitibus eorum.

43. Et dixi ei quæ attrita est in adulteriis : Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc?

40. *Et ornata es mundo muliebri.* Tous ces ornements précieux, toutes ces richesses, provenaient de la prospérité, par conséquent, des faveurs que Dieu avait accordées à son peuple. Et ce qui indigne le Seigneur, c'est que Juda et Israël, au lieu de reconnaître qu'ils tenaient de lui tous ces biens, en ont fait hommage aux dieux des nations étrangères.

---

37. *Adulteratæ sunt.* Per idololatriam. — *Sanguis in manibus earum.* Cruentas adhuc habent manus sanguine prophetarum et virorum justorum, quos occiderunt. — *Quos genuerunt mihi.* Quos mihi tanquam uxores marito gignere debuerunt, obtulerunt idolis, ut in eorum honorem igne devorarentur.

38. *Polluerunt sanctuarium meum.* Tum aliis peccatis, tum in templo ponendo Baal et idola. — *Sabbata mea profanaverunt.* Quia non mea sabbata et festa, sed Baalis observaverunt.

39. *In die illa.* Eadem die qua filios cremaverunt idolo Moloch, ausi sunt ingredi templum meum, illudque polluere, ac me irritare. — *Etiam hæc fecerunt.* Etiam in templo meo idolis sacrificaverunt, adeo fuerunt impudentes. Ita factum esse patet supra, ex c. 8, 10; et Jerem., 7, 30; et c. 23, 11.

40. *Miserunt.* Nuntios, aut litteras. — *Venientes de longe.* Ad Chaldæos. Assyrios. Ægyptios, ex quibus idololatriam didicerunt. — *Venerunt.* Jam non amasii, sed jurati hostes tui, furentes et ruentes in perniciem tuam — *Quibus te lavisti.* In quorum gratiam te lavisti, etc. ut meretrices faciunt, quæ amasiis placere student. — *Circumlinisti stibio.* Vide dicta IV. Reg., 9. 30. — *Mundo muliebri.* Muliebribus ornamentis.

41. *Mensa.* Solent mulieres quæ student formæ, juxta lectulos suos mensam habere cum pigmentis suis et mundo muliebri, juxta quam se ornant. Significatur hac metaphora studium idololatrici et superstitiosi cultus quem Judæi usurpabant. — *Thymiama meum.* Quod mihi adolere debueras. — *Et unguentum meum.* Idem queritur supra, c. 16, 18: *Oleum meum, et thymiama meum posuisti coram eis.*

42. *Vox multitudinis exultantis.* Hymnos et laudes deorum suorum canentis. — *Erat in ea.* Ooliba, id est, Jerusalem. — *Et in viris.* Mœchis, qui ad eam conveniebant, ponebantur armillæ in manibus eorum. — *Veniebant de deserto.* Non tantum speciosos et nobiles Assyrios, sed deformes etiam Æthiopes et Agarenos incolas deserti adamavit Ooliba, et eorum superstitiones admisit. — *Posuerunt armillas.* Quod Oolibæ et Oollæ sororis ejus intemperantiam ostendit in cultu idolorum; factæ enim sunt similes meretrici armillas et alia ornamenta amasiis suis largienti.

43. *Ei, quæ attrita est in adulteriis.* Hebr., *quæ inveterata est*, scilicet Oollæ, quæ prior peccare cœpit. Vel Oolibam intelligit; quasi dicat : Quæ jam diu adulteriis dedita est — *Nunc fornicabitur.* Vatablus vertit ex Hebræo, *nunc egredientur fornicationes ejus, et ipsa*, id est, ibit in captivitatem cum fornicationibus suis. In vulgata nostra editione vox *fornicabitur* idem est quod *perfornicabitur*, id est, fornicationes suas absolvet, et illis finem imponet; quasi dicat : Ita eam puniam, ut non amplius fornicetur.

44. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem; sic ingrediebantur ad Oollam et Oolibam, mulieres nefarias.

45. Viri ergo justi sunt; hi judicabunt eas judicio adulterarum, et judicio effundentium sanguinem; quia adulteræ sunt, et sanguis in manibus earum.

46. Hæc enim dicit Dominus Deus : Adduc ad eas multitudinem, et trade eas in tumultum, et in rapinam.

47. Et lapidentur lapidibus populorum, et confodiantur gladiis eorum; filios et filias earum interficient, et domos earum igne succendent.

48. Et auferam scelus de terra, et discent omnes mulieres ne faciant secundum scelus earum.

49. Et dabunt scelus vestrum super vos, et peccata idolorum vestrorum portabitis; et scietis quia ego Dominus Deus.

44. Ils sont entrés chez elle comme on entre chez une femme débauchée. C'est ainsi qu'ils sont entrés chez ces femmes perdues *et* criminelles, Oolla et Ooliba.

45. Ces hommes donc, seront ma justice, et ce seront eux qui les jugeront comme on juge les adultères, comme on juge celles qui répandent le sang, parce que ce sont des adultères, et que leurs mains sont pleines du sang *de leurs enfants.*

46. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Faites venir contre ces deux femmes prostituées une multitude d'hommes, et livrez-les en proie dans ce tumulte de guerre.

47. Que les peuples prennent des pierres, *et qu'ils* les lapident; qu'ils les percent de leurs épées; qu'ils tuent leurs fils et leurs filles, qu'ils mettent le feu dans leurs maisons, et qu'ils les brûlent.

48. C'est ainsi que j'abolirai de dessus la terre les crimes, et que toutes les femmes apprendont à ne pas imiter les abominations de celles-ci.

49. Car *vos ennemis* feront retomber sur vous votre crime : vous porterez le péché de vos idoles : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

CHAPITRE XXIV.

Prophétie contre Jérusalem. Chaudière pleine de chair mise sur le feu. Mort de la femme d'Ezéchiel.

1. Et factum est verbum Domini ad me, in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens :

1. Le dixième jour du dixième mois de la neuvième année, le Seigneur m'adressa sa parole, et me dit :

45. *Viri ergo justi sunt.* Indépendamment de l'interprétation du P. de Carrières et de Ménochius, on peut encore traduire littéralement : Ces hommes-là sont justes en comparaison de ces femmes criminelles. C'est ainsi que, plus haut, Ezéchiel a dit que Samarie et Sodome paraissent justes, quand on les compare à Jérusalem, devenue beaucoup plus coupable que ses deux sœurs (Supr., XVI, 51 et 52).

49. *Scelus vestrum super vos.* Le Prophète apostrophe ici Jérusalem et Samarie. O villes infidèles, vos ennemis, etc.

Cap. XXIV. — 1. *In anno nono.* La neuvième année de la captivité de Joakim ou du règne de Sédécias, était, d'après la chronologie bénédictine, l'an 589 avant Jésus-Christ. Sédécias s'était révolté contre Nabuchodonosor : ce prince s'était mis en campagne, et, arrivé à Damas, il avait consulté les sorts et les augures pour savoir s'il devait marcher contre Rabbath-Ammon ou contre Jérusalem. Le sort s'étant prononcé contre Jérusalem, il va assiéger cette ville. Il en commençait le siége lorsque Ezéchiel fit cette prophétie.

---

45. *Viri ergo justi sunt.* Pagninus et Vatablus vertunt, *et viri justi vindicabunt eas judicio adulterarum, etc.* Vocat autem viros justos Chaldæos, qui Jerusalem, et Assyrios qui Samariam expugnarunt; non quod justi essent, sed quod in ea re divinæ justitiæ ministri. — *Judicio adulterarum.* Ea pœna qua adulteræ et homicidæ puniri solent, scilicet ut lapidentur aut comburantur. Vide supra, c. 16, 38. — *Sanguis in manibus earum.* Vide dicta supra, n. 37.

46. *Adduc ad eas multitudinem.* Prædic fore ut magnus ad eas Chaldæorum exercitus veniat. — *Trade.* Prædic tradendas. — *In tumultum.* Hebræus habet, *in commotionem*, id est, in dispersionem, in exilium, juxta minas, Deut., 28, 25; et Jerem., 34, 17.

47. *Lapidibus populorum.* Id est, clades quam populi Chaldæorum illi inferent, erit loco lapidationis, quam ut adultera merita est. Alludit ad lapides quos machinis obsidionalibus Chaldæi in Jerusalem jaculati sunt.

48. *Auferam.* Vi suppliciorum et afflictionum. — *Scelus.* Idololatriæ. — *De terra.* Juda et Israel. — *Omnes mulieres.* Omnes civitates et provinciæ.

49. *Scelus vestrum.* Sceleris vestri pœnam. — *Peccata.* Peccatorum pœnam; sument de vobis pœnas pro merito scelerum vestrorum.

Cap. XXIV. — 1. *Anno nono.* Transmigrationis Joakim, qui et Jechonias dictus est, facta est Ezechieli hæc revelatio eodem plane die quo Nabuchodonosor Jerusalem obsidere cœpit, ut patet ex IV. Reg., 25, 1, ubi ita legimus : *Factum est autem in anno nono regni ejus* (scilicet Sedeciæ) *mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex, etc.* — *Mense decimo.* Qui nostro decembri respondet.

2. Fils de l'homme, marquez bien ce jour, *et* écrivez-le, parce que c'est en ce jour que le roi de Babylone a rassemblé ses troupes devant Jérusalem.

3. Vous parlerez en figure à la maison *d'Israël*, qui ne cesse point de m'irriter; et vous lui direz cette parabole : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Mettez une marmite *sur le feu;* mettez, dis-je, *sur le feu* une chaudière, et de l'eau dedans.

4. Remplissez-la de viande de tous les meilleurs endroits; mettez-y la cuisse, l'épaule, les morceaux choisis et pleins d'os.

5. Prenez *la chair* des bêtes les plus grasses; mettez au-dessous les os les uns sur les autres; faites-la bouillir à gros bouillons, jusqu'à faire cuire les os mêmes au milieu de la chaudière. *Puis vous direz :*

6. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur à la ville de sang, qui est comme une marmite tout enrouillée, dont la rouille n'est point sortie. Jetez toutes les pièces de viandes qui y sont, les unes après les autres, sans qu'on jette le sort sur elles.

7. Car son sang est au milieu d'elle, elle l'a répandu sur les pierres les plus luisantes, et non sur la terre, où il aurait pu être couvert de poussière.

8. *Aussi*, pour faire tomber mon indignation sur elle, et pour me venger d'elle selon qu'elle le mérite, j'ai répandu son sang sur les pierres les plus luisantes, afin qu'il n'y ait rien qui le couvre.

2. Fili hominis, scribe tibi nomen diei hujus, in qua confirmatus est rex Babylonis adversum Jerusalem hodie.

3. Et dices per proverbium ad domum irritatricem parabolam, et loqueris ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Pone ollam; pone, inquam, et mitte in eam aquam.

4. Congere frusta ejus in eam, omnem partem bonam, femur et armum, electa et ossibus plena.

5. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea; efferbuit coctio ejus, et discocta sunt ossa illius in medio ejus.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Væ civitati sanguinum, ollæ, cujus rubigo in ea est, et rubigo ejus non exivit de ea; per partes et per partes suas ejice eam, non cecidit super eam sors.

7. Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum : non effudit illum super terram ut possit operiri pulvere.

8. Ut superinducerem indignationem meam, et vindicta ulciscerer; dedi sanguinem ejus super petram limpidissimam ne operiretur.

3. *Et dices per proverbium.* Pour représenter les maux qui vont fondre sur Jérusalem assiégée, le Prophète a recours à deux figures : une chaudière mise sur le feu, et la mort de sa femme. La première figure est en quelque sorte indiquée par les plaisanteries qu'avaient faites les incrédules, au sujet de la vision de Jérémie. Voilà la chaudière, disaient-ils en parlant de Jérusalem, et nous sommes les chairs (Cf. sup., XI, 3 et seq.). Jérusalem investie, le Prophète déclare que c'est bien là la chaudière, et que tous les habitants y passeront.

---

2. *Scribe tibi nomen.* Nota hunc diem diligenter, quo Nabuchodonosor contra Jerusalem obsidionem ponit, ut Judæi qui tecum in captivitate sunt, cum viderent te usque in Chaldæa videre quæ Hierosolymis fiunt, credant te esse verum prophetam, et dictis tuis fidem accommodent. — *Confirmatus est.* Vatabl., *corroboravit se*, id est, sua castra posuit et munivit rex Babylonis adversus Jerusalem.

3. *Per proverbium. Parabolice*, ut vertit Pagninus et Vatablus. — *Ad domum irritatricem.* Ad gentem et urbem Jerusalem mihi rebellem et me exasperantem. — *Pone ollam.* Revera ollam ponere jubetur Ezechiel, ut non tantum verbis, sed etiam factis prophetet. Olla est Jerusalem; carnes, cives; coqui, Chaldæi.

4. *Congere frusta.* Scilicet carnis. LXX habent, *mitte in eam divisiones.* — *Omnem partem bonam.* Significat optimum quemque militem, et lectissimum quemque civem in urbe tucidandum. — *Electa et ossibus plena.* Maxima quæque membra, quæ ossibus plena esse solent.

5. *Pinguissimum pecus.* Significantur incolæ ditiores et lautiores. — *Compone quoque.* Ossa hic lignorum vicem implent, et cum lignis ardent, et carnes coquunt; quo significatur ossa innocentium cæsorum Judæos in civitate (quæ per ollam designatur) inclusos persequi, et illos obsidionis circumstantis incendio excoquere. — *Efferbuit coctio.* Aqua efferbuit et ebullit. — *Discocta sunt.* Significatur pressuram obsidionis ita invalituram, ut etiam ossa percoquantur, id est, ut fortissimi et opulentissimi Judæorum fame, peste et bello consumendi sint. — *In medio ejus.* Scilicet ollæ. In medio Jerusalem.

6. *Civitati sanguinum.* Sanguinariæ, homicidiis et innocentium sanguine redundanti. — *Cujus rubigo in ea est.* Olla hæc rubigine plena significat Jerusalem, cædibus et sceleribus repletam, non posse nisi igne purgari, ac proinde eam et in ea cives a Chaldæis concremandos. — *Rubigo ejus.* Impietas et obstinatio. — *Per partes et per partes.* Per partes, et sigillatim ollam evacua. Significatur cadavera civium non omnia simul et eodem tempore, sed successive unum post aliud ejicienda, ita ut tandem nullus superstes remaneat. — *Non cecidit super eam sors.* Non sortito occidentur, ut aliquando fieri solet, ut decimus vel centesimus quisque moriatur, sed omnes sine ullo discrimine hac clade involventur.

7. *Sanguis enim ejus.* Quem effudit. — *In medio ejus est.* Manifestus est et publicus; cædes et scelera sua ita patravit, ut nulla ratione abscondi possint. — *Super limpidissimam petram.* Durum silicem aut marmor, quod sanguinem non ebibit, atque ideo vestigium illius diutius permanet.

8. *Ut superinducerem.* Inde factum est ut indignationem meam ei superinducerem. — *Dedi.* Dabo. — *Sanguinem ejus.* Pœnas sanguinis ab illa effusi. — *Super petram limpidissimam.* Quasi dicat : Sicut publice peccavit, ita publice a me punietur.

9. *a* Propterea hæc dicit Dominus Deus : Væ civitati sanguinum, cujus ego grandem faciam pyram. [a *Nah.* 3. 1. *Hab.* 2. 12.]

9. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur à la ville de sang, dont je ferai un grand bûcher.

10. Congere ossa quæ igne succendam; consumentur carnes, et coquetur universa compositio, et ossa tabescent.

10. Mettez les os les uns sur les autres, afin que je les fasse brûler dans le feu. La chair sera consumée. On arrangera toutes les pièces, et on les fera cuire ensemble; et les os seront réduits à rien.

11. Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalescat, et liquefiat æs ejus; et confletur in medio ejus inquinamentum ejus, et consumatur rubigo ejus;

11. Mettez aussi la chaudière vide sur les charbons ardents, afin qu'elle s'échauffe, que l'airain se brûle, que son ordure se fonde au dedans, et que sa rouille se consume.

12. Multo labore sudatum est, et non exivit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem.

12. On s'est efforcé avec grande peine de la nettoyer; mais sa rouille y est si enracinée, qu'elle n'a pu même en sortir par le feu.

13. Immunditia tua execrabilis; quia mundare te volui, et non es mundata a sordibus tuis; sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.

13. Votre impureté est exécrable, parce que j'ai voulu vous purifier, et que vous n'avez point quitté vos ordures : mais vous ne deviendrez point pure, jusqu'à ce que j'aie fait reposer sur vous mon indignation.

14. Ego Dominus locutus sum : Veniet, et faciam; non transeam; nec parcam, nec placabor; juxta vias tuas, et juxta adinventiones tuas judicabo te, dicit Dominus.

14. C'est moi qui suis le Seigneur, qui ai parlé. Le temps est venu : je vais agir. Je ne laisserai plus les fautes impunies : je ne pardonnerai plus. Je ne m'apaiserai plus, mais je vous jugerai selon vos voies, et selon le dérèglement de vos œuvres, dit le Seigneur.

15. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

15. Le Seigneur me dit ces paroles :

16. Fili hominis, ecce ego tollo a te desiderabile oculorum tuorum in plaga; et non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.

16. Fils de l'homme, je vais vous frapper d'une plaie, et vous ravir ce qui est le plus agréable à vos yeux : mais vous ne ferez point de plaintes funèbres, vous ne pleurerez point, et les larmes ne couleront point sur votre visage.

17. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies; corona tua circumli-

17. Vous soupirerez en secret, et vous ne ferez point le deuil comme on le fait pour les

12. *Non exivit de ea nimia rubigo ejus.* Cette rouille est le symbole de l'idolâtrie et de toutes les iniquités de Jérusalem. Elle est invétérée comme l'attachement des Juifs aux faux dieux et à leurs passions honteuses. La chaudière est mise sur le feu pour être purifiée, pour indiquer que c'est par le feu des tribulations, que Jérusalem se purifiera, et que le but de cette dure épreuve, est de la ramener à sa pureté et à son innocence primitive.

17. *Luctum non facies.* Ces détails indiquent ce que l'on avait l'habitude de faire, pour montrer que l'on était en deuil. Il était d'usage d'aller nu-pieds et nu-tête, de se couvrir le bas du visage avec son manteau, de se couper la barbe, ou au moins de la laisser en désordre. On se nourrissait de ce qu'on appelait le pain des douleurs et le calice des consolations, c'est-à-dire de ce qu'apportaient à la maison, les amis du mort, pour consoler les parents, et les engager à prendre de la nourriture.

---

9. *Civitati sanguinum.* Civitati sanguinariæ et homicidæ, ut supra, n. 6. — *Cujus ego grandem faciam pyram.* Illa incensa.

10. *Congere ossa.* Hebr. et Chald., *multiplica ligna, succende ignem.* Supra n. 5 vidimus ossa cum lignis adhiberi ad incendendam ollam, et coquendas carnes. — *Universa compositio.* Commistio carnium in olla. — *Ossa tabescent.* Ipsa etiam ossa ita coquentur, ut solvantur in partes. LXX habent, ἐλαττωθῇ ὁ ζωμός, *imminuatur jus*, ut fit cum diu olla fervet ad ignem.

11. *Pone quoque eam.* Carne exempta et consumpta, ipsum æs ollæ igne liquescet, et olla cum sua rubigine absumetur, id est, civibus cæsis, ipsa urbs Jerusalem incendio consumetur.

12. *Non exivit... rubigo.* Malitia Judæorum ne igne quidem excocta et sublata est.

13. *Donec quiescere faciam.* Donec exhausero omnem iram meam, et fervorem illius sedavero, in caput tuum illam effundendo.

14. *Veniet.* Jam adest ultio et dies vindictæ decreta. — *Non transeam.* Non prætermittam opere implere, quod verbis minatus sum. — *Vias tuas.* Per vias et adinventiones, mores et prava studia intelligit. — *Judicabo te.* Puniam te.

16. *Ecce ego.* Proponit aliam parabolam, qua significat tantam omnium perturbationem consternationemque futuram, ut nec urbis excidium, nec suæ quisquam uxoris aut suorum liberorum interitum lugeat. — *Desiderabile oculorum tuorum.* Quod tibi visu jucundissimum est; sic vocat uxorem, ut explicat n. 18. — *In plaga.* Subito interitu : majorem enim dolorem affert mors improvisa, quam quæ longo præcedente morbo animo jam erat percepta. * Chaldæus habet *peste :* Hebr., *morte violenta.* — *Non planges.* Ne plangas, etc., futurum pro imperativo, more Hebræorum.

17. *Ingemisce tacens.* Apud te, ut nemo te audiat. — *Mortuorum luctum.* Exequias. — *Corona tua circumligata sit tibi.* Fasciam intelligit, qua pileum sacerdotes coronabant. Alii

morts. Votre couronne demeurera liée sur votre tête; et vous aurez vos souliers à vos pieds : vous ne vous couvrirez point le visage, et vous ne mangerez point des viandes qu'on donne à ceux qui sont dans le deuil.

18. Je parlai donc le matin au peuple; et le soir ma femme mourut. Le lendemain matin je fis ce que Dieu m'avait ordonné :

19. Alors le peuple me dit : Pourquoi ne nous découvrez-vous pas ce que signifie ce que vous faites?

20. Je leur répondis : Le Seigneur m'a adressé sa parole, et m'a dit :

21. Dites à la maison d'Israël : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais profaner mon sanctuaire, l'ornement superbe de votre empire ; qui est ce que vos yeux aiment le plus, et l'objet des craintes de votre âme : vos fils et vos filles qui seront restés tomberont par l'épée.

22. Et vous ferez comme j'ai fait : vous ne vous couvrirez point le visage, et vous ne mangerez point des viandes qu'on donne à ceux qui sont dans le deuil.

23. Vous aurez des couronnes sur vos têtes et des souliers à vos pieds : vous ne ferez point de plaintes funèbres, et vous ne verserez point de larmes : mais vous sécherez dans vos iniquités; et chacun de vous, regardant son frère, jettera de grands soupirs.

24. Et Ezéchiel vous sera un signe pour l'avenir : *car* lorsque ce *temps-là* sera arrivé, vous fe-

gata sit tibi, et calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

18. Locutus sum ergo ad populum mane, et mortua est uxor mea vespere; fecique mane sicut præceperat mihi.

19. Et dixit ad me populus : Quare non indicas nobis quid ista significent quæ tu facis ?

20. Et dixi ad eos : Sermo Domini factus est ad me, dicens :

21. Loquere domui Israël : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, et desiderabile oculorum vestrorum, et super quo pavet anima vestra; filii vestri, et filiæ vestræ quas reliquistis, gladio cadent.

22. Et facietis sicut feci : Ora amictu non velabitis, et cibos lugentium non comedetis.

23. Coronas habebitis in capitibus vestris, et calceamenta in pedibus; non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris; et unusquisque gemet ad fratrem suum.

24. Eritque Ezechiel vobis in portentum; juxta omnia quæ fecit, facietis cum

21. *Ecce ego polluam sanctuarium.* La mort de la femme du Prophète était l'image de la profanation du sanctuaire, et de la destruction du temple, parce que le temple était la chose que les Juifs aimaient le plus, et le monument qu'ils contemplaient avec admiration, comme la femme du Prophète était pour le Prophète l'objet le plus cher et le plus agréable (vers. 16).

23. *Non plangetis.* Le Prophète pouvait, dans le secret, donner un libre cours à sa douleur, mais en public, il devait retenir ses larmes et contenir ses plaintes, pour indiquer à ses concitoyens, qu'en présence de leur vainqueur, ils n'auraient pas la liberté de pleurer leurs morts, et qu'ils seraient forcés de dissimuler leur douleur. Peut-être aussi voulait-il leur faire comprendre que, dans cette horrible calamité, les morts seraient moins à plaindre que les vivants.

24. *Eritque Ezéchiel vobis in portentum.* Pendant qu'Ezéchiel parlait aux Juifs captifs, par ses actions prophétiques, Jérémie faisait de même à Jérusalem. Il marchait en silence dans les rues de Jérusalem, le corps chargé de chaînes; ou il allait dans la vallée d'Emnom, briser un vase d'argile en disant : C'est ainsi que Jérusalem va être brisée. Des hommes aussi ignorants qu'incrédules se sont moqués de ces actions symboliques. Cependant, il n'y a rien qui fasse autant d'impression sur le peuple, que ce langage typique. « Thrasybule et Tarquin, dit l'auteur lui-même de *l'Emile*, coupant des têtes de pavots; Alexandre appliquant son sceau sur la bouche de son favori; Diogène marchant devant Zénon, ne parlaient-ils pas mieux que s'ils avaient fait de longs discours? Darius, engagé dans la Scythie avec son armée, reçoit, de la part du roi des Scythes, un oiseau, une grenouille, une souris et cinq flèches : cette harangue fut entendue, et Darius n'eut pas plus grande hâte, que celle de regagner son pays comme il put. »

---

cæsariem interpretantur, quam vetat solvere aut tondere, juxta ritum lugentium. — *Calceamenta tua erunt in pedibus tuis.* Nudis pedibus non incedes, more eorum qui versantur in luctu. — *Nec amictu ora velabis.* Nec os veste teges, sicut pullati homines faciunt. — *Nec cibos lugentium.* Non parabis epulum funebre, nec illi intereris.

18. *Locutus sum.* Hæc scilicet quæ mihi Deus dixerat; et ut eventus ea vera esse ostenderete, eodem die vespere mortua est uxor mea. * Cum mane locutus essem ad populum, ipsa vespere uxor mea mortua est, id est, subito admodum.

21. *Ecce ego posluam.* Per Chaldæorum ingressum. — *Superbiam imperii vestri.* Cujus causa superbire soletis et gloriari. — *Desiderabile oculorum vestrorum.* Cujus aspectu maxime delectamini, ut supra, n. 16. — *Super quo pavet anima vestra.* Quod timetis ne pereat vastetur, incendatur; est enim amor causa timoris. — *Quas reliquistis.* In Jerusalem; loquebatur enim iis qui erant Babylone.

22. *Facietis sicut feci.* Præ turbatione ac terrore; et quia in captivitate estis, ubi ritus vestros servare non potestis, ac ne lugere quidem commode.

23. *Coronas.* Pileos, aut cæsariem. Vide dicta n. 17. *Unusquisque gemet ad fratrem suum.* Tacitus apud se, alii alios, aspicientes ingemiscent taciti, doloremque mutuus aliorum aspectus augebit.

24. *Erit... vobis in portentum.* In signum futurorum; nam quæ ipse faciet, eadem vos facietis, ut etiam dictum est n. 22.

venerit istud; et scietis quia ego Dominus Deus.

25. Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinem eorum, et gaudium dignitatis, et desiderium oculorum eorum, super quo requiescunt animæ eorum, filios et filias eorum;

26. In die illa cum venerit fugiens ad te, ut annuntiet tibi;

27. In die, inquam, illa, aperietur os tuum cum eo qui fugit: et loqueris, et non silebis ultra; erisque eis in portentum, et scietis quia ego Dominus.

rez les mêmes choses qu'il a faites : vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

25. Vous donc, fils de l'homme, quand ce jour sera venu, auquel je leur ôterai leur force, et la joie que leur donnait leur dignité, que je leur ravirai ce que leurs yeux aimaient le plus, ce qui faisait le repos de leurs âmes, leurs fils et leurs filles :

26. En ce jour-là, lorsqu'un homme qui sera échappé du péril viendra vous dire des nouvelles *de Jérusalem*;

27. Quand ce jour-là, dis-je, sera arrivé, votre bouche s'ouvrira pour parler avec celui qui sera échappé par la fuite. Vous *en* parlerez, et vous ne demeurerez plus dans le silence : et vous leur serez un signe pour l'avenir; vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

CHAPITRE XXV.

Prophéties contre les Ammonites, les Moabites, les Iduméens et les Philistins.

1. Et factus est sermo Domini ad me dicens :

2. Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, et prophetabis de eis.

3. Et dices filiis Ammon : Audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod dixisti : Euge, euge super sanctuarium meum, quia pollutum est; et super terram Israel, quoniam desolata est; et super domum Juda, quoniam ducti sunt in captivitatem;

4. Idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, et collocabunt caulas suas in te, et ponent in te tentoria sua; ipsi comedent fruges tuas; et ipsi bibent lac tuum.

1. Le Seigneur me parla encore de cette sorte :

2. Fils de l'homme, tournez votre visage contre les enfants d'Ammon, et prophétisez contre eux.

3. Et vous direz aux enfants d'Ammon : Ecoutez la parole du Seigneur Dieu : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez jeté des cris de joie contre mon sanctuaire, lorsqu'il a été profané, contre la terre d'Israël, lorsqu'elle a été désolée, et contre la maison de Juda, lorsqu'ils ont été emmenés captifs :

4. Je vous livrerai aux peuples de l'Orient, afin que vous deveniez leur héritage, et ils établiront sur votre terre les parcs de leurs troupeaux, et ils dresseront leurs tentes. Ils mangeront eux-mêmes vos blés et ils boiront votre lait.

Cap. XXV. — 2. *Contra filios Ammon.* Ici commencent les prophéties d'Ezéchiel, qui regardent les nations étrangères. Il y retrace à l'avance l'avenir des Ammonites et des Moabites, des Iduméens et des Philistins, des Tyriens et des Egyptiens. Elles remplissent le vide que laisse son silence du commencement du siège de Jérusalem, à la nouvelle de la prise de cette ville, et elles vont du chapitre XXV au chap. XXXIII. Les prophéties contenues dans ce chapitre sont sans date, mais elles nous semblent postérieures à la ruine de Jérusalem. Elles ont eu leur accomplissement comme celles de Jérémie, relatives aux mêmes peuples, dans l'irruption que fit Nabuchodonosor dans ces différents pays, pendant que ses troupes faisaient le siège de Tyr (Cf. Jer., cap. XLVIII et XLIX).

4. *Filiis orientalibus.* Ces fils de l'Orient sont évidemment les Chaldéens. Mais la peinture que le Prophète fait de leurs mœurs convient tout particulièrement aux Arabes, qui étaient un peuple nomade et qui vivaient à la façon des premières nations, qui ne connaissaient que la vie pastorale. Mais Nabuchodonosor étant alors maître de l'Arabie, rien n'empêche d'admettre, avec la *Bible de Vence*, qu'il y avait parmi ses troupes, des Arabes, et qu'il livra le pays d'Ammon à ces soldats, qui estimaient avant tout les contrées riches en pâturages.

---

25. *Fortitudinem eorum.* Templum intelligit, quod erat munitissimum : sic n. 21 appellavit *superbiam fortitudinis eorum*, ut habet Hebræus et LXX. — *Gaudium dignitatis.* Cujus dignitate, majestate et religione gaudetis. — *Desiderium oculorum* Vide dicta n. 16 et 21. — *Requiescunt.* Ipsi confidunt.

26. *Cum venerit fugiens ad te.* Nuntius e Jerusalem; qui ex ejus clade evaserit.

28. *Aperietur os tuum.* Cum nuntius narraverit omnia ad unguem evenisse, ut prædixisti, tunc fidentius ad cives tuos loqueris, et fides conciliabitur novis prophetiis. — *Erisque eis in portentum.* Intelligent te in portentum fuisse. Vel quidquid deinceps illis dixeris, portentum esse existimabunt, docti jam experientia et malo suo. * Dicent te rebus ipsis præmonstrasse ipsorum sortem.

Cap. XXV. — 2. *Pone faciem tuam.* LXX, *obfirma faciem*, id est, firmo, torvo ac minaci vultu intuere Ammonitas constanter, et interrito vultu illos alloquere.

3. *Euge, euge.* Id est *bene, bene*, gavisi estis Judæorum clade et oversione templi; simile est Psalm., 34, 12.

4. *Filiis orientalibus.* Chaldæis, a quibus vastati sunt. Maldonatus de Arabibus interpretatur, quod bene cohæret cum sequentibus; nam Arabes pastores erant, et secum greges suos et camelos agebant, nomadum more. — *In hæreditatem.* In possessionem.

5. J'abandonnerai Rabbath, pour être la demeure des chameaux; et les enfants d'Ammon, pour être la retraite des bestiaux : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

6. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que vous avez battu des mains et frappé du pied, et que vous vous êtes réjouis de tout votre cœur en voyant la terre d'Israël,

7. J'étendrai ma main sur vous, je vous livrerai en proie aux nations, je vous ferai passer au fil de l'épée, *je vous effacerai* du nombre des peuples, je vous exterminerai de dessus la terre, je vous réduirai en poudre, et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

8. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que Moab et Séir ont dit : Enfin la maison de Juda est devenue comme toutes les autres nations :

9. Pour *vous punir d'avoir dit* cela, vous allez voir que j'ouvrirai ce qu'il y a de plus fort dans Moab; que j'ouvrirai ses villes, les plus belles villes de ses provinces et de son pays, Bethiésimoth, Béelmeon et Cariathaïm.

10. *Je les ouvrirai, dis-je*, aux peuples de l'Orient. Je leur livrerai Moab pour être leur héritage, afin qu'à l'avenir le nom des enfants d'Ammon soit effacé de la mémoire des peuples,

11. Et que j'exerce aussi sur Moab mes jugements : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

12. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que l'Idumée s'est satisfaite, en se vengeant des enfants de Juda, et qu'elle est tombée dans le péché, en souhaitant avec ardeur de se venger d'eux;

5. Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, et filios Ammon in cubile pecorum; et scietis quia ego Dominus.

6. Quia hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod plausisti manu, et percussisti pede, et gavisa es ex toto affectu super terram Israel;

7. Idcirco ecce ego extendam manum meam super te, et tradam te in direptionem gentium, et interficiam te de populis, et perdam de terris, et conteram; et scies quia ego Dominus.

8. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod dixerunt Moab et Seir : Ecce sicut omnes gentes, domus Juda;

9. Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de civitatibus, de civitatibus, inquam, ejus, et de finibus ejus, inclytas terræ Bethiesimoth, et Beelmeon, et Cariathaim,

10. Filiis orientis cum filiis Ammon, et dabo eam in hæreditatem, ut non sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus,

11. Et in Moab faciam judicia, et scient quia ego Dominus.

12. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod fecit Idumæa ultionem ut se vindicaret de filiis Juda, peccavitque delinquens, et vindictam expetivit de eis;

5. *Habitaculum camelorum.* Le chameau était la monture de l'Arabe.

11. *Et in Moab faciam judicia.* Ces oracles contre les Moabites et les Ammonites se retrouvent dans Sophonie (II, 9), dans Jérémie (XLVIII et XLIX), dans Amos (I, 14, 15), et dans d'autres prophètes. L'emplacement de l'ancienne capitale du pays de Moab a été retrouvé en 1806, par Sutzen, puis visité par Burckhardt; mais ses ruines éparses sur un monticule allongé, d'une demi-lieue de circuit, n'offrent rien de remarquable.

---

5. *Rabbath.* Præcipuam Ammonitarum civitatem, quæ postea dicta est Philadelphia.

6. *Plausisti manu, et percussisti pede.* Præ lætitia; sic supra, c. 6, 11 : *Percute manum tuam, et allide pedem tuum*, ex contrario tamen affectu; utrumque enim contrario modo affecti facimus, et dum vehementer læti, et dum vehementer dolentes sumus.

7. *Gentium.* Gentibus. — *Interficiam te de populis.* Tollam te de numero populorum; delebo te ita ut non sis amplius populus; delebo memoriam tui. — *Perdam de terris.* Ut non sis amplius in terra.

8. *Seir.* Idumæa. Esau enim dictus est Seir, quia pilosus; inde regio quam incoluit vocata est ab eo Seir, æque ac Edom, vel Idumæa. Conjungit cum Moabitis vicinos Idumæos. De Moabitarum malis vide Jerem., c. 49, n. 3. De Idumæis idem c. n. 7. — *Ecce sicut omnes gentes.* Nec Deum, nec quic aliud egregium præ aliis gentibus habent Judæi, sed ut aliæ gentes obnoxii calamitatibus, et Chaldæis subjecti sunt.

9. *Aperiam humerum Moab.* Humerum sive latus aperire, est aditum facere ad firmissima et munitissima loca, ut hostibus pateant. Habent enim arces, urbes munitæ et propugnacula, speciem humerorum. Hæc ergo vocat *humeros de civitatibus*, id est, civitatum Moab : sic etiam dorsum montis appellamus editiores ejus partes. — *De finibus ejus.* De civitatibus, inquam, quæ in finibus ejus sunt; eæ enim munitissimæ esse solent. — *Inclytas terræ.* Hebr., *gloria terræ*, quæ totius regionis Moabitarum nobilissimæ sunt, scilicet Bethiesimoth, etc.

10. *Filiis orientis.* Chaldæis, sive Arabibus, scilicet aperiam humerum, iter pandam, ut in regionem Moabitarum irrumpant. Vel sensus est : filios orientis vocabo. — *Cum filiis Ammon.* Sicut adduxi orientales contra Ammonitas, ita adducam contra Moabitas. — *Dabo eam.* Regionem Ammonitarum : loquitur mixtim de Ammonitis et Moabitis, quare mox ad Moab redit — *In hæreditatem.* Chaldæis, vel Arabibus in possessionem.

11. *Faciam judicia.* Moabitas puniam.

12. *Fecit Idumæa ultionem.* Idumæi, cum Judæa a Chaldæis vastaretur, occidebant Judæos fugientes, ut scribit Abdias, c. 1, n. 14, et abductis vel occisis Judæis Idumæi Judæam occuparunt, ut ait Jeremias, c. 49, n. 2.

13. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Extendam manum meam super Idumæam, et auferam de ea hominem et jumentum, et faciam eam desertam ab austro, et qui sunt in Dedan, gladio cadent.

14. Et dabo ultionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel; et facient in Edom juxta iram meam, et furorem meum; et scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.

15. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, et ulti se sunt toto animo, interficientes, et implentes inimicitias veteres;

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, et interficiam interfectores, et perdam reliquias maritimæ regionis;

17. Faciamque in eis ultiones magnas arguens in furore; et scient quia ego Dominus, cum dedero vindictam meam super eos.

13. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'étendrai ma main sur l'Idumée ; j'en exterminerai les hommes et les bêtes ; je la réduirai en un désert, du côté du midi ; et ceux qui sont à Dédan tomberont par l'épée.

14. J'exercerai ma vengeance sur l'Idumée, par la main de mon peuple d'Israël ; et ils traiteront Edom selon ma colère et ma fureur ; et les Iduméens sauront que je sais punir, dit le Seigneur Dieu.

15. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que les princes de la Palestine ont exécuté les desseins de leur vengeance, et qu'ils se sont vengés de tout leur cœur, en tuant *les Israëlites* pour satisfaire leur inimitié ancienne.

16. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'étendrai ma main sur les peuples de la Palestine, je ferai un carnage de ces meurtriers, et je perdrai les restes de la côte de la mer.

17. J'exercerai sur eux des jugements rigoureux, en les reprenant dans ma fureur : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque je me serai vengé d'eux.

CHAPITRE XXVI.

Prophétie contre Tyr.

1. Et factum est in undecimo anno, prima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens :

1. Le premier *jour* du mois de la onzième année, le Seigneur me dit ces paroles :

13. *Et faciam eam desertam.* D'après l'Hébreu : En détruisant tout depuis Théman, qui est au midi, jusqu'à Dédan, qui est au nord. Cette prophétie fut accomplie après le retour de la captivité, au temps des Machabées (I. Mach., V, 65, et II. Mach., X, 16).

17. *Et scient quia ego Dominus.* A propos de ces peuples anciens, Mgr Mislin fait cette réflexion : Les autres villes renaissent souvent de leurs ruines, tandis qu'en Phénicie, en Egypte, en Assyrie, en Judée, Tyr et Sidon, Thèbes et Babylone, Balbek et Palmire, Ninive et Jérusalem, ont péri sans retour. Que d'autres expliquent par des causes toutes naturelles ce phénomène unique dans les annales du monde, il sera permis au chrétien de voir dans le renversement de ces empires, l'effet frappant des malédictions du ciel. C'est justement contre les peuples d'Assur, de Chanaan, de la Chaldée, de l'Ethiopie, de la Palestine et de la Syrie, qu'ont été rendus les oracles les plus terribles de l'Eternel, et ce sont ceux-là mêmes que nous voyons encore aujourd'hui marqués du sceau de la réprobation (*Les saints lieux*, tom. Ier, pag. 561).

Cap. XXVI. — 1. *In undecimo anno.* La Vulgate et l'Edition romaine, de la version des Septante, lisent la *onzième* année. Le manuscrit Alexandrin, de la version des Septante, et le texte hébreu, portent la douzième année. Cette douzième année de la transmigration de Jéchonias serait, d'après la chronologie bénédictine, l'an 586 avant Jésus-Christ. Ezéchiel aurait fait cette prophétie lorsque Nabuchodonosor se disposa à marcher contre Tyr. Car le siége de cette ville fut commencé l'an 585 et elle fut prise l'an 572, après 13 ans de résistance.

---

13. *Extendam manum meam.* Percutiam eam, plagis afficiam. — *Ab austro.* In hebræo est, *a Theman :* erat autem Theman urbs primaria Idumæorum ad austrum : significat propheta totam Idumæam ab austro ad aquilonem (hujus enim limes videtur fuisse Dedan) ab hostibus vastandam, et omnes Idumæos gladio perdendos.

14. *Per manum populi mei.* Videtur hoc factum post reditum ex Babylone, licet in Scriptura non narretur. Fortasse per Machabæos. * Vide I. Machab., 5, 3. — *Scient.* Experientur.

15. *Palæstini.* Ab Idumæis transit ad Palestinos, veteres hostes Judæorum. — *Vindictam.* Injuriarum quas se putabant accepisse a Judæis. — *Implentes inimicitias.* Cumulum hunc addentes antiquis odiis et maleficiis.

16. *Interfectores.* Palestinos, qui in populum meum sævierunt. * in hebræo est, *cerethim*, quod nomen proprium est partis Philistinorum, ut apparet lib. I. Reg., 30, 14. Ex his legionem sibi conscripsit David, et ab iisdem orti Cretes videntur; unde LXX hic, et Sophon., 2, 5, hoc nomen posuerunt. — *Reliquias maritimæ regionis.* Palæstinos, qui erant accolæ maris Mediterranei.

Cap. XXV. — 1. *In undecimo anno.* Transmigratione Jechoniæ et regni Sedeciæ, quo anno a Chaldæis expugnata et eversa est Jerusalem. — *Prima mensis.* Scilicet quinto, quando Tyrus jam accipere intra viginti dies potuerat nuntium Hierosolymæ expugnatæ; hæc enim, capta est nona die mensis quarti præcedentis, ut habetur IV Reg., 15, 1.

2. Fils de l'homme, parce que Tyr a dit de Jérusalem avec des cris de joie : Les portes de cette ville si pleine de peuple sont brisées ; ses peuples viendront à moi et je m'agrandirai de ses ruines, maintenant qu'elle est déserte.

3. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens contre vous, ô Tyr ! et je ferai monter contre vous plusieurs peuples, comme la mer fait monter ses flots.

4. Ils détruiront les murs de Tyr, et ils abattront ses tours. J'en râclerai jusqu'à la poussière, et je la rendrai comme une pierre luisante et toute nue.

5. Elle deviendra au milieu de la mer un lieu pour servir à sécher les rets ; parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu, et elle sera livrée en proie aux nations.

6. Ses filles qui sont dans les champs seront aussi passées au fil de l'épée, et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

7. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais faire venir des pays du septentrion à Tyr, Nabuchodonosor, roi de Babylone, ce roi des rois ; avec des chevaux, des chariots de guerre, de la cavalerie, et de grandes troupes composées de divers peuples.

8. Il fera tomber par le fer vos filles qui sont dans les champs ; il vous environnera de forts et de terrasses, et il lèvera le bouclier contre vous.

9. Il dressera contre vos murs ses mantelets et ses béliers, et il détruira vos tours par ses armes.

10. La multitude de ses chevaux vous couvrira d'un nuage de poussière ; et le bruit de sa cavalerie, des roues et des chariots fera trembler vos murailles lorsqu'il entrera dans vos portes, comme par la brèche d'une ville prise.

2. Fili hominis, pro eo quod dixit Tyrus de Jerusalem : Euge, confractæ sunt portæ populorum, conversa est ad me : implebor, deserta est.

3. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego super te, Tyre, et ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuans.

4. Et dissipabunt muros Tyri et destruent turres ejus ; et radam pulverem ejus de ea, et dabo eam in limpidissimam petram.

5. Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus : et erit in direptionem gentibus.

6. Filiæ quoque ejus quæ sunt in agro, gladio interficientur : et scient quia ego Dominus.

7. Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab aquilone, regem regum, cum equis, et curribus, et equitibus, et cœtu, populoque magno.

8. Filias tuas quæ sunt in agro, gladio interficiet ; et circumdabit te munitionibus, et comportabit aggerem in gyro : et elevabit contra te clypeum.

9. Et vineas, et arietes temperabit in muros tuos, et turres tuas destruet in armatura sua.

10. Inundatione equorum ejus operiet te pulvis eorum ; à sonitu equitum, et rotarum, et curruum, movebuntur muri tui, cum ingressus fuerit portas tuas quasi per introitum urbis dissipatæ.

2. *Implebor, deserta est.* La ville marchande ne vit dans la chute de Jérusalem qu'une occasion de profit et d'agrandissement. Elle s'était cependant coalisée avec Sédécias contre Nabuchodonosor, et comme le flot de l'invasion l'avait épargnée, elle insulta au malheur de son alliée (Cf. Joël, III, 4-6).

5. *Siccatio sagenarum erit in medio maris.* Ce trait a été relevé par les Anglais : Bruce, dans ses *Voyages à la recherche des sources du Nil, en Nubie et en Assyrie.* « La seule curiosité, dit-il, m'engagea à visiter Tyr, et je devins le triste témoin de la vérité des prophéties. Deux misérables pêcheurs, après avoir pris quelques poissons, venaient d'étendre leurs filets sur les rochers nus où fut Tyr. »

---

2. *Euge.* Ut Ammonitæ capite superiori, n. 3. — *Confractæ sunt portæ populorum.* Portæ Jerusalem, per quas omnes undique populi in urbem influebant. Quasi dicat : Mercatus, seu negotiatio Judæorum concidit. Vel populus appellat ipsos cives Jerusalem, ob ingentem ejus multitudinem. — *Conversa est ad me.* Illa populi frequentia et negotiatio. — *Implebor.* Ejus opibus et mercibus ; nam Jerusalem deserta est et eversa.

3. *Super te.* Contra te, scilicet veniam, aut extendam ultricem manum. — *Gentes multas.* Chaldæos intelligit, ut explicatur n. 7. — *Sicut ascendit mare fluctuans.* Militares copias fluctibus comparat, propter multitudinem et ferocitatem, ut apud Jerem., c. 46, 8 ; et c. 51, 42.

4. *Radam pulverem ejus.* Est hyperbole ; efficiam ut ne pulvis quidem remaneat in ea. — *In limpidissimam petram.* Ut nudus scopulus remaneat.

5. *Siccatio sagenarum.* Non erit utilis, nisi ut piscatores retia sua in ea expandant, ut siccentur. — *In medio maris.* Erat enim Tyrus insula juxta continentem.

6. *Filiæ quoque ejus.* Minora oppida illi subjecta intelligit ; nam Hebræi metropolim matrem, minores vero urbes illi subditas filias appellare solent.

7. *Regem regum.* Ita vocat regem Babylonis quia multos reges sibi subditos habebat, ut apparet ex lib. IV. Reg., cap. 25, 28 ; et Jerem., c. 52, 32. Alii Alexandrum Magnum intelligunt, qui post Nabuchodonosor Tyrum expugnavit.

9. *Vineas.* Erant vineæ quasi magni corbes ex viminibus contexti, quibus obsidentes se tegebant, et iis tuti ad muros accedebant. Ita Viget., l. 4, c. 15. Itali appellant *gabbioni.* — *Arietes.* Vide dicta supra, c. 4, n. 2. — *Temperabit.* Adaptabit ita applicabit ut murum violenter quatiant et deficiant. — *In armatura sua.* Armis et machinis suis.

10. *Inundatione equorum.* Multitudine equitatus. — *Operiet te pulvis.* Qui ungulis equorum in nubis morem excitabitur. — *Movebuntur muri tui.* Solent enim equi et currus prætercurrentes domos tremefacere — *Quasi per introitum urbis dissipatæ.* Quæ jam deserta est, et a nemine custoditur ; quasi dicat : Ingredientur nemine resistente.

11. Ungulis equorum suorum conculcabit omnes plateas tuas : populum tuum gladio cædet, et statuæ tuæ nobiles in terram corruent.

12. Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas ; et destruent muros tuos, et domos tuas præclaras subvertent; et lapides tuos, et ligna tua, et pulverem tuum in medio aquarum ponent.

13. *a* Et quiescere faciam multitudinem canticorum tuorum, et sonitus cithararum tuarum non audietur amplius. [a *Jer.* 7. 34.]

14. Et dabo te in limpidissimam petram; siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis ultra; quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

15. Hæc dicit Dominus Deus Tyro : Numquid non a sonitu ruinæ tuæ, et gemitu interfectorum tuorum, cum occisi fuerint in medio tui, commovebuntur insulæ?

16. Et descendent de sedibus suis omnes principes maris : et auferent exuvias suas, et vestimenta sua varia abjicient, et induentur stupore; in terra sedebunt, et attoniti super repentino casu tuo admirabunturi.

17. Et assumentes super te lamentum, dicent tibi : Quomodo periisti quæ habitas in mari, urbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis quos formidabant universi ?

18. Nunc stupebunt naves in die pavoris tui; et turbabuntur insulæ in mari, eo quod nullus egrediatur ex te.

11. Le pavé de toutes vos rues sera foulé par les pieds de ses chevaux. Il fera passer votre peuple par le tranchant de l'épée, et il renversera par terre vos belles statues.

12. Ils feront leur butin de vos richesses, ils pilleront vos marchandises, ils renverseront vos murailles, ils ruineront vos maisons magnifiques, et ils jetteront au milieu des eaux les pierres, le bois et la poussière même de vos bâtiments.

13. Je ferai cesser tous vos concerts de musique : et on n'entendra plus parmi vous le son de vos harpes.

14. Je vous rendrai comme une pierre lissée, et vous deviendrez un lieu à sécher les rêts, et vous ne serez plus rebâtie, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur.

15. Voici ce que le Seigneur Dieu dit à Tyr : Les îles ne trembleront-elles pas au bruit de votre chute et aux cris lugubres de ceux qui seront tués dans le carnage qui se fera au milieu de vous?

16. Tous les princes de la mer descendront de leurs trônes, ils quitteront les marques de leur grandeur; ils rejetteront leurs habits éclatants par la variété de leurs couleurs ; ils seront remplis de frayeur; ils s'assiéront sur la terre, et frappés d'un profond étonnement de votre chute soudaine.

17. Ils feront sur vous des plaintes mêlées de pleurs, et vous diront : Comment êtez-vous tombée si malheureusement, vous qui habitiez dans la mer, ô ville superbe ! vous qui étiez si forte sur la mer, avec tous vos habitants qui s'étaient rendus redoutables à tout le monde?

18. Les vaisseaux maintenant trembleront en vous voyant vous-même saisie de frayeur : et les îles dans la mer seront épouvantées en voyant que personne ne sort de vos portes.

14. *Nec ædificaberis ultra.* L'ancienne Tyr *Palæ-Tyros*, fut rasée jusqu'aux fondements, comme l'avait predit Ezéchiel, et ne fut jamais rebâtie. Mais une nouvelle Tyr fut construite dans une île voisine, et, suivant la prédiction d'Isaïe, après soixante-dix ans, cette nouvelle cité retrouva la grandeur et l'opulence de l'ancienne (Cf. Is., XXIII, 15-17). C'est cette nouvelle Tyr qui fut assiégée par Alexandre pendant sept mois.

18. *Eo quod nullus egrediatur ex te.* Au lieu de cette ancienne circulation si active et si vaste, a dit l'incrédule Volney, Tyr, réduite à l'état d'un misérable village, n'a plus pour tout commerce, qu'une exportation de quelques sacs de grains et de coton ou de laine, et pour tout négociant qu'un facteur qui est au service des Français de Saïde, qui gagne à peine de quoi soutenir sa famille (*Voyage en Syrie et en Egypte*, tom. II, pag. 405).

---

11. *Statuæ tuæ nobiles.* Trophæa tua, vel imagines clarorum virorum. Aliqui de turribus interpretantur. LXX habent, *substantiam fortitudinis tuæ*, id est, quidquid fortitudine tua comparasti tibi.

12. *Lapides tuos et ligna tua.* Materiam eversarum et dirutarum ædium, in mare projicient.

13. *Quiescere.* Cessare faciam omne genus lætitiæ.

14. *Et dabo.* Vide dicta num. 4 et 5. — *Nec ædificaberis ultra.* Per longum tempus non ædificaberis: nam Isa., 23, 17, dicitur Tyrus instauranda post 70 annos.

15. *A sonitu ruinæ tuæ.* Propter sonitum et fragorem. — *Commovebuntur.* Concutientur, tremefient : sic n. 10 dixit, *movebuntur muri tui.*

16. *Descendent de sedibus suis.* Ut in terra sedeant more lugentium. * Vide Job., 2, 13. — *Principes maris.* Principes vicinarum insularum, quæ in mari sunt. — *Exuvias suas.* Pallia sua, ut in hebræo. * Vestes extimas. LXX habent, *mitras de capitibus suis.* — *Vestimenta sua varia.* Vestem suam acu pictam. — *Induentur stupore.* Veste lugubri, qualem assumunt qui præ dolore quodammodo stupent. *Induantur qui detrahunt mihi, pudore; et operiantur sicut diploide confusione sua*, ut ait Psaltes.

17. *Assumentes... lamentum.* Lamentabilem querimoniam inchoantes.

18. *Naves. Insulæ*, ut vertunt LXX; sed idem est; nam intelligit insulanos, qui navibus Tyrum veniebant, et emporium illud frequentabant. — *Pavoris tui.* LXX, *ruinæ tuæ.* — *Turbabuntur insulæ.* Est ejusdem sententiæ repetitio. — *Quod nullus egrediatur ex te.* Quod nimirum sis deserta et civibus vacua.

19. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Lorsque je vous aurai rendue toute déserte comme les villes qui ne sont plus habitées ; que j'aurai fait fondre une tempête sur vous, et que je vous aurai couverte d'un déluge d'eaux ;

20. Lorsque je vous aurai précipitée avec ceux qui descendent dans la fosse profonde, pour vous joindre à la multitude des morts éternels ; lorsque je vous aurai placée au fond de la terre avec ceux qui sont descendus dans le tombeau, pour être toujours inhabitée comme les solitudes de plusieurs siècles, et qu'en même temps j'aurai rétabli ma gloire dans la terre des vivants,

21. Je vous réduirai à rien : vous ne serez plus : et quoiqu'on vous cherche, on ne vous trouvera plus jamais, dit le Seigneur Dieu.

19. Quia hæc dicit Dominus Deus : Cum dedero te urbem desolatam, sicut civitates quæ non habitantur ; et adduxero super te abyssum, et operuerint te aquæ multæ ;

20. Et detraxero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, et collocavero te in terra novissima sicut solitudines veteres, cum his qui deducuntur in lacum, ut non habiteris ; porro cum dedero gloriam in terra viventium,

21. In nihilum redigam te, et non eris, et requisita non invenieris ultra in sempiternum, dicit Dominus Deus.

CHAPITRE XXVII.

Cantique lugubre sur la ruine de Tyr.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Vous donc, fils de l'homme, faites une plainte lugubre *sur* Tyr.

3. Et vous direz à cette ville, qui est située près de la mer, qui est le siége du commerce et du trafic des peuples de tant d'îles différentes : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : O Tyr ! vous avez dit en vous-même : Je suis d'une beauté parfaite,

4. Et je suis placée au milieu de la mer. Les peuples voisins qui vous ont bâtie n'ont rien oublié pour vous embellir.

5. Ils ont fait tout le corps et les divers étages de votre vaisseau de sapin de Sanir : ils ont pris un cèdre du Liban pour vous faire un mât.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Tu ergo, fili hominis, assume super Tyrum lamentum ;

3. Et dices Tyro quæ habitat in introitu maris ; negotiationi populorum ad insulas multas : Hæc dicit Dominus Deus : O Tyre, tu dixisti : Perfecti decoris ego sum,

4. Et in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificaverunt, impleverunt decorem tuum ;

5. Abietibus de Sanir extruxerunt te cum omnibus tabulatis maris ; cedrum de Libano tulerunt ut facerent tibi malum.

Cap. XXVII. — 2. *Assume super Tyrum lamentum.* Dans les grands deuils, il était d'usage chez les Juifs, de chanter l'éloge du mort, et de faire une élégie à l'occasion du malheur dont on venait d'être frappé. David fit une élégie sur la mort de Jonathas ; Jérémie sur celle de Josias. Le même prophète a composé ses *Lamentations* sur la ruine de Jérusalem. Ezéchiel vient d'annoncer la chute de Tyr. L'événement lui semble déjà accompli, et cette grande ruine lui inspire un cantique de deuil ou une lamentation.

4. *Finitimi tui qui te ædificaverunt.* Tyr était une colonie de Sidon. Elle avait éclipsé sa métropole, et exerçait une sorte de suprématie sur les autres villes de la Phénicie. C'est ainsi que les petites républiques, qui étaient au Nord et au Sud, le long du littoral, avaient contribué à sa splendeur. La mer ayant été la principale source de sa richesse, le Prophète la compare à un vaisseau. Horace a recours à la même allégorie, pour peindre l'état de la république romaine : *O navis, referent in mare te novi fluctus* (Odes., I, 14) ?

5. *Abietibus de Sanir.* Sanir, dit M. de Saulcy, est probablement la hauteur du Liban, appelée l'*Hermon*, qui est couverte de neige une partie de l'année. L'Hermon serait l'Anti-Liban, et le Sanir, le pic couvert de neige. Les Arabes appellent Sanir, la plus grande hauteur du Liban, entre Baalbeck et Beyrouth (*Dict. des Antiq. bibliq.*, pag. 802).

---

19. *Dedero te urbem desolatam.* Redegero in solitudinem. — *Abyssum.* Exercitum immensum. — *Aquæ multæ.* Copiosissimus exercitus. Vide dicta n. 3.

20. *Detraxero.* Hebr., *descendere fecero.* — *In lacum.* In foveam sepulcri, vel inferni. — *Ad populum sempiternum.* Ad multitudinem mortuorum, qui non resurgent usque ad finem mundi. — *In terra novissima.* Inferiori, scilicet in sepulcro et in inferno. — *Sicut solitudines veteres.* Similem ruinis antiquis, quarum vix ullum cernitur vestigium. — *Cum dedero gloriam in terra viventium.* Cum terram Israel restituero in pristinam gloriam. Terram Israel appellat terram viventium, quod in ea coleretur Deus verus et vivus, et quod in ea sepulti essent fideles et justi, suo tempore æternæ vitæ restituendi.

Cap. XXVII. -- 2. *Assume lamentum.* Lamentabilem querimoniam institue, ex commiseratione tantæ cladis Tyriorum.

3. *In introitu maris.* Hebr., *quæ habitas juxta ostia*, id est, portus maris. -- *Negotiationi populorum.* Dices Tyro, *negotiationi populorum*, id est, quæ cum omnibus populis negotiatur, usque ad remotissimas insulas. -- *Dixisti : Perfecti decoris ego sum.* Nimium tibi placuisti, visa tibi es omnium urbium pulcherrima.

4. *Et in corde maris sita.* Atque ideo munitissima et inexpugnabilis. -- *Finitimi tui.* Populi, qui regionem tibi vicinam habitant. -- *Impleverunt decorem tuum.* Sidonii, qui te ædificaverunt, omni te ornamentorum genere cumularunt.

5. *Abietibus.* Loquitur te urbe Tyro tanquam de navi abietibus ædificata. -- *De Sanir.* Sanir, vel Sarion est mons Hermon, qui Sanir dicitur, id est, nivosus, quia nivibus semper riget.

6. Quercus de Basan dolaverunt in remos tuos, et transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico; et prætoriola de insulis Italiæ.

7. Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum ut poneretur in malo, hyacinthus et purpura de insulis Elisa facta sunt operimentum tuum.

8. Habitatores Sidonis et Aradii fuerunt remiges tui; sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui.

9. Senes Giblii, et prudentes ejus, habuerunt nautas ad ministerium variæ suppellectilis tuæ; omnes naves maris, et nautæ earum, fuerunt in populo negotiationis tuæ.

10. Persæ, et Lydii, et Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui; clypeum, et galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo.

11. Filii Aradii cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu; sed

6. Ils ont mis en œuvre les chênes de Basan pour faire vos rames. Ils ont employé l'ivoire des Indes pour faire vos bancs, et ce qui vient des îles vers l'Italie, pour faire vos chambres et vos magasins.

7. Le fin lin d'Egypte tissu en broderie a composé la voile qui a été suspendue à votre mât: l'hyacinthe et la pourpre des îles d'Elisa ont fait votre pavillon.

8. Les habitants de Sidon et d'Arad ont été vos rameurs; et vos sages, ô Tyr! sont devenus vos pilotes.

9. Les vieillards de Gébal et les plus habiles d'entre eux ont donné leurs mariniers pour vous servir dans tout l'équipage de votre vaisseau. Tous les navires de la mer et tous les mariniers ont été engagés dans votre commerce *et* votre trafic.

10. Les Perses, ceux de Lydie, et ceux de Libye étaient vos gens de guerre dans votre armée : et ils ont suspendu en vous leurs boucliers et leurs casques, pour vous servir d'ornement.

11. Les Aradiens, avec leurs troupes, étaient tout autour de vos murailles : et les Pigmées qui

6. *Quercus de Basan.* C'était une vaste contrée qui s'étendait entre le Jourdain, le torrent de Jabok et l'Hermon. Il devait y avoir de belles forêts, dit M. de Saulcy, si l'on en juge par les jolis bois que l'on traverse en allant de Saled à Benias (*Dict. des Antiq. bibliq.*, pag. 122). — *De insulis Italiæ.* D'après l'Hébreu, les îles de *Kilthim*, que les uns prennent pour la Macédoine, et les autres pour les îles de Chypre, de Crète et de la Sicile. Les Hébreux désignaient sous le nom d'îles, tous les pays occidentaux où l'on ne va de chez eux que par mer.

10. *In exercitu tuo viri bellatores.* Comme toutes les puissances purement maritimes, Tyr n'avait pas d'armée nationale. Son territoire était trop peu étendu pour lui fournir les soldats nécessaires à sa défense. Elle se servait de son or pour acheter des hommes chez ses voisins, et elle n'avait ainsi que des troupes mercenaires. C'était ce que faisait Carthage, et ce fut une des causes de son infériorité dans sa lutte contre les Romains.

— *Cum omnibus tabulatis maris.* In Hebræo ad verbum est, *omnes tuas tabulas*, id est, utrumque tabularum ordinem. Naves enim duos habent ordines tabularum. Omnes navium, id est, domorum tuarum tabulæ erant abiegnæ. -- *Malum.* Aliqui intelligunt templum Jovis Olympii, et alia in Tyro ædificata.

6. *Basan.* Regio erat in tribu Manasse nemoribus et quercetis abundans. Vide Isa., 2, 13. — *Transtra.* Sunt remigum sedilia. — *Ex ebore.* In hebræo est, *ex dente*, sed ea voce ebur notatur, ut videre est III. Reg., 10, 18, et alibi. — *Prætoriola.* Cellulas intelligit, quæ in navibus ædificantur. Hac autem metaphora significantur palatia urbana et suburbana; quare LXX vertunt, *domos silvestres.* — *De insulis Italiæ.* Ex pretiosa materia allata ex transmarinis regionibus, ad quas Tyriæ naves ibant, solventes Italiam versus. Tales insulæ et regiones sunt Cyprus, Creta, Sicilia et ipsa Italia. Quare Chaldæus vertit, *de insulis Apuliæ.*

7. *Byssus varia.* Variis coloribus tincta. — *Texta est tibi in velum.* Significat aulæa, vestes omnis generis et tapetes eleganter elaboratos quales fiebant in Ægypto. — *Hyacinthus et purpura.* Lana et pannus hyacinthini, id est, violacei coloris. — *De insulis Elisa.* Aliqui interpretantur insulas Græciæ. Elisa enim fuit filius Javan, a quo culta et nuncupata est Græcia, quæ hebraice dicitur Javan. Alii aliter : nihil est certi. — *Operimentum tuum.* Quali operimente videmus triremes insterni, cum remiges cessant. Significatur hac metaphora omne vestimentorum et aulæorum genus, quo utebantur Tyrii.

8. *Aradii.* Incolæ insulæ Arados juxta Tyrum, cujus meminerunt Ptolemæus, Plinius, Adrianus et Stephanus de urbibus; dicta est ab Aradio, qui fuit nonus filius Chanaan, Genes., 10, 18. Significat navarchos et gubernatores navium fuisse Tyrios homines sapientes, nec externis hominibus ad gubernandas naves egusse : ad remigandum vero, et alia servilia opera alienigenis hominibus, ut Sidoniis et Aradiis, uti consuevisse.

9. *Senes Giblii.* In hebræo est, *senes Gebal.* Porro Gebal civitas est Phœniciæ, cujus mentio psalm., 82, 8 : *Gebal, et Ammon, et Amalech;* erantque Giblii nobiles fabri lignarii; nam cum Salomonis templum ædificaretur, ipsi ligna præparabant, III. Reg., 5, 18. — *Prudentes ejus.* Scilicet, Gebal. — *Habuerunt nautas.* Hoc est, ipsi navi prœerant, et sub se nautas habebant, qui navis supellectili et ejus instrumentis utebantur, prout navarchi et gubernatores imperabant. In hebræo est : *Sapientes ejus instauraverunt in te rimas tuas.* Boni enim consiliarii aut gubernatoris est curare ne corruptelæ, quasi per rimas, in navim reipublicæ subeant. — *Omnes naves.* Non erat necesse ut longe ad negotiandum ires; nam toto mari ad te nautæ mercatoresque confluebant, et merces in emporium comportabant.

10. *Persæ, et Lydii.* Omnes gentes serviebant tibi : ignobiles quidem in artibus fabrilibus, ut Sidonii, Aradii, Giblii; nobiles vero et fortes in bello, ut Persæ, Lydii et Afri, qui tempore belli præsidio tibi erant, tempore vero pacis suspensis clypeis et galeis ornamento.

11. *Erant super muros tuos.* Custodiebant te, sicut Helvetii nunc plerasque aliarum gentium urbes custodire solent. — *Pygmæi.* Id est, *pugnatores;* sit dicti ἀπο πυγμης, id est, a certamine et pugilatu quo valebant. In hebræo est, *gammadim*, quod Chaldæus vertit, *Cappadoces;* LXX, *custodes.*

étaient sur vos tours, ont suspendu leurs carquois le long de vos murs, afin qu'il ne manquât rien à votre beauté.

12. Les Carthaginois trafiquaient avec vous, en vous apportant toutes sortes de richesses, et remplissant vos marchés d'argent, de fer, d'étain et de plomb.

12. La Grèce, Thubal, Mosoch, entretenaient aussi votre commerce, et amenaient à votre peuple des esclaves et des vases d'airain.

14. On a amené de Thogorma dans vos marchés, des chevaux, des cavaliers et des mulets.

15. Mes enfants de Dédan, ont trafiqué avec vous. Votre commerce s'est étendu en plusieurs îles; et ils vous ont donné, en échange de vos marchandises, des dents d'ivoire et de l'ébène.

16. Les Syriens ont été engagés dans votre trafic, à cause de la multitude de vos ouvrages; et ils ont exposé en vente dans vos marchés, des perles, de la pourpre, de petits écussons, du fin lin, de la soie, et toutes sortes de marchandises précieuses.

17. Les peuples de Juda et d'Israël ont entretenu aussi leur commerce avec vous; et ils ont apporté dans vos marchés le plus pur froment, le baume, le miel, l'huile et la résine.

et Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum; ipsi compleverunt pulchritudinem tuam.

12. Carthaginenses negotiatores tui, a multitudine cunctarum divitiarum, argento, ferro, stanno, plumboque, repleverunt nundinas tuas.

13. Græcia, Thubal, et Mosoch, ipsi institores tui; mancipia, et vasa ærea advexerunt populo tuo.

14. De domo Thogorma, equos, et equites, et mulos adduxerunt ad forum tuum.

15. Filii Dedan negotiatores tui; insulæ multæ negotiatio manus tuæ; dentes eburneos, et hebeninos commutaverunt in pretio tuo.

16. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, et purpuram, et scutulata, et byssum, et sericum, et chodchod proposuerunt in mercatu tuo.

17. Juda et terra Israel ipsi institores tui in frumento primo, balsamum, et mel, et oleum, et resinam proposuerunt in nundinis tuis.

12. *Carthaginenses negotiatores tui.* Carthage était une colonie de Tyr. Il y avait environ 300 ans que cette ville avait été fondée, par la princesse Elissar, qui s'était mise, vers l'an 869, à la tête de l'émigration du parti aristocratique tyrien, et qui s'était retirée en Afrique, pour fuir la prépondérance du parti démocratique, et la tyrannie du roi Pygmalion.

13. *Thubal, et Mosoch.* Thubal et Mosoch, dit M. Lenormand, désignent les contrées du Nord de l'Asie Mineure, dans le voisinage de la mer Noire, patrie des Tibaréniens et des Moschiens. Quant à Thogorma, c'est l'Arménie. Qui ne sait que les produits dont parle le Prophète, sont précisément ceux que les mêmes contrées ont fournis jusqu'à nos jours? La conquête russe seule a mis fin au commerce d'esclaves, que la Géorgie et la Circassie, entretenaient avec tous les pays musulmans, et par lequel elles peuplaient les harems de la Turquie et de la Perse. Lorsque Xénophon, à la tête des dix mille, arriva dans le pays des Carduques, il fut frappé de la quantité d'ustensiles de métal que possédait ce peuple; tout à côté, les Chalybes étaient renommés pour leur métallurgie. Le cuivre n'est pas moins commun aujourd'hui dans la même région, qu'il l'était jadis. Enfin, l'Arménie est encore de nos jours un pays riche en chevaux de la plus belle espèce (*Manuel d'histoire ancienne*, tom. II, pag. 330-331).

16. *Et sericum.* Les Syriens connurent la soie, par les relations qu'ils avaient avec Babylone, dont les caravanes pénétraient dans le centre de l'Asie, jusque dans la Boukharie et le Petit-Thibet. On sait que les Romains désignaient la partie orientale de l'Asie, qu'ils ne connaissaient que vaguement, sous le nom du pays de la soie (*pays des Séres*). Voyez dans notre atlas, la carte du monde connu des anciens.

---

12. *Carthaginenses.* Carthago enim filia et colonia fuit Tyri; itaque frequens erat commercium inter duas has urbes. — *A multitudine.* Præ multitudine.

13. *Thubal.* Id est, Iberi, Hispani, qui nati ex Thubal filio Japheth. Alii Italos esse putant. Vide dicta Genes., 10, 2. — *Mosoch.* Cappadoces ex Mosoch filio Japheth, sic appellati Genes., 10, 2.

14. *De domo.* De natione et gente. — *Thogorma,* id est, Phrygiæ. Alii Germanos interpretantur. — *Equites.* Tum milites, tum aurigas, qui equos et currus regunt. In hebræo pro *equos, equites, mulos,* sunt hæ tres voces, *susim, parascim, peradim.* Prima vox *susim,* significat equos communes et curules; secunda, *parascim,* equos militares, acres et bellicosos; tertia *peradim,* quod noster vertit *mulos,* equorum genus proprium Syriæ, aptum ad bellum et velox ad cursum. Vide Pinedam de rebus Salomonis, lib. 3, cap., 9.

15. *Filii Dedan.* LXX, *filii Rhodiorum.* — *Negotiatio manus tuæ.* Tecum negotiantur. * Veniebant emptum opera manuum tuarum. — *Hebeninos.* Factos ex hebeno, quod pretiosi ligni genus est vulgo notum. Chaldæus et alii vocem hebraicam *houbenim, pavones* interpretantur. — *In pretio tuo.* Pretio a te numerato.

16. *Propter multitudinem operum.* Ut sibi compararet merces quæ in te miro artificio fiebant. — *Scutulata.* Squamatas vestes, et quasi scutis distinctas. * Vel scutulatæ vestes dicuntur ἀπο της σκυταλης, quod quasi virgis distinctæ sint. Itali dicunt : *Lavoro fatto a vergato.* — *Chodchod.* Fatetur D. Hieronymus nescire se quid hoc nomen proprie significet, ideoque illud non est interpretatus, sed integrum reliquit, quod et LXX fecerunt. Aliqui *gemmas* aut *margaritas* vertunt, alii *carbunculum*, alii *rubinum*, alii *adamantem*. Nihil est certi.

17. *Frumento primo.* Optimo.

18. Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diversarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi ;

19. Dan, et Græcia, et Mosel, in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum; stacte, et calamus in negotiatione tua.

20. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum.

21. Arabia, et universi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ; cum agnis, et arietibus, et hœdis venerunt ad te negotiatores tui.

22. Venditores Saba, et Reema, ipsi negotiatores tui; cum universis primis aromatibus, et lapide pretioso, et auro, quod proposuerunt in mercatu tuo.

23. Haran, et Chene, et Eden, negotiatores tui; Saba, Assur, et Chelmad, venditores tui;

24. Ipsi negotiatores tui multifariam involucris hyacinthi, et polymitorum, gazarumque pretiosarum, quæ obvolutæ et astrictæ erant funibus; cedros quoque habebant in negotiationibus tuis.

25. Naves maris, principes tui in ne-

18. Damas trafiquait avec vous, et en échange de vos ouvrages si différents, il vous apportait de grandes richesses, et du vin excellent, et des laines d'une couleur *vive* et éclatante.

19. Dan, *la* Grèce *et* Mosel ont exposé en vente dans vos marchés des ouvrages de fer poli : et vous avez fait un trafic de casse et de cannes d'excellente odeur.

20. Ceux de Dédan trafiquaient avec vous pour les housses magnifiques de chevaux.

21. L'Arabie et tous les princes de Cédar étaient aussi engagés dans votre commerce, et ils venaient tous amener leurs agneaux, leurs béliers et leurs boucs.

22. Saba et Réema, venaient de même vendre et acheter avec vous ; et ils exposaient dans vos marchés tous les plus excellents parfums, les pierres précieuses et l'or.

23. Haran, Chéné et Eden entraient pareillement dans votre trafic. Saba, Assur et Chelmad venaient vous vendre leurs marchandises;

24. Ils entretenaient un grand trafic avec vous, et ils vous apportaient des balles d'hyacinthe, d'ouvrages en broderie, et de meubles précieux qui étaient enveloppés et liés de cordes : et ils trafiquaient encore avec vous pour des bois de cèdre.

25. Les vaisseaux ont entretenu votre princi-

21. *Arabia, et universi principes Cedar.* Auparavant, le Prophète a exposé le commerce que faisaient les Tyriens avec le Nord ; ici il nous montre les rapports de leurs caravanes avec le Sud, c'est-à-dire avec les différentes contrées de l'Yémen, de l'Arabie Pétrée, et du pays d'Oman. Cédar était au midi de l'Arabie Déserte. Saba et Reema étaient dans l'Arabie Heureuse.

23. *Haran, Chene.* Ces différentes villes indiquent le commerce que les Tyriens faisaient avec le Levant. Ainsi, d'après les renseignements si précieux pour l'histoire et la géographie, que ce chapitre renferme, le commerce de Tyr avait une triple direction. Au Midi, c'était le commerce arabico-indien ; au Nord, le commerce arménico-caucasien, et au Levant, le commerce assyro-babylonien, s'étendant jusqu'aux extrémités de l'Asie orientale. — *Chéné* est pour quelques interprètes, Ctésiphon sur le Tigre.

---

18. *In multitudine operum tuorum.* Propter multitudinem pretiosarum rerum, quæ miro artificio in te fiunt, ut versu 16. — *In multitudine.* Propter multitudinem diversarum opum quæ apud te sunt, ad te venient Damasceni negotiatores; vel sensus est : Damascenus negotiatur tecum omni genere mercium. — *In vino pingui.* Vino generoso. Chaldæus et rabbi Salomon *vinum coctum* interpretantur.

19. *Dan.* Urbs in finibus Israel ad aquilonem cujus mentio I. Reg., 3, 20, et alibi. — *Mosel.* Loci nomen ; ubi is sit nemo explicat. Vatabl., accipit Mosel ut appellativum nomen, et vertit, *Græcus vagabundus*, hoc est, huc illucque discurrens negotiationis causa. — *Stacte.* Est myrrha stillatitia, quæ purissima est et optima; ita dicitur ἀπο του σταζειν, quod *stillare* significat. — *Calamus.* Non est cinnamomum, sed aliud aroma odoratum, de quo Plin., lib. 12, c. 22. — *In negotiatione tua.* In nundinis tuis.

20. *Dedan.* Vide supra, n. 15. — *In tapetibus ad sedendum.* Tapetes intelligit, quibus insternebantur currus ; quare in hebræo est, *in pannis pretiosis pro curribus.*

21. *Cedar.* Arabiæ regio in Agarenorum solitudine, sic appellata Cedar filio Ismaelis — *Negotiatores manus tuæ.* LXX habent, *ipsi negotiatores tui per manum tuam;* id est, tecum miscent commercia, et tuis manibus merces Tyrias accipiunt, et ipsi vicissim in manus tuas tradunt agnos, arietes, etc., quos tibi vendunt quippe pastores.

22. *Saba, et Reema.* Sabæorum gens, thure et aromatibus nobilis. Reema vero urbs est Arabiæ Felicis. — *Primis aromatibus.* Optimis, pretiosissimis.

23. *Haran.* Charræ Parthorum. — *Chene.* Urbis nomen est, quod hoc tantum loco reperitur in sacris Litteris. LXX terram Chanaan esse putaverunt. — *Eden.* Regio Syriæ amœnissima juxta Damascum, ut colligitur Amos, c. 1, n. 5, ex hebræo, ubi Adamum formatum et paradisum fuisse multi putant. — *Assur.* Assyrii. — *Chelmad.* Chaldæus *Mediam* interpretatur. Vox Chelmad hoc tantum loco legitur.

24. *Multifariam.* In omnis generis mercibus; in omnimoda varietate mercium. — *Involucris hyacinthi.* Cum involucris, quibus lanam et pannos hyacinthini coloris portant; hæc involucra italice appellamus *balle.* — *Polymitorum.* Vestis, aut pannorum varii coloris filis contextorum et variegatorum.

25. *Naves maris.* Naves tuæ inter reliquas, quæ ultro citroque commeant et per mare discurrunt, præcipuæ sunt. In hebræo enim est, naves tuæ, *saroth*, *principes*, feminini generis, ut ostendit vocis hebraicæ terminatio. Vulgatæ editionis sensus esse potest : naves tuæ sunt principes tui, id est, principem primumque locum tenent in tua negotiatione, ut videantur esse principes tuæ mercaturæ. — *Repleta.* Divitiis et populo. — *In corde maris.* Negotiatione maritima. Hebr., *in medio marium :* ita dicit, quia Tyrus erat insula.

pal commerce. Vous avez été comblée de biens, et élevée dans la plus haute gloire, au milieu de la mer.

26. Vos rameurs vous ont conduite sur les grandes eaux : mais le vent du midi vous a brisée au milieu de la mer.

27. Vos richesses, vos trésors, votre équipage si grand et si magnifique, vos mariniers et vos pilotes, qui disposaient de tout ce qui servait à votre grandeur et à votre usage, vos gens de guerre qui combattaient pour vous, avec toute la multitude de peuple qui était au milieu de vous, tomberont tous ensemble au fond de la mer au jour de votre ruine.

28. Les cris et les plaintes de vos pilotes épouvanteront les flottes;

29. Tous ceux qui tenaient la rame descendront de leurs vaisseaux : les mariniers avec tous les pilotes se tiendront sur terre.

30. Ils déploreront vos maux avec de grandes plaintes; ils crieront dans leur douleur; ils se jetteront de la poussière sur la tête, ils se couvriront de cendre;

31. Ils se raseront les cheveux, se vêtiront de cilices; et dans l'amertume de leur cœur ils verseront des larmes sur vous, avec un regret sensible *et* cuisant.

32. Ils feront sur vous des plaintes lugubres; ils déploreront votre malheur, en disant : Où trouvera-t-on une ville semblable à Tyr, qui est devenue muette au milieu de la mer?

33. *O Tyr!* qui par votre commerce sur la mer avez comblé de biens tant de nations différentes; qui, par la multitude de vos richesses et par l'abondance de vos peuples, avez enrichi les rois de la terre,

34. La mer maintenant vous a brisée; vos richesses sont au fond de ses eaux, et toute cette multitude de peuple qui était au milieu de vous est tombée *et* périe avec vous.

35. Vous êtes devenue un sujet de surprise et d'étonnement à tous les habitants des îles : et tous les rois abattus par cette tempête ont changé de visage.

gotiatione tua; et repleta es, et glorificata nimis in corde maris.

26. In aquis multis adduxerunt te remiges tui; ventus auster contrivit te in corde maris.

27. Divitiæ tuæ, et thesauri tui, et multiplex instrumentum tuum, nautæ tui et gubernatores tui, qui tenebant supellectilem tuam, et populo tuo præerant; viri quoque bellatores tui qui erant in te, cum universa multitudine tua quæ est in medio tui; cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.

28. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes;

29. Et descendent de navibus suis omnes qui tenebant remum; nautæ et universi gubernatores maris in terra stabunt;

30. Et ejulabunt super te voce magna, et clamabunt amare; et superjacient pulverem capitibus suis, et cinere conspergentur.

31. Et radent super te calvitium, et accingentur ciliciis, et plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo.

32. Et assument super te carmen lugubre, et plangent te : Quæ est ut Tyrus quæ obmutuit in medio maris?

33. Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos; in multitudine divitiarum tuarum, et populorum tuorum, ditasti reges terræ,

34. Nunc contrita es a mari, in profundis aquarum opes tuæ, et omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderunt.

35. Universi habitatores insularum obstupuerunt super te: et reges earum omnes tempestate perculsi mutaverunt vultus.

---

26. *In aquis multis.* In aquas multas, id est, in altum mare, et in ejus pericula adduxerunt te remiges tui; id est, cives tui, qui putabant se promovere felicem statum tuum. — *Ventus auster.* Nabuchodonosor intelligit, qui per austrum ventum procellosum significatur. Vel dicitur etiam auster, quia expugnata Jerusalem, quæ Tyro est ad austrum, ad oppugnandam Tyrum ipsam progressus est Nabuchodonosor. — *In corde maris.* Tyrus enim erat insula, ut diximus versiculo superiori.

27. *Multiplex instrumentum tuum.* Omnis tua supellex. — *In corde maris.* In ipsum pelagus.

28. *A sonitu.* Præ sonitu. — *Conturbabuntur classes.* Quæ longe stabunt in mari.

29. *Descendent de navibus.* Non amplius navigare poterunt; vel descendent, ut humi jaceant luctus gratia, ut patet ex sequentibus.

30. *Superjacient.* More lugentium, qui pulvere et cinere aspergebantur. Vide Josue, 7, 6. Job., 2, 12.

31. *Radent... calvitium.* Alter mos lugentium rasura capitis calvitium facere, et cilicio indui, ut supra, c. 7, n. 18.

32. *Assument... carmen lugubre.* Instituent lugubrem lamentationem. — *Quæ est ut Tyrus?* Quænam urbs tam miserabilis est ut Tyrus, quæ, licet munitissima et mari undique cincta, tamen eversa est. — *Obmutuit.* Deleta est, periit. Hebræi dicunt silere, aut tacere, aut obmutescere, pro ita perire, ut ejus memoria non remaneat. Exempla habes Isa., 51. 1; Jerem., 25, 37.

33. *In exitu negotiationum tuarum.* Exportatione mercium per mare populos implebas. Vel, ut est in Hebr., *saturabas.* — *Populorum tuorum.* Civium tuorum mercimoniis deditorum. In hebræo est, *mercium tuarum*, vel *negotiationum tuarum.*

34. *Nunc contrita es.* In mari videbaris tibi inexpugnabilis, sed Chaldæi in mare projecerunt cives et opes tuas.

35. *Tempestate perculsi.* Tua clade perculsi timuerunt ne idem sibi accideret. — *Mutaverunt vultus.* Timore expalluerunt.

36. Negotiatores populorum sibilaverunt super te; ad nihilum deducta es, et non eris usque in perpetuum.

36. Les marchands de tous les peuples vous ont considérée comme l'objet de leurs railleries *et* de leurs insultes. Vous êtes réduite dans le néant, et vous ne serez jamais rétablie.

CHAPITRE XXVIII.

Prophétie sur le roi de Tyr et sur Sidon.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, dic principi Tyri : Hæc dicit Dominus Deus : Eo quod elevatum est cor tuum, et dixisti : Deus ego sum, et in cathedra Dei sedi in corde maris; cum sis homo et non Deus, et dedisti cor tuum quasi cor Dei.

3. Ecce sapientior es tu Daniele; omne secretum non est absconditum a te.

4. In sapientia et prudentia tua fecisti tibi fortitudinem; et acquisisti aurum et argentum in thesauris tuis.

5. In multitudine sapientiæ tuæ, et in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem; et elevatum est cor tuum in robore tuo.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Eo quod elevatum est cor tuum quasi cor Dei;

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

2. Fils de l'homme, dites au prince de Tyr : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que votre cœur s'est élevé, et que vous avez dit : Je suis dieu, je suis assis sur la chaire de Dieu, au milieu de la mer, quoique vous ne soyez qu'un homme, et non pas *un dieu*, et parce que votre cœur s'est élevé, comme si c'était le cœur d'un dieu.

3. Car vous avez cru être plus sage que Daniel, et qu'il n'y avait point de secret qui vous fût caché.

4. Vous vous êtes rendu puissant par votre sagesse et votre prudence, et vous avez amassé de l'or et de l'argent dans vos trésors.

5. Vous avez accru votre puissance par l'étendue de votre sagesse, et par la multiplication de votre commerce; et votre cœur s'est élevé dans votre force.

6. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que votre cœur s'est élevé comme si c'était le cœur d'un dieu,

36. *Negotiatores populorum sibilaverunt super te.* Qui n'admirerait, dit Mgr Plantier, ce mot si profond et si vrai? On ne saurait mieux définir le caractère des nations marchandes. L'amour du commerce et de l'or étouffe en elles toute espèce de sentiments généreux. Quiconque peut lutter avec elles d'industrie, excite dans leurs âmes une jalousie frémissante. Leurs vœux les plus ardents, sont de voir tomber les peuples qui leur portent ombrage, et si, par hasard, ils s'affaissent et s'anéantissent, au lieu de gémir, comme devraient le faire des cœurs nobles et sensibles, elles s'applaudiront plutôt de leurs ruines, et passeront, comme l'a dit le Prophète, en sifflant de joie sur leurs débris (*Etudes littéraires sur les poëtes bibliques*, tom. II, pag. 78).

Cap. XXVIII. — 2. *Dic principi Tyri.* Nous croyons, avec D. Calmet, que le roi de Tyr, auquel s'adresse cette prophetie, était Ethbaal II, qui s'était ligué avec Sédécias, contre le roi de Babylone, et que Nabuchodonosor renversa. Tous les souverains de l'Asie étaient absolus et se faisaient adorer comme des dieux, ainsi que le prouve l'histoire des rois de Babylone. Il n'est donc pas étonnant que le roi de Tyr, qui était si opulent, se soit dit dieu, à l'exemple de tous ceux qui étaient à la tête d'un royaume quelconque.

3. *Sapientior es tu Daniele.* Ces paroles sont un hommage rendu à la sagesse de Daniel, qui était devenue en quelque sorte proverbiale parmi les Juifs. Il y avait 14 ou 16 ans qu'il avait expliqué à Nabuchodonosor son songe de la statue, il vivait à la cour de ce prince, et était regardé comme un des hommes les plus éclairés de son empire.

5. *Et elevatum est cor tuum.* Il y a encore une foule d'hommes que la fortune enivre et éblouit. Au lieu de rapporter à Dieu les succès qu'ils ont eus dans leur commerce, ils ne les attribuent qu'à leur intelligence et à leur habileté, ils s'enorgueillissent de leur fortune, et irritent le Seigneur par leur orgueil.

---

36. *Sibilaverunt.* Vel quasi stupentes, vel potius quasi irridentes. — *Non eris usque in perpetuum.* In longum tempus, scilicet ad 70 annos, ut dicitur Isa., 23, 15. Vel sensus est : nunquam ad pristinam gloriam et opes redibis.

Cap. XXVIII. — 2. *Principi Tyri.* Hæc ad litteram de rege Tyri dicuntur, sed ita ut Luciferi ruinæ conveniant, cujus superbiam rex fuerat imitatus. — *Eo quod elevatum est cor tuum.* Sententia suspensa est usque ad versum septimum, ubi completur. — *Dixisti.* Apud te, id est, cogitasti te similem esse Deo. *In cathedra Dei sedi.* In loco edito et inaccesso, in hoc excelso throno eminentis rupis mari undique cinctæ; sicut Deus in cœlo, quo nemo pervenire potest. — *Dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Ingentes spiritus et animos gessisti, ac si esses Deus.

3. *Sapientior es tu Daniele.* Tuo scilicet judicio. Hinc apparet adeo jam fuisse celebrem, præsertim in Chaldæa, ubi Ezechiel vaticinabatur, sapientiam Danielis, ut proverbio de homine sapientissimo diceretur, *sapientior Daniele.* — *Omne secretum.* Nullum secretum te latet, ut tu putas.

4. *In sapientia.* Sapientia et intelligentia tua, ut tibi videtur. — *Fortitudinem.* Opes, substantiam, divitias. — *In thesauris tuis.* Quod in thesauros tuos reposuisti.

5. *Fortitudinem.* Divitias, ut numero præcedenti. — *In robore tuo.* In opibus tuis, propter opes tuas. Aliqui per robur militares copias intelligunt.

7. Je ferai venir contre vous des étrangers, les plus puissants d'entre les peuples; et ils viendront l'épée à la main exterminer votre sagesse avec tout son éclat; et ils souilleront votre beauté.

8. Ils vous tueront et vous précipiteront du trône, et vous mourrez dans le carnage de ceux qui seront tués au milieu de la mer.

9. Direz-vous encore, lorsque vous serez devant vos meurtriers, lorsque vous serez sous la main de ceux qui vous ôteront la vie : Je suis un dieu, vous qui n'êtes qu'un homme, et non pas un dieu?

10. Vous mourrez de la mort des incirconcis et par la main des étrangers, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu.

11. Le Seigneur m'adressa encore sa parole et me dit : Fils de l'homme faites un grand deuil sur le roi de Tyr;

12. Et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Vous étiez le sceau de la ressemblance *du Très-Haut*. Vous étiez plein de sagesse et parfait en beauté;

13. Vous avez été dans les délices du paradis de Dieu; votre vêtement était enrichi de toutes sortes de pierres précieuses; la sardoine, la topaze, le jaspe, la chrysolithe, l'onyx, le béryllе, le saphir, l'escarboucle, l'émeraude et l'or ont

7. Idcirco ecce ego adducam super te alienos, robustissimos gentium; et nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, et polluent decorem tuum.

8. Interficient, et detrahent te; et morieris in interitu occisorum in corde maris.

9. Numquid dicens loqueris : Deus ego sum coram interficientibus te; cum sis homo, et non Deus, in manu occidentium te?

10. Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum; quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

11. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis, leva planctum super regem Tyri;

12. Et dices ei : Hæc dicit Dominus Deus : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, et perfectus decore,

13. In deliciis paradisi Dei fuisti; omnis lapis pretiosus operimentum tuum; sardius, topazius, et jaspis, chrysolitus, et onyx, et berillus, sapphirus, et carbunculus, et smaragdus; aurum opus

8. *Interficient, et detrahent te*. L'Hébreu porte : Ils vous feront descendre dans l'abîme. Nous faisons cette remarque, parce que le roi de Tyr, Ethbaal II, ne fut pas tué. Nabuchodonosor lui enleva sa couronne, et la donna à un individu nommé Baal, qui régna pendant dix ans à sa place. C'est ce que rapporte Josèphe (*Contra Apionem*, lib. I, cap. 7). Ethbaal fut emmené en captivité à Babylone, et complètement dégradé.

12. *Tu signaculum similitudinis*. Ces paroles sont le commencement d'une élégie particulière, sur la chute du roi de Tyr. Le Seigneur a dit au Prophète : *Leva planctum* (Cf. supr., XXVII). D. Calmet croit que ce début est ironique. On pourrait l'entendre ainsi : Vous vous croyiez le sceau ou l'image de Dieu, vous vous supposiez plein de sagesse, etc.

13. *In deliciis paradisi*. Ces expressions sont si extraordinaires, qu'on ne peut plus les appliquer littéralement au roi de Tyr. Les saints Pères ont vu dans ce roi, le symbole du démon, et ont entendu ce passage de Lucifer. C'est ainsi qu'Isaïe, en annonçant la chute du roi de Babylone, compare cet odieux tyran au prince des ténèbres : *Quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris!* s'écrie-t-il (chap. XIV, 12).

---

7. *Alienos*. Gentes barbaras, Chaldæos, qui inter omnes gentes robustissimi sunt. — *Super pulchritudinem*. Contra pulchritudinem tuam, aut auferant abs te quidquid pulchri et pretiosi tua sapientia tibi videris comparasse, et fœdent decorem tuum.

8. *Interficient et detrahent te*. In Hebræo est, *ad foveam descendere facient te*. In abyssum tui maris demergent te. — *In interitu occisorum*. Morte violenta, et multis confossus vulneribus.

9. *Numquid dicens loqueris?* An jactabis te esse Deum, cum fueris coram interfectoribus tuis, cum sis homo, et non Deus, et in manus eorum veneris qui te occident? quasi dicat : Nullo modo.

10. *Morte incircumcisorum*. Ab incircumcisis occideris, quod apud Hebræos ignominiosum erat : sic dixit Saul armigero suo, I. Reg., 31, 4 : *Evagina gladium tuum, et percute me, ne forte veniant incircumcisi isti, et interficiant me, illudentes mihi*. Hunc sensum verba sequentia confirmant, *in manu alienorum*. Vel sensus est : morte impiorum, quales sunt incircumcisi, morieris, qui plerumque infelicem et miserabilem vitæ exitum sortiuntur. Italice diceremus : *Morire come un Turco*. * Vel, risisti circumcisos; ideo volo ut incircumcisi tibi mortem inferant. — *In manu alienorum*. Chaldæorum gladiis.

11. *Leva planctum*. Plange magna voce, ejula.

12. *Tu signaculum similitudinis*. * Id est, annulus signatorius optime figuratus; quasi dicat : Diligentissime custodiebaris, ut annulus splendidus multæ artis. Vel tu eras expressa imago, et re exhibita, similitudinis, id est, perfectissimæ ideæ potentis et sapientis principis. Vox Hebræa *chotem*, verti potest, *signans*, scilicet *numerum*, subintelligendo vocem *tachnit*, quæ summam et numerum significat, id est, tu eras claudens et in summam redigens numerum, quod italice diceremus : *La somma, il compendio di tutte le perfezioni*.

13. *In deliciis paradisi*. Adeo felix eras, et adeo omnium bonorum copia affluebas, ut in paradiso terrestri esse videreris, omni genere pretiosorum lapidum coopertus. — *Aurum opus decoris tui*. Auro artificiose et decore elaborato te condecorasti. — *Et foramina tua*. In Hebræo est : *Opus tympanorum tuorum, et tibiarum tuarum in te, in die qua creatus fuisti, præparata fuerunt*. Id est, resonantibus in domo tua omnibus instrumentis musicis, natus es, * vel regno admotus. Itaque noster interpres foramina pro fistulis posuit et tibiis, quæ foraminibus plenæ sunt. * Tympana hic aliqui esse volunt margaritas, quibus una tantum est facies, et ab ea rotunditas, inversis planities, teste Plin., lib. 9, c. 35. Foramina autem sunt margaritarum lineæ. Italice dicimus. *Filze di perle*.

decoris tui; et foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt.

14. Tu cherub extentus, et protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti.

15. Perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te.

16. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, et peccasti; et ejeci te de monte Dei, et perdidi te, o cherub protegens, de medio lapidum ignitorum.

17. Et elevatum est cor tuum in decore tuo; perdidisti sapientiam tuam in decore tuo, in terram projeci te; ante faciem regum dedi te, ut cernerent te.

18. In multitudine iniquitatum tuarum, et iniquitate negotiationis tuæ, polluisti sanctificationem tuam; producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, et dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te.

19. Omnes qui viderint te in gentibus, obstupescent super te; nihili factus es, et non eris in perpetuum.

20. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

21. Fili hominis, pone faciem tuam contra Sidonem; et prophetabis de ea.

22. Et dices : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, Sidon, et glo-

été employés pour relever votre beauté; et les instruments les plus excellents ont été préparés pour solenniser le jour auquel vous avez été créé.

14. Vous étiez un chérubin qui étend ses ailes, et qui protége les autres. Je vous ai établi sur la montagne sainte de Dieu, et vous avez marché au milieu des pierres étincelantes.

15. Vous étiez parfait dans vos voies au jour de votre création jusqu'à ce que l'iniquité a été trouvée en vous.

16. *Mais comme* dans la multiplication de votre commerce vos entrailles ont été remplies d'iniquité, vous êtes tombé dans le péché; et je vous ai chassé de la montagne de Dieu. Je vous ai exterminé, ô chérubin! qui protégez les autres du milieu des pierres étincelantes.

17. Car votre cœur s'est élevé dans votre éclat; vous avez perdu la sagesse dans votre beauté. Je vous ai précipité en terre: je vous ai exposé devant la face des rois, afin qu'ils jetassent les yeux sur vous.

18. Vous avez violé la sainteté de votre demeure par la multitude de vos iniquités, et par les injustices de votre commerce. C'est pourquoi je ferai sortir du milieu de vous un feu qui vous dévorera, et je vous réduirai en cendre sur la terre aux yeux de tous ceux qui vous verront.

19. Tous ceux qui vous considéreront parmi les peuples en seront frappés d'étonnement. Vous avez été anéanti, et vous ne serez plus pour jamais.

20. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

21. Fils de l'homme, tournez votre visage contre Sidon, et prophétisez contre cette ville.

22. Dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, *ô* Sidon! Je serai glorifié au

18. *In multitudine iniquitatum tuarum.* Ces richesses excessives, qui avaient fait l'orgueil du roi de Tyr et de sa nation, leur furent funestes. Elles excitèrent les convoitises des Babyloniens et elles introduisirent, dans cette cité, des mœurs efféminées qui l'énervèrent et la conduisirent à sa perte.

---

14. *Tu cherub.* Similis fuisti cherub propter scientiam et decorem; nam fuisti *signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore*, ut dixit n. 12. Comparat etiam cherub, quia quasi sub alis populum suum protegebat, ut statim duobus epithetis declarat, *extentus et protegens.* Alludit etiam ad cherubim, qui erant in templo Salomonis, qui extentis alis propitiatorium protegebant. — *In monte sancto Dei.* Tyrus sita erat intra fines terræ sanctæ, scilicet in tribu Aser, licet nunquam Hebræi illam possederint. Ideo dicitur mons sanctus Dei. * Vel sensus est : quemadmodum cherubim in templi Hierosolymitani adyto erant (quod vocatur mons sanctus), ita tu in loco qui videbatur ad vim omnem inaccessus. — *Lapidum ignitorum.* Gemmarum micantium, et quasi fulgurantium, quibus ornabaris.

15. *Perfectus in viis tuis.* Potens eras, et quidquid volebas, effectum dabas; vel ad voluntatem et nutum tibi omnia succedebant. Ita Maldonat., LXX habent, *fuisti immaculatus in diebus tuis.* Ab infantia didicisti bene et perfecte vivere, et virtutis iter aliquandiu tenuisti.

16. *In multitudine negotiationis.* Propter multitudinem negotiationis et divitiarum, quæ et negotiatione conficiuntur; quasi dicat : Mercatura et divitiæ fuerunt tibi causa et occasio avaritiæ, injustitiæ, luxus, superbiæ et omnium vitiorum. * Vel sensus est : cum ex negotiatione tua et justis commerciis rem facile posses facere, repleta sunt interiora tua, id est, thesauri tui, iniquitate, hoc est, rebus male partis et raptis. — *De medio lapidum ignitorum.* Gemmatas vestes abstrahens a te, et omnem regium cultum et ornatum.

17. *In decore tuo.* Propter decorem tuum, quo in superbiam elatus es. — *Ante faciem regum dedi te.* Efficiam ut in conspectum regum captivus ducaris, sicut Sedecias in conspectum regis Babylonis ductus est, IV. Reg, 25, 26. — *Ut cernerent te.* LXX, *ut dehonestareris.*

18. *Polluisti sanctificationem tuam.* Montem sanctum Dei, in quo tanquam cherub esse videbaris. — *Producam ergo ignem.* Faciam ut ex peccatis tuis pœna nascatur, qua consumaris; sicut aliquando ædes conflagrant igne dominato.

19. *Nihili factus es.* In nihilum redactus. In hebræo est, *terror eris*, id est, omnes qui te viderent, timorem exemplo tuo concipient.

21. *Pone faciem tuam.* Converte ad Sidonem orationem tuam, et libere constanterque loquere contra illam.

22. *Ecce ego ad te.* Venio ultor, vel loquor. -- *Glorificabor.* Puniendo te, gloriam meam ostendam. -- *Cum fecero in ea judicia.* Cum in te justam punitionem exercuero. Mutat personam veluti convertens orationem ad auditores. -- *Et sanctificatus fuero.* Cum eam puniens declaravero me justum esse, ac sanctum.

milieu de vous : et vos habitants sauront que je suis le Seigneur, lorsque j'aurai exercé mes jugements sur eux, et que j'aurai fait éclater ma sainteté au milieu d'eux.

23. Car j'enverrai la peste dans Sidon, et je ferai couler le sang dans ses rues : ses habitants tomberont de tous côtés au milieu d'elle, et périront par l'épée, et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

24. Sidon ne sera plus à la maison d'Israël un sujet de chute et d'affliction, ni une épée qui pique et qui blesse tous ceux qui l'environnent et qui la combattent. Ses habitants sauront que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

25. Voici ce que dit le Seigneur : Lorsque j'aurai rassemblé la maison d'Israël d'entre tous les peuples parmi lesquels je les ai dispersés, je serai sanctifié en eux aux yeux des nations, ils habiteront dans leur terre que j'avais donnée à mon serviteur Jacob;

26. Et ils y habiteront sans aucune crainte : ils bâtiront des maisons, ils planteront des vignes, et ils vivront dans une pleine assurance, lorsque j'aurai exercé mes jugements sur tous ceux qui sont autour d'eux et qui les combattent; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur leur Dieu.

rificabor in medio tui; et scient quia ego Dominus, cum fecero in ea judicia, et sanctificatus fuero in ea.

23. Et immittam ei pestilentiam, et sanguinem in plateis ejus; et corruent interfecti in medio ejus gladio per circuitum; et scient quia ego Dominus.

24. Et non erit ultra domui Israel offendiculum amaritudinis, et spina dolorem inferens undique per circuitum eorum qui adversantur eis; et scient quia ego Dominus Deus.

25. Hæc dicit Dominus Deus : Quando congregavero domum Israel de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram gentibus; et habitabunt in terra sua quam dedi servo meo Jacob.

26. Et habitabunt in ea securi; et ædificabunt domos, et plantabunt vineas, et habitabunt confidenter, cum fecero judicia in omnibus qui adversantur eis per circuitum; et scient quia ego Dominus Deus eorum.

CHAPITRE XXIX.

Prophétie contre l'Egypte.

1. Le onzième jour du dixième mois de la dixième année, le Seigneur me parla et me dit :

2. Fils de l'homme, tournez le visage contre

1. In anno decimo, decimo mense, undecima die mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, pone faciem tuam

23. *Et corruent interfecti in medio ejus gladio.* Les Sidoniens profitèrent de la ruine de Tyr et s'en réjouirent. Ils s'étaient soumis d'avance à Nabuchodonosor, et à la chute de Babylone : ils passèrent de la domination des Chaldeens sous celle des Perses. Ils s'allièrent ensuite avec le roi d'Egypte Nectanébus, et s'étant donné un roi nommé Tennès, ils se soulevèrent contre Artaxerxes-Ochus. Ce prince vint en personne, en 351, avec une armée de 300,000 hommes de pied et de 30,000 chevaux, et une flotte de 300 vaisseaux de guerre pour les attaquer. Il anéantit Sidon comme Nabuchodonosor avait anéanti Tyr, et la prophétie d'Ezéchiel fut alors littéralement accomplie.

Cap. XXIX. — 1. *In anno decimo.* L'Edition romaine de la version des Septante, dit la douzième année, et saint Jérôme lisait ainsi dans cette version. Cette douzième année de la transmigration de Jéchonias ou de la captivité d'Ezéchiel, était l'an 586 avant Jésus-Christ. L'accomplissement de cette prophetie eut lieu après l'an 572, lorsque Nabuchodonosor, maître de Tyr, ravagea l'Egypte d'un bout à l'autre avec son armée victorieuse.

2. *Contra Pharaonem regem Ægypti.* Ce Pharaon est l'Ophra de l'Ecriture ou l'Apriès des Grecs, qui régna jusqu'en 570 avant Jésus-Christ. — Pour suivre une marche plus logique, il faudrait intervertir une partie de ce chapitre, mettre les derniers versets au commencement, et débuter par le verset 17. Car cette partie du chapitre montre l'enchaînement qu'il y a entre les prophéties contre Tyr et les propheties contre l'Egypte.

---

23. *Sanguinem.* Hostilem gladium quo sanguis effundetur.

24. *Offendiculum amaritudinis.* Amaritudinem et dolorem afferens. Sidonii enim et vicinæ gentes, et cum infestæ erant, nocebant amicis, et cum amicæ, malo exemplo et suasionibus ad idololatriam invitantes. -- *Undique per circuitum.* Tollentur omnes spinæ quæ in circuitu Israel sunt, illique dolorem inferunt, Sidonii, Tyrii, Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi, contra quos capite 25, 26 et 27 vaticinatus est.

25. *Quando congregavero.* Omnes gentes sanctum me justumque esse cognoscent, cum viderint me populum meum longa captivitate propter ejus peccata punivisse; punitum vero et emendatum in veterem statum possessionemque restituisse. -- *Servo meo Jacob.* Populo meo Israelitico.

26. *Cum fecero judicia.* Cum justam vindictam sumpsero de omnibus adversariis eorum.

Cap. XXIX. -- 1. *In anno decimo.* Transmigrationis Jechoniæ et regni Sedeciæ. Præcedentes prophetiæ contra Tyrum factæ sunt posterius, scilicet anno undecimo Sedeciæ, ut patet ex cap. 26, 1. Itaque non servatur ordo temporis, quod et alibi supra non semel notavimus in aliis prophetis. -- *Decimo mense.* Decembri. Judæi enim annum inchoabant a Paschate et mense paschali, scilicet nisan, qui est martius, Exod., 12, 2.

2. *Pone faciem tuam.* Vide dicta superiori cap., n. 21. -- * *Regem Ægypti.* Qui Vaphres eo tempore dicebatur. Regnavit hic annos 25, teste Herodoto, tantaque fuit ejus superbia, ut diceret ne Deum quidem ipsum posse illum regno spoliare.

contra Pharaonem regem Ægypti, et prophetabis de eo, et de Ægypto universa;

3. Loquere, et dices : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, et dicis : Meus est fluvius, et ego feci memetipsum.

4. Et ponam frenum in maxillis tuis; et agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, et extraham te de medio fluminum tuorum, et universi pisces tui squamis tuis adhærebunt.

5. Et projiciam te in desertum, et omnes pisces fluminis tui; super faciem terræ cades, non colligeris, neque congregaberis; bestiis terræ et volatilibus cœli dedi te ad devorandum;

6. Et scient omnes habitatores Ægypti quia ego Dominus; *a* pro eo quod fuisti baculus arundineus domui Israel. [a *Isa.* 36. 6.]

7. Quando apprehenderunt te manu, et confractus es, et lacerasti omnem humerum eorum; et innitentibus eis super te, comminutus es, et dissolvisti omnes renes eorum.

Pharaon, roi d'Egypte, et prophétisez tout ce qui doit lui arriver, et à l'Egypte.

3. Parlez, et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, Pharaon, roi d'Egypte, grand dragon qui vous couchez au milieu de vos fleuves, et qui dites : Le fleuve est à moi : et c'est moi-même qui me suis créé.

4. Je vous mettrai un frein aux mâchoires, et j'attacherai à vos écailles les poissons de vos fleuves : et je vous entraînerai du milieu de vos fleuves, et tous vos poissons demeureront attachés à vos écailles.

5. Je vous jetterai dans le désert avec tous les poissons de votre fleuve. Vous y tomberez mort sur la face de la terre. On ne vous relèvera point, et on ne vous ensevelira point : mais je vous donnerai en proie aux bêtes de la terre et aux oiseaux du ciel.

6. Et tous les habitants de l'Egypte sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, parce que vous avez été à la maison d'Israël un appui aussi faible qu'un roseau.

7. Lorsqu'ils se sont attachés à vous, en vous prenant avec la main, vous vous êtes rompu; vous leur avez déchiré toute l'épaule : et lorsqu'ils pensaient s'appuyer sur vous, vous vous êtes éclaté en pièces; et vous leur avez rompu tous les reins.

3. *Meus est fluvius.* Ce sentiment d'orgueil est le même que celui du roi de Tyr, qui se croyait Dieu. C'est d'ailleurs, comme le remarque Bossuet, ce que disent tous les rois superbes, lorsqu'à l'exemple du Pharaon, ils se croient arbitres souverains, et agissent comme indépendants des ordres du ciel qu'ils ont oubliés (*Politique, sacrée*, liv. X, sur la proposition : On découvre les inconvénients de la puissance souveraine).

5. *Et projiciam te in desertum.* Nous croyons que ces paroles du Prophète ont un autre sens que celui que leur donnent le P. de Carrières et Ménochius. Hérodote nous rapporte qu'Apriès vit se soulever contre lui les Egyptiens. Il essaya de comprimer la révolte, mais tous ses sujets l'abandonnèrent, et réduit à ses troupes auxiliaires, il fut vaincu par Amasis, son ancien général, qui l'avait odieusement trahi. Amasis aurait voulu lui sauver la vie, mais les rebelles l'étranglèrent. Les paroles d'Ezéchiel se concilient parfaitement avec l'histoire.

---

3. *Ecce ego ad te.* Vide dicta superiori cap., n. 22. -- *Draco magne.* Draconem magnum vocat *thannim*, cete, balænam, aut crocodilum, quia alias gentes, sicut magnus piscis parvos, devorabat, ut declarat n. 4; simulque alludit ad Nilum celeberrimum Ægypti fluvium, ubi frequentes erant crocodili. -- *Qui cubas in medio fluminum tuorum.* Inter rivos Nili, qui longo tractu uno alveo progressus, initio Deltæ in duos se ramos findit. -- *Meus est fluvius.* Meus est Nilus, et mea est Ægyptus, nec alium dominum agnosco; quasi diceret cum alio illo Pharaone, Exod., 5, 2 : *Nescio Dominum.* -- *Ego feci memetipsum.* Scilicet regem magnum qualis sum, industria mea. Ex hebræo verti potest, *ego feci mihi ipsi*, quasi dicat : Mea sapientia, industria et potentia Nilum per totam Ægyptum derivavi; quæ explicatio bene convenit cum versiculo 9 hujus capitis.

4. *Frenum. Hamum*, ut est in hebræo; loquitur enim de Pharaone tanquam de magno aliqua pisce, ut de leviathan apud Job, c. 40, n. 19 et 20. Hamum autem vocat hoc loco regem Babylonis et ejus exercitum, per quem Ægyptus vastata est. -- *Agglutinabo pisces.* Ut scilicet subditi tui Ægyptii tam principes quam cives et plebeii, tibi jungantur in clade et captivitate quam inferent tibi Chaldæi. Alludit ad pisces gregales, qui suum regem habent, eumque sequuntur, et cum eo capiuntur.

5. *Projiciam te in desertum.* Perseverat in metaphora piscis, qui ex aquis extractus, et in aridam projectus, continuo moritur. Significat ergo fore ut rex Ægypti et Nilo quasi piscis extrahatur, et in Chaldæam aridam terram captivus ducatur, ibique moriatur, neque colligatur, sicut boni pisces colligi solent, id est, non sepeliatur, sed a bestiis atque volucribus devoretur. Similis locus habetur infra, c. 32, n. 4.

6. *Pro eo quod fuisti baculus arundineus.* Baculus arundineus in proverbio erat, et de homine dicebatur, qui cum prodesse vellet, nocebat; sicut baculus arundineus qui, dum eo innitimur, fractus manum perforat. Vide Isaiam, cap. 36, n. 6.

7. *Quando apprehenderunt te manu.* Cum Judæi auxilio tui uti voluerunt. — *Confractus es.* Noluisti, aut non potuisti auxilium illis ferre; quia cum exercitus Pharaonis ex Ægypto in Judæorum auxilium egressus esset, sive metu, sive a Chaldæis profligatus, in Ægyptum rediit, ut Jeremias prædixit c. 37, n. 6. — *Lacerasti omnem humerum.* Totum brachium usque ad humerum; qua dicendi formula ostendet Judæos plane Ægyptiis incubuisse, et spem hanc irritam plurimum illis nocuisse. — *Dissolvisti omnes renes eorum.* Fecisti ut fracto baculo concidorent, cum renes illis dissolverentur ac deficerent; qui enim renibus dolent, non possunt sine baculo stare. Per renes autem vires significantur; quasi dicat : Cum tu illis auxilium quod promiseras non præstitisses, non potuerunt stare, et regi Babylonis resistere.

8. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais faire tomber la guerre sur vous, et je tuerai parmi vous les hommes avec les bêtes.

9. Le pays d'Egypte sera réduit en un désert et en une solitude : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, parce que vous avez dit : Le fleuve est à moi, et c'est moi qui l'ai fait.

10. Je viens donc à vous et à vos fleuves, et je changerai le pays d'Egypte en des solitudes, après que la guerre l'aura ravagé, depuis la tour de Syène jusqu'aux confins de l'Ethiopie.

11. Ce pays ne sera plus battu par le pied des hommes ni par le pied des bêtes; et il ne sera point habité pendant quarante ans.

12. Je mettrai le pays d'Egypte au rang des pays déserts, et ses villes au rang des villes détruites; et elles seront désolées pendant quarante ans. J'écarterai les Egyptiens parmi les nations, et je les disperserai en divers pays.

13. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Après que quarante ans seront passés, je rassemblerai les Egyptiens du milieu des peuples parmi lesquels ils avaient été dispersés.

14. Je ramènerai les captifs d'Egypte, je les établirai dans la terre de Phathurès, dans la terre de leur naissance; et ils deviendront un royaume bas et humilié.

15. L'Egypte sera le plus faible de tous les royaumes : elle ne s'élèvera plus à l'avenir au-dessus des nations, et je les affaiblirai afin qu'ils ne dominent plus sur les peuples.

16. Ils ne seront plus l'appui et la confiance des enfants d'Israël : et ils ne leur enseigneront

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego adducam super te gladium; et interficiam de te hominem et jumentum.

9. Et erit terra Ægypti in desertum, et in solitudinem; et scient quia ego Dominus; pro eo quod dixeris : Fluvius meus est, et ego feci eum.

10. Idcirco ecce ego ad te, et ad flumina tua; daboque terram Ægypti in solitudines, gladio dissipatam, a turre Syenes, usque ad terminos Æthiopiæ.

11. Non pertransibit eam pes hominis, neque pes jumenti gradietur in ea; et non habitabitur quadraginta annis.

12. Daboque terram Ægypti desertam in medio terrarum desertarum, et civitates ejus in medio urbium subversarum, et erunt desolatæ quadraginta annis; et dispergam Ægyptios in nationes, et ventilabo eos in terras.

13. Quia hæc dicit Dominus Deus : Post finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis in quibus dispersi fuerant.

14. Et reducam captivitatem Ægypti, et collocabo eos in terra Phatures, in terra nativitatis suæ; et erunt ibi in regnum humile;

15. Inter cœtera regna erit humillima, et non elevabitur ultra super nationes, et imminuam eos, ne imperent gentibus.

16. Neque erunt ultra domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, ut

10. *Daboque terram Ægypti in solitudines.* Nabuchodonosor appliqua sans doute à l'Egypte le système d'asservissement par transmigration; système que la politique babylonienne appliquait à tous les peuples vaincus. Il en résulta une diminution notable de la population egyptienne, et c'est ce qu'indiquent ces paroles du Prophète.

13. *Post finem quadraginta annorum.* Cette expédition de Nabuchodonosor en Egypte est rapportée par Mégasthène, dans son *Histoire des Indes*. Cet historien nous apprend que le conquerant n'eprouva aucune résistance, et qu'il poursuivit sa marche triomphale à travers la Lybie jusqu'aux colonnes d'Hercule, toucha les rivages de l'Espagne; et revint jouir à Babylone de sa gloire et de ses exploits (*Megasthenus apud Joseph. contra Appionem*, lib. II, cap. VI). D'après les auteurs de *l'Art de vérifier les dates*, Nabuchodonosor fit son expédition en Egypte immédiatement après la prise de Tyr, l'an 572 avant Jésus-Christ. Et ce fut l'an 536 que Cyrus rendit son édit de délivrance. Il y eut donc 36 ans entre ces deux événements, ce qui s'accorde bien avec les 40 ans marqués par Ezéchiel pour le retour des Egyptiens dans leur pays.

---

9. *Pro eo quod dixeris.* Vide dicta supra, n. 3.

10. *Ecce ego ad te.* Contra te venio viudex scelerum tuorum : sic supra n. 3. — *A turre Syenes.* A principio usque ad finem; nam Syene principium erat regni Ægypti, ut Solinus ait c. 45, inter mare Rubrum et Nilum. Æthiopia vero in finibus erat Ægypti ad occasum meridionalem.

12. *In medio terrarum desertarum.* Similem cæteris terris desertis faciam illam; est hebraismus, qualis ille Luc., 22, 27 : *Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat*, id est, similis vobis; nam qui in media aliorum turba est, illis similis est. — *Erunt desolatæ.* Hebr., *erunt ipsa desolatio quadraginta annis.* De his annis, quando scilicet et a quo restituta sit Ægyptus, nec in Scriptura, nec in Josepho, nec in aliis historicis quidquam legimus. Quæ vero hic dicuntur de desolatione Ægypti, auxesin quamdam et exaggerationem continere videntur uam plane redigere Ægyptum in solitudinem non erat e re Chaldæorum; et similem explicationem requirunt alia loca prophetarum in quibus dicitur Jerusalem plane desolandam, in qua tamen constat semper aliquos habitatores fuisse. Vide Salia n. t. 5, anno mundi 3451, n. 10. — *Ventilabo.* Idem significat quod *dispergam :* qui enim ventilat, verbi gratia, triticum, illud spargit.

14. *Captivitatem.* Captivos Ægyptios. — *In terra Phatures.* Vide dicta Jerem., 45, 1. Civitas erat versus meridionales fines Ægypti, longissime a Chaldæa. Itaque significat fore ut eos reducat usque ad postremam partem Ægyptii.

15. *Erit humillima.* Attritis viribus, accisa potentia. — *Non elevabitur ultra.* Scilicet per longum tempus. Nam post ducentos annos rediit Ægyptus ad pristinam potentiam et gloriam sub Ptolemæis qui cum Antiochis regibus Asiæ de imperio concertarunt.

16. *Neque erunt ultra.* Non amplius confidet in eis domus Israel, cum viderit eos dejectos et fractos, quemadmodum non confidimus in baculo, postquam fractus est. — *Docentes iniq*

fugiant, et sequantur eos; et scient quia ego Dominus Deus.

17. Et factum est in vigesimo et septimo anno, in primo, in una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

18. Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis servire fecit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum; omne caput decalvatum, et omnis humerus depilatus est; et merces non est reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro, pro servitute qua servivit mihi adversus eam.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Ægypti; *a* et accipiet multitudinem ejus, et deprædabitur manubias ejus, et diripiet spolia ejus; et erit merces exercitui illius. [a *Jer.* 46. 2.]

20. Et operi quo servivit adversus eam, dedi ei terram Ægypti. pro eo quod laboraverit mihi, ait Dominus Deus.

21. In die illo pullulabit cornu domui Israel, et tibi dabo apertum os in medio eorum; et scient quia ego Dominus.

plus l'iniquité, en les portant à me fuir, et à les suivre, et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

17. Le premier jour du premier mois de la vingt-septième année, le Seigneur me dit encore ces paroles :

18. Fils de l'homme, Nabuchodonosor, roi de Babylone, m'a rendu avec son armée un grand service au siége de Tyr, car toutes les têtes de ses gens en ont perdu les cheveux, et toutes les épaules en sont écorchées : et néanmoins, ni lui ni son armée, n'a point eu de récompense pour le service qu'il m'a rendu à la prise de Tyr.

19. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais donner à Nabuchodonosor, roi de Babylone, le pays d'Egypte. Il en prendra tout le peuple, il en fera son butin, et il en partagera les dépouilles. Son armée recevra ainsi sa récompense;

20. Et il sera payé du service qu'il m'a rendu dans le siége de cette ville. Je lui ai abandonné l'Egypte, parce qu'il a travaillé pour moi, dit le Seigneur Dieu.

21. En ce jour-là je ferai refleurir la puissance de la maison d'Israël; et je vous ouvrirai la bouche au milieu d'eux. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

17. *In vigesimo et septimo anno.* Cette vingt-septième année, fut l'année même de la prise de Tyr, et, par consequent, le Prophète fit cette prophétie au début de l'expédition de Nabuchodonosor en Egypte.

18. *Omne caput decalvatum.* Le siége avait duré 13 ans. Il avait fallu faire des travaux immenses. Saint Jer me rapporte que Nabuchodonosor avait été obligé de combler le bras de mer qui séparait la cité de l'île voisine, et que pour cela il avait employé ses soldats à rouler des rochers et à élever des digues sur les flots. C'est à ces fatigues inouïes que le Prophète fait allusion, quand il dit : *Omnis humerus depilatus est.* Les Tyriens s'étant enfuis avec leurs richesses, Nabuchodonosor, en entrant dans la ville, n'y trouva que des ruines, et ce fut pour le dédommager de cette déception que le Seigneur lui livra l'Egypte.

21. *Pullulabit cornu domui Israel.* Quelques commentateurs rapportent ces paroles à l'élévation de Jéchonias, qu'Evilmérodach fit sortir de sa prison (IV. Reg., XXV, 27 et seq.), mais elles conviennent beaucoup mieux à Zorobabel, qui ramena les Juifs de captivité.

---

quitatem. — Ut Ægyptii doceant eos iniquitatem, propter consuetudinem quæ inter ipsos erat. — *Ut fugiant.* Judæi in Ægyptum. Repetenda præcedens negatio hoc sensu : non erunt in confidentia ad quam confugiant. Itaque totius versiculi sententia est : frangam vires Ægyptiorum, qui Judæos docent idololatriam et alias iniquitates, ut Israelitæ in eis amplius non confidant, nec ad eos confugiant.

17. *Vigesimo et septimo anno.* Transmigrationis Jechoniæ. — *In primo.* Mense, qui dicitur nisan, et martio respondet. — *Una mensis.* Prima die mensis : sic una sabbatorum primam diem post sabbatum, id est, primam hebdomadæ diem significat; ponitur enim numerus cardinalis pro ordinali.

18. *Servitute magna.* Magno cum labore, ita ut nullus miles esset qui assiduitate gestandæ galeæ non esset calvus, et comportatione lignorum aliarumque rerum ad expugnationem necessararium, non haberet attritos humeros. — *De Tyro.* Quia, imminente Tyri expugnatione, Tyrii opes suas vel corruperunt, ne venirent in manus hostium, vel Carthaginem aut alio navibus transtulerunt.

19. *Dabo.* Ponam, constituam in terra Ægypti. — *Accipiet multitudinem ejus.* Captivam ducet Ægyptiorum multitudinem. — *Manubias.* Spolia, id est, bona Ægyptiorum diripientur a Chaldæis. — *Merces.* Pro servitute cujus meminit versiculo præcedenti.

20. *Et operi.* Servituti, labori. — *Dedi ei.* Scilicet, operi in mercedem.

21. *In die illo.* Vastata Ægypto, faciam ut cornu, id est, regnum Israelis reflorescat, Cyro Judæos in patriam dimittente. * Vel significat ad magnam dignitatem provehendum Danielem instar Josephi. Vide Daniel., cap. 6, 2. — *Tibi dabo apertum os.* Loquendi inter eos libertatem; cum enim viderint omnia quæ prædixeras accidisse, credent tibi, poterisque aperte ac libere loqui, et non sicut hactenus per parabolas.

CHAPITRE XXX.

Désolation prochaine de l'Egypte. Le bras du Pharaon sera brisé. Le bras du roi de Babylone fortifié.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, prophétisez, et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Poussez des cris *et* des hurlements. *Dites :* Malheur, malheur à *nous en ce* jour-là !

3. Car le jour est proche : il est proche ce jour du Seigneur, ce jour de nuage, qui sera le temps des nations.

4. L'épée va venir sur l'Egypte, et la frayeur saisira l'Ethiopie, lorsqu'ils tomberont en foule dans l'Egypte, percés de coups, lorsque la multitude du peuple de l'Egypte périra, et qu'elle sera détruite jusqu'aux fondements.

5. L'Ethiopie, la Libye, les Lydiens, tous les autres peuples, et Chub, et les enfants de la terre avec laquelle j'ai fait mon alliance, tomberont avec eux sous le tranchant de l'épée.

6. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Ceux qui soutenaient l'Egypte seront enveloppés dans sa chute, et l'orgueil de son empire sera détruit. Ils tomberont dans l'Egypte par l'épée, depuis la tour de Syène, dit le Seigneur des armées.

7. *Ses provinces* seront mises au nombre des provinces désolées, et ses villes au rang des villes désertes.

8. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai mis le feu dans l'Egypte, et que tous ceux qui la soutenaient seront réduits en poudre.

9. En ce jour-là je ferai sortir de devant ma face des messagers qui viendront sur des vais-

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, propheta, et dic : Hæc dicit Dominus Deus : Ululate, væ, væ diei!

3. Quia juxta est dies, et appropinquat dies Domini; dies nubis, tempus gentium erit.

4. Et veniet gladius in Ægyptum; et erit pavor in Æthiopia, cum ceciderint vulnerati in Ægypto, et ablata fuerit multitudo illius, et destructa fundamenta ejus.

5. Æthiopia, et Lybia, et Lydi, et omne reliquum vulgus, et Chub, et filii terræ fœderis, cum eis gladio cadent.

6. Hæc dicit Dominus Deus : Et corruent fulcientes Ægyptum, et destruetur superbia imperii ejus; a turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum.

7. Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarum, et urbes ejus in medio civitatum desertarum erunt.

8. Et scient quia ego Dominus; cum dedero ignem in Ægypto, et attriti fuerint omnes auxiliatores ejus.

9. In die illa egredientur nuntii a facie mea in trieribus, ad conterendam

5. *Ethiopia, et Libya.* Mégasthènes nous dit que Nabuchodonosor étendit ses frontières à travers la Libye, qu'il poussa jusqu'aux colonnes d'Hercule et qu'il arriva aux rivages de l'Espagne. — Chub était dans la Macéotide, et les enfants de la terre de l'alliance sont les Hébreux qui s'étaient retirés en Egypte, après la ruine de Jérusalem, malgré la défense que le Seigneur leur en avait faite par son prophète Jérémie. Tous ceux qui s'étaient réfugiés dans les pays idolâtres d'Ammon, de Moab, de l'Idumée, de l'Egypte ou des Philistins, furent détruits dans cette dernière expédition de Nabuchodonosor, tandis que leurs frères qui étaient en Chaldée vivaient tranquilles, attendant l'heure de la délivrance qui leur avait été annoncée par les prophètes.

6. *A turre Syenes.* L'Hébreu porte : depuis Migdol, au septentrion, jusqu'à Syène, au midi.

Cap. XXX. — 2. *Ululate.* O Ægyptii et cæteri quorum cladem hic prædico. — *Væ diei.* Id est, o diem illum, miserabilem et funestum quo Ægyptus vastanda est.

3. *Juxta est dies.* Appropinquat dies. — *Dies Domini.* In quo Dominus de Ægyptiis ultionem sumet. — *Dies nubis.* Dies tristis, mœsta, funesta. Sic Latini diem infelicem vocant diem atram. — *Tempus gentium.* Chaldæorum : quo scilicet tempore Chaldæi ostendent in Ægypto potentiam suam, et quidquid volent facient. Vel erit tempus gentium ulciscendarum et puniendarum.

4. *In Æthiopia.* — Æthiopia Ægypto ad meridiem et occasum vicina est; significat ergo tantam Ægypti calamitatem futuram, ut omnes vicinæ gentes contremiscant: unam enim gentem pro omnibus posuit. — *Et ablata fuerit multitudo illius.* Plebs ejus in captivitatem ducta, ut c. præcedenti, n. 19. — *Destructa fundamenta ejus.* Ita appellat urbes et arces bene fundatas et munitas. Alii principes intelligunt, alii leges; utrique enim sunt fundamenta reipublicæ et politiæ.

5. *Lydi.* Ex Lyda urbe Palæstinæ, vicina Ægypto, ubi S. Petrus, Act., 9, 34, Æneam paralyticum sanavit. — *Chub.* Symmachus, ut auctor est D. Hieronymus, Arabiam esse existimavit; sunt qui putent eos esse quos Ptolemæus Cubios appellat, et in Mareotide collocat. — *Et filii terræ fœderis.* Omnes alii qui cum Ægypto confœderati sunt. LXX habent, *filii testamenti mei*, et Hebræos cum Deo fœderatos intelligere videntur.

6. *Fulcientes Ægyptum.* Omnes gentes quæ Ægyptiis auxilio esse solent. — *Imperii ejus.* Scilicet Ægypti. — *A turre Syenes.* Per totam Ægyptum, ut dixit cap., præcedenti, n. 10.

7. *In medio terrarum.* Vide dicta superiori cap. n. 12.

8. *Cum dedero ignem.* Cum fecero ut Chaldæi totam Ægyptum igne incedant. Alii metaphorice omne genus calamitatis ignem vocari putant.

9. *Egredientur nuntii.* Ibunt nuntii ex Ægypto per Nilum in Æthiopiam, qui nuntiantes Ægypti vastationem et cladem, Æthiopiæ nimis securæ et sibi confidenti terrorem incutient.

Æthiopiæ confidentiam; et erit pavor in eis in die Ægypti, quia absque dubio veniet.

10. Hæc dicit Dominus Deus : Cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.

11. Ipse et populus ejus cum eo, fortissimi gentium adducentur ad dispendendam terram; et evaginabunt gladios suos super Ægyptum; et implebunt terram interfectis.

12. Et faciam alveos fluminum aridos, et tradam terram in manus pessimorum, et dissipabo terram et plenitudinem ejus manu alienorum; ego Dominus locutus sum.

13. *a* Hæc dicit Dominus Deus : Et disperdam simulacra, et cessare faciam idola de Memphis; et dux de terra Ægypti non erit amplius; et dabo terrorem in terra Ægypti. [a *Zach.* 13. 2.]

14. Et disperdam terram Phathures, et dabo ignem in Taphnis, et faciam judicia in Alexandria;

15. Et effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti, et interficiam multitudinem Alexandriæ,

16. Et dabo ignem in Ægypto; quasi parturiens dolebit Pelusium, et Alexan-

seaux, pour détruire la fierté de l'Ethiopie, et les Ethiopiens seront saisis de frayeur au jour de l'Egypte, parce que ce jour viendra très-assurément.

10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'anéantirai cette multitude d'hommes qui est dans l'Egypte, par la main de Nabuchodonosor, roi de Babylone.

11. Je le ferai venir, lui et son peuple, les plus puissants des nations, pour perdre l'Egypte : ils viendront l'attaquer l'épée à la main, et ils rempliront la terre de corps morts.

12. Je sécherai le lit de ses fleuves, et je livrerai ses champs entre les mains des plus méchants de tous les hommes : je détruirai cette terre, avec tout ce qu'elle contient, par la main des étrangers : c'est moi qui suis le Seigneur, qui ai parlé.

13. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'exterminerai les statues, et j'anéantirai les idoles de Memphis : il n'y aura plus à l'avenir de princes du pays d'Egypte; et je répandrai la terreur dans toutes ses terres.

14. Je ruinerai le pays de Phathurès; je mettrai le feu dans Taphnis; j'exercerai mes jugements dans Alexandrie;

15. Je répandrai mon indignation sur Damiette, qui est la force de l'Egypte; je ferai mourir cette multitude d'Alexandrie,

16. Et je mettrai le feu dans l'Egypte. Damiette sera dans les douleurs, comme une femme qui

12. *Et faciam alveos fluminum aridos.* Comme dans toutes les prophéties, les temps sont ici un peu confondus. A l'occasion de la désolation de l'Egypte, par les armées babyloniennes, le Prophète voit la ruine générale de ce pays, dans des temps plus éloignés. Le Nil et ses canaux faisaient alors la richesse de l'Egypte. Le Prophète voit le temps où ces sources de richesses se tariront et où la terre n'aura plus la même fécondité. C'est ce qui est arrivé.

13. *Et dux de terra Ægypti non erit amplius.* Cette prophétie eut son accomplissement sous Nectanébus II, le dernier prince égyptien qui ait régné sur l'Egypte. Il s'unit avec les Sidoniens et les Phéniciens, contre le roi de Perse Darius-Ochus. Il fut vaincu et s'enfuit avec ses trésors en Ethiopie, d'où il ne revint plus. C'était l'an 360 avant Jésus-Christ. L'Egypte devint une province de la Perse, et depuis ce moment il n'y a plus eu de prince du pays d'Egypte. Des Perses, elle est passée sous le joug d'Alexandre le Grand. Les Grecs l'ont dominée, les Romains l'ont incorporée à leur empire, les Sarrazins l'ont dépouillée, les Turcs l'ont traitée comme une esclave, les Mameloucks l'ont épuisée et les Ottomans l'ont asservie jusqu'en 1798. Depuis lors elle a passé sous la main de deux dominateurs étrangers, Bonaparte et Méhémet-Ali.

14. *In Alexandria.* L'Hébreu porte No; les Septante ont traduit No par le mot le plus moderne d'Alexandrie. D. Calmet croit que ce pourrait être Diospolis. — En hébreu, au lieu de Taphnis, on lit Tanis, qui était la capitale de l'Egypte au temps de Moïse.

— *A facie mea.* Dicit Deus a facie sua profecturos, quia ejus consilio et providentia profecturi erant. — *In trieribus.* Trimeribus; vox est græca τριήρης, quam vulgatus interpres aliquando retinet. — *In eis.* Æthiopibus. — *In die Ægypti.* Calamitatis Ægypti.

10. *Cessare faciam.* Faciam ut Nabuchodonosor omnem Ægypti multitudinem captivam ducat, ita ut terra deserta maneat. — *In manu Nabuchodonosor.* Hebraismus. Per Nabuchodonosor.

11. *Adducentur.* Mea voluntate et nutu.

12. *Alveos fluminum.* Canales intelligit, per quos Nili aqua ad agros rigandos artificiose derivatur. Hos aridos faciet cessante agricultura, vel multitudine militum Chaldæorum, vel Ægyptum sterilitate percutiendo, et aquarum incrementum quo fæcundatur prohibendo. — *Pessimorum.* Chaldæorum crudelium. — *Plenitudinem ejus.* Quidquid in terra est, et illam implet, ut sunt homines et cætera animantia, arbores, etc. — *Alienorum.* Chaldæorum barbarorum.

13 *De Memphis.* Celeberrima et notissima est urbs Ægypti, sita non longe ab ostiis Nili, quæ nunc Cairus dicitur. — *Non erit amplius.* Ad longum tempus, nimirum ad annos, ut dixit cap., præcedenti, n. 13.

14. *Terram Phathures.* Vide dicta superiori cap. n. 14; et Jerem., 44, 1. — *Dabo ignem in Taphnis.* Comburam Taphnis, vel Tanis antiquissimam Ægypti urbem, ut patet Num., 13, 23. — *Faciam Judicia.* Graviter puniam Alexandriam.

15. *Pelusium robur Ægypti.* Erat enim Pelusium oppidum munitissimum, et portum habens amplum et securum, ideoque navibus frequentissimum.

16. *Dabo ignem in Ægypto.* Incendam Ægyptum. — *Angustiæ quotidianæ.* Vatablus ex hebræo vertit, *venient angustiæ interdiu.* Pagninus, *in die.* Alii, *tormina interdiu.*

est en travail : Alexandrie sera ravagée, et Memphis sera tous les jours dans l'angoisse *et* le serrement de cœur.

17. Les jeunes hommes d'Héliopolis et de Bubaste seront passés au fil de l'épée, et les femmes seront emmenées captives.

18. Le jour deviendra tout noir à Taphnis, lorsque j'y briserai le sceptre d'Egypte, et que j'y détruirai le faste de sa puissance : elle sera couverte d'un nuage : et ses filles seront emmenées captives.

19. J'exercerai dans l'Egypte la rigueur de mes jugements ; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

20. Le septième jour du premier mois de la onzième année, le Seigneur me dit *encore* ces paroles :

21. Fils de l'homme, j'ai rompu le bras de Pharaon, roi d'Egypte ; et il n'a point été pansé pour être guéri ; il n'a point été lié avec des bandes, ni enveloppé dans du linge, afin qu'ayant repris sa force, il pût tenir l'épée.

22. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à Pharaon, roi d'Egypte, et j'achèverai de briser son bras qui a été fort, mais qui est rompu ; et je lui ferai tomber l'épée de la main :

23. J'écarterai les Egyptiens en diverses nations, et je les disperserai parmi les peuples.

24. Je fortifierai en même temps le bras du roi de Babylone ; je mettrai mon épée entre ses

dria erit dissipata, et in Memphis angustiæ quotidianæ.

17. Juvenes Heliopoleos et Bubasti gladio cadent, et ipsæ captivæ ducentur.

18. Et in Taphnis nigrescet dies, cum contrivero ibi sceptra Ægypti, et defecerit in ea superbia potentiæ ejus ; ipsam nubes operiet, filiæ autem ejus in captivitatem ducentur.

19. Et judicia faciam in Ægypto ; et scient quia ego Dominus.

20. Et factum est in undecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

21. Fili hominis, brachium Pharaonis regis Ægypti confregi : et ecce non est obvolutum ut restitueretur ei sanitas, ut ligaretur pannis, et fasciaretur linteolis, ut recepto robore posset tenere gladium.

22. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad Pharaonem regem Ægypti, et comminuam brachium ejus forte, sed confractum ; et dejiciam gladium de manu ejus ;

23. Et dispergam Ægyptum in gentibus, et ventilabo eos in terris.

24. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu

23. *Et dispergam Ægyptum.* Dans cette prophétie, Ezéchiel indique les revers successifs de l'Egypte, qui doivent amener sa ruine. Car une nation ne tombe pas tout à coup. Le bras de Pharaon fut rompu par la victoire de Charchémis, qui lui enleva tout ce qu'il possédait entre le Nil et l'Euphrate (IV. Reg., XXIV, 7). A partir de ce moment, il ne put plus disputer aux Chaldéens l'empire de l'Asie. Retiré en Egypte, il essaya vainement de venir au secours des Juifs et des nations de l'Asie occidentale. Nabuchodonosor acheva la conquête de ce pays par la prise de Tyr, qui le rendit maître de tout le littoral. Ce fut après cette conquête qu'il pénétra en Egypte et qu'il emmena les Egyptiens en captivité, comme il avait emmené les Juifs. Nouvelle cause d'affaiblissement et de ruine pour l'Egypte.

---

17. *Heliopoleos.* Heliopolis urbs est Ægypti, eadem cum Thebe. Heliopolis idem est quod *civitas solis*, quod in ea esset simulacrum et templum solis. — *Bubasti.* Vel potius *Pubasti* ; nam hebraice est *Pibeset*, urbs est prope Pelusium, ad ostium orientali Nili. — *Et ipsæ. Et uxores eorum*, ut vertit Pagninus.

18. *Nigrescet dies.* Obscurabitur, vertetur in noctem præ hominum tristitia ; sic Amos., 9, 9, dicitur : *Occidet sol in meridie.* — *Nubes operiet.* Mœror et tristitia, ut n. 3 : *Dies nubis, tempus gentium.*

19. *Judicia faciam.* Vide supra, n. 14.

20. *In undecimo anno.* Captivitatis Joakim, qui fuit etiam undecimus ac postremus regni Sedeciæ, IV. Reg., 25, 2. Ex hoc etiam loco patet ordinem temporum non servari, ut superiori cap. n. 1 monuimus, et alibi etiam diximus. — *Primo mense.* Nisan, qui martio respondet.

21. *Brachium... confregi.* Jam confregi vires Pharaonis Nechao, cum prœliatus est in Charcamis contra Chaldæos anno 4 Joakim regis Juda, II. Paral., 35, 20 ; quasi dicat : Rex Ægypti Chaldæis resistere non potuit, quia ex superiori prœlio memorato debilitatum et fractum habet brachium, id est, debilitatas vires, ut gladium tenere non possit. — *Ecce non est obvolutum.* Vulneris nondum sanati allegoria significat vires Ægypti nondum restitutas esse.

22. *Comminuam brachium ejus.* Ex hebræo verti potest, *et confringam brachia ejus, et forte, et confractum*, ut est in aliquibus editionibus LXX in quibus legimus, τους ἰσχυροὺς καὶ τεταμένους καὶ τοὺς συντετριμμένους, *fortes, et extentos, et etiam confractos.* Sensus est : confringam utrumque brachium ejus ; nam alterum jam confractum est, quod est pars illa regni, quæ illi ablata est, a rivo Ægypto usque ad flumen Euphraten. Alterum vero secundo bello confringam, id est, quod reliquum est regni tollam, ita ut neutra jam manu gladium tenere possit. Vulgatæ nostræ editionis sensus commodus est : omnino frangam brachium ejus, quod ideo facile fiet, quia, quamvis suapte natura forte sit, tamen jam quassatum est et debilitatum superiore bello.

23. *Et dispergam.* Vide superiori c. n. 12.

24. *Confortabo brachia.* Juvabo eum, vires ei suppeditabo. — *Gladium meum.* Cui nemo resistere potest. Vocat suum, quia minister erat justitiæ ipsius, et vindex injuriarum ejus. — *Gement.* Jungendum cum *interfecti*, id est, vulnerati lethaliter Ægyptii gement et ejulabunt. — *Coram facie ejus.* Tum Pharaonis, tum regis Babylonis.

ejus; et confringam brachia Pharaonis, et gement gemitibus interfecti coram facie ejus.

25. Et confortabo brachia regis Babylonis, et brachia Pharaonis concident; et scient quia ego Dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, et extenderit eum super terram Ægypti.

26. Et dispergam Ægyptum in nationes, et ventilabo eos in terras, et scient quia ego Dominus.

mains : je briserai le bras de Pharaon; et les siens pousseront des cris et des soupirs, étant tués à ses propres yeux.

25. Je fortifierai les bras du roi de Babylone; et les bras de Pharaon seront sans aucune force : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai mis mon épée entre les mains du roi de Babylone, et qu'il la tirera sur le pays d'Egypte.

26. J'écarterai les Egyptiens en diverses nations, et je les disperserai parmi les peuples; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

CHAPITRE XXXI.

Parallèle entre le roi d'Egypte et le roi d'Assyrie.

1. Et factum est in anno undecimo, tertio mense, una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, dic Pharaoni regi Ægypti, et populo ejus : Cui similis factus es in magnitudine tua?

3. Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, et frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, et inter condensas frondes elevatum est cacumen ejus.

4. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltavit illum; flumina ejus manabant in circuitu radicum ejus, et rivos suos emisit ad universa ligna regionis.

5. Propterea elevata est altitudo ejus super omnia ligna regionis; et multiplicata sunt arbusta ejus, et elevati sunt rami ejus præ aquis multis.

1. Le premier jour du troisième mois de l'année onzième, le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, dites à Pharaon, roi d'Egypte, et à son peuple : A qui ressemblez-vous dans votre grandeur?

3. Considérez Assur; il était comme un cèdre sur le Liban : son bois était beau, ses branches étendues, sa tige haute; et au milieu de ses branches épaisses et touffues, il en sortait une qui s'élevait au-dessus de toutes les autres.

4. Les pluies l'avaient nourri; un grand amas d'eaux l'avait fait pousser en haut; les fleuves coulaient tout autour de ses racines, et il avait envoyé ses ruisseaux à tous les arbres de la campagne.

5. C'est pourquoi il avait surpassé en hauteur tous les arbres du pays : son bois avait poussé fortement, et ses branches s'étaient élevées, à cause des grandes eaux qui l'arrosaient.

Cap. XXXI. — 1. *In anno undecimo.* La captivité de Jéchonias avait été celle d'Ezéchiel. Ce Prophète date toujours ses prophéties du commencement de cette captivité, qui était celui de son exil.

2. *Cui similis factus es.* Les prophéties qu'avaient faites Ezéchiel sur l'Egypte, paraissaient sans doute invraisemblables. Ce royaume était alors dans tout l'éclat de sa puissance, et l'on se demandait comment une nation aussi forte serait un jour anéantie. Pour prouver au Pharaon combien la fortune est changeante, il lui cite l'exemple du roi d'Assyrie, qui n'était pas moins fort que lui, et qui est néanmoins tombé.

3. *Pulcher ramis.* On peut aussi traduire : Ses branches étaient belles, ses rameaux étaient touffus; il avait beaucoup de hauteur, et son sommet s'élevait au milieu de ses branches épaisses. — Dans cette allégorie, les branches représentent les provinces de ce vaste empire, les rameaux ses villes très-peuplées, l'eau, les ressources de toute sorte qui alimentaient la vigueur de cette puissante monarchie; son sommet qui s'élève du milieu de ses branches, était Ninive sa capitale.

Cap. XXXI. — 1. *In anno undecimo.* Eodem anno quo superior prophetia, sed duobus mensibus post. Vide dicta cap. præcedenti, n. 20. — *Una mensis.* Prima die mensis, ut c. 29, 17. Vide ibi dicta.

2. *Cui similis factus es?* Cui te poterimus comparare? adeo tibi magnus esse videris, o Pharao!

3. *Ecce Assur.* Ipse Pharao et Ægyptii vocantur hic Assur, ut etiam Isai., 52, 4. Vide ibi dicta. * Vel certe ipse Assyriorum rex intelligitur, quod verius videtur. — *Quasi cedrus.* Sicut cedrus alias Libani arbores altitudine superat, ita Assur cæteros reges gloria, divitiis, potentia. — *Pulcher ramis.* Ramorum pulchritudine amplitudo et extensio imperii videtur significari.

4. *Aquæ.* Per aquas et flumina Nilus videtur designari, unde Ægypto fecunditas et divitiæ proveniebant. * Vel per aquas regis Assyriorum divitias intellige, quibus affluebat, quæque illum in tantam altitudinem excrescere fecerunt. — *Et rivos suos.* Suas divitias; postquam enim ea quæ sibi necessaria erant acceperat, in alios reges et regna quæ supererant effundebat; sicut ex præcipua arbore, cum satis rigata fuerit, aquæ solent ad alias minores derivari.

5. *Super omnia ligna regionis.* Factus est major cæteris regibus. — *Multiplicata sunt arbusta ejus. Rami ejus,* ut est in Hebræo et apud LXX. Fortasse noster interpres per arbusta intelligit stolones et novas soboles circa radicem arboris succrescentes; sensus est : dilatati sunt fines imperii ejus.

6. Et comme il jetait son ombre fort loin, tous les oiseaux du ciel avaient fait leurs nids sur ses branches, toutes les bêtes des forêts avaient fait leurs petits sous ses rameaux, et un grand nombre de nations habitaient sous l'ombre de ses feuilles.

7. Il était parfaitement beau dans sa grandeur et dans l'étendue de son bois; parce que sa racine était près des grandes eaux.

8. Il n'y avait point de cèdres dans le jardin de Dieu, qui fussent plus hauts que celui-là : les sapins ne l'égalaient point dans sa hauteur, ni les platanes dans *l'étendue de* ses branches; il n'y avait point d'arbres dans le jardin de Dieu qui ressemblât à celui-là, ni qui lui fût comparable en beauté.

9. Comme je l'avais fait si beau, et qu'il avait poussé tant de branches et si épaisses, tous les arbres les plus délicieux qui étaient dans le jardin de Dieu lui portaient envie.

10. Mais voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que ce cèdre s'est élevé dans sa hauteur, qu'il a poussé si haut la pointe de ses rameaux verts et touffus, et que son cœur s'est élevé dans sa grandeur,

11. Je l'ai livré entre les mains du plus fort d'entre les peuples, qui le traitera comme il lui plaira : je l'ai rejeté, comme son impiété le méritait.

12. *J'ai dit dans ma colère :* Des étrangers, et les plus cruels de tous les peuples, le couperont par le pied, et le jetteront sur les montagnes : ses branches tomberont de toutes parts le long des vallées, ses rameaux seront rompus sur toutes les roches de la terre, et tous les peuples du monde se retireront de dessous son ombre, et l'abandonneront.

6. Cumque extendisset umbram suam, in ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia cœli, et sub frondibus ejus genuerunt omnes bestiæ saltuum, et sub umbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum.

7. Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, et in dilatatione arbustorum suorum; erat enim radix illius juxta aquas multas.

8. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquaverunt summitatem ejus, et platani non fuerunt æquæ frondibus illius; omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, et pulchritudini ejus.

9. Quoniam speciosum feci eum, et multis condensisque frondibus; et æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei.

10. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod sublimatus est in altitudine, et dedit summitatem suam virentem atque condensam, et elevatum est cor ejus in altitudine sua,

11. Tradidi eum in manu fortissimi gentium, faciens faciet ei; juxta impietatem ejus ejeci eum.

12. Et succident eum alieni, et crudelissimi nationum, et projicient eum super montes, et in cunctis convallibus corruent rami ejus, et confringentur arbusta ejus in universis rupibus terræ; et recedent de umbraculo ejus omnes populi terræ, et relinquent eum.

8. *Cedri non fuerunt altiores.* De tous les empires qui avaient paru avant celui de Ninive ou qui existaient de son temps, il n'y en avait point qu'on pût lui comparer, ni pour l'étendue ni pour la force, ni pour la magnificence.

11. *In manu fortissimi gentium.* Ninive avait succombé l'an 625 avant Jésus-Christ, sous les coups de Nabopolassar, roi de Babylone, qui s'était ligué contre elle avec Astyage, le fils de Cyaxare, roi des Mèdes. La chute de Ninive avait entraîné celle de la monarchie assyrienne. Il y avait 38 ans que cet événement s'était accompli lorsque Ezechiel faisait cette prophétie.

---

6. *In ramis ejus.* In ejus ditione versabantur, et ejus tutela protegebantur omnes gentes; simile habes Dan., 4, 18. — *Volatilia cœli.* Per *volatilia* intelligit magnates; per *bestias saltus*, plebem et gentes feras et barbaras, quas Pharao vel Assyrius domuit

7. *Eratque pulcherrimus.* Pulcherrima cedrus : sed dicit masculine *pulcherrimus*, quia per cedrum hanc regem intelligit. — *In magnitudine.* Propter ingentem magnitudinem et ramorum expansionem.

8. *In paradiso Dei.* Quem plantasse Deus dicitur Genes., 2, 8, ubi credibile est altissimas fuisse cedros. Potest esse hyperbole. Alii putant paradisum Dei vocari generaliter amœnissimum quemque hortum, sicut dicuntur cedri Dei et montes Dei, id est, altissimi; quasi dicat : Nullus hortus tam fertilis reperiri poterit, ut cedros altiores habeat. — *Abietes.* Hæc omnis abietum et platanorum allegoria idem significat, nullum scilicet fuisse regem regi Assyriæ, aut imperii amplitudine, aut gloria similem.

9. *Æmulata sunt.* Inviderunt ei omnes principes et reges qui erant in paradiso Dei, id est, qui florebant divitiis, honoribus, etc.

10. *Dedit summitatem suam.* Id est, ut Vatabl. vertit, *posuit* scilicet ex superbia, *fastigium suum inter condensa*, id est, stipatus erat densa multitudine regum et nobilium.

11. *Tradidi.* Tradam : præteritum pro futuro. — *Fortissimi.* Regis Nabuchodonosor. — *Faciens faciet.* Quidquid voluerit faciet illi; habebit enim illum in potestate. — *Juxta impietatem.* Ut merita erat ejus impietas. — *Ejeci eum.* E regno et vita.

12. *Succident.* Perseverat in metaphora; loquitur enim de illo tanquam de cedro. — *Crudelissimi nationum.* Chaldæi, qui alias gentes crudelitate et ferocia superant. — *Projicient eum super montes.* Excindent ejus regnum, ut cedrus procera in dorso montis securibus dejicitur. — *In universis rupibus terræ.* Rami ejus in saxa et rupes delati confringentur. — *Recedent de umbraculo.* Fugient ab eo omnes vicinæ et confœderatæ gentes, quæ in illius auxilio confidebant, et quasi aves in ejus ramis nidulabantur. Vide supra, n. 6.

13. In ruina ejus habitaverunt omnia volatilia cœli, et in ramis ejus fuerunt universæ bestiæ regionis.

14. Quamobrem non elevabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis; quia omnes traditi sunt in mortem ad terram ultimam, in medio filiorum hominum, ad eos qui descendunt in lacum.

15. Hæc dicit Dominus Deus : In die quando descendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abysso; et prohibui flumina ejus, et coercui aquas multas; contristatus est super eum Libanus, et omnia ligna agri concussa sunt.

16. A sonitu ruinæ ejus commovi gentes, cum deducerem eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum; et consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, universa quæ irrigabantur aquis.

17. Nam et ipsi cum eo descendent in infernum ad interfectos gladio; et brachium uniuscujusque sedebit sub umbraculo ejus in medio nationum.

13. Tous les oiseaux du ciel habiteront dans ses ruines, et toutes les bêtes de la terre se retireront dans ses branches.

14. C'est pourquoi tous les arbres plantés sur les eaux, ne s'élèveront plus dans leur grandeur; ils ne pousseront plus la pointe de leurs rameaux au-dessus des branches les plus épaisses : et tous ceux qui seront arrosés des eaux ne se soutiendront plus dans leur élévation, parce qu'ils ont tous été livrés à la mort, *et jetés* au fond de la terre, au milieu des enfants des hommes, parmi ceux qui descendent au fond de la fosse.

15. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Au jour où il est descendu aux enfers, j'ai fait faire un grand deuil, je l'ai couvert de l'abîme; j'ai arrêté les fleuves qui l'arrosaient, et j'en ai retenu les grandes eaux : le Liban s'est attristé de sa chute; et tous les arbres des champs ont tremblé de crainte.

16. J'ai épouvanté les nations par le bruit de sa ruine, lorsque je le conduisais dans l'enfer avec ceux qui étaient descendus au fond de la fosse : et tous les arbres *du jardin* de délices, les plus grands et les plus hauts du Liban, qui avaient été arrosés d'eau, se sont consolés au fond de la terre.

17. Car ils descendront aussi eux-mêmes dans l'enfer parmi ceux qui ont été tués par l'épée; et chacun d'eux, qui lui avait servi de bras, sera assis sous son ombre au milieu des nations.

---

13. *In ruina ejus.* In trunco hujus cedri prostratæ. — *Habitaverunt.* Habitabunt : præteritum pro futuro. — *Volatilia.* Magnates et principes Assyrio subditi, confœderati. — *Bestiæ.* Id est plebeii : vide dicta n. 6. Prius aves et bestiæ, id est, principes et populi, sub cedri hujus umbra versabantur; nunc illi stratæ, id est, Assyrio everso insultabunt, despicient, conculcabunt et spoliabunt.

14. *Quamobrem.* Hoc exemplo territi alii reges non efferent se, ne cadant eodem modo. Vel potius sensus est; quasi dicat : Sic enim punio impios et scelestos, et licet se ipsos attollant, tamen eos deprimo et dejicio. — *Ligna aquarum.* Quæ aquis, hoc est, divitiis abundant. — *Nec ponent sublimitatem.* Vide dicta num. 10. — *Quia omnes traditi sunt.* Quia omnes tradentur in mortem. — *Ad terram ultimam.* Hebr. *infimam*, id est, ad sepulcrum et infernum relegati sunt. — *In medio filiorum hominum.* Cum aliis, vel instar aliorum hominum communium, plebeiorum et ignobilium. Vide dicta c. 29, n. 12. Hebræi *filios viri* vocant nobiles; *filios* vero *hominum* vocant plebeios et viles. — *In lacum.* In sepulcrum, sive in infernum.

15. *Quando descendit.* Descendet. — *Induxi.* Inducam. — *Luctum.* Ob mortem Assyrii omnibus ejus amicis et toti ejus regioni planctum inducam. — *Operui eum abysso.* Multitudine calamitatum et ipsa abysso, id est, inferno. In hebræo est : *Lugere feci abyssum, operire eci super eum voraginem sacco;* quasi dicat : Lugere faciam abyssum illam, quæ radicibus ejus aquas sufficiebat, supra n. 4. Lugere autem abyssum est aquas non habere; sicut lugere terram est esse sterilem, Isa., 24, 4; ac si dicat : Mortuo Assyriorum rege, exhaurietur ejus ærarium ita ut lugere videatur. — *Prohibui flumina ejus.* De quibus n. 4, ne scilicet hanc cedrum rigarent, quasi dicat : Desiccavi eam, arefeci et privavi omnibus bonis. — *Contristatus est super eum.* In hebræo est, *nigrescere feci propter eum*, id est, pulla veste indui Libanum montem, in quo altissima illa cedrus erat, id est, Assyrius rex. Per Libanum intelligit totum regnum; quasi dicat : Induam totum regnum pulla et lugubri veste, propter mortem ejus. — *Et omnia ligna agri.* Omnes alii reges, audito nuntio, terrore concutientur. Vide supra, n. 14.

16. *A sonitu.* Propter sonitum ruinæ ejus, stridorem, fragorem, qualem edere solet magna arbor, cum cæsa cadit. — *Consolata sunt.* Omnes alii potentes, reges et principes similes amœnis et irriguis arboribus, et iis quæ in Libano sunt, qui in inferno erunt, videntes Assyriorum regem in eumdem locum descendentem, consolabuntur se, quia solatium est miseris socios habere.

17. *Nam et ipsi cum eo descendent.* In hebræo est : *etiam ipsi cum eo descenderunt in infernum.* Idem habent LXX : utrumque verum est; tyranni enim præteriti descenderunt, futuri descendent in tartara. — *Et brachium uniuscujusque.* Id est, unusquisque eorum, qui in inferno erunt requiescet, hoc est, consolationem aliquam capiet ex præsentia ejus, tanquam ex umbra. Solemus enim, cum quiescimus, cubito inniti; quasi dicat : Quemadmodum in hac vita sub umbra ejus, id est, auctoritate quiescebant, ita in inferno ejus pœna veluti umbra recreabantur. Vel sensus hujus versus est : nam et illi cum eo descendent in infernum (ubi sunt qui gladio sunt interfecti) quicumque in ullis gentibus suam vim illius tutelæ submiserunt. Fractis Assyriorum robus facile fuit Chaldæis Syros eorumque vicinos cladibus maximis afficere. Vide Isa., 17, 4.

18. A qui donc ressemblez-vous, *roi d'Egypte*, vous qui êtes si grand et si élevé parmi tous les arbres *du jardin* de délices? Vous serez enfin précipité avec tous ces arbres délicieux au fond de la terre; vous dormirez au milieu des incirconcis, avec ceux qui sont morts par l'épée : tel sera le sort de Pharaon et de tout son peuple, dit le Seigneur Dieu.

18. Cui assimilatus es, o inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam; in medio incircumcisorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio; ipse est Pharao, et omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

CHAPITRE XXXII.

Cantiques lugubres sur la ruine de Pharaon, et sur celle du peuple de l'Egypte.

1. Il arriva le premier jour du douzième mois de la douzième année que le Seigneur me fit entendre sa parole, en me disant :

2. Fils de l'homme, faites une plainte lugubre sur Pharaon, roi d'Egypte, et dites-lui : Vous avez été semblable au lion des nations, et au dragon qui est dans la mer : vous frappiez de la corne tout ce qui était dans vos fleuves : vous en troubliez les eaux avec les pieds, et vous renversiez tous les fleuves;

3. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'assemblerai *contre vous* une multitude de peuples; j'étendrai sur vous mon rets, et je vous entraînerai dans mon filet.

4. Je vous jetterai sur la terre; et je vous laisserai au milieu des champs : je ferai reposer sur vous les oiseaux du ciel, et je soûlerai de votre corps toutes les bêtes de la terre.

1. Et factum est, duodecimo anno, in mense duodecimo, in una mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, et dices ad eum : Leoni gentium assimilatus es, et draconi qui est in mari; et ventilabas cornu in fluminibus tuis, et conturbabas aquas pedibus tuis, et conculcabas flumina earum;

3. *a* Propterea hæc dicit Dominus Deus : Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, et extraham te in sagena mea. [a *Supr.* 12. 13. et 17. 20.]

4. Et projiciam te in terram, super faciem agri abjiciam te; et habitare faciam super te omnia volatilia cœli, et saturabo de te bestias universæ terræ.

18. *Cui assimilatus es.* C'est la réflexion qu'on peut faire à une foule de personnes que la fortune aveugle, et qui ne veulent pas comprendre qu'il n'y a rien de plus inconstant que ses faveurs, et que l'homme le plus puissant n'est rien devant Dieu qui, d'un souffle, peut le renverser.

Cap. XXXII. — 2. *Assume lamentum.* Ce cantique se compose de deux élégies ou chants lugubres, qui furent inspirés au Prophète, l'un, le 1er du 12e mois de la 12e année de la captivité de Jéchonias, et l'autre le 15 du même mois de la même année. Ces deux compositions ont pour objet, l'une la chute de Pharaon, et l'autre la ruine de l'Egypte. Elles sont toutes les deux des chefs-d'œuvre.

2. *Leoni gentium assimilatus es, et draconi.* Ezéchiel compare le Pharaon à un lion, à cause de sa force, parce qu'il dévorait les nations; et il le compare à un dragon, c'est-à-dire, à un monstre qui vit au milieu des eaux, parce que c'était au Nil et à la mer que son royaume devait tout son éclat et toute sa richesse.

4. *Et projiciam te in terram.* C'est la même métaphore qui se continue. Dans le chapitre XXX, pour annoncer la ruine de l'Egypte il avait dit : *Et faciam alveos fluminum aridos*, vers. 13.

---

18. *Cui assimilatus es?* Quasi dicat : Voluisti, o Pharao, assimilare te Assyrio et cedro : sed neutrius gloriam assecutus es, et cum utroque ruente corruisti. — *Cum lignis voluptatis.* Cum aliis regibus. — *In medio incircumcisorum.* Id est, more infidelium. Chald. *peccatorum* : vide dicta supra, c. 28, 10. — *Ipse est Pharao.* Quasi dicat : Hic finis et tristis exitus erit Pharaonis, principum et omnis populi ejus.

Cap. XXXII. — 1. *Duodecimo anno.* A transmigratione Jechoniæ. — *In una mensis.* Prima die mensis. Vide dicta supra, c. 29, 17.

2. *Assume lamentum.* Institue carmen lugubre. — *Leoni gentium.* Quasi dicat : Quod est leo inter bestias, hoc tu es inter gentes. — *Draconi.* Ceto, balænæ. — *Ventilabas cornu.* Ferociebas, et quasi cornu ventilabas et agitabas eos qui te infirmiores erant : hac eadem significatione utitur Homerus verbo μερμαίζειν. — *Conturbabas aquas.* Similis feroci tauro ingredienti limpidas aquas, quas bibebant minora animalia, et illas turbanti. Metaphora significat Pharaonem superbum omnia bellis miscuisse. — *Flumina earum.* Aquarum fluenta quibus sitim suam sedabant. Alludit ad Nilum, qui turbidis est aquis, et cum exundat, terram omnem operit et confundit.

3. *Expandam super te rete.* Loquitur tanquam de leone, et tanquam de balæna; propterea utitur nomine retis, quo feræ et sagenæ, qua pisces capi solent; ut supra, c. 12, 13; et cap. 17, 20; et c. 19, 8. — *In multitudine populorum.* Solet enim frequens populus simul convenire ad leonem, aut balænam capiendam. Per populos intelligit Chaldæos.

4. *Projiciam te in terram.* Alludit ad pisces, qui capti, in terram projiciuntur, ut moriantur, quia extra aquas vivere non possunt. Similis locus supra, c. 29, 5. — *Habitare faciam super te* Insidere cadaveri tuo, sicut solent aves cadaveribus insidere.

5. Et dabo carnes tuas super montes, et implebo colles tuos sanie tua.

6. Et irrigabo terram fœtore sanguinis tui super montes, et valles implebuntur ex te.

7. *a* Et operiam, cum extinctus fueris, cœlum, et nigrescere faciam stellas ejus; solem nube tegam, et luna non dabit lumen suum. [a *Isai.* 13. 10. *Joel.* 2. 10. et 3. 15.]

8. *a* Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te; et dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. [a *Matth.* 24. 29.]

9. Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuam in gentibus super terras quas nescis.

10. Et stupescere faciam super te populos multos; et reges eorum horrore nimio formidabunt super te, cum volare cœperit gladius meus super facies eorum; et obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruinæ tuæ.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus : Gladius regis Babylonis veniet tibi.

12. In gladiis fortium dejiciam multitudinem tuam; inexpugnabiles omnes gentes hæ; et vastabunt superbiam Ægypti, et dissipabitur multitudo ejus.

13. Et perdam omnia jumenta ejus quæ erant super aquas plurimas; et non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula jumentorum turbabit eas.

14. Tunc purissimas reddam aquas eorum, et flumina eorum quasi oleum adducam, ait Dominus Deus;

15. Cum dedero terram Ægypti desolatam, deseretur autem terra a plenitu-

5. Je répandrai sur les montagnes votre chair, et je remplirai les collines de vos membres ensanglantés.

6. J'arroserai la terre de votre sang noir et pourri le long des montagnes, et les vallées seront remplies de vous.

7. J'obscurcirai le ciel à votre mort, et je ferai noircir les étoiles : je couvrirai le soleil d'une nuée, et la lune ne répandra plus sa lumière.

8. Je ferai que toutes les étoiles du ciel pleureront sur votre perte, et je répandrai les ténèbres sur votre terre, dit le Seigneur Dieu, lorsque ceux qui étaient à vous tomberont au milieu des champs percés de plaies, dit le Seigneur Dieu.

9. Je ferai frémir le cœur de plusieurs peuples, lorsque j'aurai répandu *la nouvelle de* votre ruine parmi les nations, en des pays que vous ne connaissez pas.

10. Je frapperai d'étonnement les peuples par la vue de votre perte; et leurs rois en seront pénétrés de frayeur et d'épouvante, lorsque mon épée passera devant leurs yeux : et il n'y aura personne d'eux qui ne tremble pour lui-même au jour de votre ruine.

11. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : L'épée du roi de Babylone viendra fondre sur vous.

12. Je renverserai vos troupes si nombreuses par les armes des forts : tous ces peuples sont des peuples invincibles : ils détruiront l'orgueil de l'Egypte, et toute la multitude de ses gens sera dissipée.

13. Je ferai périr toutes les bêtes qu'elle nourrissait le long des grandes eaux; ces eaux ne seront plus troublées à l'avenir par le pied des hommes, et l'ongle des bêtes ne les troublera plus.

14. Je rendrai alors leurs eaux très-pures, et je ferai couler leurs fleuves comme l'huile, dit le Seigneur Dieu :

15. Lorsque j'aurai désolé le pays d'Egypte, lorsque toute sa terre qui était si abondante sera

7. *Et nigrescere faciam stellas ejus.* Le ciel entier portera le deuil de la chute de ce superbe souverain. Ces images que nous trouverions un peu exagérées, sont tout à fait dans le génie du style oriental.

9. *Et irritabo cor populorum multorum.* Du ciel, le regard du Prophète s'abaisse sur la terre, et il voit les rois et les peuples consternés de ce grand événement.

11. *Gladius regis Babylonis.* C'est le glaive du roi de Babylone qui frappera le Pharaon. Le Prophète decrit les desastres de l'invasion qui doit enlever à l'Egypte ses troupeaux et toutes ses richesses.

---

5. *Sanie tua.* Pisces enim non habent sanguinem, sed saniem.

7. *Operiam.* Tantus ubique te exstincto luctus erit, ut cœlum, sol et luna, omnesque stellæ obscurari videantur, quasi tu prius splendore tuo hæc omnia collustrares.

8. *Vulnerati tui.* Exercitus tuus vulneribus confossus.

9. *Irritabo.* Non tam ira quam metu concitabo et percellam. — *Cum induxero contritionem.* Cum famam cladis et exitii tui sparsero usque ad gentes, ne de nomine quidem tibi notas.

10. *Stupescere faciam.* Præ terrore. — *Super te.* Propter te, exemplo interitus tui idem sibi timentes. Vide c. 30, 9. — *Volare.* Stringi, coruscare, vibrari. — *Super facies eorum.* Ante faciem eorum. — *Pro anima sua.* Vitæ suæ metuentes.

12. *Fortium.* Chaldæorum. — *Inexpugnabiles omnes gentes hæ.* In hebræo est, *fortissimi gentium omnes illi sunt*, ut c. 30, 11.

13. *Quæ erant super aquas plurimas.* Quæ pascebantur in pratis et agris, qui aquis ex Nilo derivatis rigantur. — *Non conturbabit eas.* Non erit deinceps homo, aut jumentum, quod aquas turbare possit, ut in aquatione fieri solet.

14. *Purissima reddam.* Quia nemo erit qui eas turbet. — *Quasi oleum.* Claras, perspicuas et quietas sicut oleum.

15. *Plenitudine sua.* Habitatoribus; hi enim implent terram, ejusque sunt quasi plenitudo.

déserte, lorsque j'en aurai frappé tous les habitants, et ils sauront alors que c'est moi qui suis le Seigneur.

16. Voilà le deuil que vous ferez : *car* on pleurera ainsi Pharaon ; les filles des nations le pleureront, on fera le deuil de l'Egypte et de tout son peuple, dit le Seigneur Dieu.

17. Le quinzième du mois de la douzième année, le Seigneur me parla encore, et me dit :

18. Fils de l'homme, chantez un cantique lugubre sur tout le peuple de l'Egypte : précipitez-la elle-même avec les filles des nations les plus fortes, dans la terre la plus basse, avec ceux qui descendent au fond de la fosse.

19. En quoi êtes-vous plus estimable que les autres peuples ? Vous descendrez, et vous mourrez avec les incirconcis.

20. Ils périront tous par l'épée ; parmi la foule de ceux qui ont été tués : l'épée a été tirée *contre l'Egypte :* elle sera précipitée en terre avec tous ses peuples.

21. Les plus puissants d'entre les forts viendront lui parler du milieu de l'enfer, eux qui sont descendus avec ceux qui étaient venus à son secours, et qui étant passés par le fil de l'épée sont morts incirconcis.

22. Assur est là avec tout son peuple ; ses sépulcres sont autour de lui ; ils ont tous été tués, ils sont tombés par l'épée.

23. Ils ont été ensevelis au plus profond de l'abîme : et tout son peuple est autour de son sépulcre ; toute cette foule de morts qui ont péri

dine sua, quando percussero omnes habitatores ejus ; et scient quia ego Dominus.

16. Planctus est, et plangent eum ; filiæ gentium plangent eum ; super Ægyptum, et super multitudinem ejus plangent eum, ait Dominus Deus.

17. Et factum est in duodecimo anno, in quinta decima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens :

18. Fili hominis, cane lugubre super multitudinem Ægypti ; et detrahe eam ipsam, et filias gentium robustarum ad terram ultimam, cum his qui descendunt in lacum.

19. Quo pulchrior es ? descende et dormi cum incircumcisis.

20. In medio interfectorum gladio cadent ; gladius datus est, attraxerunt eam et omnes populos ejus.

21. Loquentur et potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus ejus descenderunt, et dormierunt incircumcisi, interfecti gladio.

22. Ibi Assur et omnis multitudo ejus ; in circuitu illius sepulcra ejus ; omnes interfecti, et qui ceciderunt gladio.

23. Quorum data sunt sepulcra in novissimis laci ; et facta est multitudo ejus per gyrum sepulcri ejus ; universi

17. *In quinta decima mensis.* Le nombre du mois n'est pas exprimé, mais on suppose que c'est le même que celui qui est désigné au verset 1. Cette élégie n'étant plus individuelle mais nationale, le style du Prophète s'élève et grandit comme son sujet.

22. *Ibi Assur.* Devant Dieu, les nations les plus grandes ne sont pas plus que les plus faibles individus. Les prophètes partent de cette idée pour personnifier chaque nation, et la représenter soumise aux mêmes vicissitudes que chacun de nous. C'est ainsi qu'Ezéchiel voit tous les peuples descendre au tombeau comme le dernier des humains. Il nous montre Assur, Elam, Mosoch et Thubal, disparaissant de la scène du monde et dormant au fond de leur cercueil. Quelle grandeur dans cette conception ! Où trouver une image qui fasse mieux ressortir la vanité de la puissance humaine que les tombeaux de ces rois entourés des tombeaux de tous leurs sujets ?

---

16. *Planctus est.* Hic est planctus, id est, lamentum et carmen lugubre quo plagent Ægyptum. — *Filiæ gentium.* Gentiles. Ægyptii, et Ægypto finitima regna. — *Plangent eum.* Eam, id est, Ægyptum. Vel *plangent eum*, id est, carmen illud lugubre, et planctus et luctus formulam usurpabunt.

17. *Duodecimo anno.* Eodem anno. Vide supra, n. 1. — *Quinta decima mensis.* Ejusdem, ut dixerat n. 1, hoc est, quatuordecim diebus postquam illi diceretur : *Assume lamentum.*

18. *Lugubre.* Carmen, quale cani solet iis qui in sepulcrum demittuntur. — *Detrahe eam.* Præcipita, detrude in infernum, id est, prædic fore ut in infernum præcipitetur. — *Et filias.* Urbes aliarum gentium vicinarum. — *Ad terram ultimam... in lacum.* In infernum, ut capite, præcedenti, n. 14, 18.

19. *Quo pulchrior es?* Cui te, Ægypte, præfers ? quo altior, quo speciosior es ? Ecce quo altior tibi videris, eo profundius rues ; quo speciosior, eo in tetriorem locum cades. Ob superbiam ergo tuam descende, et dormi in sepulcro, et in inferno cum incircumcisis, et ut habet Chaldæus, *cum peccatoribus.*

20. *In medio interfectorum.* More eorum qui gladio interficiuntur, ut supra, c. 29, 12. Vide ibi dicta. — *Gladius datus est.* Nabuchodonosori et Chaldæis. Vel *gladio data est*, ut vertit Pagninus, et intelligitur Ægyptus. — *Attraxerunt eam.* Detrahent, dejicient, ruere facient. Vel sensus est : attraxerunt in Ægyptum os gladii et in mortem.

21. *Loquentur ei.* Quasi gratulandi causa ; gaudebunt enim de ejus ad inferos descensu, ut dixit cap. præcedenti, n. 16. Verba quæ loquentur omittit, sed ea intellige ex Isa., 14, 10, fore hæc, aut his similia : *Et tu vulneratus es, o Pharao, sicut et nos descendisti ad nos, etc.*

22. *Ibi.* Inter incircumcisos et occisos gladio in terra ultima, ut dixi n. 18 et 20. — *Assur.* Rex Assyriorum, quem cecidit, et cui regnum ademit Nabuchodonosor, adjutus a Cyaxare et Medis. — *In circuitu illius.* Regis Assur. — *Sepulcra ejus.* Scilicet multitudinis ; sepulcra eorum.

23. *Data.* Posita. — *In novissimis laci.* In profundissima fovea ; in terra ultima, ut dixit n. 18. — *Et facta est multitudo.* Assyrii in inferno juxta regem suum sepulti sunt ; quia omnes, sicut ille, interfecti sunt ; cum in hac vita omnibus hominibus terrori fuissent.

interfecti, cadentesque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viventium.

24. Ibi Ælam, et omnis multitudo ejus per gyrum sepulcri sui; omnes hi interfecti, ruentesque gladio; qui descenderunt incircumcisi ad terram ultimam; qui posuerunt terrorem suum in terra viventium, et portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum.

25. In medio interfectorum posuerunt cubile ejus in universis populis ejus, in circuitu ejus sepulcrum illius; omnes hi incircumcisi, interfectique gladio; dederunt enim terrorem suum in terra viventium, et portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum; in medio interfectorum positi sunt.

26. Ibi Mosoch, et Thubal, et omnis multitudo ejus; in circuitu ejus sepulcra illius; omnes hi incircumcisi, interfectique et cadentes gladio; quia dederunt formidinem suam in terra viventium.

27. Et non dormient cum fortibus, cadentibusque et incircumcisis, qui descenderunt ad infernum cum armis suis, et posuerunt gladios suos sub capitibus suis, et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum; quia terror fortium facti sunt in terra viventium.

28. Et tu ergo in medio incircumcisorum contereris, et dormies cum interfectis gladio.

29. Ibi Idumæa et reges ejus, et omnes duces ejus, qui dati sunt cum exercitu suo cum interfectis gladio; et qui cum incircumcisis dormierunt, et cum his qui descendunt in lacum.

par l'épée, qui autrefois avait répandu la terreur dans la terre des vivants.

24. Là est Elam et tout son peuple, autour de son sépulcre : là se trouve cette foule de morts qui ont été passés au fil de l'épée, qui sont descendus incirconcis aux lieux les plus bas de la terre, eux qui avaient répandu la terreur dans la terre des vivants, et qui ont porté leur ignominie avec ceux qui descendent au fond de la fosse.

25. Ils ont mis son lit parmi tous ces peuples au milieu de ceux qui ont été tués : ses sépulcres sont autour de lui. Tous ceux-là sont des incirconcis; et ils ont été passés au fil de l'épée, parce qu'ils avaient répandu la terreur dans la terre des vivants : et ils sont tombés honteusement avec ceux qui descendent au plus profond de la fosse, ils ont été mis dans la foule de ceux qui avaient été tués.

26. Là est Mosoch et Thubal, avec tout son peuple; et ses sépulcres sont autour de lui. Tous ceux-là sont des incirconcis; et ils sont tombés sous l'épée, parce qu'ils avaient répandu la terreur dans la terre des vivants.

27. Ils ne dormiront point avec les vaillants hommes qui sont tombés morts, et qui étaient incirconcis; qui sont descendus dans l'enfer avec leurs armes, et qui ont mis leurs épées sous leurs têtes; et leurs iniquités ont pénétré jusque dans leurs os, parce qu'ils étaient devenus la terreur des forts dans la terre des vivants.

28. *Peuple d'Égypte*, vous serez donc aussi vous-même réduit en poudre au milieu des incirconcis, et vous dormirez avec ceux qui ont été passés au fil de l'épée.

29. Là est l'Idumée, ses rois et tous ses chefs, qui ont été mis avec leur armée parmi ceux qui ont été tués par l'épée, qui ont dormi avec les incirconcis, et avec ceux qui sont descendus au fond de la fosse.

26. *Ibi Mosoch et Thubal.* Ces contrées embrassaient, dans la pensée du Prophète, le nord de l'Asie Mineure, qui touche à la mer Noire.

27. *Et non dormient.* D'après l'Hébreu : Ils n'ont pas été enterrés avec les honneurs que l'on rend aux guerriers; on n'a pas enterré leurs armes avec eux, mettant l'épée sous leur tête, selon la coutume des anciens.

---

24. *Ibi Ælam.* Ælamitarum rex. Sic italice dicimus, *il Turco*, pro Turcarum imperatore. Ælamitæ sunt Persæ. — *Sepulcri sui.* Sepulcri Ælam, sepulcri ejus. — *Portaverunt ignominiam suam.* Cum enim aliis terrori fuissent, ignominiose mortui sunt, sicut cæteri qui descendunt in lacum.

25. *Posuerunt.* Qui eos interfecerunt; aut dæmones, qui homines impios in infernum deducunt. — *Cubile ejus.* Regis Persarum et multitudinis quæ cum illo ad inferos descendit. -- *Dederunt enim terrorem.* Quæ hic habentur, clara sunt ex proxime dictis.

26. *Mosoch.* Cappadox. -- *Thubal.* Iberus. Vide supra c. 27, 13, et ibi dicta. -- *Quia dederunt.* Quia alios gladio occidebant, gladio occisi sunt.

27. *Non dormient.* Non sepelientur. -- *Cum fortibus.* Cum illis incircumcisis ac viris fortibus, qui non ignominiose, sed gloriose ac fortiter in bello occubuerunt. Comparat eos non cum justis et iis qui naturali morte moriuntur, sed cum iis qui, quamvis impii essent, et incircumcisi, et gladio interfecti, tamen gloriose ceciderant; quasi dicat, foro ut pejore etiam quam illi conditione sint. -- *Cum armis suis.* Cum quibus ad sepulcrum deferri et tumulari mos erat. Sic Jonathan sepultum legimus I. Machab., 13, 29. -- *Et fuerunt iniquitates eorum.* Qui gladio usque ad ossa confixi iniquitatum suarum pœnas dederunt, de cætero vero honorifice et fortiter occubuerunt. -- *Quia terror.* Hoc est quod proxime superiore versiculo dixit, *quia dederunt formidinem suam in terra viventium.*

28 *Et tu ergo.* O Pharao, hisce tyrannis atque occisis æque in pœna ac in culpa et tyrannide socius, cum eis sepelieris in imo inferno. -- *In medio incircumcisorum.* More incircumcisorum. Vide dicta c. 29. 12.

29. *Ibi Idumæa.* In inferno erunt Idumæi æque ac Assyrii, Ælamitæ, etc. Clarus est hic versiculus ex supra dictis.

30. Là sont tous les princes de l'Aquilon, et tous les hommes violents qui ont été conduits avec ceux qui avaient été tués, étant tous tremblants et tous confus, malgré leur fierté : ils sont morts incirconcis, avec ceux qui avaient péri par l'épée; et ils ont porté leur confusion avec ceux qui descendent au fond de la fosse.

31. Pharaon les a vus, et il s'est consolé de la foule de tout son peuple, qui a été tué par le tranchant de l'épée : Pharaon les a vus, avec toute son armée, dit le Seigneur Dieu.

32. J'ai répandu ma terreur dans la terre des vivants; Pharaon, avec tout son peuple, a dormi au milieu des incirconcis, avec ceux qui avaient été tués par l'épée, dit le Seigneur Dieu.

30. Ibi principes Aquilonis omnes, et universi venatores; qui deducti sunt cum interfectis, paventes, et in sua fortitudine confusi; qui dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, et portaverunt confusionem suam cum his qui descendunt in lacum.

31. Vidit eos Pharao, et consolatus est super universa multitudine sua, quæ interfecta est gladio; Pharao et omnis exercitus ejus, ait Dominus Deus.

32. Quia dedi terrorem meum in terra viventium; et dormivit in medio incircumcisorum cum interfectis gladio Pharao, et omnis multitudo ejus, ait Dominus Deus.

CHAPITRE XXXIII.

Ezéchiel est établi sentinelle pour la maison d'Israël.

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

2. Fils de l'homme, parlez aux enfants de votre peuple, et dites-leur : Lorsque j'aurai fait venir l'épée sur une terre, et que le peuple de cette terre, prenant l'un des derniers d'entre eux, l'aura établi pour leur servir de sentinelle;

3. Et que cet homme ensuite, voyant venir l'épée qui vient fondre sur ce pays-là, sonne de la trompette et en avertisse le peuple;

4. Si celui qui a entendu le son de la trompette ne se tient pas sur ses gardes, et que l'épée survenant l'emporte, quel que puisse être cet homme, son sang retombera sur sa tête.

5. Il a entendu le son de la trompette, et il ne s'est pas tenu sur ses gardes; il sera responsable de son sang : mais s'il se tient sur ses gardes, il sauvera sa propre vie.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, loquere ad filios populi tui, et dices ad eos : Terra cum induxero super eam gladium, et tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis, et constituerit eum super se speculatorem;

3. Et ille viderit gladium venientem super terram, et cecinerit buccina, et annuntiaverit populo;

4. Audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinæ, et non se observaverit, veneritque gladius, et tulerit eum; sanguis ipsius super caput ejus erit.

5. Sonum buccinæ audivit, et non se observavit, sanguis ejus in ipso erit; si autem se custodierit, animam suam salvabit.

30. *Ibi principes Aquilonis.* Les Iduméens, les Babyloniens, les Assyriens, les Syriens, les Sidoniens, les Egyptiens, en un mot, tous ces incirconcis que le Prophète voit ensevelis dans les régions de la mort, avaient été les ennemis du peuple Juif. N'y avait-il pas, dans ce tableau, de quoi les faire tressaillir, en leur montrant abattues toutes ces nations qui leur avaient été si hostiles ?

31. *Et consolatus est.* D'après l'Hébreu : Il s'est consolé en voyant la multitude de ces hommes de différents peuples qui ont été tués par l'épée.

Cap. XXXIII. — 2. *Loquere ad filios populi.* Les prophéties qui précèdent regardent les nations étrangères. Ezéchiel va revenir à ce qui concerne la maison d'Israël. Sans doute qu'il ne manquait pas de contradicteurs qui lui reprochaient, comme à Jérémie, de jeter le découragement parmi les Juifs, en faisant toujours entendre des menaces. Il leur répond qu'il est une sentinelle établie par Dieu à l'entrée du camp d'Israël, et qu'il est de son devoir de crier et d'annoncer la venue de l'ennemi, lorsqu'il le voit arriver.

---

30. *Principes Aquilonis.* Aliqui de Babyloniis intelligunt: alii de Syriis et Sidoniis, qui Ægypto Aquilonares erant; alii de utrisque. -- *Venatores.* Tyranni, qui aliorum bona et corpora venantur, quorum pater fuit Nemrod magnus venator coram Domino. Gen., 10. 9. Chaldæus vertit, *Sidonii;* vox enim Hebr. *tsidonim*, utrumque significat; *Sidonium*, si accipiatur ut nomen proprium; *venatorem*, si ut nomen appellativum. -- *In sua fortitudine confusi.* Hoc est quod dicit n. 24, *portaverunt ignominiam suam*, quod hoc eodem versiculo repetitur.

31. *Consolatus est.* Cum videret se tam multos et tam magnos pœnarum suarum socios habere, ut capite superiori, n. 16.

32. *Quia dedi terrorem meum. Quia*, id est, equidem ego Deus, ut olim dedi per eos terrorem Judæis et aliis viventibus quos afflixerunt; ita jam illos puniendo et deturbando ad tartara, ipsum et omnes tyrannos pariter terrebo. -- *In medio incircumcisorum.* Ut supra, n. 28.

Cap. XXXIII. — 2. *Filios populi tui.* Judæos populares tuos. — *Terra.* Hebraismus sic resolvendus; cum super terram gladium induxero. — *De novissimis.* De infima plebe. — *Speculatorem.* In edita aliqua specula, ut quæ ab hostibus fiunt contempletur.

3. *Gladium.* Armatos hostes. — *Cecinerit buccina.* Ut hoc signo intelligant cives hostium adventum.

4. *Audiens autem, quisquis ille est.* Et aliquis audierit. — *Non se observaverit.* Non caverit sibi sicut speculator admonebat. — *Sanguis ipsius.* Ipse sibi erit mortis causa : peribit vitio suo.

6. Quod si speculator viderit gladium venientem, et non insonuerit buccina; et populus se non custodierit, veneritque gladius, et tulerit de eis animam; ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.

7. *a* Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel; audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. [a *Supr.* 3. 17.]

8. Si me dicente ad impium : Impie, morte morieris; non fueris locutus ut se custodiat impius a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.

9. Si autem annuntiante te ad impium ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua, ipse in iniquitate sua morietur; porro tu animam tuam liberasti.

10. Tu ergo, fili hominis, dic ad domum Israel : Sic locuti estis, dicentes : Iniquitates nostræ et peccata nostra super nos sunt, et in ipsis nos tabescimus; quomodo ergo vivere poterimus?

11. *a* Dic ad eos : Vivo ego, dicit Dominus Deus; nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua, et vivat. Convertimini, convertimini a viis vestris pessimis; et quare moriemini, domus Israel. [a *Supr.* 18. 23. 32.]

12. Tu itaque, fili hominis, dic ad filios populi tui : Justitia justi non liberabit eum in quacumque die peccaverit; et impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua; et justus non poterit vivere in justitia sua, in quacumque die peccaverit.

13. Etiamsi dixero justo quod vita vivat, et confisus in justitia sua fecerit

6. Si au contraire la sentinelle, voyant venir l'épée, ne sonne point de la trompette; et que le peuple ne se tenant point sur ses gardes, l'épée vienne, et leur ôte la vie, ils seront surpris dans leur iniquité : mais néanmoins je redemanderai leur sang à la sentinelle.

7. Or, fils de l'homme, vous êtes celui que j'ai établi pour servir de sentinelle à la maison d'Israël : vous écouterez donc les paroles de ma bouche, et vous leur annoncerez ce que je vous aurai dit.

8. Si lorsque je dirai à l'impie : Impie, vous mourrez très-certainement, vous ne parlez point à l'impie, afin qu'il se retire de sa mauvaise voie, et qu'il meure ensuite dans son iniquité, je vous redemanderai son sang à vous-même.

9. Mais si vous avertissez l'impie qu'il se convertisse, et quitte sa mauvaise voie; et que lui néanmoins ne se convertisse point, et ne la quitte point, il mourra dans son iniquité : et, vous aurez délivré votre âme.

10. Vous donc, fils de l'homme, dites à la maison d'Israël : Voici la manière dont vous avez accoutumé de parler : Nos iniquités, dites-vous, et nos péchés sont sur nous : nous séchons dans nos crimes : comment donc pourrions-nous vivre?

11. Dites-leur ces paroles : Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que je ne veux point la mort de l'impie; mais que l'impie se convertisse, qu'il quitte sa mauvaise voie, et qu'il vive. Convertissez-vous, convertissez-vous, quittez vos voies toutes corrompues : pourquoi mourrez-vous, maison d'Israël?

12. Vous donc, fils de l'homme, dites aux enfants de mon peuple : En quelque jour que le juste pèche, sa justice *passée* ne le délivrera point : et en quelque jour que l'impie se convertisse, son impiété *passée* ne lui nuira point : et en quelque jour que le juste vienne à pécher, il ne pourra point vivre dans sa justice *précédente*.

13. Si après que j'aurai dit au juste qu'il vivra, il met sa confiance dans sa propre justice

6. *De manu speculatoris requiram.* Le devoir de tous les ministres de Jésus-Christ est celui que le Prophète indique. Ils sont des sentinelles, et s'ils dorment au lieu d'avertir de la présence de l'ennemi, ils assument sur eux la responsabilité de tout le mal qui arrive.

10. *Iniquitates nostræ et peccata nostra super nos sunt.* C'est le raisonnement des impies ou des pécheurs obstinés. Ils pretendent qu'ils sont damnés et qu'ils ne peuvent éviter la sentence qui les attend dans l'éternité. Le Prophète leur répond que Dieu ne veut point la mort de l'impie, et que, par conséquent, tout pécheur peut toujours sortir, s'il le veut, de sa voie mauvaise.

12. *Non poterit vivere in justitia sua.* La justice n'est point inamissible, comme l'enseignait Calvin. Tant que l'homme est sur la terre il peut faire un bon ou un mauvais usage de son libre arbitre. Le juste peut devenir méchant et le méchant peut devenir bon. Toute la partie morale de ce chapitre n'est que le développement de la doctrine qui est au chapitre XVIII.

---

6. *Tulerit de eis animam.* Aliquem ex eis occiderit. — *Ille quidem in iniquitate.* Qui gladio occisus est, merito ac propter iniquitatem suam gladio est interemptus, cum propter peccata Dominus hostilem gladium immittat. — *Sanguinem autem ejus.* Speculatorem propter mortem illius puniam ut homicidam.

7. *Speculatorem dedi te.* Ut si quid periculi populo imminere videris, illi nunties, exaltans quasi vocem tuam, ut dixit Isa., 58, 1. — *Ex me.* Meo nomine.

10. *Sic locuti estis, dicentes.* Id est, dicere soletis. — *Super nos sunt.* Urgent nos ad mortem, opprimunt nos, illisque contabescimus. — *Quomodo ergo vivere poterimus?* Videbantur hoc Judæi dicere ex quadam desperatione; itaque sequentibus verbis illos erigit Dominus ad spem bonam.

11. *Nolo mortem.* Nollem, si fieri posset. Hoc theologi de antecedente Dei voluntate interpretantur. — *Quare moriemini?* Quare sinetis vos mori, cum possitis, mores in melius emendantes, vitam vestram servare?

13. *Quod vita vivat.* Si permanserit in justitia sua.

et commet l'iniquité, toutes ses œuvres de justice seront mises en oubli, et il mourra dans l'iniquité qu'il aura commise.

14. Si après que j'aurai dit à l'impie : Vous mourrez très-certainement, il fait pénitence de son péché, et agit selon la droiture et la justice;

15. Si cet impie rend le gage qu'on lui avait confié, s'il restitue le bien qu'il avait ravi, s'il marche dans la voie des commandements de la vie; et s'il ne fait rien d'injuste, il vivra très-assurément, et ne mourra point.

16. Tous les péchés qu'il avait commis ne lui seront point imputés : il a fait ce qui était droit et juste, et ainsi il vivra très-certainement.

17. Après cela les enfants de votre peuple ont répondu : La voie du Seigneur n'est pas juste et équitable : mais c'est leur voie même qui est injuste.

18. Car lorsque le juste aura abandonné sa propre justice, et qu'il aura commis des œuvres d'iniquité, il trouvera la mort.

19. Au contraire lorsque l'impie aura quitté son impiété, et qu'il aura fait ce qui était droit et juste, il vivra dans sa justice.

20. Et néanmoins vous dites : La voie du Seigneur n'est pas droite. Maison d'Israël, je jugerai chacun de vous selon ses propres voies.

21. Le cinquième jour du dixième mois, la douzième année depuis que nous avions été emmenés captifs, un homme qui avait fui de Jérusalem vint me trouver, et me dit : La ville a été ruinée.

22. Or la main du Seigneur s'était fait sentir à moi, le soir de devant le jour qu'arriva cet homme qui avait fui de Jérusalem : et le Seigneur m'avait ouvert la bouche jusqu'à ce que cet homme vint me trouver le matin, et la bouche m'ayant été ouverte, je ne demeurai plus dans le silence.

23. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

24. Fils de l'homme, ceux qui habitent dans ces maisons ruinées sur la terre d'Israël, disent

iniquitatem; omnes justitiæ ejus oblivioni tradentur, et in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur.

14. Si autem dixero impio : Morte morieris; et egerit pœnitentiam a peccato suo, feceritque judicium et justitiam;

15. Et pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injustum; vita vivet, et non morietur.

16. Omnia peccata ejus quæ peccaverit, non imputabuntur ei; judicium et justitiam fecit, vita vivet.

17. Et dixerunt filii populi tui : Non est æqui ponderis via Domini; et ipsorum via injusta est.

18. Cum enim recesserit justus a justitia sua, feceritque iniquitates, morietur in eis.

19. Et cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque judicium et justitiam, vivet in eis.

20. *a* Et dicitis : Non est recta via Domini. Unumquemque juxta vias suas judicabo de vobis, domus Israel. [a *Supr.* 18. 25.]

21. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me qui fugerat de Jerusalem, dicens : Vastata est civitas.

22. Manus autem Domini facta fuerat ad me vespere antequam veniret qui fugerat; aperuitque os meum donec veniret ad me mane, et aperto ore meo, non silui amplius.

23. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

24. Fili hominis, qui habitant in ruinosis his super humum Israel, loquentes

21. *In decimo mense.* La nouvelle de la prise de Jérusalem arriva à Ezéchiel le 5e jour du 10e mois, et Nabusardan avait fait mettre le feu au temple, au palais du roi et aux maisons de la ville, le 10e jour du 5e mois. Il avait fallu près de cinq mois à ce fugitif pour porter cette triste nouvelle à ses compatriotes, en Chaldée. Ezéchiel, qui avait gardé le silence depuis le commencement du siècle, va reprendre ses prédictions au sujet d'Israël.

24. *Nobis data est terra in possessionem.* Jusqu'au dernier moment les Juifs s'abusèrent, en faisant reposer leurs espérances sur leurs priviléges. Dieu nous a donné cette terre, disaient-ils, elle ne peut donc pas nous être enlevée. Le Prophète s'efforçait de leur faire comprendre que ce privilége ne les ayant pas empêchés de commettre toutes sortes d'abominations, ils ne pouvaient se soustraire à la responsabilité de leurs actes.

---

14. *Feceritque judicium, et justitiam.* Innocenter et juste vixerit.

15. *Pignus restituerit.* Ponit duo justitiæ opera, ex quibus cætera intelligantur. — *Mandatis vitæ.* Quæ vitam præsentem conciliant et æternam.

17. *Non est æqui ponderis.* Non æque, non recte; nobiscum, id est, cum piis et impiis agit Deus. Qui male dispositi sunt, etiam justissima decreta non probant. — *Et ipsorum via.* Cum ipsorum potius via non recta sit.

20. *De vobis.* Jungendum cum *unumquemque.*

21. *Decimo mense.* Mense decembri. — *Transmigrationis nostræ.* Cum Jechonia, IV. Reg., 24, 12. — *Venit ad me qui fugerat.* Expugnata jam urbe, ut prædixerat illi Deus supra, cap. 24, 26, qui locus recognoscendus est, ut quem nunc explicamus intelligatur.

22. *Manus autem Domini.* Confirmaverat et roboraverat me Dominus. Vel afflavit me Dominus spiritu prophetico. — *Aperuitque os meum.* Dedit mihi loquendi libertatem, ut mihi fuerat pollicitus. — *Donec veniret ad me mane.* Ut, cum nuntius captæ civitatis mane veniret ad me, jam divino spiritu plenus libere concionarer ad populum.

24. *Qui habitant in ruinosis his.* In ruinis Jerusalem et Judææ a Chaldæis eversæ; quasi dicat : Hi relicti a Chaldæis in Judæa, cum dolere deberent, gaudent quod pauci ipsi totam

aiunt : Unus erat Abraham, et hæreditate possedit terram; nos autem multi sumus, nobis data est terra in possessionem.

maintenant : Abraham n'était qu'un seul homme, et il a reçu et possédé cette terre comme son héritage : nous autres, nous sommes en grand nombre, nous la recevrons donc, nous la posséderons.

25. Idcirco dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Qui in sanguine comeditis, et oculos vestros levatis ad immunditias vestras, et sanguinem funditis; numquid terram hæreditate possidebitis?

25. Dites-leur donc ceci : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Posséderez-vous cette terre comme votre héritage, vous qui mangez les viandes avec le sang; qui levez les yeux vers vos impuretés, et qui répandez le sang?

26. Stetistis in gladiis vestris, fecistis abominationes, et unusquisque uxorem proximi sui polluit; et terram hæreditate possidebitis?

26. Vous avez toujours été prêts à tirer l'épée; vous avez commis des abominations; chacun de vous a violé la femme de son prochain, et *après cela* vous posséderez cette terre comme votre héritage?

27. Hæc dices ad eos : Sic dicit Dominus Deus : Vivo ego, quia qui in ruinosis habitant, gladio cadent; et qui in agro est, bestiis tradetur ad devorandum; qui autem in præsidiis et speluncis sunt, peste morientur.

27. Vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je jure par moi-même que ceux qui habitent dans ces lieux ruinés périront par l'épée; que ceux qui sont dans les champs seront livrés aux bêtes, pour en être dévorés, et que ceux qui se sont retirés dans les lieux forts et dans les cavernes mourront de peste.

28. Et dabo terram in solitudinem et in desertum, et deficiet superba fortitudo ejus; et desolabuntur montes Israel, eo quod nullus sit qui per eos transeat.

28. Je réduirai cette terre en une solitude et en un désert : sa force altière *et* superbe sera détruite : et les montagnes d'Israël seront désolées, sans qu'il n'y ait plus personne qui y passe.

29. Et scient quia ego Dominus, cum dedero terram eorum desolatam et desertam, propter universas abominationes suas quas operati sunt.

29. Et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai rendu ainsi cette terre désolée et abandonnée, à cause de toutes les abominations qu'ils y ont commises.

30. Et tu, fili hominis, filii populi tui qui loquuntur de te juxta muros, et in ostiis domorum, et dicunt unus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes : Venite, et audiamus quis sit sermo egrediens a Domino.

30. Quant à vous, fils de l'homme, les enfants de votre peuple qui parlent de vous le long des murs, et aux portes de leurs maisons se disent l'un à l'autre : Allons entendre quelle est la parole qui sort de la bouche du Seigneur.

31. Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, et sedent coram te populus meus; et audiunt sermones tuos, et non faciunt eos; quia in canticum oris sui vertunt illos, et avaritiam suam sequitur cor eorum.

31. Ils viennent à vous comme un peuple qui s'assemble en foule, et ils s'assoient devant vous comme étant mon peuple : mais ils écoutent vos paroles, et ils n'en font rien; parce qu'ils les changent en des cantiques qu'ils repassent dans leur bouche, pendant que leur cœur suit leur avarice.

30. *Venite et audiamus.* Ezéchiel était tout à la fois un grand poète et un sublime orateur. Sa parole avait l'attrait qu'offrent les discours de nos orateurs les plus éloquents. On prenait plaisir à l'entendre, mais on n'en faisait pas davantage. Sa poésie était une agréable symphonie, et c'est ainsi, malheureusement, que l'on entend trop souvent la parole de Dieu, quand elle est annoncée par des prédicateurs d'un grand talent.

Judæam sint possessuri, dicuntque id non esse mirum, eo quod uni Abrahæ Deus illam promiserit; illi autem præ Abraham sunt multi. * Quasi dicant : Si Abraham cum trecentis vernis se inter tot infestos homines tutari potuit, multo magis nos tanto plures jus nostrum retinebimus.

25. *Qui in sanguine comeditis.* Cum sanguine comeditis carnem; sanguinis enim esus lege vetitus erat, Levit., 19, 26. — *Oculos vestros levatis ad immunditias.* Ad idola oculos levatis orandi causa. Vide dicta supra, c. 18, n. 6. — *Sanguinem funditis.* Patrantes homicidia.

26. *Stetistis in gladiis.* Confidistis in armis vestris. Chald., *stetistis in fortitudine vestra.* Vel parati fuistis gladiis, promptique ad effundendum sanguinem innocentem. — *Abominationes.* Et quas jam memoravit, et quas subdit.

27. *Qui in ruinosis habitant.* In Jerusalem, et aliis oppidis et vicis a Chaldæis semidirutis. — *Gladio cadent.* Godolias enim cum suis occisus est ab Ismahele, et post eum alii multi a Chaldæis.

28. *Eo quod.* Ita ut.

30. *Loquuntur de te.* Obloquuntur, irrident te, ut otiosi et sanniones in foro facere solent, et juxta muros quo conveniunt ad confabulandum, quia locus apricus est. Vel, *juxta muros* idem est ac intra domus parietes.

31. *Quasi si ingrediatur populus.* Veniunt ad te confertim et turmatim, et magna multitudine, ac si universus populus conflueret ad te. — *In canticum oris sui vertunt illos.* Rident, contemnunt, vertunt in jocum et canticum tuas minas et conciones.

32. Vous êtes à leur égard comme un air de musique qui se chante d'une manière douce et agréable : c'est ainsi qu'ils entendent vos paroles avec plaisir, sans faire néanmoins ce que vous dites.

33. Mais quand ce qui aura été prédit par vous sera arrivé, comme il est tout près d'arriver, c'est alors qu'ils sauront qu'il y aura eu un prophète parmi eux.

32. Et es eis quasi carmen musicum quod suavi dulcique sono canitur; et audiunt verba tua, et non faciunt ea.

33. Et cum venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc scient quod prophetes fuerit inter eos.

CHAPITRE XXXIV.

Prophétie contre les mauvais pasteurs d'Israël.

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. Fils de l'homme, prophétisez touchant les pasteurs d'Israël : prophétisez et dites aux pasteurs : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Malheur aux pasteurs d'Israël qui se paissaient eux-mêmes, les pasteurs ne paissent-ils pas leurs troupeaux?

3. Pour vous, vous mangiez le lait, et vous vous couvriez de la laine; vous preniez les brebis les plus grasses pour les tuer; et vous ne vous mettiez point en peine de paître mon troupeau.

4. Vous n'avez point travaillé à fortifier celles qui étaient faibles, ni à guérir celles qui étaient malades; vous n'avez point bandé les plaies de celles qui étaient blessées; vous n'avez point relevé celles qui étaient tombées, et vous n'avez point cherché celles qui s'étaient perdues : mais vous vous contentiez de les dominer avec une rigueur sévère et pleine d'empire.

1. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, propheta de pastoribus Israel; propheta, et dices pastoribus : Hæc dicit Dominus Deus : *a* Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos; nonne greges a pastoribus pascuntur? [a *Jerem.* 23. 1. *Supr.* 13. 3.]

3. Lac comedebatis, et lanis operiebamini, et quod crassum erat occidebatis; gregem autem meum non pascebatis.

4. Quod infirmum fuit non consolidastis, et quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, et quod abjectum est non reduxistis, et quod perierat non quæsistis; sed cum austeritate imperabatis eis, et cum potentia.

33. *Tunc scient quod prophetes fuerit inter eos.* Quand, après la prise de Jérusalem, les Juifs captifs vinrent retrouver leurs frères en Chaldée et qu'ils leur racontèrent les derniers événements du règne de Sédécias, ceux-ci reconnurent que tout s'était passé comme Ezéchiel l'avait annoncé. Ils virent alors qu'ils avaient un grand prophète parmi eux, et Ezéchiel put leur parler avec plus d'autorité.

Cap. XXXIV. — 2. *Væ pastoribus Israel.* Ce chapitre, rempli d'une éloquence toute divine, renferme, avec les plus salutaires instructions, les promesses les plus consolantes sous le voile d'une perpétuelle allégorie. On peut le comparer, à ce que dit Jérémie, au commencement de son chapitre XXIII, où il traite le même sujet sous les mêmes images. — L'Ecriture désigne souvent sous le nom de pasteurs, les rois qui sont à la tête des nations, et c'est ainsi que les appellent Homère et d'autres poètes profanes. On désigne aussi sous ce nom les prêtres chargés de la direction morale du peuple. Cette expression a ici cette double signification.

4. *Sed cum austeritate imperabatis eis.* Les rois d'Israël et de Juda ayant rendu leur puissance absolue, n'usaient de leur autorité que pour appauvrir leurs sujets par des exactions qu'ils employaient, non pas à la défense de l'Etat, au commerce, à l'administration de la justice, mais à leurs plaisirs. Ils traitaient la nation comme le pasteur mercenaire traite son troupeau, tuant les brebis qu'il leur plaisait d'immoler, s'attribuant le lait et la laine que produisaient les autres, sans s'inquieter du compte qu'ils auraient à rendre à Dieu, de cet abus de pouvoir. — Il en était de même des ministres de la religion. Soigneux de se faire payer les dîmes et les prémices et de prendre leur part des victimes qu'on leur offrait, ils ne songeaient pas à instruire le peuple de la loi, à lui rappeler ses devoirs et à lui donner de bons exemples. Leur conduite était un scandale mortel pour les âmes, et au lieu d'enseigner la vraie doctrine, ils l'altéraient et contredisaient les vrais prophètes dont les paroles leur déplaisaient.

---

32. *Et es eis quasi carmen musicum.* Audiunt te voluptatis causa, non ut ex sermonibus tuis proficiant, et mores emendent.

Cap. XXXIV. — 2. *De pastoribus.* Tum laicis, ut sunt reges, principes, magistratus; tum sacris, ut in Veteri Testamento erant pontifices, scribæ et sacerdotes. — *Qui pascebant semetipsos.* Lacte et carnibus gregis mei, id est, qui suam, non populi mei utilitatem quærebant, cum pastoris officium sit non seipsum, sed gregem sibi commissum pascere.

3. *Lac comedebatis.* Per lac intelligi potest stipendium sacerdotum et prophetarum; pastor enim jure lacte gregis vescitur : Nam, *quis pascit gregem, et de lacte gregis non manducat?* inquit D. Paulus, I. ad Corinthios, 9, 7. — *Lanis operiebamini.* Per lanas significari potest quidquid præter sua stipendia spoliantes populum accipiebant : per carnes, hæreditates quas per homicidia et iniqua judicia captabant. Unde subdit : *Quod crassum erat occidebatis, etc.* — *Quod crassum erat occidebatis.* Divitibus mortem inferebatis, ut eorum divitias raperetis.

4. *Abjectum.* In Hebr. est, *niddachat*, id est, dejectum, verbi gratia, in fossam, vel in avia et devia, perditam et vagantem ovem intelligit. — *Cum potentia.* Cum sævitia, tyrannice.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor; et factæ sunt in devorationem omnium bestiarum agri, et dispersæ sunt.

6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, et in universo colle excelso; et super omnem faciem terræ dispersi sunt greges mei, et non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret.

7. Propterea pastores audite verbum Domini :

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus : quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, et oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri, eo quod non esset pastor; neque enim quæsierunt pastores mei gregem meum, sed pascebant pastores semetipsos, et greges meos non pascebant;

9. Propterea pastores audite verbum Domini :

10. Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, et cessare faciam eos ut ultra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos; et liberabo gregem meum de ore eorum, et non erit ultra eis in escam.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipse requiram oves meas, et visitabo eas.

12. Sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ovium suarum dissipatarum; sic visitabo oves meas, et liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis et caliginis.

13. Et educam eas de populis, et congregabo eas de terris, et inducam eas in terram suam; et pascam eas in montibus Israel, in rivis, et in cunctis sedibus terræ.

5. Ainsi mes brebis ont été dispersées, parce qu'elles n'avaient point de pasteur : elles ont été dispersées en divers lieux, et elles sont devenues la proie de toutes les bêtes sauvages.

6. Mes troupeaux ont erré partout sur les montagnes, et sur toutes les collines élevées : mes troupeaux ont été dispersés sur toute la face de la terre, sans qu'il y eût personne pour aller les chercher; sans, dis-je, qu'il y eût personne qui se mît en peine de les chercher.

7. C'est pourquoi, ô pasteurs, écoutez la parole du Seigneur.

8. Je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que parce que mes troupeaux ont été livrés en proie, et que mes brebis ont été exposées à être dévorées par les bêtes sauvages, comme n'ayant point de pasteur, puisque mes pasteurs n'ont point cherché mes troupeaux, mais qu'ils n'ont eu soin que de se paître eux-mêmes, sans se mettre en peine de paître mes troupeaux :

9. Vous, dis-je, ô pasteurs, écoutez la parole du Seigneur.

10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens moi-même à ces pasteurs; j'irai chercher mon troupeau, et je le reprendrai d'entre leurs mains : je les empêcherai à l'avenir de continuer à paître mon troupeau; je ferai que ces pasteurs ne se paîtront plus eux-mêmes; je délivrerai mon troupeau de leur violence; et il ne deviendra plus leur proie.

11. Car voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viendrai moi-même chercher mes brebis, et je les visiterai moi-même.

12. Comme un pasteur visite son troupeau, lorsqu'il se trouve au milieu de ses brebis dispersées; ainsi je visiterai mes brebis, et je les délivrerai de tous les lieux où elles avaient été dispersées dans les jours de nuage et d'obscurité.

13. Je les retirerai d'entre les peuples; je les rassemblerai des divers pays; et je les ferai revenir dans leur propre terre; et je les ferai paître sur les montagnes d'Israël, le long des ruisseaux et dans tous les lieux du pays les plus habités.

5. *In devorationem omnium bestiarum agri.* Ces bêtes sauvages sont les Assyriens et les Chaldéens, qui ont, à différentes reprises, envahi la Judée et le royaume des dix tribus. A la suite de ces invasions, les Israëlites ont été dispersés à Ninive, à Babylone, en Egypte et dans les différentes contrées de l'Asie occidentale.

10. *Ecce ego ipse super pastores requiram.* Dieu a visité, dans sa colère, les rois et les prêtres qui avaient si mal gouverné son peuple. Il a renversé le trône de David, et il n'a plus laissé le sceptre entre les mains de ces princes indignes qui avaient livré leur troupeau à la fureur des bêtes sauvages. Le temple a été brûlé et le sacerdoce d'Aaron a momentanément, dans cette épreuve, perdu tout son éclat.

---

6. *Erraverunt greges mei in cunctis montibus.* Tum confugiendo ad idola in montibus, tum fugiendo sævitiam principum : per omne peccati genus a recta divinæ legis semita deerrantes, pastorum incuria et negligentia.

10. *Ecce ego.* Subintelligitur venio, aut aliquid hujusmodi. Chald. habet, *super gubernatores mittam furorem meum.* — *Super pastores.* Contra pastores. — *Requiram gregem meum.* Ratione exigam cur grex sit perditus et dissipatus et pœnas a pastoribus reposcam. — *Cessare faciam.* Amovebo illos ab officio pastorum.

11. *Ecce ego.* Christus loquitur, et se venturum promittit *ad oves quæ perierunt domus Israel.* Matth., 15, 24. — *Visitabo eas.* In hebræo est, *quæram eas.*

12. *In die nubis et caliginis.* Tempore calamitatis et captivitatis.

13. *Educam eas de populis.* Ex captivitate Babylonica, item ex Ammon, Idumæa, Ægypto, etc., quo fugientes dispersi erant Judæi. — *Inducam eas in terram suam.* Per Zorobabel et Esdram, vel (qui sensus sublimior est) per Christum ad læta Ecclesiæ pascua. — *In montibus Israel in rivis.* Ubique, tam in montibus quam in vallibus. Significat Ecclesiam per totum terrarum orbem esse diffundendam. — *Sedibus terræ. Habitationibus terræ,* ut est in hebræo.

14. Je les mènerai paître dans les pâturages les plus fertiles; les hautes montagnes d'Israël seront le lieu de leur pâture, elles s'y reposeront sur les herbes vertes, et elles paîtront sur les montagnes d'Israël dans les pâturages les plus gras.

15. Je ferai moi-même paître mes brebis; je les ferai reposer moi-même, dit le Seigneur Dieu.

16. J'irai chercher celles qui étaient perdues; je relèverai celles qui étaient tombées; je banderai les plaies de celles qui étaient blessées; je fortifierai celles qui étaient faibles; je conserverai celles qui étaient grasses et fortes et je les conduirai dans la droiture *et* dans la justice.

17. Mais vous, mes brebis, voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens moi-même pour être le juge entre les brebis et les brebis, entre les béliers et les boucs.

18. Ne devait-il pas vous suffire de vous nourrir en d'excellents pâturages, sans fouler aux pieds ce qui en restait? et après avoir bu de l'eau claire, vous avez troublé le reste avec vos pieds.

19. Ainsi mes brebis paissaient ce que vous aviez foulé aux pieds, et buvaient l'eau que vos pieds avaient troublée.

20. C'est pourquoi voici ce que le Seigneur Dieu vous dit : Je viens moi-même juger entre les brebis grasses et les brebis maigres.

21. Parce que vous heurtiez de l'épaule, et vous choquiez de vos cornes toutes les brebis maigres, jusqu'à ce que vous les eussiez dispersées dehors.

22. Je sauverai mon troupeau : il ne sera plus exposé en proie; et je jugerai entre les brebis et les brebis.

14. In pascuis uberrimis pascam eas, et in montibus excelsis Israel erunt pascua earum; ibi requiescent in herbis virentibus, et in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.

15. Ego pascam oves meas, et ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

16. Quod perierat requiram, et quod abjectum erat reducam et quod confractum fuerat alligabo, et quod infirmum fuerat consolidabo, et quod pingue et forte custodiam; et pascam illas in judicio.

17. Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego judico inter pecus et pecus, arietum et hircorum.

18. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper et reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris; et cum purissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.

19. Et oves meæ his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur; et quæ pedes vestri turbaverant, hæc bibebant.

20. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos : Ecce ego ipse judico inter pecus pingue et macilentum;

21. Pro eo quod lateribus et humeris impingebatis, et cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras;

22. Salvabo gregem meum, et non erit ultra in rapinam, et judicabo inter pecus et pecus.

15. *Ego pascam oves meas.* Cette prophétie a eu son premier accomplissement par le retour des Juifs dans leur pays après la captivité de Babylone. Ils ne furent plus gouvernés par des rois. Zorobabel, prince de la maison de David, qui était leur chef, n'en prit jamais le nom. Il partageait l'autorité avec le grand-prêtre Jésus, fils de Josédec. Après eux, Esdras et Néhémias, gouvernèrent de même sous la protection des rois de Perse. On vit la terre d'Israël se repeupler avec le temps par l'arrivée des descendants de ceux qui en avaient été chassés. Ils revinrent à leurs anciennes demeures, à la faveur de l'édit de Cyrus, et ne firent plus, avec ceux de la tribu de Juda, qu'un seul peuple et une seule république (*Mézenguy*).

18. *Reliquam pedibus vestris turbabatis.* Après avoir prononcé l'arrêt contre les pasteurs, Dieu adresse la parole aux brebis du troupeau. Le peu de soin qu'avaient les rois et les prêtres de protéger les faibles contre l'injustice et la violence, rendaient les riches insolents. Les brebis grasses heurtaient les brebis maigres. L'orgueil, l'avarice, la volupté, étouffaient dans les riches tout sentiment d'humanité. Ils n'avaient que du mépris pour les pauvres, et les regardaient comme des gens qu'on doit opprimer sans égard.

---

14. *In pascuis uberrimis.* Sacramentorum, verbi Dei, etc.

15. *Accubare faciam. Requiescere*, ut habent LXX.

16. *Abjectum.* Vide dicta n. 4. — *In Judicio.* Juste et sapienter.

17. *Inter pecus et pecus.* Inter bonos et malos; inter agnos et hircos.

18. *Nonne satis.* Contra divites loquitur, qui cum laute viverent, quæ ipsis supererant perdere malebant, quam pauperibus elargiri : mentionem facit solius eleemosynæ prætermissæ, quod unum peccatum loco omnium ponit, ut Christus Matth., 25, 42 : *Esurivi enim, et non dedistis mihi manducare, etc.*

19. *His, quæ conculcata pedibus vestris.* Notat eorumdem avaritiam, qui nihil pauperibus largiebantur, nisi corruptum, lacerum, inutile.

20. *Pecus pingue.* Pecus pingue sunt divites; macilentum vero sunt pauperes.

21. *Lateribus.* Cubitis et humeris pulsabatis, et cornu petebatis alias oves, donec extra pascua ejiceretis. Metaphora ex bobus sumpta, qui infirmiores cornu petunt, et ex loco pascuo ejicere solent.

22. *Judicabo inter pecus et pecus.* Vide supra, n. 17.

23. *a* Et suscitabo super eas pastorem unum qui pascat eas, servum meum David; ipse pascet eas, et ipse erit eis in pastorem. [a *Isai.* 40. 11. *Osee.* 3. 5. *Joan.* 1. 45. et 10. 11. 14.]

24. Ego autem Dominus ero eis in Deum; et servus meus David princeps in medio eorum; ego Dominus locutus sum.

25. Et faciam cum eis pactum pacis, et cessare faciam bestias pessimas de terra; et qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus.

26. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem; et deducam imbrem in tempore suo; pluviæ benedictionis erunt.

27. Et dabit lignum agri fructum suum, et terra dabit germen suum, et erunt in terra sua absque timore; et scient quia ego Dominus, cum contrivero catenas jugi eorum, et eruero eos de manu imperantium sibi.

28. Et non erunt ultra in rapinam in gentibus, neque bestiæ terræ devorabunt eos; sed habitabunt confidenter absque ullo terrore.

29. Et suscitabo eis germen nominatum; et non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt ultra opprobrium gentium.

30. Et scient quia ego Dominus Deus

23. Je susciterai sur elles le pasteur unique pour les paître; le vrai David, le bien-aimé, mon serviteur : lui-même aura soin de les *faire* paître; et il leur tiendra lui-même lieu de pasteur.

24. Mais moi, qui suis le Seigneur, je serai leur Dieu : et le vrai David, mon serviteur, sera au milieu d'elles comme leur prince : c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé.

25. Je ferai avec mes brebis une alliance de paix; j'exterminerai de la terre les bêtes les plus cruelles; et ceux qui habitent dans le désert, dormiront en assurance au milieu des bois.

26. Je les comblerai de bénédictions autour de ma colline : je ferai tomber les pluies en leur temps; et ce seront des pluies de bénédiction.

27. Les arbres des champs porteront leur fruit; la terre donnera son germe; *mes brebis* habiteront sans crainte dans leur pays, et elles sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai brisé leurs chaînes et rompu leur joug, et que je les aurai arrachées d'entre les mains de ceux qui les dominaient avec empire.

28. Elles ne seront plus en proie aux nations, et les bêtes de la terre ne les dévoreront plus : mais elles habiteront dans une pleine assurance, sans avoir plus rien à craindre.

29. Je leur susciterai une plante de grand nom, et ils ne seront plus consumés par la famine sur la terre, et ils ne seront plus en opprobre parmi les nations.

30. Ils sauront alors que je serai avec eux,

23. *Et suscitabo super eas pastorem unum.* Cet unique pasteur qui est roi et prêtre tout ensemble, est Jesus-Christ même, nommé David, non-seulement parce qu'il était fils de David selon la chair, et qu'il possédait éminemment et dans la réalité, toutes les qualites que l'Ecriture donne à David, comme figure du Messie; mais encore parce que le nom de *David* signifie en hébreu Bien-aimé; car Jésus-Christ est vraiment le bien-aimé de Dieu et des hommes. C'est de lui que Dieu son Père dit : *Voici mon fils bien-aimé, en qui j'ai mis toute mon affection* (Matth., III, 17). Ce Pasteur est unique parce que, selon la remarque de saint Augustin, tous ceux qu'il rend participants de son autorité et de sa sollicitude pour paître ses brebis, ne forment en lui et avec lui qu'un seul pasteur (Serm. 46, n. 30. *Bible de Vence*).

25. *Et cessare faciam bestias pessimas.* Jésus s'appelle lui-même le bon Pasteur : *Ego sum pastor bonus.* Le bon pasteur, dit-il, donne sa vie pour ses brebis. Il les défend contre les loups ravisseurs, et contre toutes les bêtes sauvages qui cherchent à les dévorer, tandis que le pasteur mercenaire s'enfuit, ne voulant pas s'exposer pour son troupeau (Cf. Joan., X, 11 et seq.).

29. *Germen nominatum.* Les Septante ont lu : Une plante de paix. Le P. de Carrières ajoute : La vraie vigne qui porte le vin pur, et qui sera pour eux une source de vie et de gloire. Cette plante de grand nom, cette plante de paix, cette vigne est le Messie, Jésus-Christ, qui est l'auteur de notre paix, et qui se compare à la vigne, à laquelle nous devons nous attacher pour porter des fruits de vie. *Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, ita et vos nisi in me manseritis* (Joan., XV, 4).

---

23. *Pastorem unum.* Non multos, sicut ante; nam hactenus *pastores multi demoliti sunt vineam meam.* Nunc autem mittam illis Christum pastorem bonum, qui *ponet animam suam pro ovibus suis.* Joan., 10, 11. — *Servum meum David.* Christum Davidis filium.

25. *Pactum pacis.* Novum Testamentum; quo Christus humanum genus Deo reconciliavit. — *Bestias pessimas.* Vitia, et hominum malorum ac dæmonum potestatem; auferam dæmoni potestatem quam habuit in homines.

26. *Ponam eos.* Faciam ut omnes gentes, quæ in circuitu collis mei, id est, Jerusalem habitant, beatos eos prædicent. Vel, *et ponam eos, et quæ sunt in circuitu collis mei, benedictionem*, ut vertit Vatablus, efficiendo ut non solum ipsis, sed vicinis etiam eorum omnia prospere succedant in gratiam vicini boni. — *Pluviæ benedictionis.* Fertilitatem et fecunditatem conciliantes. Intelligi hoc potest de pluvia doctrinæ evangelicæ.

27. *Catenas jugi eorum.* Quod dæmon et peccatum imposuit hominibus. — *De manu imperantium.* Dæmonis, mundi, carnis, peccati. Alludit ad captivitatem Babylonicam, quæ fuit symbolum captivitatis peccati et vitiorum.

29. *Germen nominatum.* Nobile, quod totam Judæorum gentem illustrabit; Christum, *qui egredietur de radice Jesse.* Isa., 11, 1. — *Imminuti fame.* Non minuetur propter famem eorum numerus. Non morientur multi eorum fame, sicut ante nec ferent opprobria gentium. In Ecclesia multiplex est cibus, ac præsertim eucharistiæ et salutaris doctrinæ. — *Gentium.* Doctrinæ.

moi qui suis le Seigneur leur Dieu, et qu'ils seront mon peuple, eux qui sont la maison d'Israël, dit le Seigneur Dieu.

31. Mais vous mes brebis, vous les brebis de mon pâturage, vous êtes des hommes; et moi je suis le Seigneur votre Dieu, dit le Seigneur Dieu.

eorum cum eis, et ipsi populus meus domus Israel; ait Dominus Deus.

31. *a* Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis; et ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus. [a *Joan.* 10. 11.]

CHAPITRE XXXV.

Prophétie contre l'Idumée.

1. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

2. Fils de l'homme, tournez le visage contre la montagne de Séïr : prophétisez contre elle, et dites-lui :

3. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, montagne de Seïr; j'étendrai ma main sur vous, et je vous rendrai toute déserte et abandonnée.

4. Je détruirai vos villes; vous serez déserte; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

5. Parce que vous avez été l'éternelle ennemie des enfants d'Israël, que vous les avez livrés à la puissance de l'épée dans le temps de leur affliction, lorsque leur iniquité était à son comble.

6. C'est pourquoi je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que je vous livrerai au sang, et que le sang vous poursuivra : en effet, parce que vous avez haï *votre* sang, vous serez aussi persécutée par *votre* sang.

7. Et je rendrai la montagne de Séïr toute déserte et abandonnée : et j'en écarterai tous ceux qui y passaient et y repassaient.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, pone faciem tuam adversum montem Seir, et prophetabis de eo, et dices illi :

3. Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te, mons Seir, et extendam manum meam super te, et dabo te desolatum atque desertum.

4. Urbes tuas demoliar, et tu desertus eris; et scies quia ego Dominus.

5. Eo quod fueris inimicus sempiternus, et concluseris filios Israel in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ.

6. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus; quoniam sanguini tradam te, et sanguis te persequetur; et cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te.

7. Et dabo montem Seir desolatum atque desertum; et auferam de eo euntem et redeuntem.

31. *Vos autem, greges mei.* Ceux qui sont à la tête des autres, les représentants du pouvoir civil ou du pouvoir religieux, ne peuvent trop méditer ce magnifique chapitre. Et il n'y a qu'à développer les pensées du Prophète, pour montrer tous les devoirs de la royauté et du sacerdoce, et faire voir tous les inconvénients qui résultent de leur omission ou de leur négligence.

Cap. XXXV. — 2. *Adversum montem Seir.* Ezéchiel avait déjà fait une prophétie contre l'Idumée (cap. XXV, 12-14), et Jérémie avait aussi prédit le châtiment de cette nation assez longuement (cap. XLIX, 7 et suiv.). Ezéchiel y revient, et ce chapitre se trouve compris dans les prophéties qui ont pour objet de consoler les Juifs, et qui sont postérieures à la prise de Jérusalem. On peut rattacher cette prophétie à ce qui suit et à ce qui précède, en considérant la destruction de l'Idumée, comme une figure de l'anéantissement de tous les ennemis d'Israël.

6. *Quoniam sanguini tradam te.* Cette prophétie s'accomplit sous Judas Machabée (I. Mach., V, 3, et II. Mach., X, 16). Au retour de la captivité, les Iduméens se trouvèrent en possession de presque tout le pays qui est au midi de Juda, depuis Hébron, en se dirigeant du côté de l'Arabie. Ils furent d'abord dans un état très-florissant qui faisait envie aux Juifs eux-mêmes, mais sous les Machabées ils subirent le châtiment que le Prophète avait annoncé.

---

31. *Vos autem.* Est inversus ordo, sic in rectum vertendus : vos, o homines, estis greges mei et pascuæ meæ; quasi dicat : Oves et greges de quibus hactenus locutus sum, non sunt pecudes, sed vos, domus Israel, qui homines estis; et pastor vester ego sum Dominus Deus vester.

Cap. XXXV — 2. *Pone faciem tuam.* Verte te : orationem tuam converte; vel intrepide, libere et obfirmata facie loquere. — *Adversum montem Seir.* Id est, Idumæam. Synecdoche, ex parte totum. Nam Seir mons erat in Idumæa, cui Esau illis habitans, qui Seir, id est, hirsutus erat, nomen dedit, Genes., 36, 8, 9.

3. *Ecce ego ad te.* Chald., *ecce ego mitto furorem meum super te.*

5. *Eo quod fueris inimicus.* Quia perpetuas inimicitias cum populo meo gessisti; * hæres odii quod Esau in Jacob gessit. — *Concluseris... in manus gladii.* Concludere in manus gladii est tradere in potestatem et manus gladii, ut scilicet ab eo cædantur. Hoc fecerunt Idumæi, qui quo tempore Chaldæi Judæos persequebantur, eos qui ad se fugiebant, cædebant. — *Iniquitatis.* Pœnæ iniquitatis, quam tolerabant.

6. *Sanguini.* Cædi, vel sanguinariis hominibus. In hebræo est, *sanguinem faciam te*, id est, tuo sanguine omni ex parte cruentabo te. Sic dicimus italice : *Ti farò tutto sangue.* — *Sanguis te persequetur.* Sanguis quem fudisti expetet de te vindictam. Vel Judæi, quos odisti et persecutus es (cum tamen eos, utpote ex eodem sanguine quo tu procreatos, amare debuisses), vicissim persequentur et interficient te.

8. Et implebo montes ejus occisorum suorum; in collibus tuis, et in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

9. In solitudines sempiternas tradam te, et civitates tuæ non habitabuntur; et scietis quia ego Dominus Deus.

10. Eo quod dixeris : Duæ gentes, et duæ terræ meæ erunt, et hæreditate possidebo eas; cum Dominus esset ibi;

11. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam juxta iram tuam, et secundum zelum tuum quem fecisti, odio habens eos; et notus efficiar per eos cum te judicavero.

12. Et scies quia ego Dominus audivi universa opprobria tua quæ locutus es de montibus Israel, dicens : Deserti nobis ad devorandum dati sunt.

13. Et insurrexistis super me ore vestro, et derogastis adversum me verba vestra, ego audivi.

14. Hæc dicit Dominus Deus : lætante universa terra, in solitudinem te redigam.

15. Sicuti gavisus es super hæreditatem domus Israel, eo quod fuerit dissipata, sic faciam tibi, dissipatus eris, mons Seir, et Idumæa omnis; et scient quia ego Dominus.

8. Je remplirai ses montagnes des corps de ses enfants qui auront été tués; et ils tomberont percés de coups d'épée le long de vos collines, de vos vallées et de vos torrents.

9. Je vous réduirai en des solitudes éternelles; vos villes ne seront plus habitées; et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur Dieu.

10. Parce que vous avez dit : Deux nations et deux pays seront à moi, et je les posséderai comme mon héritage; quoique le Seigneur fût présent dans Israël :

11. Pour cette raison, je jure par moi-même, dit le Seigneur Dieu, que je vous traiterai selon cette colère et cette envie pleine de haine que vous avez témoignée contre les Israélites, et que ce que je ferai parmi eux me fera connaître lorsque j'aurai exercé mes jugements contre vous.

12. Vous saurez alors que c'est moi qui suis le Seigneur, et que j'ai entendu toutes les paroles d'insultes que vous avez prononcées contre les montagnes d'Israël en disant : Ce sont des montagnes désertes qui nous ont été abandonnées pour les dévorer.

13. Votre bouche s'est élevée contre moi : vous avez prononcé contre moi des paroles insolentes, et je les ai entendues.

14. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu : Lorsque toute la terre *d'Israël* sera dans la joie, je vous réduirai en un désert.

15. Comme vous avez vu avec joie la ruine des terres de la maison d'Israël, je vous traiterai de même : vous serez ruinée, montagne de Séïr et toute l'Idumée sera détruite : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

CHAPITRE XXXVI.

Promesses magnifiques que Dieu fait à Israël.

1. Tu autem, fili hominis, propheta super montes Israel, et dices : *a* Montes Israel, audite verbum Domini : [a *Supr.* 6. 3.]

1. Mais vous, fils de l'homme, prophétisez aux montagnes d'Israël, et dites-leur : Montagnes d'Israël, écoutez la parole du Seigneur.

10. *Duæ gentes, et duæ terræ.* Les Iduméens n'avaient vu dans la ruine du royaume d'Israël et du royaume de Juda, qu'une occasion d'agrandissement. Ils avaient d'abord recherché l'alliance de Sédécias, mais quand ils virent que Jérusalem allait être prise, ils passèrent du côté des Chaldéens, et excitèrent Nabuchodonosor à raser la cité de David, et à en arracher jusqu'aux fondements (Cf. Ps., CXXXVI, 7; Thren., IV, 21, 22; Ezech., XXV, 12, Abdias).

---

8. *Montes ejus.* Montes Seir, id est, Idumeæ, de qua nunc in singulari loquitur, nunc in plurali, intelligens ejus cives et incolas.

10. *Duæ gentes.* Id est, Idumeæ quæ jam mea est, et Israel, quam nunc Judæis abeuntibus occupabo. Vel per duas gentes intelligit regnum Juda et regnum Israelis. — *Hæreditate possidebo.* Judæam invadam vacuam, possessoribus abductis in captivitatem. Vide dicta Jerem., 49, 1, ubi agitur de vicinis populis Judæam a Chaldæis vastatam occupare tentantibus. — *Cum Dominus esset ibi.* Cum terra sancta esset, et quasi Dei domicilium, propter templum quod erat in Jerusalem.

11. *Faciam juxta iram tuam.* Irascar tibi, sicut tu iratus es filiis Israel; et iratus tecum agam, ut tu iratus cum illis egisti. — *Zelum tuum.* Æmulationem et invidiam contra Judæos fratres tuos. — *Quem fecisti.* Quem exercuisti. — *Notus efficiar.* Glorificabor. — *Cum te judicavero.* Cum punivero te.

12. *Deserti.* Scilicet montes Judææ a Judæis jam occisis, vel abductis.

13. *Insurrexistis.* Superbe contra me locuti estis. — *Derogastis.* Detraxistis mihi per verba vestra, quæ adversum me jactastis, iis enim gloriæ meæ derogastis.

14. *Lætante universa terra.* Sicut tu, cum terra Juda vastaretur, lætatus es; ita cum tu vastaberis, omnes gentes lætabuntur. Hoc explicat versiculo sequenti

15. *Sic faciam tibi.* Efficiam ut aliæ quoque gentes tuo gaudeant interitu.

Cap. XXXVI. — 1. *Super montes.* De montibus, vel ad montes. Montes vocat totam Judæorum regionem, per synecdochen. Vel montes accipit pro incolis Judææ regionis montosæ per metonymiam.

2. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce que *votre* ennemi a dit de vous, avec des cris de joie : Ces hauteurs éternelles nous ont été données pour notre héritage,

3. Prophétisez, et dites : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : *Vous, montagnes d'Israël*, parce que vous avez été désolées, que vous avez été foulées aux pieds de tous les passants, que vous avez été l'héritage des autres nations, que vous êtes devenues la fable et l'objet des railleries de tous les peuples ;

4. Parce, *dis-je*, que vous avez été traitées de la sorte, montagnes d'Israël, écoutez la parole du Seigneur Dieu : Voici ce que dit le Seigneur Dieu aux montagnes, aux collines, aux torrents, aux vallées, aux déserts, aux maisons ruinées et aux villes désertes *de mon peuple*, qui ont été dépeuplées et déchirées de toutes parts par les railleries des autres peuples :

5. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu : Comme j'ai parlé dans l'ardeur de ma colère contre les autres peuples, et contre l'Idumée, qui se sont emparés de la terre qui était à moi, dans toute la joie de leur âme et de tout leur cœur, pour en faire leur héritage, et qui en ont chassé les habitants pour la ravager ;

6. Prophétisez aussi à la terre d'Israël, et dites aux montagnes, aux collines, aux coteaux et aux vallées : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : J'ai parlé maintenant dans mon zèle et dans ma fureur parce que vous avez été chargés d'opprobre parmi les nations.

7. Voici donc ce que dit le Seigneur Dieu : J'ai juré que les nations qui sont autour de vous porteront aussi elles-mêmes leur confusion.

8. Et vous, montagnes d'Israël, poussez vos branches, et portez votre fruit pour mon peuple d'Israël; car le temps où il doit venir est proche.

9. Et voilà que je viens à vous, et je me retournerai vers vous : vous serez labourées, et vous recevrez la semence.

2. Hæc dicit Dominus Deus : Eo quod dixerit inimicus de vobis : Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis;

3. Propterea vaticinare, et dic : Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod desolati estis, et conculcati per circuitum, et facti in hæreditatem reliquis gentibus, et ascendistis super labium linguæ, et opprobrium populi;

4. Propterea, montes Israel, audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus montibus et collibus, torrentibus, vallibusque, et desertis, parietinis, et urbibus derelictis quæ depopulatæ sunt, et subsannatæ a reliquis gentibus per circuitum.

5. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, et de Idumæa universa, quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio, et toto corde, et ex animo; et ejecerunt eam ut vastarent;

6. Idcirco vaticinare super humum Israel, et dices montibus et collibus, jugis et vallibus : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego in zelo meo, et in furore meo locutus sum, eo quod confusionem gentium sustinueritis.

7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Ego levavi manum meam, ut gentes quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent.

8. Vos autem, montes Israel, ramos vestros germinetis, et fructum vestrum afferatis populo meo Israel; prope enim est ut veniat;

9. Quia ecce ego ad vos, et convertar ad vos, et arabimini, et accipietis sementem.

Cap. XXXVI. — 2. *Eo quod dixerit inimicus.* Cet ennemi est l'Iduméen. Cette pensée montre le rapport qu'il y a entre ce chapitre et celui qui précède. Dans le chapitre précédent, le Prophète nous a annoncé que l'Iduméen serait puni, pour avoir insulté au malheur d'Israël. Dans ce chapitre, il ajoute que le pays d'Israël ne sera point donné à ses ennemis; mais que ses enfants reviendront l'habiter, et qu'ils y retrouveront la gloire et le bonheur.

---

2. *Inimicus.* Idumæus, Ammonita, Moabita, ut dixit supra, c. 24, 3. — *Altitudines sempiternæ.* Montes antiqui terræ Israel, qui nunquam complanantur, sed in eodem semper statu permanent; et qui deinceps semper nostri futuri sunt. — *In hæreditatem datæ sunt nobis.* Idumæi, Ammonitæ et Moabitæ cognati erant Judæis, nam Idumæi ex Esau, Ammonitæ et Moabitæ ex Loth genus ducebant; itaque mortuis aut in captivitatem ductis Judæis, putabant se quasi jure hæreditario in eorum possessiones succedere, ut significat Jerem., c. 49, 1. Vide ibi dicta.

3. *Et conculcati.* Vos, o montes Israel. In hebræo est : *Absorbuerunt vos vicinæ gentes* — *Ascendistis super labium.* Facti estis fabula populi, et materia sermonum omnibus gentibus fuistis proverbium, sicut prædixerat Jerem., cap. 25, 9.

4. *Parietinis.* Parietina est paries vetus et semirutus, sive parietum ruina.

5. *In igne zeli.* In ardore iræ et indignationis minatus sum Idumæis et aliis gentibus excidium, quia ipsi in clade Judæorum exultarunt: et Judæam quasi suam invaserunt. — *Ejecerunt eam.* Habitatores ejus. — *Ut vastarent.* Diriperent eorum æque ac terræ spolia.

6. *Locutus sum.* Contra gentes vobis inimicas; quod ad consolandos Judæos dicit. — *Eo quod confusionem.* Quia contumeliis et injuriis ab illis affecti estis.

7. *Levavi manum meam.* Juravi, quasi elata manu; quasi dicat : Sancte juro facturum me, ut gentes vobis inimicæ suam ferant ignominiam, et pœnas luant opprobrii quod intulerunt vobis Judæis.

8. *Ramos vestros germinetis.* Significat florentem statum Judæorum post reditum ex captivitate, et Ecclesiæ post adventum Christi. — *Prope enim est ut veniat.* Tempus imminet liberationis e captivitate.

9. *Ecce ego ad vos.* Scilicet, o Judæi, veniam; et ut habet Chald., *apparebo*, non quasi

10. Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Israel; et habitabuntur civitates, et ruinosa instaurabuntur.

11. Et replebo vos hominibus et jumentis; et multiplicabuntur, et crescent; et habitare vos faciam sicut a principio, bonisque donabo majoribus, quam habuistis ab initio, et scietis quia ego Dominus.

12. Et adducam super vos homines, populum meum Israel, et hæreditate possidebunt te; et eris eis in hæreditatem, et non addes ultra ut absque eis sis.

13. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quod dicunt de vobis : Devoratrix hominum es, et suffocans gentem tuam;

14. Propterea homines non comedes amplius, et gentem tuam non necabis ultra, ait Dominus Deus;

15. Nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium, et opprobrium populorum nequaquam portabis, et gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus.

16. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :

17. Fili hominis, domus Israel habitaverunt in humo sua; et polluerunt eam in viis suis, et in studiis suis; juxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me.

18. Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terram, et in idolis suis polluerunt eam.

19. Et dispersi eos in gentes, et ventilati sunt in terras; juxta vias eorum, et adinventiones eorum judicavi eos.

10. Je multiplierai les hommes en vous, *j'y ferai croître* toute la maison d'Israël : les villes seront habitées, et les lieux ruinés seront rétablis.

11. Je vous remplirai d'hommes et de bêtes; ils multiplieront, et ils s'accroîtront : je vous ferai habiter comme auparavant; je vous donnerai de plus grands biens que vous n'en aviez eus au commencement : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

12. Je ferai venir sur vous des hommes *d'entre* mon peuple d'Israël; ils vous posséderont comme leur héritage : vous serez, *dis-je*, leur héritage : et à l'avenir vous ne vous trouverez plus sans eux.

13. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Parce qu'on a dit de vous que vous étiez une terre qui dévorait les hommes, qui étouffait son propre peuple,

14. Pour cela vous ne dévorerez plus les hommes à l'avenir, et vous ne ferez plus mourir votre peuple, dit le Seigneur Dieu.

15. Je ne ferai plus entendre parmi vous les reproches et la confusion dont les nations vous couvraient; vous ne porterez plus l'opprobre des nations; et vous ne perdrez plus votre peuple, dit le Seigneur Dieu.

16. Le Seigneur me parla encore et me dit :

17. Fils de l'homme, les enfants d'Israël ont habité dans leur terre; ils l'ont souillée par le dérèglement de leurs affections et de leurs œuvres, leur voie est devenue à mes yeux comme l'impureté d'une femme qui souffre l'incommodité ordinaire à son sexe.

18. C'est pourquoi j'ai répandu mon indignation sur eux à cause du sang qu'ils avaient répandu sur la terre, et de leurs idoles par lesquelles ils l'avaient déshonorée.

19. Je les ai écartés en divers pays, et je les ai dispersés parmi les peuples; je les ai jugés selon leurs voies et selon leurs œuvres.

11. *Bonisque donabo majoribus quam habuistis ab initio*. Nous ne voyons pas que cette promesse ait été accomplie littéralement à l'egard du peuple Juif, depuis le retour de la captivité. Où est le temps auquel on puisse dire que ce peuple a joui d'une plus grande prospérité, que sous le règne de David, de Salomon, de Josaphat, d'Osias et de Joathan ? C'est ce qui nous avertit de voir dans ces promesses, quelque chose de plus élevé que ce que le sens littéral présente, et c'est ce que nous allons voir plus loin.

---

ultor, sed quasi beneficus pater, ut omnia necessaria vobis suppeditem, ut explicat infra, n. 25. — *Arabimini*. Alloquitur montes Israel, quibus promisit arationem et sationem, cum prius inculti et deserti fuissent. Significatur hac metaphora spiritualis animorum cultura, in Ecclesia.

11. *Sicut a principio*. Cum scilicet eduxi vos e terra Ægypti, et in terram Juda introduxi. Vel antequam in captivitatem abiretis. — *Bonisque donabo majoribus*. Spiritualibus, quorum majus est pretium quam temporalium.

12. *Super vos*. O montes Israel! — *Homines*. Fideles, qui in Christum credant. -- *Non addes ultra ut absque eis sis*. Ecclesia enim nunquam deficiet, et suos semper habebit cives. Alioqui Judæa post hoc vaticinium omnino vastata est a Tito.

13. *Devoratrix hominum*. Loquitur de terra Israel tanquam de muliere, cui crimini detur quod filios suos comedat, aut in lecto suffocet, quia permittebat cives suos occidi, et ab hostibus opprimi. Videtur etiam alludere ad illud Numer., 13, 33 : *Terra quam lustravimus, devorat habitatores suos*.

14. *Non comedes amplius*. Non objicietur tibi quod homines comedas, et quod sis veluti hominum vorago, quia non patiar ut habitatores tui in deinceps occidantur.

15. *Confusionem gentium. Ignominiam*, ut vertit Pagninus, scilicet qua te gentes affecerunt.

17. *Domus Israel*. Israelitæ, Judæi. -- *In humo sua*. In Judæa. -- *Viis suis*. Pravis suis moribus. -- *Juxta immunditiam*. Mulieri menstrua patienti similis fuit apud me. Sicut maritus uxorem suam exhorret, cum menstrua patitur, quia immunda est; ita ego exhorrui populum Israel, propter ejus immunditiam, idololatriam, homicidia, etc.

18. *Et in idolis*. Et propter idola quibus polluerunt terram.

19. *Adinventiones*. Opera. -- *Judicavi*. Punivi.

20. Mais ils ont vécu parmi les peuples où ils étaient allés, et ils y ont déshonoré mon saint nom, lorsqu'on disait d'eux : C'est le peuple du Seigneur, ce sont là ceux qui sont sortis de sa terre.

21. Mais j'ai voulu épargner la sainteté de mon nom, que la maison d'Israël avait déshonoré parmi les nations où ils étaient allés.

22. C'est pourquoi vous direz à la maison d'Israël : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Ce n'est pas pour vous, maison d'Israël, que je ferai ce que je dois faire; mais c'est pour mon saint nom que vous avez déshonoré parmi les nations où vous étiez allés.

23. Et je sanctifierai mon grand nom, qui a été souillé parmi les nations, que vous avez déshonoré au milieu d'elles; afin que les nations sachent que c'est moi qui suis le Seigneur, dit le Seigneur des armées; lorsque j'aurai été sanctifié à leurs yeux au milieu de vous.

24. Car je vous retirerai d'entre les peuples; je vous rassemblerai de tous les pays; et je vous ramènerai dans votre terre.

25. Je répandrai sur vous de l'eau pure, et vous serez purifiés de toutes vos souillures; et je vous purifierai de toutes vos idoles.

26. Je vous donnerai un cœur nouveau, et je mettrai un esprit nouveau au milieu de vous : j'ôterai de votre chair le cœur de pierre; et je vous donnerai un cœur de chair.

27. Je mettrai mon esprit au milieu de vous; je ferai que vous marcherez dans *la voie de* mes préceptes, que vous garderez mes ordonnances, et que vous les pratiquerez.

20. Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt, et *a* polluerunt nomen sanctum meum, cum diceretur de eis : Populus Domini iste est, et de terra ejus egressi sunt. [a *Isai.* 52. 5. *Rom.* 2. 24.]

21. Et peperci nomini sancto meo quod polluerunt domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt.

22. Idcirco dices domui Israel : Hæc dicit Dominus Deus : Non propter vos ego faciam, domus Israel, sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in gentibus ad quas intrastis.

23. Et sanctificabo nomen meum magnum quod pollutum est inter gentes, quod polluisti in medio earum; ut sciant gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis.

24. Tollam quippe vos de gentibus, et congregabo vos de universis terris, et adducam vos in terram vestram.

25. Et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et ab universis idolis vestris mundabo vos.

26. *a* Et dabo vobis cor novum, et spiritum novum ponam in medio vestri; et auferam cor lapideum de carne vestra, et dabo vobis cor carneum. [a *Supr.* 11. 19.]

27. Et spiritum meum ponam in medio vestri; et faciam ut in præceptis meis ambuletis, et judicia mea custodiatis, et operemini.

21. *Ad quas ingressi sunt.* Car, ajoute le P. de Carrières, ces nations n'auraient pas manqué de dire que c'était par faiblesse que je les laissais sous la puissance de leurs ennemis. Ainsi, malgré leur indignité, j'ai résolu de les délivrer et de les combler de mes bienfaits.

26. *Et dabo vobis cor novum.* Les saints Pères et la plupart des interprètes, dit la *Bible de Vence*, reconnaissent que ces grandes promesses n'ont reçu leur accomplissement, que dans l'alliance nouvelle dont Jésus-Christ est le médiateur, et dont le caractère distinctif est cet enseignement intérieur par lequel Dieu, répandant son esprit en nous, nous donne un cœur nouveau et un esprit nouveau, c'est-à-dire de nouvelles affections et de nouveaux sentiments, conformes aux vérités que la foi nous enseigne, et aux règles que l'Evangile nous prescrit. Saint Augustin a souvent employé ce texte contre les Pélagiens, pour prouver que c'est Dieu même qui, par l'impression de sa grâce sur nos cœurs, fait que nous marchons dans la voie de ses préceptes, par le libre consentement de notre volonté; en sorte que c'est Dieu qui, en conservant et perfectionnant même notre liberté, opère véritablement en nous, par sa grâce, le vouloir et le faire selon son bon plaisir, comme saint Paul nous l'enseigne (Philip., II, 13). Relativement aux effets de l'alliance nouvelle qu'Ezéchiel décrit ici, on peut comparer ce qu'en a dit Jérémie (chap. XXXI, 33), et rapprocher ces passages de l'interprétation de saint Paul (Heb., X, 16).

---

20. *Et ingressi sunt.* Cumque ingressi essent ad gentes, ad quas in captivitatem abierunt. -- *Polluerunt.* Occasionem dederunt ut gentes nomen meum polluerent, et contumeliis afficerent, dicentes me non potuisse vos e manibus hostium liberare, non intelligentes vos non hostium virtute, sed meo permissu justoque judicio superatos. Vel polluerunt, et ignominia affecerunt nomen meum sceleribus et pravis studiis suis. -- *Cum diceretur de eis.* Cum tamen de eis diceretur : Populus Domini est iste, et veniens e terra quæ sancta dicitur; quod illis ad sanctitatem incitamento esse debuisset. Vel quasi ita argumentarentur gentes : populus Domini est hic, et tamen de terra sua ejectus et in captivitatem ductus est; non est ergo Dominus Deus eorum tam potens, ut illi putant.

21. *Peperci.* Parcam. -- *Nomini sancto meo.* Rationem habebo nominis sancti mei, non patiar ut diu inter gentes polluatur, sed reducam eos ex captivitate in terram suam, non propter eorum merita, sed propter nomen meum, ne diutius polluatur, et impotens existimer.

23. *Sanctificabo.* Sanctum et admirabile illud ostendam. -- *Cum sanctificatus fuero.* Cum nomen meum sanctum esse ostendero vobis liberandis, illis cernentibus. Sanctificare nomen est eximere illud ab injuriis et probris hominum, sicut pollui est probris affici.

25. *Et effundam super vos aquam mundam.* Significat aquam baptismatis, qua Christus mundavit Ecclesiam, *per lavacrum regenerationis*, ad Tit., 3, 5.

26. *Cor lapideum.* Durum et in vitiis obfirmatum, quod nullam piæ et salubris doctrinæ impressionem admittit.

27. *In medio vestri.* In corde vestro, aut in visceribus vestris.

28. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris; et eritis mihi in populum, et ego ero vobis in Deum.

29. Et salvabo vos ex universis inquinamentis vestris; et vocabo frumentum, et multiplicabo illud, et non imponam vobis famem.

30. Et multiplicabo fructum ligni, et genimina agri, ut non portetis ultra opprobrium famis in gentibus.

31. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum; et displicebunt vobis iniquitates vestræ, et scelera vestra.

32. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis; confundimini, et erubescite super viis vestris, domus Israel.

33. Hæc dicit Dominus Deus : In die qua mundavero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, et inhabitari fecero urbes, et instauravero ruinosa.

34. Et terra deserta fuerit exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris,

35. Dicent : Terra illa inculta facta est ut hortus voluptatis; et civitates desertæ, et destitutæ atque suffossæ, munitæ sederunt.

36. Et scient gentes quæcumque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificavi dissipata, plantavique inculta, ego Dominus locutus sim, et fecerim.

37. Hæc dicit Dominus Deus : Adhuc in hoc invenient me domus Israel, ut faciam eis : Multiplicabo eos sicut gregem hominum,

38. Ut gregem sanctum, ut gregem Jerusalem in solemnitatibus ejus; sic erunt civitates desertæ, plenæ gregibus

28. Vous habiterez dans la terre que j'ai donnée à vos pères : vous serez mon peuple, et moi je serai votre Dieu.

29. Je vous délivrerai de toutes vos souillures : j'appellerai le froment, et je le multiplierai et je ne vous frapperai plus de la famine.

30. Je multiplierai le fruit des arbres et les semences des champs, afin qu'à l'avenir vous ne portiez plus l'opprobre de la famine devant les nations.

31. Vous vous ressouviendrez alors de vos voies toutes corrompues, et de vos affections déréglées; vos iniquités et vos crimes vous déplairont.

32. Ce n'est point pour vous que je ferai ceci, dit le Seigneur Dieu : je veux bien que vous le sachiez. Soyez confus, et rougissez de honte pour les excès de votre vie, maison d'Israël.

33. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Lorsque je vous aurai purifiés de toutes vos iniquités, que j'aurai peuplé vos villes, et rétabli les lieux ruinés;

34. Lorsque cette terre, qui paraissait déserte et toute désolée aux yeux des passants, aura commencé d'être cultivée de nouveau,

35. On dira : Cette terre qui était inculte est devenue comme un jardin de délices; et les villes qui étaient désertes, abandonnées et ruinées, sont maintenant rebâties et fortifiées.

36. Et tout ce qui restera des peuples qui vous environnent, reconnaîtra que c'est moi qui suis le Seigneur, qui ai rétabli les lieux ruinés et qui *en* ai cultivé de nouveau les champs incultes; que c'est moi, dis-je, qui suis le Seigneur, qui ai parlé et qui ai fait *ce que j'avais dit.*

37. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Les enfants d'Israël me trouveront encore favorable en ceci; et je leur ferai encore cette grâce : je les multiplierai comme un troupeau d'hommes,

38. Comme un troupeau saint, comme le troupeau de *victimes que l'on amène à* Jérusalem dans ses fêtes solennelles : c'est ainsi que les villes

32. *Non propter vos ego faciam.* Si Dieu n'avait fait attention qu'à la conduite d'Israël, il aurait traité Jérusalem comme Babylone. Il n'aurait point fait revenir les Juifs en Judée, et ne leur aurait pas rendu leur ancienne splendeur. Mais c'est par pure bonté qu'il les a traités ainsi. C'est déjà la réflexion que faisait Moïse à leurs pères, lorsqu'ils étaient sur le point d'entrer dans la terre promise. « Ne dites pas en vous-mêmes, leur représentait-il, c'est à cause de ma justice que le Seigneur m'a fait entrer dans cette terre (Deut., IX, 4 et seq.). »

---

29. *Vocabo frumentum.* Jubebo frumentum copiose provenire, non tam corporeum quam spirituale. Dabo vobis copiam gratiæ, sacramentorum, ac præsertim eucharistiæ, quibus anima pascatur et delicietur. -- *Non imponam vobis famem.* Non inducam famem super vos.

30. *Fructum ligni.* Fructus arborum. -- *Opprobrium famis in gentibus.* Gentes non exprobrent vobis quod fame moriamini.

31. *Et recordabimini.* Partim suppliciis castigati, partim devincti novo liberationis beneficio, peccatorum vestrorum vos pœnitebit.

32. *Non propter vos.* Sed propter nomen meum, ut dixit n. 22.

33. *Ruinosa.* Domos semirutas, quibus significari possunt animæ quæ in peccata corruerunt.

34. *Erat desolata in oculis.* Ut patebat omni transeunti.

35. *Munitæ sederunt.* Nunc munitæ sunt et tutæ. Sedere dixit, pro tutas esse; qui enim tuti sunt, sedent quieti, et animo curis soluto.

36. *Gentes.* Ammonitæ, Moabitæ, Idumæi, Tyrii, Sidonii. -- *Quæcumque derelictæ.* Quia supra delendas esse dixerat, a cap. 25 usque ad 29. -- *Ego Dominus locutus sim, et fecerim.* Scient gentes quod sicut locutus sum, vobisque promisi, sic reipsa feci ac præstiti.

37. *Invenient me.* Exorabor a domo Israel, exaudiam eos, et obtinebunt a me ut faciam eis quidquid petiverint. -- *Sicut gregem hominum.* Crescet eorum numerus, ut crescere solet numero capitum grex ovium.

38. *Ut gregem Jerusalem in solemnitatibus ejus.* Sicut Jerusalem tribus solemnibus anni temporibus plena est gregibus ovium, quæ ad sacrificandum adducuntur (quem gregem sanctum vocat); sic erunt omnes urbes, quæ ante dirutæ et desertæ fuerant, plenæ gregibus hominum.

d'Israël qui étaient désertes seront remplies de troupeaux d'hommes; et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

hominum; et scient quia ego Dominus.

CHAPITRE XXXVII.

Vision mystérieuse des ossements. Union d'Israël et de Juda. Le Messie.

1. Un *jour* la main du Seigneur fut sur moi : et m'ayant mené dehors par l'esprit du Seigneur, elle me laissa au milieu d'une campagne qui était toute pleine d'os.

2. Elle me mena tout autour de ces os; il y en avait une très-grande quantité qui étaient sur la face de la terre, et extrêmement secs.

3. Alors le Seigneur me dit : Fils de l'homme, croyez-vous que ces os puissent revivre? Je lui répondis : Seigneur Dieu, vous le savez.

4. Et il me dit : Prophétisez sur ces os, et dites-leur : Vous, os secs, écoutez la parole du Seigneur.

5. Voici ce que le Seigneur Dieu dit à ces os : Je vais envoyer un esprit en vous, et vous vivrez.

6. Je ferai naître des nerfs sur vous; j'y formerai des chairs; j'étendrai de la peau par dessus : et je vous donnerai un esprit, et vous vivrez : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur.

7. Je prophétisai donc comme *le Seigneur* me l'avait commandé : et lorsque je prophétisais, on entendit un bruit, et aussitôt il se fit un remuement parmi ces os : ils s'approchèrent l'un de l'autre; et chacun se plaça dans sa jointure.

8. Je vis tout à coup que des nerfs se formèrent, des chairs les environnèrent, et de la peau s'étendit par-dessus; mais l'esprit n'y était point encore.

9. Alors le Seigneur me dit : Prophétisez à l'esprit : prophétisez, fils de l'homme, et dites à

1. Facta est super me manus Domini, et eduxit me in spiritu Domini; et dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus;

2. Et circumduxit me per ea in gyro; erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer.

3. Et dixit ad me : Fili hominis, putasne vivent ossa ista? Et dixi : Domine Deus, tu nosti.

4. Et dixit ad me : Vaticinare de ossibus istis; et dices eis : Ossa arida audite verbum Domini.

5. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his : Ecce ego intromittam in vos spiritum, et vivetis.

6. Et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam in vobis cutem; et dabo vobis spiritum, et vivetis, et scietis quia ego Dominus.

7. Et prophetavi sicut præceperat mihi; factus est autem sonitus, prophetante me, et ecce commotio; et accesserunt ossa ad ossa, unumquodque ad juncturam suam.

8. Et vidi, et ecce super ea nervi et carnes ascenderunt; et extenta est in eis cutis desuper, et spiritum non habebant.

9. Et dixit ad me : Vaticinare ad spiritum, vaticinare, fili hominis, et dices

Cap. XXXVII. — 1. *Facta est super me manus Domini.* Cette page d'Ezéchiel est sans contredit un des chefs-d'œuvre de la poésie hébraïque. Les littérateurs profanes ne nous présentent rien de semblable, et cette composition serait une des conceptions les plus hardies et les plus extraordinaires de l'esprit humain, si nous ne devions y reconnaître avant tout une inspiration plus élevée, qui est celle de l'Esprit-Saint. Or, en voici le sujet. Les Juifs se voyant dispersés dans toutes les provinces de l'empire de Babylone, se laissaient aller souvent au découragement. Leur captivité était pour eux une prison. Isolés comme ils étaient les uns des autres, ils se demandaient comment pourraient s'accomplir les prophéties qui leur prédisaient le rétablissement de leur nation. Pour faire cesser ces doutes, le Seigneur envoie au Prophète cette vision mystérieuse, dans le but de faire comprendre à son peuple découragé, jusqu'où va sa toute-puissance.

2. *Erant autem multa valde super faciem campi.* Cette campagne était la Chaldée et tous les lieux où les Juifs étaient dispersés. Cette multitude d'os secs qui couvraient la terre, figurait ces mêmes Juifs dispersés dans ce pays étranger, ne formant plus un corps de nation comme auparavant, mais qui étaient dans la misère où la servitude les avait réduits, autant d'os desséchés. Rien n'était humainement aussi impossible que de rendre la vie à ces ossements arides. Cependant le souffle de Dieu opère cette merveille pour rendre l'espérance à ses fidèles exilés.

Cap. XXXVII. -- 1. *Manus Domini.* Non videtur hoc loco prophetiam solum significare, ut supra, cap. 33, 22, et alibi, sed manum ipsam Dei, qua visus sibi est propheta se apprehendi, et in campum deduci, ut eidem contigit, c. 8, n. 3 : fuit enim hæc mentalis visio, non realis translatio. -- *In spiritu Domini.* Significat quod dicebamus, nimirum non corpore, sed mente et spiritu se raptum a Domino. Vel *in spiritu* idem est ac virtute et impulsu Domini.

3. *Putasne vivent ossa ista?* Non quærit an essent vitæ restituenda in ultima resurrectione, sed an mox essent vivificanda. -- *Tu nosti.* Cui omnia aperta sunt; ego ignoro.

5. *Spiritum.* Animam.

7. *Sonitus.* Strepitus, ossium, quæ movebantur, et alia ad alia accedebant. -- *Prophetante me.* Cum adhuc prophetarem. Nondum loquendi finem feceram, cum effectus prophetiæ subsecutus est. — *Commotio.* Ossium, aut terræ reddentis ossa, quæ prius erant sepulta.

9. *Ad spiritum.* Jubens spiritum venire in ossium cumulos. Loquitur perinde atque si anima ventus esset; non quod ventus sit, sed quod vento, id est, spiratione et respiratione vi-

ad spiritum : Hæc dicit Dominus Deus : A quatuor ventis veni spiritus, et insufla super interfectos istos, et reviviscant.

10. Et prophetavi sicut præceperat mihi; et ingressus est in ea spiritus, et vixerunt steleruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde.

11. Et dixit ad me : Fili hominis, ossa hæc universa, domus Israel est; ipsi dicunt : Aruerunt ossa nostra, et periit spes nostra, et abscissi sumus.

12. Propterea vaticinare, et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego aperiam tumulos vestros, et educam vos de sepulcris vestris, populus meus; et inducam vos in terram Israel.

13. Et scietis quia ego Dominus, cum aperuero sepulcra vestra, et eduxero vos de tumulis vestris, populo meus;

14. Et dedero spiritum meum in vobis, et vixeritis, et requiescere vos faciam super humum vestram; et scietis quia ego Dominus locutus sum, et feci, ait Dominus Deus.

15. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

16. Et tu, fili hominis, sume tibi lignum unum; et scribe super illud Judæ, et filiorum Israel sociorum ejus; et tolle

l'esprit : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Esprit, venez des quatre vents, et soufflez sur ces morts, afin qu'ils revivent.

10. Je prophétisai donc comme *le Seigneur* me l'avait commandé; et en même temps l'esprit entra dans ces os : ils devinrent vivants et animés, ils se tinrent tout droits sur leurs pieds; et il s'en forma une grande armée.

11. Alors le Seigneur me dit : Fils de l'homme, tous ces os sont *l'image de* la maison d'Israël : Nos os, disent-ils, sont devenus tout secs; notre espérance est perdue, et nous sommes retranchés.

12. Prophétisez donc, et dites-leur : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : O mon peuple, je vais ouvrir vos tombeaux : je vous ferai sortir de vos sépulcres; et je vous ferai entrer dans la terre d'Israël.

13. Et vous saurez, ô mon peuple, que c'est moi qui suis le Seigneur, lorsque j'aurai ouvert vos sépulcres, et que je vous aurai fait sortir de vos tombeaux;

14. Que j'aurai répandu mon esprit en vous, que vous serez rentrés dans la vie, et que je vous aurai fait vivre en repos sur votre terre : vous saurez alors que c'est moi qui suis le Seigneur qui ai parlé et qui ai fait *ce que j'avais dit,* dit le Seigneur Dieu.

15. Le Seigneur me dit encore ces paroles :

16. Fils de l'homme, prenez un morceau de bois, et écrivez dessus : Pour Juda, et pour les enfants d'Israël qui lui sont unis. Prenez encore

10. *Steteruntque super pedes.* L'Eglise nous fait lire ce passage d'Ezéchiel à l'office du baptême de la veille de la Pentecôte, pour nous montrer dans cette vision, une image de la résurrection spirituelle du genre humain. Avant Jésus-Christ, toute la terre, figurée par cette plaine, était couverte d'ossements desséchés. Tous les hommes vivant éloignés, n'étaient ni unis entre eux par le lien de la charité, ni animés par l'Esprit de Dieu, pour ne former qu'un corps. Sous le souffle de la grâce, ces ossements se rapprochèrent et s'unirent, les nerfs et les chairs les recouvrirent, et l'on vit s'élever l'Eglise, cette société nouvelle qui n'avait qu'un cœur et qu'une âme. Depuis que l'esprit chrétien s'est refroidi, la division s'est jetée dans les esprits, tous les Etats sont déchirés par des dissensions implacables, les individus isolés sont retombés dans les ténèbres de la mort. Mais, comme le disait M. de Lamennais dans son beau temps : Qui soufflera sur ces ossements arides pour les ranimer (*Essai sur l'indifférence.* Introduction)?

13. *Et eduxero vos de tumulis vestris.* Il y a trop d'analogie entre cette vision et la résurrection générale des morts à la fin du monde, pour que nous ne fassions pas ce rapprochement. Les orateurs se sont souvent emparés de ces images, et ont fait de ce tableau les plus éloquentes applications.

---

vamus; sicut dicitur anima in sanguine esse, quia sanguine maxime vivimus. — *A quatuor ventis.* Ex omni parte. Designat quatuor præcipuas mundi plagas, ex quibus quatuor præcipui venti flant.

11. *Universa domus Israel.* Domum Israel significat, quæ fuit in Babylone captiva, quasi in sepulcro fuisset mortua. Applicat parabolam Judæis in Babylone captivis, qui de se suoque reditu actum putabant, neque plus esse spei ut in libertatem et in patriam redirent, quam ut ossa mortuorum arida et putrida reviviscerent. Deus ergo ostendit se et hoc et illud efficere posse. — *Aruerunt ossa nostra.* Jamdiu periimus, quæ spes potest superesse? Sic dicebat Martha : *Jam fœtet, quatriduanus est enim.* Joan., 11, 39; quasi hujusmodi mortui suscitandi nulla esset spes. — *Abscissi sumus.* Ut arbores radicitus excisæ.

12. *De sepulcris vestris.* Loquitur ex eorum opinione; putabant enim se similes esse mortuis quorum ossa aruerunt. Idcirco dicit Deus fore, ut, etiamsi in sepulcris sint, inde eos educat. Vel sepulcra metaphorice vocat captivitatem, urbes, carceres, ubi captivi tenebantur.

14. *Spiritum meum.* Spiritum novum (quem se illis daturum dixerat supra, cap. præcedenti, n. 26 et 27), sicut dedi spiritum meum, id est, ventum ossibus hisce. — *Humum vestram.* Judæam.

16. *Lignum unum.* LXX, *virgam unam.* Per duas virgas quarum hic mentio fit, duo sceptra significantur, et duo regna nimirum Juda et Israel. — *Judæ.* Sceptrum, regnum tribus Judæ et Benjamin, et Levi, quæ tribus domum David secutæ sunt. — *Joseph ligno Ephraim.* Id est, ut habet Chald. : *Joseph qui est tribus*, vel *regnum Ephraim.* Per Joseph autem et Ephraim intelligit decem tribus, vel solam tribum Ephraim, quæ secessionis causa fuit; quia Jeroboam auctor illius ex tribu erat Ephraim, Ephraim autem filius Joseph : per domum autem Israel reliquas novem tribus, quæ se illi associaverunt.

un autre morceau de bois, et écrivez dessus : Ce bois est pour Joseph, pour Ephraïm, pour toute la maison d'Israël, et pour ceux qui lui sont unis.

17. Puis approchez ces deux morceaux de bois, l'un de l'autre pour les unir : et ils deviendront en votre main comme un seul morceau de bois.

18. Et lorsque les enfants de votre peuple vous diront : Ne nous découvrirez-vous point ce que signifie ce que vous faites ?

19. Vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais prendre le bois de Joseph qui est dans la main d'Ephraïm, et les tribus d'Israël qui lui sont unies, et je les joindrai ainsi que lui avec le bois de Juda, pour n'en faire plus qu'un de ces deux ; et ils seront dans ma main comme un seul bois.

20. Vous tiendrez à la main devant leurs yeux ces morceaux de bois sur lesquels vous aurez écrit,

21. Et vous leur direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je vais prendre les enfants d'Israël du milieu des nations où ils étaient allés ; je les rassemblerai de toute part ; je les ramènerai en leur pays ;

22. Et je n'en ferai plus qu'un seul peuple dans leurs terres et sur les montagnes d'Israël : il n'y aura plus qu'un seul roi qui les commandera tous : et à l'avenir ils ne seront plus divisés en deux peuples, ni en deux royaumes.

23. Ils ne se souilleront plus à l'avenir par leurs idoles, par leurs abominations et par toutes leurs iniquités : je les retirerai sains *et* saufs de tous les lieux où ils avaient péché, et je les purifierai, et ils seront mon peuple, et je serai leur Dieu.

24. Mon serviteur David régnera sur eux ; ils

lignum alterum, et scribe super illud : Joseph ligno Ephraim, et cunctæ domui Israel, sociorumque ejus.

17. Et adjunge illa, unum ad alterum tibi in lignum unum ; et erunt in unionem in manu tua.

18. Cum autem dixerint ad te filii populi tui loquentes : Nonne indicas nobis quid in his tibi velis ?

19. Loqueris ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego assumam lignum Joseph, quod est in manu Ephraim, et tribus Israel quæ sunt ei adjunctæ ; et dabo eas pariter cum ligno Juda, et faciam eas in lignum unum ; et erunt unum in manu ejus.

20. Erunt autem ligna, super quæ scripseris in manu tua, in oculis eorum.

21. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt : et congregabo eos undique, et adducam eos ad humum suam.

22. *a* Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israel, et rex unus erit omnibus imperans ; et non erunt ultra duæ gentes, nec dividentur amplius in duo regna. [a *Joan.* 10. 16.]

23. Neque polluentur ultra in idolis suis, et abominationibus suis, et cunctis iniquitatibus suis ; et salvos eos faciam de universis sedibus in quibus peccaverunt, et emundabo eos ; et erunt mihi populus, et ego ero eis Deus.

24. *a* Et servus meus David rex super

19. *Lignum Joseph, quod est in manu Ephraim.* La tribu d'Ephraïm était à la tête du royaume des dix tribus, comme celle de Juda était à la tête du royaume qui portait son nom. Elle était la plus puissante des dix tribus, et Jéroboam, l'auteur du schisme, était de cette tribu. Ezéchiel a recours à ce symbole, pour indiquer qu'après la captivité, le peuple de Dieu ne sera plus divisé comme auparavant, et que les deux royaumes de Juda et d'Israël, n'en feront plus qu'un seul qui obéira aux mêmes chefs.

23. *Et erunt mihi populus, et ego ero eis Deus.* Ces paroles reviennent jusqu'à six fois dans Ezéchiel et dans Jérémie, pour exprimer les effets de la nouvelle alliance. Je serai leur Dieu, c'est-à-dire leur lumière, leur guide, leur protecteur, leur souverain bien, et ils seront mon peuple, c'est-à-dire, ils s'attacheront à moi et ils me serviront avec constance, fidélité et dévouement.

24. *Et servus meus David rex super eos.* Ce roi qui doit sortir de la tige de David, et à qui le Prophète donne pour ce motif le nom de David, est le Christ. Il régnera sur eux, il sera leur unique pasteur, le sauveur de Juda, le gardien et le protecteur de Jérusalem et le prince d'Israël à jamais (Cf. Jer., XXIII, 56).

---

17. *In lignum unum.* Ita ut lignum unum esse videatur. Per similitudinem conjunctionis duorum lignorum in unum, prædixit futuram per Christum duarum et decem tribuum reconciliationem ; Christus enim *fecit utraque unum*, ad Ephes., 2, 14, non solum Juda et Israel, sed Judæos etiam et gentiles, ut docet D. Paul. ad Gal., 3, 28 ; ad Coloss., 3, 11.

19. *Lignum Joseph.* Tribum et regnum Joseph, sive decem tribuum. — *Quod est in manu Ephraim.* Quia primus rex Israelis Jeroboam, et fere alii sequentes fuere ex tribu Ephraim. Unde Chald. vertit, *quæ est tribus Ephraim.* — *Dabo.* Ponam, jungam. — *In manu ejus.* Dei Hebræus habet, *in manu mea*, eodem sensu. Factum est hoc per Christum, qui æmulationem inter Judæos et Samaritas sustulit, et utrosque in Ecclesiam concordibus animis conjunxit.

20. *In oculis eorum.* In eorum conspectu, ut ea videant, et interrogent quid significent.

22. *In gentem unam.* In unum populum christianum, in quo non sit discrimen judæi aut gentilis, sed sit credentium omnium cor unum et anima una. — *In montibus Israel.* In Ecclesia catholica, quæ supra montem posita abscondi non poterit. — *Rex unus.* Jesus Christus rex Judæorum.

23. *De universis sedibus.* De omnibus habitationibus et locis in quibus hactenus captivi habitarunt, et aliarum gentium exemplo peccaverunt ; *commisti* enim *sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* Psal., 105, 35.

24. *Servus meus David rex super eos.* Christus filius David, ut supra, cap. 34, 23 et 24. Vocat servum suum, quia loquitur de illo ut de homine Davidis filio. — *Pastor unus erit omnium.* Fiet enim unum ovile et unus pastor, qui erit Christus Dominus. — *Judiciis meis ambulabunt. Præceptis meis*, ut habent LXX.

eos, et pastor unus erit omnium eorum; in judiciis meis ambulabunt, et mandata mea custodient, et facient ea. [a *Isai.* 40. 11. *Jer.* 23. 5. *Supr.* 34. 23. *Dan.* 9. 24. *Joan.* 1. 45.]

n'auront plus tous qu'un seul pasteur : ils marcheront dans *la voie de* mes ordonnances; ils garderont mes commandements, et ils les pratiqueront.

25. Et habitabunt super terram quam dedi servo meo Jacob, in qua habitaverunt patres vestri; et habitabunt super eam ipsi, et filii eorum, et filii filiorum eorum, usque in sempiternum; et David servus meus princeps eorum in perpetuum.

25. Ils habiteront sur la terre que j'ai donnée à mon serviteur Jacob, que vos pères ont habitée : ils l'habiteront, eux et leurs enfants jusqu'à jamais : et mon serviteur David sera leur prince pour toujours.

26. *a* Et percutiam illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis; et fundabo eos, et multiplicabo, et dabo sanctificationem meam in medio eorum in perpetuum. [a *Psalm.* 109. 4. et 116. 2. *Joan.* 12. 34.]

26. Je ferai avec eux une alliance de paix; mon alliance avec eux sera éternelle : je les établirai sur un ferme fondement; je les multiplierai, et j'établirai pour jamais mon sanctuaire au milieu d'eux.

27. Et erit tabernaculum meum in eis; et ero eis Deus; et ipsi erunt mihi populus.

27. Mon tabernacle sera chez eux : je serai leur Dieu, et ils seront mon peuple.

28. Et scient gentes quia ego Dominus sanctificator Israel, cum fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

28. Et les nations sauront que c'est moi qui suis le Seigneur et le sanctificateur d'Israël, lorsque mon sanctuaire se conservera pour jamais au milieu d'eux.

CHAPITRE XXXVIII.

Prophétie contre Gog, prince de Magog.

1. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :

1. Le Seigneur me parla encore, et me dit :

2. *a* Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem

2. Fils de l'homme, tournez le visage vers Gog, vers la terre de Magog, vers ce prince et

25. *Et habitabunt super terram.* Cette prophétie, dit la *Bible de Vence*, a reçu son premier accomplissement, lorsqu'après la captivité de Babylone, ceux d'entre les enfants d'Israël et de Juda qui retournèrent dans leur patrie, se réunirent en un seul peuple, au milieu duquel parut ensuite le vrai David, le bien-aimé, qui est Jésus-Christ. Mais elle ne sera pleinement accomplie, que lorsque le peuple Juif, représenté par la maison d'Israël, viendra tout entier se réunir au peuple chrétien, representé par la maison de Juda, en sorte qu'il n'y aura plus alors qu'un seul troupeau et un seul pasteur, selon l'expression de Jésus-Christ même (Joan., X, 16).

Cap. XXXVIII. — 2. *Pone faciem tuam contra Gog, terram Magog.* Ces noms sont mystérieux, et les interprètes sont très-partagés sur leur signification. D. Calmet applique en partie cette prophétie à Cambyse, fils et successeur de Cyrus. Grotius l'applique à Antiochus-Épiphanes. Saint Ambroise y a vu les Goths, et d'autres écrivains ecclésiastiques, les Lombards. Comme on retrouve les mêmes noms de *Gog* et de *Magog* dans l'Apocalypse (XX, 7), tous les interprètes ont cru qu'Ezéchiel avait, comme saint Jean, désigné par là l'Antechrist. Mais comme la même prophétie peut se rapporter à des temps différents, rien n'empêche que cette prophétie n'ait en partie son accomplissement avant Jésus-Christ, dans la personne de Cambyse, comme le suppose D. Calmet; partie après Jésus-Christ, comme le veulent saint Ambroise et d'autres commentateurs; et qu'elle doive avoir son accomplissement total à la fin des temps. Nous n'exclurions de notre interprétation que la supposition de Grotius, qui nous semble purement gratuite.

---

25. *Super terram.* In Ecclesia catholica, quæ per terram illam significabatur. — *Usque in sempiternum.* Quia regni Christi non erit finis, Luc., 1, 33. — *David servus meus.* Christus, ut supra, n. 24.

26. *Fœdus pacis.* Novum Testamentum, quo Christus pacificavit omnia per sanguinem crucis suæ, Coloss., 1, 20. — *Fundabo.* Stabiliam. — *Sanctificationem meam.* Sacrarium meum, templum meum, ut explicat versu sequenti.

27. *Erit tabernaculum meum in eis.* Habitabo in cordibus eorum; christiani enim sunt templum Dei, ut ait D. Paul., I. Cor., 3, 16, 17. Est etiam tabernaculum Dei apud fideles, quia in christianorum templis latet Dominus sub augustissimæ eucharistiæ sacris speciebus.

28. *Sanctificatio mea.* Vide n. 26.

Cap. XXXVIII. — 2. *Pone faciem tuam.* Verte te, converte orationem tuam, aut intrepide et libere loquere. Sic sæpe supra. — *Contra Gog.* Prælium, cujus mentio fit hoc capite, est prælium Antichristi contra Ecclesiam. Gog vero, vel est ipse Antichristus, vel primarius ejus rex et dux belli. Magog est exercitus Antichristi, qui constabit Scythis, Turcis, Tartaris, vel nationibus barbaris et crudelibus instar Scytharum; nam Magog esse Scythas colligitur ex Genes., 10, 2, ubi filius Japheth vocatur Magog a quo inhabitata et nominata est Scythia, ut docet Joseph., lib. I. Antiq., c. 11. — *Terram Magog.* Et contra terram Magog. — *Principem capitis Mosoch.* Qui Gog erit princeps et imperator regis Cappadociæ, quæ Mosoch dicitur. Alii putant Mosoch esse Moscovitas. — *Thubal.* Aliqui volunt esse Hispaniam, alii melius Iberiam aquilonarem Scythis vicinam.

ce chef de Mosoch et de Thubal, et prophétisez sur lui.

3. Et vous lui direz : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, Gog, prince et chef de Mosoch et de Thubal.

4. Je vous ferai tourner de toute part ; et je vous mettrai un frein aux mâchoires, je vous ferai sortir *de votre pays*, vous et toute votre armée, les chevaux et les cavaliers tout couverts de cuirasses, qui viendront en grandes troupes, armés de lance, de boucliers et d'épées,

5. Les Perses, les Ethiopiens et ceux de Libye seront avec eux tout couverts de boucliers, et le casque en tête.

6. Gomer et toutes ses troupes, la maison de Thogorma, vers l'Aquilon, et toutes ses forces, et plusieurs *autres* peuples seront avec vous.

7. Préparez-vous, disposez-vous *à marcher* avec toute cette troupe nombreuse qui s'est rassemblée auprès de vous; et soyez le chef dont ils prennent l'ordre.

8. Vous serez visité, après un long temps, dans les dernières années vous viendrez sur une terre qui a été sauvée de l'épée, qui a été tirée d'entre plusieurs peuples, et rassemblée aux montagnes d'Israël, qui avaient été toujours désertes, en une terre dont les habitants avaient été retirés d'entre les peuples et où tout le monde a été rétabli dans une pleine assurance.

9. Vous y viendrez alors, et vous *y* paraîtrez comme une tempête et comme un tourbillon pour couvrir la terre, vous et toutes vos troupes, et plusieurs peuples avec vous.

capitis Mosoch et Thubal; et vaticinare de eo. [a *Infr.* 39. 1. *Apocal.* 20. 7.]

3. Et dices ad eum : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch et Thubal.

4. Et circumagam te, et ponam frenum in maxillis tuis; et educam te, et omnem exercitum tuum, equos et equites vestitos loricis universos, multitudinem magnam, hastam et clypeum arripientium et gladium.

5. Persæ, Æthiopes, et Libyes cum eis, omnes scutati et galeati.

6. Gomer, et universa agmina ejus, domus Thogorma, latera Aquilonis, et totum robur ejus, populique multi tecum.

7. Præpara, et instrue te, et omnem multitudinem tuam quæ coacervata est ad te; et esto eis in præceptum.

8. Post dies multos visitaberis; in novissimo annorum venies ad terram, quæ reversa est a gladio, et congregata est de populis multis ad montes Israel qui fuerunt deserti jugiter; hæc de populis educta est, et habitabunt in ea confidenter universi.

9. Ascendens autem quasi tempestas venies, et quasi nubes, ut operias terram tu, et omnia agmina tua, et populi multi tecum.

3. *Principem capitis Mosoch et Thubal.* L'Hébreu peut signifier : *Principem e Ros, Mosoch et Thubal.* Gog étant maître de Magog, on a la désignation de quatre contrées symbolisant l'empire de l'Antechrist, qui doit s'étendre sur les quatre parties du monde.

5. *Persæ, Æthiopes, et Libyes.* La dénomination de ces peuples convient à Cambyse, qui était roi des Perses, et qui descendit avec eux en Egypte, où les Libyens et les Ethiopiens se joignirent à lui. — Gomer et Thogorma sont des peuples de l'Asie Mineure, qui faisaient partie de l'armée de ce prince, et qui étaient au nord par rapport à la Judée.

8. *Post dies multos.* Ceci peut être appliqué à l'Antechrist, qui viendra à la fin des temps, lorsque l'Eglise aura triomphé des persécutions matérielles, lorsque les peuples se seront convertis à sa doctrine, et que les Juifs eux-mêmes seront rentrés dans son sein.

---

3. *Ecce ego ad te.* Scilicet venio, ut supra, c. 36, n. 9.

4. *Circumagam te.* Est hysteron proteron, pro ponam frenum in maxillis tuis, et circumagam te tanquam equum; ducam et agam quocumque voluero, faciam de te quidquid mihi libuerit. Non permittam te nocere, nisi cui ego voluero. — *Educam te.* De terra tua, tanquam piscem ex aquis injecto hamo; vel tanquam equum de stabulo injecto freno, ut extra terram tuam perdam te. Cædetur enim Gog cum Antichristo juxta Jerusalem, ut patet Apoc., 20, 8 et 9. — *Vestitos loricis universos.* Vatablus, *indutos panoplia*, id est, omni armorum genere a capite ad pedes. Italice dicimus : *Armati da capo a piedi.*

6. *Gomer.* Galatæ; sic appellati ex Gomer filio Japheth, Gen., 10, 2, ut Josephus interpretatur lib. I. Antiq., cap. 6. — *Thogorma.* Phryges. Alii Germanos, alii Armenos, alii Cappadoces interpretantur. -- *Latera aquilonis.* Incolæ aquilonis.

7. *Præpara... te.* Est irrisio ; quasi dicat : Præpara te et exercitum tuum ad bellum, ut simul pereatis. — *Esto eis in præceptum.* Esto illorum dux et imperator.

8. *Post dies multos.* Ad finem mundi, quod D. Joannes, Apoc., 20, 7, dixit post mille annos, posito numero certo pro incerto. -- *Visitaberis.* Punieris a Deo. -- *In novissimo annorum.* Prope diem judicii. -- *Venies ad terram.* Adversus Ecclesiam. -- *Quæ reversa est a gladio.* Liberata a cædibus et persecutione, quas passa fuit a tyrannis. -- ' Venies ad eos quos Chaldæus ensis reliquos fecit. Ad Ecclesiam sanguine martyrum cruentam. Alludit ad Jerusalem, id est, Judæos e Babylone reversos; Jerusalem enim est typus et Symbolum Ecclesiæ. Adde proprie venturum Antichristum et Gog ad Jerusalem, quia in Jerusalem regiam suam collocabit Antichristus, et juxta eam cum fidelibus confliget et cædetur. -- *Ad montes Israel.* In terram sanctam. -- *Qui fuerunt deserti jugiter.* Septuaginta annis captivitatis, imo diuturniore tempore scilicet a Christo et Tito, usque ad Antichristum. -- *Hæc.* Terra, id est, homines habitatores terræ. -- *Educta est.* Evocata est e gentibus, educta est e potestate Chaldæorum, aliorumque populorum et regum infidelium, ita ut in ea cives confidenter ac secure habitent.

9. *Quasi tempestas... et quasi nubes.* Duabus hisce metaphoris impetum significat et multitudinem exercitus Antichristi. Simile est Dan., 11, 40; et Jerem., 4, 13.

10. Hæc dicit Dominus Deus : In die illa ascendent sermones super cor tuum, et cogitabis cogitationem pessimam ;

11. Et dices : Ascendam ad terram absque muro; veniam ad quiescentes, habitantesque secure; hi omnes habitant sine muro, vectes et portas non sunt eis :

12. Ut diripias spolia, et invadas prædam, ut inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerunt, et postea restituti, et super populum, qui est congregatus ex gentibus qui possidere cœpit, et esse habitator umbilici terræ.

13. Saba, et Dedan, et negotiatores Tharsis, et omnes leones ejus dicent tibi : Numquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ac diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, ut tollas argentum et aurum, et auferas supellectilem, atque substantiam, et diripias manubias infinitas.

14. Propterea vaticinare, fili hominis, et dices ad Gog : Hæc dicit Dominus Deus : Numquid non in die illo, cum habitaverit populus meus Israel confidenter, scies?

15. Et venies de loco tuo a lateribus Aquilonis tu, et populi multi tecum, ascensores equorum universi, cœtus magnus, et exercitus vehemens.

16. Et ascendes super populum meum Israel quasi nubes, ut operias terram. In novissimis diebus eris, et adducam te super terram meam; ut sciant gentes me, cum sanctificatus fuero in te in oculis eorum, o Gog!

17. Hæc dicit Dominus Deus : Tu ergo ille es, de quo locutus sum in die-

10. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : En ce temps-là vous formerez des desseins dans votre cœur, et vous prendrez une résolution très-criminelle,

11. En disant : Je viendrai dans un pays sans murailles, j'attaquerai des gens qui sont en paix, qui se croient dans une pleine assurance, qui habitent tous en des villes sans murailles, où il n'y a ni barres ni portes.

12. Vous ne penserez qu'à vous enrichir des dépouilles, à vous soûler du butin et du pillage, et à porter votre main cruelle contre ceux qui, après avoir été abandonnés avaient été rétablis; contre un peuple qui avait été rassemblé des nations, et qui commençait à habiter et à posséder cette terre au milieu *du monde*.

13. Saba, Dédan, les gens de trafic de Tharsis, et tous ses lions, vous diront : Ne venez-vous pas pour prendre les dépouilles? nous voyons que vous avez assemblé vos troupes si nombreuses pour faire un grand butin, pour prendre l'argent et l'or, pour *en* emporter les meubles et tout ce qu'il y a de précieux, et pour piller les richesses infinies.

14. C'est pourquoi prophétisez, fils de l'homme, et dites à Gog : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : En ce jour-là, lorsque mon peuple d'Israël demeurera dans une pleine assurance, vous le saurez.

15. Vous viendrez alors de votre pays, des climats de l'Aquilon, vous et plusieurs peuples avec vous, tous montés à cheval en grandes troupes, *et* avec une puissante armée.

16. Et vous viendrez fondre sur mon peuple d'Israël, comme un tourbillon, pour couvrir toute la terre; vous serez dans les derniers jours, et je vous ferai venir sur ma terre, afin que les nations me connaissent, lorsque j'aurai fait paraître en vous ma sainteté à leurs yeux, ô Gog!

17. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : C'est vous qui êtes celui dont j'ai parlé dans les siè-

11. *Ascendam ad terram absque muro.* Cambyse envahissant la Judée, trouva Israël sans murs et sans portes, puisque les portes et les murs de Jérusalem ne furent rétablis que sous Artaxerxès Longue-Main. Il en fut de même de l'empire romain, lorsque les Barbares l'envahirent, et que sous la conduite d'Alaric, de Genséric et d'Attila, ils se jetèrent sur Rome uniquement pour la piller.

---

10. *Ascendent sermones.* Hebraismus, id est, in animum induces, cogitabis.

11. *Ad terram absque muro.* Ad ecclesiam, ut eam oppugnem, quæ sine muro et sine vectibus esse dicitur : *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt.* II. Cor., 10, 4. Ad Jerusalem etiam, quæ eo tempore erit muris et propugnatoribus destituta.

12. *Ut inferas manum.* Ut affligas christianos, qui in Judæa a Turcis oppressi, et quasi deserti vixerunt; sed postea jugo excusso, suæ libertati restituti sunt; unde videtur ante ipsum Antichristum terram sanctam a christianis recuperandam. -- *Umbilici terræ.* Vocatur Judæa umbilicus terræ, vel propter fertilitatem, vel quia in medio terrarum, quæ tunc habitabantur, esse videbatur.

13. *Saba, et Dedan.* Sabæi et Idumæi; nam Dedan Idumææ civitas erat, ut constat ex c. 25, 13; et c. 27, 15. — *Negotiatores Tharsis.* Maris, aut Carthaginis, aut Tharsis Ciliciæ. — *Leones ejus.* Omnes principes, quos per metaphoram leones appellat. Significat fore ut omnes hæretici, qui antiquas cum Ecclesia inimicitias gerebant Antichristo adhæreant, eumque ad spoliandam Ecclesiam cohortentur; nam hi, quos nominat, inimici Judæorum erant, ut apparet cap. 25 et 27.

14. *Numquid.* Hebr. et LXX; *nonne.* — *Cum habitaverit... Israel.* Cum christiani quiete habitabunt in terra sancta. — *Scies.* Tunc scies et videbis quæ hic de te prædico, o Gog, impleri. Chald., *scies ultionem potentiæ meæ.* LXX, *consurges* contra eum, scilicet Israelem.

15. *A lateribus Aquilonis.* Ex Scythia, alii ex Babylone.

16. *In novissimis diebus.* Ante diem judicii. Vide supra, n. 8. — *Terram meam.* Judæam. — *Ut sciant gentes me.* Ut omnes gentes intelligant me esse Deum, cum me sanctum justum; quæ ostendero, te occidendo. Vide c. 28, n. 22, et c. 36, n. 23.

17. *In manu... prophetarum.* Per prophetas meos. Daniel enim, c. 7, 8, et 9. Isaias, Jeremias, multique alii quorum scripta non exstant, prophetaverunt de Antichristo ejusque exercitu. — *Ut adducerem te super eos.* Hebr., *quod adducerem te super eos.*

cles passés par mes serviteurs les prophètes d'Israël, qui ont prophétisé en ce temps-là, que je devais vous faire venir contre eux.

18. En ce jour-là, en ce jour de l'arrivée de Gog sur la terre d'Israël, dit le Seigneur Dieu, mon indignation passera jusqu'à la fureur.

19. Je parlerai dans mon zèle et dans le feu de ma colère, parce qu'en ce temps-là il y aura un grand trouble dans la terre d'Israël.

20. Les poissons de la mer, les oiseaux du ciel, les bêtes de la campagne, tous les reptiles qui se meuvent sur la terre, et tous les hommes qui sont sur la face de la terre, trembleront devant ma face : les montagnes seront renversées, les haies seront arrachées, et toutes les murailles tomberont par terre.

21. J'appellerai contre Gog l'épée sur toutes mes montagnes, dit le Seigneur Dieu : et ils tourneront tous l'un contre l'autre la pointe de leurs épées.

22. J'exercerai mes jugements sur eux par la peste, par le sang, par les pluies violentes, et par les grosses pierres : et je répandrai des pluies de feu et de soufre sur Gog, sur son armée, et sur tous les peuples qui seront avec lui.

23. Je ferai voir ma grandeur, je signalerai ma sainteté; je me ferai connaître aux yeux de plusieurs peuples : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

bus antiquis, in manu servorum meorum prophetarum Israel, qui prophetaverunt in diebus illorum temporum, ut adducerem te super eos.

18. Et erit in die illa, in die adventus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus, ascendet indignatio mea in furore meo.

19. Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit commotio magna super terram Israel;

20. *a* Et commovebuntur a facie mea pisces maris et volucres cœli, et bestiæ agri, et omne reptile quod movetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ; et subvertentur montes, et cadent sepes, et omnis murus corruet in terram. [a *Matth.* 24. 29. *Luc.* 21. 25.]

21. Et convocabo adversus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus; gladius uniuscujusque in fratrem suum dirigetur.

22. Et judicabo eum peste, et sanguine, et imbre vehementi, et lapidibus immensis; ignem et sulphur pluam super eum, et super exercitum ejus, et super populos multos qui sunt cum eo.

23. Et magnificabor, et sanctificabor; et notus ero in oculis multarum gentium, et scient quia ego Dominus.

CHAPITRE XXXIX.

Suite de la même prophétie.

1. Vous donc, fils de l'homme, prophétisez contre Gog, et dites-lui : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Je viens à vous, prince et chef de Mosoch et de Thubal.

1. Tu autem, fili hominis, vaticinare adversum Gog, et dices : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch et Thubal;

19. *In die illa erit commotio magna.* L'arrivée de Cambyse en Judée causa sans doute un grand effroi et un grand ébranlement en Israël. La chute de l'Empire romain d'Occident, en produisit un plus grand encore. L'Italie, les Gaules, l'Espagne, l'Afrique, la Grande-Bretagne, tout devint la proie des Barbares. Mais les expressions du Prophète ne conviennent bien qu'à l'Antechrist, dont la persécution doit s'étendre dans toute la terre.

21. *Et convocabo adversus eum.* Le glaive du Seigneur frappa Cambyse et son armee. Il frappa aussi Alaric, Rhadagaise, Genseric et tous ces chefs des Barbares, qui moururent hérétiques ou idolâtres. Il frappera aussi à la fin des temps l'Antechrist; et c'est ce que nous annonce saint Jean, en nous montrant le glaive à deux tranchants sortant de la bouche du Christ pour frapper tous ses ennemis : *Et de ore ejus procedit gladius ex utraque parte acutus : ut in ipso percutiat gentes* (Apoc., XIX, 15).

---

18. *Indignatio mea in furore meo.* Vehementer et usque ad furorem indignabor. Dicit Deus se contra Ecclesiam vehementem indignationem concepturum, quia permittet eam ab Antichristo valde vexari.

19. *Locutus sum.* Dixi, et statui. — *Commotio magna.* Describit finem mundi sub Antichristo, ut Matth., 24, 21 : *Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet.* Vel per commotionem terræ motum intelligit, ut sequentia indicant.

21. *Eum.* Gog. Quasi dicat : Concitabo alias gentes, aut potius ipsos ejus milites inter se tumultuantes contra Gog, qui eum cædant. — *Gladius uniuscujusque.* Faciam ut ipsi sese mutuis vulneribus conficiant.

22. *Judicabo.* Puniam. — *Sanguine.* Cæde et strage. — *Lapidibus immensis. Lapidibus grandinis*, ut LXX verterunt, vel etiam veris lapidibus.

23. *Sanctificabor.* Sanctus et justus agnoscar et prædicabor in sancta vindicta impiorum. — *Notus ero.* Chal., *manifestabo potentiam meam.*

Cap. XXXIX. — 1. *Tu autem.* Tu ergo * perge eadem sæpius inculcare, quo altius hæc omnia imprimantur animis. — *Super te.* Contra te veniam, ut puniam te. — *Principem capitis.* Id est, summum principem, qui es caput Mosoch, id est, Cappadociæ et Thubal, id est, Iberiæ.

2. Et circumagam te, et educam te, et ascendere te faciam de lateribus Aquilonis; et adducam te super montes Israel.

3. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua, et sagittas tuas de manu dextera tua dejiciam.

4. Super montes Israel cades tu, et omnia agmina tua, et populi tui, qui sunt tecum; feris, avibus, omnique volatili, et bestiis terræ dedi te ad devorandum.

5. Super faciem agri cades; quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.

6. Et immittam ignem in Magog, et in his qui habitant in insulis confidenter; et scient quia ego Dominus.

7. Et nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel; et non polluam nomen sanctum meum amplius; et scient gentes quia ego Dominus sanctus Israel.

8. Ecce venit, et factum est, ait Dominus Deus; hæc est dies de qua locutus sum.

9. Et egredientur habitatores de civitatibus Israel, et succendent, et comburent arma clypeum, et hastas, arcum, et sagittas, et baculos manuum, et contos : et succendent ea igni septem annis.

10. Et non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus;

2. Je vous ferai tourner de toute part, je vous tirerai *de votre pays;* je vous ferai venir des climats de l'Aquilon, et je vous amènerai sur les montagnes d'Israël.

3. Je briserai votre arc dans votre main gauche, et je ferai tomber vos flèches de votre main droite.

4. Vous tomberez sur les montagnes d'Israël, vous et toutes vos troupes, et tout votre peuple qui est avec vous : je vous ai livré aux bêtes farouches, aux oiseaux, et à tout ce qui vole en l'air, et aux bêtes de la terre afin qu'ils vous dévorent.

5. Vous tomberez au milieu des champs, parce que c'est moi qui ai parlé, dit le Seigneur Dieu.

6. J'enverrai aussi le feu sur Magog, et sur ceux qui habitent en assurance dans les îles : et ils sauront que c'est moi qui suis le Seigneur.

7. Je ferai connaître mon saint nom au milieu de mon peuple d'Israël! je ne laisserai plus profaner mon saint nom : et les nations sauront que c'est moi qui suis le Seigneur, le Saint d'Israël.

8. Voici le temps *où je pourrai dire :* Ce que j'ai prédit est arrivé, dit le Seigneur Dieu : voici le jour dont j'avais parlé.

9. Les habitants des villes d'Israël en sortiront : ils brûleront et réduiront en cendres les armes, les boucliers, les lances, les arcs et les flèches, les bâtons qu'ils portaient à la main, et les piques; et ils les consumeront par le feu pendant sept ans.

10. Ils n'apporteront point de bois des champs, et ils n'en couperont point dans les forêts, parce

Cap. XXXIX. — 4. *Super montes Israel cades tu.* Cambyse mourut à Ecbatanes de Syrie, qui était Ecbatanes du mont Carmel, sur l'une des montagnes d'Israël. Mais ces images conviennent bien mieux à l'état malheureux des âmes qui, en mourant dans leur péché, deviennent la proie du démon. C'est ainsi que saint Jean nous représente la fin de tous les malheureux qui auront suivi, à la fin des siècles, le parti de l'Antechrist : *Et omnes aves saturatæ sunt carnibus eorum* (Apoc., XIX, 23).

6. *Et in his qui habitant in insulis confidenter.* Dans le style des Hébreux, les îles désignent toutes les régions qui sont séparées d'eux par la Méditerranée, l'Italie, l'Allemagne, les Gaules et l'Espagne. On a vu dans ce feu, les guerres qui ont désolé l'Italie sous les Lombards, et les guerres faites par Charlemagne contre les Saxons. D'autres ont vu là le feu qui doit descendre du ciel au dernier jour, sur tous les ennemis de Dieu répandus sur la terre et dans les îles, partout où s'étendra le règne de l'Antechrist et sa puissance impie.

7. *Et non polluam nomen sanctum meum amplius.* Ce trait ne peut convenir qu'à la fin des temps, lorsque l'humanité ne sera plus à l'état d'épreuve, comme maintenant.

9. *Succendent ea igni septem annis.* On a remarqué que les sept années comptées depuis la mort de Cambyse, viennent se terminer à la sixième de Darius, fils d'Hystaspes, en laquelle on célébra la dédicace du temple, rebâti par les Juifs sous la protection de ce prince. Mais nous préférons prendre ce nombre pour un nombre indéterminé, et appliquer ceci à l'Antechrist comme le fait Ménochius.

---

2. *Circumagam te.* Vide dicta cap. superiori, n. 4. — *Educam te.* Alii vertunt, *succidam te.* Alii, *sectabo te*, id est, sex plagis afficiam te, scilicet peste, sanguine, imbre, lapidibus grandinis, igne et sulphure. Vide cap. præcedenti, n. 22. Videtur tamen esse idem sensus hujus versiculi, qui fuit cap. superiori, n. 4; unde per recapitulationem est repetitus.

3. *Arcum tuum.* Potentiam tuam.

6. *In Magog.* In regionem, terram et exercitum Gog, et in insulas subjectas vel confœderatas Magog.

7. *Non polluam.* Non permittam pollui, id est, profanari et blasphemari nomen meum amplius, ut per Gog, et Antichristi victorias et impietatem hactenus pollui permisi.

8. *Ecce venit, et factum est.* Prope est ut fiat quod prædixi. Dicit autem prope esse, quia mille anni apud Deum sicut dies una, ut D. Petrus interpretatur. II. Epist., c. 3, n. 8; quemadmodum D. Joannes dixit, novissimam horam esse, I. Epist., c. 2, n. 18.

9. *Et egredientur.* Cæso Antichristo, Gog, omnique ejus exercitu, tanta erunt cæsorum spolia, hastæ et arma, ut Judæi ex omnibus urbibus venturi sint, ut ea diripiant, et septem annis satis esse possint ad comburendum, ut aliunde ligna quærere opus habituri non sint. Videtur esse hyperbole et synecdoche, qua numerus certus pro incerto ponitur, quod in numero præsertim septenario apud Hebræos fieri consuevit. — *Baculos manuum.* Quos milites manibus gestant ad pugnandum, duratos ad præustos igne, vel ferro præfixos.

qu'ils feront du feu de ces armes, qu'ils feront leur proie de ceux dont ils avaient été la proie, et qu'ils pilleront ceux qui les avaient pillés, dit le Seigneur Dieu.

11. En ce jour-là je donnerai à Gog dans Israël un lieu célèbre pour lui servir de sépulcre, qui est la vallée des Passants, à l'orient de la mer, où tous ceux qui passeront seront frappés d'étonnement : ils enseveliront là Gog avec toutes ses troupes; et ce lieu s'appellera la Vallée des troupes de Gog.

12. La maison d'Israël les ensevelira durant sept mois, pour purger la terre.

13. Tout le peuple du pays les ensevelira : et ce jour où j'aurai signalé ma gloire leur sera un jour célèbre, dit le Seigneur Dieu.

14. Et ils établiront des hommes qui visiteront le pays sans cesse, pour rechercher et pour ensevelir ceux qui seraient encore demeurés sur la face de la terre, afin de la purifier : et ils commenceront à faire cette recherche après sept mois.

15. Ils parcourront tout le pays, et lorsqu'ils auront trouvé l'os d'un homme mort, ils mettront auprès une marque, afin que ceux qui sont chargés d'ensevelir les morts l'ensevelissent dans la vallée des troupes de Gog.

16. La ville de *Jérusalem* recevra le nom d'Amona : et ils purifieront le pays.

17. Voici donc, ô fils de l'homme, ce que dit le Seigneur Dieu : Dites à tous les oiseaux, à tout ce qui vole dans l'air et à toutes les bêtes de la terre : Venez toutes ensemble, hâtez-vous, accourez de toute part à la victime que je vous immole, à cette grande victime qui a été égorgée sur les montagnes d'Israël, afin que vous en mangiez la chair et que vous en buviez le sang;

quoniam arma succendent igni, et deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, et diripient vastatores suos, ait Dominus Deus.

11. Et erit in die illa; dabo Gog locum nominatum sepulcrum in Israel; vallem Viatorum ad orientem maris, quæ obstupescere faciet prætereuntes; et sepelient ibi Gog, et omnem multitudinem ejus, et vocabitur vallis multitudinis Gog.

12. Et sepelient eos domus Israel, ut mundent terram septem mensibus.

13. Sepeliet autem eum omnis populus terræ, et erit eis nominata dies, in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus.

14. Et viros jugiter constituent lustrantes terram, qui sepeliant et requirant eos qui remanserant super faciem terræ, ut emundent eam; post menses autem septem quærere incipient.

15. Et circuibunt peragrantes terram; cumque viderint os hominis, statuent juxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis Gog.

16. Nomen autem civitatis Amona, et mundabunt terram.

17. Tu ergo, fili hominis, hæc dicit Dominus Deus : Dic omni volucri, et universis avibus, cunctisque bestiis agri : Convenite, properate, concurrite undique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel; ut comedatis carnem, et bibatis sanguinem.

11. *Vallem Viatorum ad orientem maris.* Le tombeau de l'Antechrist et de ses partisans ne sera pas sur la terre, mais dans les enfers. Si on prend ces paroles dans le sens littéral, on peut entendre cette vallée, de la vallée du Carmel, située au pied du mont Carmel, près de la ville d'Ecbatanes, où, d'après Hérodote, Cambyse mourut. Elle est à l'orient de la Méditerranée, et elle est appelée la Vallée des Voyageurs, ou, selon l'Hébreu, la Vallée *des Passants*, parce que c'était là qu'on passait pour aller de Chaldée en Judée.

12. *Ut mundent terram septem mensibus.* C'est encore un nombre indeterminé. Tous les détails qui suivent, conviennent beaucoup mieux à la défaite de l'armée de Cambyse, ou aux guerres qui amenèrent la chute de l'Empire romain, qu'à l'Antechrist. Mais au verset 17, le Prophète y revient.

17. *Dic omni volucri.* Ce passage a beaucoup d'analogie avec ces paroles de saint Jean : « Je vis un ange debout dans le soleil, et il criait très-haut, en disant à tous les oiseaux qui volaient par le milieu du ciel : Venez et assemblez-vous pour le grand souper de Dieu, afin que vous mangiez les chairs des rois, les chairs de leurs officiers, les chairs de leurs vaillants hommes; les chairs des chevaux et de ceux qui sont assis dessus; les chairs de tous les hommes libres ou esclaves, petits ou grands..., et tous les oiseaux se rassasièrent de leurs chairs (Apoc., XIX, 17 et seq.). »

---

11. *Dabo Gog locum nominatum.* Qui ex ejus sepulcro et ex multitudine hominum, qui cum illo sepelientur, nominatus erit et celebris, vocabitur enim *vallis multitudinis Gog*, ut paulo post dicet. — *Vallem Viatorum.* Frequentem et celebrem, ut a multis videatur, vallem scilicet qua viatores ab oriente tendunt ad mare Genezareth. — *Quæ obstupescere faciet.* Quæ vallis stupori erit viatoribus ob copiam sepulcrorum.

12. *Domus Israel.* Israelitæ. — *Ut mundent terram.* A fœtore cadaverum. — *Septem mensibus.* Multis mensibus; videtur esse numerus definitus pro indefinito. Vide dicta supra, n. 9.

13. *In qua glorificatus sum.* Strage hostilis exercitus. Itaque dies ille celebris christianis.

14. *Quærere incipient.* Quia primis septem mensibus cadavera passim occurrent nec opus erit obvia quærere.

15. *Statuent juxta illud titulum.* Ut cognoscatur esse os humanum, et sepeliatur. — *Titulum.* Defixa, verbi gratia, in terra sude, aut aliquo alio signo. — *Pollinctores.* Qui curant funera, et cadavera sepeliunt.

16. *Nomen autem civitatis.* Juxta quam sepelietur Gog cum suis, vocabitur *Amona*, quæ vox idem est ac *multitudo ejus.* LXX vertunt, πολυάνδριον, id est, sepulcretum sive cœmeterium.

17. *Victimam meam.* Victimam vocat Deus magnam hostium stragem, quam justitiæ suæ quasi immolavit.

18. Carnes fortium comedetis, et sanguinem principum terræ bibetis; arietum, et agnorum, et hircorum, taurorumque et altilium, et pinguium omnium.

19. Et comedetis adipem in saturitatem, et bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolabo vobis :

20. Et saturabimini super mensam meam de equo, et equite forti, et de universis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.

21. Et ponam gloriam meam in gentibus; et videbunt omnes gentes judicium meum quod fecerim, et manum meam quam posuerim super eos.

22. Et scient domus Israel quia ego Dominus Deus eorum, a die illa, et deinceps.

23. Et scient gentes quoniam in iniquitate sua apta sit domus Israel, eo quod dereliquerint me, et absconderim faciem meam ab eis; et tradiderim eos in manus hostium, et ceciderint in gladio universi.

24. Juxta immunditiam eorum et scelus feci eis, et abscondi faciem meam ab illis.

25. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Nunc reducam captivitatem Jacob, et miserebor omnis domus Israel; et assumam zelum pro nomine sancto meo.

26. Et portabunt confusionem suam, et omnem prævaricationem qua prævaricati sunt in me, cum habitaverint in terra sua confidenter neminem formidantes;

27. Et reduxero eos de populis, et congregavero de terris inimicorum suorum, et sanctificatus fuero in eis, in oculis gentium plurimarum.

18. Que vous mangiez la chair des forts, et que vous buviez le sang des princes de la terre, des béliers, des agneaux, des boucs, des taureaux, des oiseaux domestiques, et de tout ce qu'il y a de plus délicat.

19. Et vous mangerez de la chair jusqu'à vous en soûler; et vous boirez le sang de la victime que je vous immolerai, jusqu'à vous enivrer.

20. Et vous vous soûlerez sur ma table de la chair des chevaux, de la chair des cavaliers les plus braves, et de tous les hommes de guerre, dit le Seigneur Dieu.

21. J'établirai ma gloire parmi les nations : toutes les nations verront le jugement que j'aurai exercé contre eux, et *reconnaîtront* ma main puissante que j'aurai appesantie sur eux.

22. Et les enfants d'Israël sauront depuis ce jour-là, et dans tous les temps qui suivront, que c'est moi qui suis le Seigneur leur Dieu.

23. Les peuples sauront alors que la maison d'Israël sera devenue captive, à cause de son iniquité, parce qu'ils m'avaient abandonné, et que je leur avais caché mon visage, et les avais livrés entre les mains de leurs ennemis, qui les ont tous fait passer au fil de l'épée.

24. Je les ai traités selon leur impureté et selon leur crime; et j'ai détourné d'eux mon visage.

25. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur Dieu : maintenant, je ramènerai les captifs de Jacob : j'aurai compassion de toute la maison d'Israël, et je deviendrai jaloux de l'honneur de mon saint nom.

26. Et ils porteront leur confusion, et *le poids de* tous leurs péchés, par lesquels ils avaient violé ma loi : lorsqu'ils habiteront en leur pays dans une pleine assurance, sans crainte de personne;

27. Lorsque je les aurai ramenés d'entre les peuples, que je les aurai rassemblés des pays de leurs ennemis, et que j'aurai été sanctifié au milieu d'eux aux yeux de plusieurs nations.

11. Et ostium lateris ad orationem; ostium unum ad viam Aquilonis, et ostium unum ad viam Australem; et latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu.

12. Et ædificium quod erat separatum

---

6. *Latera autem.* Cubicula parva inter geminum parietem intercepta, de quibus superiori versiculo erant sexaginta sex. — *Latus ad latus.* Significatur continuatio cubiculorum circa templum. Sic italice dicimus : *Da un lato all' altro; da un capo all' altro.* — *Et erant eminentia.* Cum fabricaretur murus templi, relictæ sunt in eo prominentiæ quæ *canes* ab architectis vocantur, super quas transversæ trabes cellarum innitebantur, ita ut necesse non esset murum perforare, ut tabulatorum tigna illi immitterentur. Vide dicta III. Reg., 6, 6. Italice diceremus : *Vi erano certe eminenze, che camminavano, per il muro del tempio, lasciate, accioche regessero i travi, accio non fosse necessario conficcarli ne' muri.*

7. *Platea.* Ita appellat latitudinem rotundam cochleæ. Duæ fuerunt hujusmodi scalæ; cum enim cubicula illa parva essent pervia, et ab uno in aliud pateret ingressus, plures scalas quam duas hinc et inde in duobus templi lateribus fieri necesse non fuit. — *In cœnaculum templi.* In superiora tabulata. — *Latius erat templum in superioribus.* Quia muri in inferiori parte crassiores; itaque quidquid ascendendo muri crassitiei detrahebatur, latitudini cubiculorum superiorum addebatur. — *In medium.* Per medium tabulatum, et per medium cubiculorum ordinem : sic lib. III. Reg., 6, 8, dicitur : *Et per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, et a medio in tertium.*

8. *Altitudinem.* Suprema cubicula, quæ omnium erant altissima. — *Fundata latera.* In hebræo est, *fundamenta thalamorum* sive *cubiculorum.* Fundamenta vocat pavimentum supremorum cubiculorum. Significat ergo suprema cubicula sex cubitos habuisse tam in longitudine quam in latitudine.

9. *Et latitudinem.* Paries cubiculorum extrinsecus quinque habebat cubitos in latitudine. — *Et erat interior domus.* In hebræo est, *et intervallum quod erat domus cubiculorum, quæ erant in templo.* Subaudi quinque etiam cubitorum erat, id est, quinque cubitorum erat spatium quod deinde in cubicula tributum est.

10. *Et inter gazophylacia latitudinem.* Id est, plateam; quasi dicat : Platea quædam viginti cubitos lata erat inter gazophylacia atriorum et prædicta cubicula templo adhærentia, quæ undique totam domum cingebant, ab oriente, meredie, occidente et aquilone. In hac platea orabant sacerdotes. Unde de ea dicitur Joel., c. 2, n. 17 : *Inter vestibulum et altare* (in hac scilicet platea) *plorabunt sacerdotes.*

11. *Et ostium lateris.* Ostia cubiculorum. — *Ad orationem.* Obversa erant, ad locum hunc orationis quem diximus. — *Ostium unum.* Ponit singulare pro plurali, id est, ostia eorum cubiculorum quæ ad latus aquilonare templi erant, aquilonem respiciebant; ostia vero eorum cubiculorum quæ erant ad latus meridianum, spectabant ad meridiem. — *Et latitudinem loci.* Et prædicti loci, sive cubiculorum latitudo fuit quinque cubitorum, uti etiam n. 9, dictum est.

12. *Ædificium.* Quod erat speratum. Ita appellat ædificium cellarum, sive cubiculorum, et oratoriorum jam dictorum, templo adhærentium, quod ait fuisse longitudinis septuaginta cubitorum. — *Versumque ad viam respicientem.* Quod ab oriente tendebat in occidentem, tam in latere aquilonari quam in meridiano. — *Ad mare.* Mare vocat occidentem, quia Judæis mare Mediterraneum est ad occidentem, — *Paries autem ædificii.* Hujus autem ædificii paries qui domum undique cingebat, latus erat vel crassus quinque cubitos; longus vero, id est, altus cubitos nonaginta.

versumque ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum; paries autem ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum; et longitudo ejus nonaginta cubitorum.

13. Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum; et quod separatum erat ædificium, et parietes ejus, longitudinis centum cubitorum.

14. Latitudo autem ante faciem domus, et ejus quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum.

15. Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem ejus, quod erat separatum ad dorsum; ethecas ex utraque parte centum cubitorum; et templum interius, et vestibula atrii.

16. Limina, et fenestras obliquas, et ethecas in circuitu per tres partes, contra uniuscujusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu; terra autem usque ad fenestras, et fenestræ clausæ super ostia.

17. Et usque ad domum interiorem, et forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus, et forinsecus, ad mensuram.

18. Et fabrefacta cherubim et palmæ;

tourné du côté du chemin qui regarde vers la mer, avait soixante-dix coudées de largeur; mais la muraille qui enfermait tout l'édifice, et qui avait cinq coudées d'épaisseur était longue de quatre-vingt-dix.

13. Il mesura la longueur de la maison *du Seigneur,* qui se trouva de cent coudées; et l'édifice qui en était séparé, ayec ses murailles, où il se trouva aussi cent coudées de long.

14. La place qui était devant la face du temple, entre l'édifice qui en était séparé du côté de l'Orient, se trouva encore de cent coudées.

15. Il mesura aussi la longueur de l'édifice *qui était* vis-à-vis du temple, *et* qui en était séparé par derrière : et les galeries, avec les chambres des deux côtés de cet édifice avaient cent coudées, y compris le temple intérieur et les vestibules du parvis.

16. Il mesura encore les portes, les fenêtres qui étaient de biais, et les portiques qui environnaient *le temple* de trois côtés, vis-à-vis de chaque porte; et tout cela était revêtu de bois à l'entour : or la terre allait jusqu'aux fenêtres, et les fenêtres étaient fermées au-dessus des portes.

17. Et il y en avait jusqu'à la maison intérieure dans tout le mur d'alentour, tant au dedans qu'au dehors, avec mesure et proportion.

18. Il y avait aussi des chérubins travaillés en

---

13. *Et mensus est domus longitudinem.* Quas mensuras sigillatim et per partes fuerat exsecutus, nunc in unam summam colligit, ejusque longitudinem ab oriente ad occidentem centum cubitorum fuisse docet. Ipsa enim domus longitudo et orationis locus, et parietes, omnia simul sumpta, longitudinem complent centum cubitorum.

14. *Latitudo autem.* Et platea quædam quæ jacebat ante eximium hoc ædificium separatum, orientem respiciens, lata erat cubitos centum; hujus autem plateæ longitudinem, n. 10, viginti cubitis definivit. — *Contra orientem.* Contra atrium interius, quod erat in orientali parte respectu templi.

15. *Longitudinem ædificii.* Atrii porticum, quæ triplici ex latere aquilonari, occidentali, et meridiano, ædificata erat circa templum. — *Contra faciem ejus.* E regione templi. — *Ad dorsum.* Quod ædificium erat post templum in parte occidentali, et quod etiam erat ad latus aquilonare et meridionale. — *Ethecas.* Id est, porticus. Cornel. a Lapide ait esse vocem Chaldaicam a radice *nataq*, id est, *avulsit*, *abrupit*, quod scilicet porticus a reliquo templi ædificio esset separata, nec illi adhæreret. " D. Hieronymus in commentario habet ἐκθέτας, et quid ea voce significetur explicat : « Εκθετας, inquit, Romæ appellant solaria de cœnaculorum parietibus eminentia, sive mœnia ab eo qui ea primus invenit, quæ nonnulli Græcorum ἐξώστας vocant. » Hæc ille, — *Centum cubitorum.* Tantæ scilicet latitudinis, quantæ erat templum cui commensurabantur, ita ut area in medio intercepta quadratum æquilaterum efficeret centum cubitorum ex omni latere. — *Et templum interius.* Atque ideo mensus est templum interius, et atrii vestibula.

16. *Limina et fenestras.* Repetit quæ dixit capite superiori, ut indicet angulum ibi particulatim, hic communiter mensum esse per tres partes, id est, per tria latera, scilicet meridiem, aquilonem, et occidentem. — *Fenestras obliquas.* De quibus dixit capite superiori, n. 16. — *Contra uniuscujusque limen.* Quasi dicat : Postibus domus singulis respondebant singula limina, vel tabulata singulis tabulatis. Villalpandus in paraphrasi ait limina hic appellari laquearia quibus porticus erant contectæ. — *Stratumque ligno.* Postes vero domus, vel parastades operiebantur tabulatis (tabutis cedrinis, inquit Chaldæus) cubiculorum in circuitu laterum jam dictorum, scilicet meridiani, etc. — *Terra autem usque ad fenestras.* Id est, paries erigebatur usque ad fenestras domus, quæ super altitudine viginti quinque cubitorum aperiebatur in pariete meridiano et aquilonari. — *Et fenestræ clausæ super ostia.* Fenestræ vero templi quæ super hujusmodi pariete aperiebantur, ab eodem ita abscondebantur, ut ex atriorum pavimento inferiori videri non possent. Vel sensus est : fenestræ clausæ triplici operimento, scilicet cancellis, valvis et aulæis, aperiebantur super altitudine ostii orientalis domus.

17. *Et usque ad domum interiorem.* Id est, aperiebantur fenestræ modo explicato per parietes exterioris domus usque ad parietem interioris; nam in interiori fenestræ non erant. — *Et forinsecus.* Forinsecus erant fenestræ suo ordine dispositæ. — *Intrinsecus, et forinsecus ad mensuram.* Quæ fenestræ tam in parte quæ foras prospiciebat, quam in ea quæ intro, debita proportione, factæ erant, ut fieri solent fenestræ obliquæ. Vel ad *mensuram*, scilicet eamdem omnes factæ.

18. *Fabrefacta cherubim.* In parietibus templi insculptæ erant effigies cherubim et palmarum; ita ut alternatim sibi succederent cherubinus et palma, et rursus alter cherubinus et palma. — *Duasque facies habebat cherub.* Nam aliæ duæ in ipso pariete cui adhærebant abscondebantur. Apparebat ergo tantum facies hominis et facies leonis.

sculpture, et des palmes ; en sorte qu'il y avait une palme entre chaque chérubin : et ces chérubins avaient chacun deux faces ;

19. La face d'un homme tournée du côté d'une de ces palmes, et la face d'un lion tournée de l'autre côté vers l'autre palme : et cet ordre était régulièrement observé tout autour du temple.

20. Ces chérubins et ces palmes en sculpture se voyaient sur la muraille du temple, depuis la terre jusqu'au haut de la porte.

21. La porte du temple était carrée, et la face du sanctuaire répondait à celle *du temple*, étant en regard l'une devant l'autre.

22. L'autel qui était de bois, avait trois coudées de hauteur et deux de largeur : ses cornes, sa surface et ses côtés étaient de bois. Et *l'ange* me dit : Voilà la table qui doit être devant le Seigneur.

23. Il y avait double porte dans le temple et dans le sanctuaire ;

24. Et chaque battant avait encore une petite porte à deux battants qui se fermaient l'un sur l'autre ; car il y avait une double porte du côté de chaque battant de la grande porte.

25. Et il y avait des chérubins et des palmes travaillés en sculpture aux portes mêmes du temple, comme on en voyait à ses murailles : c'est pourquoi il y avait de grosses pièces de bois au frontispice du vestibule par le dehors ;

26. *Et* au-dessus desquelles étaient des fenêtres de biais, et des figures de palmes de chaque côté sur les chapiteaux des pilastres du vestibule, aussi bien que sur les côtés du temple, et dans toute l'étendue des murailles.

et palma inter cherub et cherub, duasque facies habebat cherub ;

19. Faciem hominis juxta palmam ex hac parte, et faciem leonis juxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum in circuitu.

20. De terra usque ad superiora portæ, cherubim, et palmæ cælatæ erant in pariete templi.

21. Limen quadrangulum, et facies sanctuarii, aspectus contra aspectum.

22. Altaris lignei trium cubitorum, altitudo, et longitudo ejus duorum cubitorum ; et anguli ejus, et longitudo ejus, et parietes ejus lignei. Et locutus est ad me : Hæc est mensa coram Domino.

23. Et duo ostia erant in templo, et in sanctuario.

24. Et in duobus ostiis ex utraque parte bina erant ostiola quæ in se invicem plicabantur ; bina enim hostia erant ex utraque parte ostiorum.

25. Et cælata erant in ipsis ostiis templi cherubim, et sculpturæ palmarum, sicut in parietibus quoque expressæ erant ; quamobrem et grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus.

26. Super quæ fenestræ obliquæ, et similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli, secundum latera domus, latitudinemque parietum.

CHAPITRE XLII.

Description et usage des appartements qui étaient vis-à-vis du temple dans le parvis des prêtres. Dimension de l'étendue du parvis extérieur.

1. L'ange me fit ensuite passer dans le parvis extérieur, par le chemin qui conduit au Septentrion, et me fit entrer dans les chambres du

1. Et eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, et introduxit me in gazophylacium quod

Cap. XLII. — 1. *Et eduxit me in atrium exterius.* Dans cette description du temple montré à Ezechiel, et dont un ange mesure toutes les parties, il y a beaucoup d'analogie avec le

---

20. *De terra.* De pavimento. — *Usque ad superiora portæ.* Scilicet orientalis templi quæ erat præcipua, et altitudinem habebat viginti cubitorum, id est, ad altitudinem portæ, et quanta erat altitudo portæ, tanta etiam cherubinorum et palmarum erat altitudo.

21. *Limen quadrangulum.* In hebræo est, ut vertit Pagninus : *Templi uterque postis erat quadrangulus :* significatur portam templi fuisse quadratam, non fornicatam. — *Et facies sanctuarii.* Sancti Sanctorum, et Sancti facies, utpote quæ eamdem spectabant cœli regionem, et eodem aspectu videri poterant, erant omnino similes dispositione, ornamentis, incrustatura.

22. *Altaris lignei.* Quod erat ante portam Sancti Sanctorum, quod altare incensi sive thymiamatis dicebatur. — *Hæc est mensa.* Vel angelus loquitur de altari thymiamatis ; et sensus est : hoc altare est quasi mensa in qua thymiama quasi grata Deo esca offertur. Vel ita loquitur angelus mensam panum propositionis ostendens, quæ erat in eodem Sancto.

23. *Duo ostia.* Geminæ fores ; quasi dicat : Tam Sancti quam Sancti Sanctorum ostium unumquodque binis claudebatur foribus.

24. *Et in duobus ostiis.* In singulis foribus rursus erant aliæ binæ plicatiles fores. Itaque in unoquoque ostio erant quatuor fores, duæ ex una parte plicatiles, et totidem ex altera.

25. *Et grossiora erant ligna.* Ligna ex quibus factæ erant fores, ut nimirum sculpturas admitterent.

26. *Super quæ fenestræ.* Vatablus vertit, *præterea fenestræ*, scilicet in lateribus vestibuli. — *Obliquæ.* Vide dicta c. 40, n. 16. — *In humerulis vestibuli. In lateribus vestibuli*, ut Pagninus ; vel *super latera portæ vestibuli*, ut Vatablus. — *Secundum latera domus.* Erant palmæ et cherubim, ut in lateribus Sancti (quid sint hæc latera dixi supra, n. 2) et ut in reliqua latitudine parietum intra ipsum Sanctum.

Cap. XLII. — 1. *In atrium exterius.* In atrium laicorum, ex atrio sacerdotum et levitarum.

erat contra separatum ædificium, et contra ædem vergentem ad Aquilonem.

2. In facie longitudinis, centum cubitos ostii aquilonis, et latitudinis quinquaginta cubitos;

3. Contra viginti cubitos atrii interioris, et contra pavimentum stratum lapide atrii exterioris, ubi erat porticus juncta porticui triplici.

4. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti unius. Et ostia eorum ad Aquilonem;

5. Ubi erant gazophylacia in superioribus humiliora; quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, et de mediis ædificii.

6. Tristega enim erant, et non habebant columnas, sicut erant columnæ atriorum; propterea eminebant de inferioribus, et de mediis a terra cubitis quinquaginta.

7. Et peribolus exterior secundum gazophylacia, quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia; longitudo ejus quinquaginta cubitorum.

8. Quia longitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris, quinquaginta cubitorum; et longitudo ante faciem templi, centum cubitorum.

9. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori.

trésor, à l'opposite de l'édifice séparé *du temple*, et de la maison qui regardait vers le Nord.

2. La longueur de la face de ce bâtiment, depuis la porte septentrionale était de cent coudées sur cinquante de largeur.

3. Il avait vue, d'un côté, sur le parvis intérieur de vingt coudées; et de l'autre, sur le parvis extérieur pavé de pierres, où était la galerie jointe à trois autres.

4. Devant les chambres du trésor il y avait une allée de dix coudées de large, qui regardait, du côté intérieur, vers un sentier d'une coudée; et leurs portes étaient du côté du Nord.

5. Ces chambres du trésor étaient plus basses en haut qu'en bas, parce qu'elles étaient soutenues sur les galeries qui saillaient en dehors, et qui, s'élevant du premier étage, passaient par celui du milieu de l'édifice.

6. Car il y avait trois étages : et leurs colonnes n'étaient point comme les colonnes des parvis, parce qu'elles étaient élevées depuis la terre, de cinquante coudées, en passant par l'étage d'en bas et par celui du milieu.

7. L'enceinte extérieure des chambres du trésor, qui étaient dans le chemin du parvis extérieur de devant ces chambres, avait cinquante coudées de long.

8. Parce que la longueur de ce bâtiment des chambres du parvis extérieur était de cinquante coudées, et que sa longueur, vis-à-vis de la face du temple, était de cent coudées.

9. Et il y avait sous ces chambres du trésor une entrée du côté de l'orient, pour ceux qui y venaient du parvis extérieur.

temple céleste dont parle saint Jean dans son *Apocalypse*, lorsqu'il dit : « On me donna une canne semblable à une verge, et il me fut dit : Va mesurer le temple de Dieu et l'autel, et ceux qui y adorent; mais laisse le parvis qui est hors du temple, et ne le mesure point, parce qu'il a été abandonné aux Gentils (Apoc., XI, 1, 2). »

— *Gazophylacium*. Gazophylacium vocat ordinem gazophylaciorum omnium. — *Contra separatum ædificium*. Quid intelligatur nomine separati ædificii, dixi capite superiori, n. 12. — *Contra ædem*. E regione ejus partis templi quæ aquilonem respiciebat.

2. *In facie longitudinis*. Ea pars atrii aquilonaris erat longitudinis centum cubitorum, latitudinis quinquaginta.

3 *Contra viginti cubitos*. Castellum, vel quadrata porticus, de qua sequitur hoc eodem versu, ex qua aditus patebat, et in ambulacrum, et in gazophylacia, sive exedras prædictas, respiciebat ex altero latere plateam viginti cubitorum, quæ erat inter vestibulum et atrium sacerdotum, et quæ totam undique domum, id est, templum cingebat. — *Et contra pavimentum*. Respiciebat ex altero latere porticum, quæ in atrio aquilonari occidentalis erat. — *Ubi erat porticus*. Erat Castellum, vel porticus quadrata, quæ erat in medio porticuum trium, scilicet occidentalis, aquilonaris, et meridianæ.

4. *Viæ cubiti unius*. Deambulatio media lata erat decem cubitis ad parietem, sed ultra utrinque adhuc habebat viam et spatium unius cubiti, vel exstabat adhuc uno cubito.

5. *Ubi erant gazophylacia*. Exedræ, sive cubicula superiora humiliora erant quam inferiora; ab his enim sustineri debebant. — *Quia supportabant*. Quia columnæ meridianæ quas supportabant et fulciebant ipsæ porticus infimæ, eminebant ex ipsis; et contractiores surgebant quam postes inferiores, et supremæ columnæ adhuc exiliores attollebantur quam mediæ.

6. *Tristega enim erant*. Tria quasi tabulata erant per triplicem columnarum ordinem; sive tres erant contignationes, trabeationes et columnationes; ex triplici columnarum serie, una alteri supposita, subordinata et substructa. — *Et non habebant columnas*. Scilicet superiora cœnacula. — *Propterea eminebant*. In hebræo est, *propterea decisum est* (supremis), *præ inferioribus et mediis a terra;* quasi dicat : Necesse fuit cubicula superiora esse humiliora inferioribus, quia columnæ eorum vel pilæ erant contractiores quam inferiores columnæ; et ideo sicut detractum est aliquid superioribus de crassitie, sic necesse fuit aliquid demi de altitudine in secundo ordine et in tertio.

7. *Et peribolus exterior*. Peribolus vocatur murus, vel septum; quasi dicat : Murus orientalis hujus ædificii longus erat quinquaginta cubitis, sicut et ipsa gazophylacia longa erant quinquaginta cubitis.

8. *Et longitudo ante faciem templi*. Transit ab exedris aquilonaribus ad meridiana. Metitur ergo latitudinem atrii interioris ab ædificio aquilonaris usque ad australe oppositum, centum cubitis.

9. *Gazophylacia hæc*. Australia.

10. Dans la largeur de l'enceinte du parvis qui était à l'opposite du chemin vers l'Orient, et de la face de l'édifice séparé *du temple*, il y avait encore des chambres vis-à-vis de cet édifice.

11. Et il y avait aussi une allée le long de ces chambres, comme il y en avait une le long des chambres qui étaient du côté du Nord : leur longueur était la même, aussi bien que leur largeur, leur entrée, leur figure, et leurs portes.

12. Telles qu'étaient les portes des chambres du trésor situées dans l'allée qui regardait vers le Midi, telle était aussi une porte que l'on voyait à la tête de l'allée qui était devant le vestibule séparé, pour servir à ceux qui entraient par l'orient.

13. Et l'ange me dit : Ces chambres du trésor qui sont au Septentrion et celles qui sont au Midi, étant toutes devant le temple qui en est séparé, sont des chambres saintes, et c'est où mangent les prêtres qui approchent du Seigneur dans le sanctuaire : c'est là qu'ils mettront le Saint des saints, *c'est-à-dire les victimes* et l'oblation qui est faite pour le péché et pour la faute ; car ce lieu est saint.

14. Quand les prêtres seront entrés, ils ne sortiront point du lieu saint dans le parvis extérieur avec les habits destinés au ministère du temple ; mais ils auront soin de les resserrer dans ces chambres, parce que ces habits sont saints ; et ils reprendront leurs vêtements ordinaires avant d'aller trouver le peuple.

15. Lorsque l'ange eut achevé de mesurer la maison intérieure, il me fit sortir par la porte qui regardait vers l'Orient, et il mesura toute cette enceinte.

16. Il mesura donc le côté de l'Orient avec la mesure de la canne qu'il avait ; et il trouva cinq cent mesures de cette canne tout autour.

17. Il mesura le côté du Septentrion ; et il trouva cinq cents mesures de cette canne tout autour.

10. In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam Orientalem, in faciem ædificii separati, et erant ante ædificium gazophylacia.

11. Et via ante faciem eorum, juxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis : secundum longitudinem eorum, sic et latitudo eorum; et omnis introitus eorum, et similitudines, et ostia eorum.

12. Secundum ostia gazophylaciorum quæ erant in via respiciente ad notum; ostium in capitæ viæ ; quæ via erat ante vestibulum separatum per viam Orientalem ingredientibus.

13. Et dixit ad me : Gazophylacia Aquilonis, et gazophylacia Austri quæ sunt ante ædificium separatum, hæc sunt gazophylacia sancta in quibus vescuntur sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in Sancta sanctorum ; ibi ponent Sancta sanctorum, et oblationem pro peccato, et pro delicto ; locus enim sanctus est.

14. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius ; et ibi reponent vestimenta sua, in quibus ministrant quia sancta sunt ; vestienturque vestimentis aliis, et sic procedent ad populum.

15. Cumque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam Orientalem ; et mensus est eam undique per circuitum.

16. Mensus est autem contra ventum Orientalem calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

17. Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos in calamo mensuræ per gyrum.

---

10. *In latitudine periboli.* Loquitur de peribolo, seu muro trium cubitorum (cujus mentio apud Josephum de bello Jud., lib., 6, cap., 6) : quia atrium sacerdotum cingebat et distinguebat ab atrio laicorum. Loquitur autem de muro australi; quasi dicat : Latitudo hujus porticus et muri meridiani ambientis atrium sacerdotum, cujus aditum et portam dixi spectare orientem procedebat versus occidentem coram latere dextero ædificii separati, id est, templi, et ante illud latus meridianum ædificii, sive templi, erant gazophylacia, sicut a latere aquilonari.

11. *Et via ante faciem.* Vide dicta supra, n. 1. — *Secundum longitudinem.* Quanta erat aquilonarium longitudo aut latitudo, tanta erat etiam australium. — *Omnis introitus.* Introitus et exitus Hebræis idem est quod forma, ordinatio, dispositio et mensura. — *Et similitudines... eorum.* Necte cum sequentibus, hoc sensu : gazophylacia quæ erant in parte aquilonari erant ad eamdem similitudinem, formam et modum ædificata, qua australia, sed etiam ostia eorumdem.

12. *Ad notum.* Ad austrum. — *Ostium in capite viæ.* Ædificium hoc australe ascensum habuit a fronte occidentali, gradusque ejus duxit in ambulationem mediam superiorem, quæ procurrebat occidentem versus, secundum longitudinem periboli separantis laicos a levitis. — *Vestibulum.* Hebraice est *geder*, id est, peribolus seu murus separans sacerdotes a laicis.

13. *Ædificium separatum.* Ita vocat templum quod ab atriorum porticibus erat abjunctum. — *In Sancta Sanctorum.* Scilicet existentem. — *Ibi ponent Sancta Sanctorum.* Carnes Deo immolatas, ac propterea sanctissimas.

14. *Non egredientur.* Sacris vestibus induti.

15. *Domus interioris.* Scilicet templi, et omnium atriorum, et gazophylaciorum, etc., vocat enim hoc loco domum interiorem totum templum, atria etiam exteriora complectens, comparatione periboli et muri quem nunc incipit metiri.

16. *Calamo mensuræ.* Maximo calamo, qui sex cubitos habebat, cum vulgaris non haberet plus quam quinque. — *Quingentos calamos.* Id est, ter mille cubitos habebat quodlibet latus quadrati. Totus ergo murus, sive totum quadratum, habebat in circuitu bis mille calamos, id est, duodecim millia cubitorum.

18. Et ad ventum Australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

19. Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ.

20. Per quatuor ventos mensus est murum ejus undique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, et latitudinem quingentorum cubitorum, dividentem inter sanctuarium et vulgi locum.

18. Il mesura le côté du Midi, et il trouva cinq cents mesures de cette canne tout autour.

19. Il mesura le côté de l'Occident, et il trouva cinq cents mesures de cette canne tout autour.

20. Il mesura la muraille de toutes parts, selon les quatre vents, en tournant tout autour, et il trouva qu'elle avait cinq cents coudées de longueur et cinq cents coudées de largeur : c'était ce mur qui séparait le sanctuaire d'avec le lieu destiné pour tout le monde.

CHAPITRE XLIII.

Le Seigneur rentre dans son temple. Description de l'autel des holocaustes. Cérémonies à observer pour la consécration de cet autel.

1. Et duxit me ad portam quæ respiciebat ad viam Orientalem.

2. Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: et vox erat ei quasi vox aquarum multarum, et terra splendebat a majestate ejus.

3. *a* Et vidi visionem secundum speciem quam videram, quando venit ut disperderet civitatem; et species secundum aspectum, *b* quem videram juxta fluvium Chobar : et cecidi super faciem meam. [a *Sup.* 9. 1. || b *Sup.* 1. 1.]

4. Et majestas Domini ingressa est templum per viam portæ quæ respiciebat ad orientem.

5. Et elevavit me spiritus, et introduxit me in atrium interius : et ecce repleta erat gloria Domini domus.

6. Et audivi loquentem ad me de domo, et vir qui stabat juxta me,

1. Ensuite il me mena à la porte qui regarde vers l'Orient.

2. Et tout d'un coup parut la gloire du Dieu d'Israël, laquelle entrait par le côté de l'Orient : le bruit qu'elle faisait était semblable au bruit des grandes eaux, et la terre était tout éclairée par la présence de sa majesté.

3. Et la vision que j'eus alors était semblable à celle que j'avais eue, lorsqu'il vint pour perdre la ville ; il me parut dans la même forme que je l'avais vu près du fleuve de Chobar : et je tombai sur mon visage.

4. La majesté du Seigneur entra dans le temple par la porte qui regardait l'Orient.

5. L'esprit me releva et me fit entrer dans le parvis intérieur ; et je vis que la maison était remplie de la gloire du Seigneur.

6. Alors je l'entendis qui me parlait du dedans de la maison : et l'homme qui était proche de moi

20. *Inter sanctuarium et vulgi locum.* C'est-à-dire le lieu saint, le lieu qui était consacré au Seigneur, et où il n'était permis ni aux païens, ni aux étrangers, ni aux impurs de se présenter, d'avec celui où tout le monde indifféremment pouvait entrer, hommes, femmes, purs, impurs, gentils et autres.

Cap. XLIII. — 3. *Cecidi super faciem meam.* Le Prophète fut saisi de crainte et de respect comme à sa première vision. La gloire du Seigneur entra dans le temple par la porte orientale. C'était précisément par cette porte qu'il en était sorti.

---

20. *Quingentorum cubitorum.* Cornel. a Lapide, cum Maldonato et aliis, legendum putat calamorum, ut sit repetitio, et quasi generalis complexio quatuor præcedentium, dimensionum quatuor versiculis præcedentibus comprehensarum. In Hebræo deest vox *cubitorum*, et est tantum *quingentorum*. — *Inter sanctuarium et vulgi locum.* Inter templum et atria omnia quæ peribolo duorum millium calamorum continebantur hactenus descripto, et loca extra templum communia et profana.

Cap. XLIII. — 1. *Ad portam.* Portam orientalem, intellige atrii exterioris.

2. *Gloria Dei.* Figura illa gloriam Dei referens, quam vidit et descripsit supra c. 1, c. 8 et c. 10. — *Ingrediebatur per viam orientalem.* Quia Deus sol est justitiæ. Oriens nomen est illi ; et quia per viam orientalem recta ibatur in Sanctum Sanctorum, ubi erat sedes ejus. — *Vox erat ei.* Non Deo, sed ejus gloriæ, id est, cherubinis ; quasi dicat : Cherubim cum currum hunc Dei gloriosum, ipsumque Deum in eo residentem deferrent, alarum concussione sonum edebant similem sono aquarum inundantium, quæ dum inter se, et ad littora et saxa alliduntur, tremunt et strepunt. — *Et terra splendebat.* Ejus claritate et lumine illustrata.

3. *Quam videram.* Capitibus scilicet 1, 8 et 10. — *Cecidi.* Obstupefactus splendore gloriæ Domini.

5. *In atrium interius.* Sacerdotum.

6. *Et audivi.* Deum mihi e Sancto Sanctorum loquentem. — *Et vir.* Angelus aliquis, ille fortasse quem viderat c. 1, n. 7, cujus aspectus erat *quasi aspectus æris candentis*, quod propterea est valde verisimile, quia statim num. sequenti Dei personam sustinet. Cornel. a Lapide putat verba illa, *Locus solii mei, etc.*, a Deo prolata, sed Ezechieli, qui ob fragorem quem excitabant cherubim, et stuporem mentis, propter res illi objectas, non bene dicta perceperat, ab angelo qui illi adstabat, repetita.

7. Me dit : Fils de l'homme, *c'est ici* le lieu de mon trône, le lieu où je poserai mes pieds, et où je demeurerai pour jamais au milieu des enfants d'Israël ; et la maison d'Israël ne profanera plus mon saint nom à l'avenir, ni eux, ni leurs rois, par leurs idolâtries, par les sépulcres de leurs rois, ni par les hauts lieux.

8. Ils ont fait leur porte contre ma porte, et les poteaux de l'entrée de leurs maisons proche des miens ; et il y avait un mur entre moi et eux ; et ils ont profané mon saint nom par les abominations qu'ils ont commises ; c'est pourquoi je les ai détruits dans ma colère.

9. Qu'ils rejettent donc maintenant loin d'eux leur idolâtrie, qu'ils éloignent loin de moi les sépulcres de leurs rois, et je demeurerai toujours au milieu d'eux.

10. Mais vous, fils de l'homme, montrez ce temple à la maison d'Israël afin qu'ils reçoivent la confusion de leurs iniquités, qu'ils mesurent eux-mêmes toute sa structure,

11. Et qu'ils rougissent de toutes les choses qu'ils ont faites. Montrez-leur la figure de la maison *du Seigneur* et de tous ces bâtiments, ses sorties, ses entrées et tout son dessin ; toutes les ordonnances qui doivent y être observées, tout l'ordre qu'il faut y garder, toutes les lois qui y sont prescrites. Représentez toutes ces choses devant leurs yeux, afin qu'ils regardent exactement tout ce que vous leur aurez décrit, qu'ils pratiquent et observent tous les préceptes qui la regardent.

12. Telle est la règle qu'on doit garder en *bâtissant* la maison *de Dieu* sur le haut de la mon-

7. Dixit ad me : Fili hominis, locus solii mei, et locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israel in æternum ; et non polluent ultra domus Israel nomen sanctum meum, ipsi et reges eorum in fornicationibus suis, et in ruinis regum suorum, et in excelsis.

8. Qui fabricati sunt limen suum juxta limen meum, et postes suos juxta postes meos ; et murus erat inter me et eos ; et polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt : propter quod consumpsi eos in ira mea.

9. Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, et ruinas regum suorum a me ; et habitabo in medio eorum semper.

10. Tu autem, fili hominis, ostende domui Israel templum, et confundantur ab iniquitatibus suis, et metiantur fabricam.

11. Et erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Figuram domus, et fabricæ ejus exitus, et introitus, et omnem descriptionem ejus, et universa præcepta ejus, cunctumque ordinem ejus, et omnes leges ejus ostende eis, et scribes in oculis eorum ; ut custodiant omnes descriptiones ejus, et præcepta illius, et faciant ea.

12. Ista est lex domus in summitate montis : Omnis finis ejus in circuitu,

7. *Et in ruinis regum.* L'Hébreu porte : Par les cadavres de leurs rois enterrés dans l'enceinte de ma sainte montagne. Les sépulcres royaux étaient dans les jardins des rois, et dans l'étendue de la montagne de Sion, dont le mont Moria, sur lequel le temple était bâti, faisait partie.

8. *Et murus erat inter me et eos.* Ce mur, dit le P. de Carrières, était leur impiété qui les séparait de Dieu. On peut ainsi entendre littéralement ces mots. La maison des rois de Juda était voisine du temple, et ils l'y avaient presque jointe par une galerie de communication ; il nous semble que c'est de quoi le Seigneur se plaint en cet endroit, comme d'un manque de respect pour la majesté de sa maison (*Bible de Vence*).

---

7. *Locus solii mei.* Scilicet hic est, in templo nimirum et præsertim in propitiatorio. — *Locus vestigiorum* Sedebat enim Deus super alas cherubim, et pedes super propitiatorium habebat, ut sæpe loquitur Scriptura, Psal. 79, 2 : *Qui sedes super cherubim, etc.* — *Habito. Habitabo*, ut est in hebræo. In quo habitare decrevi, ut verser in medio filiorum Israel. — *Et non polluent ultra.* Quia post reditum e Babylone Judæi amplius idola non coluerunt. — *Fornicationibus.* Idololatria. — *In ruinis regum suorum.* In cadaveribus regum. Templum enim et loca sacra contactu cadaverum contaminabantur. Alludit ad Amon et Manassem reges, qui sepulti sunt in hortis suis prope templum, IV. Reg., 21, 18. Cadavera noster interpres ruinas appellat, ut etiam a Græcis dicuntur, πτώματα. — *In excelsis.* In quibus idololatria exercebatur.

8. *Fabricati sunt.* Reddit causam cur templum polluerint, quia cum juxta templum suas ædes haberent, scelera quæ domi suæ perpetrabant, in templo perpetrare putabantur. Alii cum D. Hieronymo ita explicant : cum juxta templum meum habitarent, non fuerunt aliis meliores, sed potius polluerunt nomen sanctum meum, ideoque *consumpsi eos in ira mea.* Non omnis qui peccat polluit nomen Domini ; imo nec omnis quidem qui graviter peccat ; sed ille polluit, qui cum nomen ejus profiteatur, et ejus fidem sit amplexus, non tamen vivit quomodo vera religio vivendum esse dictat. Præcipue vero polluunt ii, quorum professio sanctior est, et juxta illius sanctitatem minime vivunt.

9. *Fornicationem.* Idololatriam. — *Ruinas.* Cadavera, ut explicavi n. 7.

10. *Ostende domui Israel templum.* Annuntia illis templi restaurationem, eisque magnitudinem et figuram declara, et fac eos suis manibus illud metiri, ut cum ejus amplitudinem perspexerint, pudeat eos suarum iniquitatum, qui pro tot peccatis, tot et tanta acceperint beneficia.

11. *Exitus et introitus.* Totam figuram, rationem et ordinem fabricæ. Est hebraismus. Vide supra, c. 42, n. 11. — *Præcepta ejus.* Leges et ritus sacrificiorum.

12. *Ista est lex domus.* Hæc est templi descriptio et delineatio. — *Omnis finis.* Hi sunt fines, hic terminus et peribolus templi, quem dimensus sum c. 42, n. 16 et seq., qui summitatem montis Sion ambiebat, imo et spatia monti adjacentia. — *Sanctum Sanctorum est.* Locus hic sanctissimus est.

Sanctum sanctorum est; hæc est ergo lex domus.

13. Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo qui habebat cubitum et palmum; in sinu ejus erat cubitus, et cubitus in latitudine, et definitio ejus usque ad labium ejus, et in circuitu, palmus unus; hæ quoque erat fossa altaris.

14. Et de sinu terræ usque ad crepidinem novissimam duo cubiti, et latitudo cubiti unius; et a crepidine minore usque ad crepidinem majorem quatuor cubiti, et latitudo cubiti unius.

15. Ipse autem Ariel quatuor cubitorum; et ab Ariel usque ad sursum, cornua quatuor.

16. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis : quadrangulatum æquis lateribus.

17. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis ejus; et corona in circuitu ejus dimidii cubiti, et sinus ejus unius cubiti per circuitum; gradus autem ejus versi ad Orientem.

18. Et dixit ad me : Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus : Hi sunt ritus altaris in quacumque die fuerit fabricatum; ut offeratur super illud holocaustum, et effundatur sanguis.

tagne : toute son étendue dans son circuit sera très-sainte : telle est donc la loi qu'il faut observer dans *le bâtiment* de cette maison.

13. Or voici quelles sont les mesures de l'autel, en le mesurant avec la coudée à bonne mesure, qui avait une coudée et un palme : son enfoncement était profond d'une coudée, et avait aussi une coudée de largeur; et sa clôture, jusqu'à son bord et tout à l'entour, était d'un palme : telle était donc la fosse de l'autel.

14. Du bas de la terre jusqu'au dernier rebord il y avait deux coudées de hauteur; et ce rebord avait une coudée de large : et de ce rebord qui était le plus petit, jusqu'au rebord qui était le plus grand, il y avait quatre coudées : et ce rebord avait aussi une coudée de large.

15. Ariel, avait quatre coudées, et de cet autel s'élevaient en haut quatre cornes.

16. Ariel avait douze coudées de long et douze coudées de large, et était ainsi carré, ayant ses côtés égaux.

17. Son rebord était de quatorze coudées de long et de quatorze coudées de large, à mesurer ses quatre côtés d'un angle à l'autre : la couronne *ou la corniche* qui régnait autour avançait d'une demi-coudée, et son enfoncement était d'une coudée tout autour. Or ses degrés étaient tournés vers l'Orient.

18. Et *l'ange* me dit : Fils de l'homme, voici ce que dit le Seigneur Dieu : Ce sont ici les cérémonies qu'on doit observer à l'égard de l'autel, aussitôt qu'il aura été bâti, afin qu'on offre dessus l'holocauste, et qu'on répande *tout autour* le sang des victimes.

15. *Ipse autem Ariel.* Ariel désigne ici la partie supérieure de l'autel. Ce mot signifie aussi malédiction. C'est ainsi qu'on nommait le bouc qu'on offrait pour le péché. Isaïe appelle ainsi Jérusalem, à cause de sa force et de sa prééminence; ce mot signifie *le lion de Dieu* (Cf. Is., XXIX, 1 et seq.).

17. *Gradus autem ejus versi ad orientem.* On montait au haut de l'autel du côté de l'orient le visage tourné vers l'occident. Les degrés s'élevaient apparemment jusqu'au haut de l'autel et étaient couverts des deux côtés à une certaine hauteur, de manière que le prêtre ne fût point exposé en montant aux inconvénients indiqués (Ex., XX, 26).

---

13. *Altaris.* Holocaustorum. — *Verissimo.* Perfectissimo et exactissimo. — *Qui habebat cubitum et palmum.* Quasi dicat : Cubitus de quo loquor est cubitus sacer, qui profanum palmo excedit. Vide dicta supra, c. 40, 5. — *In sinu ejus erat cubitus.* Sinum appellat cavitatem in marmoreo pavimento excisam, altare cingentem, cujus profunditas, ut etiam latitudo, cubiti unius erat, in quam fundebatur sanguis victimarum, qui per subterraneos meatus emittebatur in torrentem. — *Et definitio ejus.* Clausura, sive margo, corona, et quasi cancelli quibus sinus ille, sive fossa sanguini excipiendo destinata, sepiebatur, lati erant palmum unum. — *Hæc quoque.* Hæc igitur.

14. *Usque ad crepidinem novissimam.* Crepido altaris erat duplex, altera inferior, altera superior : hic sermo est de inferiori. Vide figuram altaris apud Villalpandum, pagina 388. — *Et latitudo cubiti unius.* Erat crepido hæc alta duos cubitos a pavimento templi. Ubi vero finiebatur, et quasi gradum constituebat in altari, lata erat cubito uno. — *Quatuor cubiti.* Altitudinis; latitudo vero eadem, ut in crepidine inferiori.

15. *Ipse autem Ariel.* Ariel est suprema pars altaris, utrique jam dictæ crepidini innitens. In Hebræo est, *harel*, id est, *mons Dei*, quia in atrio sacerdotum ante templum instar monticuli eminebat. — *Quatuor cubitorum.* Altitudinis. — *Ab Ariel.* In Hebræo Ariel non scribitur ut proxime, sed *Hariel*, id est, *leo Dei*, quod scilicet in eo quatuor animalia essent insculpta, leones, aquilæ, etc. Vel quod instar Iconis cruenti oves et tauros, etc., qui sacrificabantur, quodammodo voraret.

16. *Ariel duodecim cubitorum.* Ariel erat quadratum, et unumquodque latus erat duodecim cubitorum.

17. *Et crepido quatuordecim cubitorum.* Crepido major cui innitebatur Ariel, cujus crepidinis latitudo erat omni ex parte Arielis latitudinem superans cubito uno. Cum ergo Ariel latum esset duodecim necessario crepido quatuordecim habuit. — *Corona.* Coronam vocat coronidem, sive limbum instar coronæ ambientem summam Arielis superficiem et quatuor ejus cornua. — *Sinus ejus.* Cujus meminerat n. 13 : repetit enim quod ibi dixit. — *Gradus autem.* Quibus ascendebatur ad altare, quod altum erat cubitos decem; cum crepido infima esset duorum cubitorum, media vero quatuor, ut etiam quatuor erat ipsum Ariel.

19. Et vous les donnerez aux prêtres et aux lévites qui sont de la race de Sadoc, qui s'approchent de mon autel, dit le Seigneur Dieu, afin qu'ils me sacrifient un veau du troupeau pour le péché, *en observant ce qui suit.*

20. Vous prendrez du sang de ce veau, et vous en mettrez sur les quatre cornes de l'autel, et sur les quatre coins de son rebord, et sur la corniche tout autour; et vous le purifierez et le sanctifierez *de la sorte.*

21. Vous emporterez ensuite le veau qui aura été offert pour le péché; et vous le brûlerez dans un lieu de la maison tout séparé hors du sanctuaire.

22. Le second jour vous offrirez pour le péché un jeune bouc qui soit sans tache : et on purifiera l'autel, comme on l'a déjà purifié avec le veau.

23. Et lorsque vous aurez achevé de le purifier, vous offrirez un veau du troupeau, qui soit sans tache, et un bélier du troupeau, qui soit de même sans aucune tache.

24. Vous les offrirez en la présence du Seigneur : et les prêtres répandront du sel sur eux, et les offriront en holocauste au Seigneur.

25. Sept jours de suite vous offrirez chaque jour un bouc pour le péché; et l'on offrira de même un veau et un bélier du troupeau, qui soient sans tache.

26. Ils feront la purification et la consécration de l'autel pendant sept jours, et ils l'empliront *de leurs offrandes.*

27. Et les sept jours étant accomplis, les prêtres offriront, le huitième jour et dans la suite, vos holocaustes sur l'autel, et les hosties qu'ils offrent pour la paix; et je serai réconcilié avec vous, dit le Seigneur Dieu.

19. Et dabis sacerdotibus, et levitis qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, ut offerant mihi vitulum de armento pro peccato.

20. Et assumens de sanguine ejus, pones super quatuor cornua ejus, et super quatuor angulos crepidinis, et super coronam in circuitu; et mundabis illud, et expiabis.

21. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato; et combures eum in separato loco domus extra sanctuarium.

22. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato; et expiabunt altare, sicut expiaverunt in vitulo.

23. Cumque compleveris expians illud offeres vitulum de armento immaculatum, et arietem de grege immaculatum.

24. Et offeres eos in conspectu Domini; et mittent sacerdotes super eos sal, et offerent eos holocaustum Domino.

25. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie; et vitulum de armento. et arietem de pecoribus, immaculatos offerent.

26. Septem diebus expiabunt altare, et mundabunt illud; et implebunt manum ejus.

27. Expletis autem diebus, in die octava et ultra. facient sacerdotes super altare holocausta vestra, et quæ pro pace offerunt; et placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

20. *Et assumens de sanguine ejus.* Ceci ne s'adresse pas à Ezéchiel, mais au prêtre qui devait faire la consecration de l'autel.

---

18. *Hi sunt ritus altaris.* Hosce ritus in sacrificando super altare observabitis, ut illud expietis, consecretis et sanctificetis. Ritus hos in sequentibus præscribit, et ex Levitico iterat. Hic ergo proprie sancit ritum servandum in consecratione altaris. — *Ut offeratur super illud holocaustum.* Ut sacrum sit, et super eo holocausta liceat immolare.

19. *Dabis.* Hos ritus a me præscriptos. — *De semine Sadoc.* Vide dicta cap. 40, n. 46. — *Accedunt ad me.* Ad altare meum, ut mihi ministrent et sacrificent.

20. *Cornua ejus.* Altaris.

21. *Combures.* Hebr. *comburent*, scilicet sacerdotes, nec enim solus Ezechiel omnia hæc per seipsum præstare poterat. — *In separato loco. Nam quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra*, ut ait D. Paul. ad Hebr., 13, 11. Vide Levit., c. 4, 12; et 6, 30; et 16, 27; erat enim hæc publica altaris et loci a Chaldæis contaminati et profanati expiatio et consecratio per victimam vituli, juxta ritum, præscriptum Levit., 16, 27. — *Extra sanctuarium.* Extra atrium sacerdotum, quod dicitur sanctuarium, quia sanctificatum et consecratum erat sanguine vituli cæsi.

22. *Hircum caprarum.* Tenellum et matris ubera adhuc sugentem. Erat hæc secunda victima expiatoria et consecratoria altaris. — *Immaculatum.* Non cæcum, non claudum, non aliqua ex parte mutilum, non scabiosum, etc.

23. *Cumque compleveris expians illud.* Cum expiationem et consecrationem absolveris.

25. *Facies.* Sacrificabis.

26. *Implebunt manum ejus.* Consecrabunt illud. Translatio accepta a consecratione sacerdotum, quorum manus vel oleo quo consecrantur, implentur vel victima aut re oblata, quam dum manu apprehendebant, Deoque offerebant, sacerdotes fiebant.

27. *Facient.* Sacrificabunt. — *Et quæ pro pace.* Hostias pacificas, quas pro pace et incolumitate futura impetranda, vel pro jam adepta gratias agendo, immolabant per sacerdotes.

CHAPITRE XLIV.

Porte orientale qui demeure fermée. Reproches contre les Israélites qui ont introduit des étrangers dans le temple. Prêtres exclus du ministère sacré. La race de Sadoc confirmée dans le sacerdoce. Règlement pour les prêtres dans le temps de leur service.

1. Et convertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem; et erat clausa.
2. Et dixit Dominus ad me : Porta hæc clausa erit; non aperietur, et vir non transibit per eam : quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam; eritque clausa principi.
3. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino; per viam portæ vestibuli ingredietur, et per viam ejus egredietur.
4. Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus; et vidi, et ecce implevit gloria Domini domum Domini; et cecidi in faciem meam.
5. Et dixit ad me Dominus : Fili hominis pone cor tuum, et vide oculis tuis, et auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de universis cæremoniis domus Domini, et de cunctis legibus ejus; et pones cor tuum in viis templi per omnes exitus sanctuarii.
6. Et dices ad exasperantem domum Israel : Hæc dicit Dominus Deus : Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel;
7. Eo quod inducitis filios alienos incircumcisos corde, et incircumcisos car-

1. L'ange me fit ensuite retourner vers le chemin de la porte du sanctuaire extérieur qui regardait vers l'Orient : et elle était fermée.
2. Et le Seigneur me dit : Cette porte demeurera fermée; et elle ne sera point ouverte, et nul homme n'y passera; parce que le Seigneur, le Dieu d'Israël est entré par cette porte; et elle demeurera fermée pour le prince.
3. *Cependant* le prince s'y assiéra pour manger le pain devant le Seigneur : mais il entrera et sortira par la porte du vestibule.
4. Et il m'amena par le chemin de la porte du Septentrion à la vue du temple ; alors je vis que la gloire du Seigneur avait rempli la maison du Seigneur; et je tombai sur mon visage.
5. Et le Seigneur me dit : Fils de l'homme, mettez bien dans votre cœur, regardez de vos yeux et écoutez bien de vos oreilles, toutes les choses que je vous dis, qui regardent toutes les cérémonies de la maison du Seigneur, et tous ses divers règlements, et appliquez votre cœur à considérer les chemins du temple et toutes les sorties du sanctuaire.
6. Vous direz à la maison d'Israël, qui ne cesse point de m'irriter : Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Contentez-vous, maison d'Israël, d'avoir commis tant de crimes ;
7. D'avoir introduit dans mon sanctuaire des voyageurs incirconcis de cœur et de chair, qui

Cap. XLIV. — 1. *Portæ sanctuarii exterioris.* Il s'agit ici de la porte orientale du parvis des prêtres, appelé ici le sanctuaire extérieur, par rapport au sanctuaire intérieur, qui est le temple même (Sup., XLII, 1). Cette porte n'était ouverte qu'à certains jours marqués (Infr., XLVI, 1 et seq.).

7. *Eo quod inducitis filios alienos.* D'après l'Hébreu : Vous qui avez introduit dans mon sanctuaire des étrangers, etc., vous qui, tandis que vous m'offriez des pains, de la graisse et du sang, violiez mon alliance pour toutes vos abominations, vous qui n'avez point observé, etc.

Cap. XLIV. — 1. *Et convertit me.* Mensor et architectus, angelus scilicet de quo c. 40, 3. — *Sanctuarii exterioris.* Id est, atrii. Nam sanctuarium interius erat ipsum templum, Sanctum scilicet et Sanctum sanctorum. — *Et erat clausa.* Postquam gloria Dei per eam ingressa fuerat. Hæc enim per eam apertam ingredi visa est prophetæ, c. 43, n. 2.

2. *Clausa erit.* Populo scilicet. Nam sacerdotes per illam transire poterant. — *Non aperietur.* Sex diebus per hebdomadam, sed tantum sabbato. Itaque c. 46, n. 1 legimus : *Erit clausa sex diebus, in quibus opus fit; die autem sabbati aperietur.* — *Eritque clausa principi.* Id est, in usum principis, non ut ingrediatur per eam, sed ut sedeat in ea, ut statim subditur.

3. *Princeps.* Cum sacris intererit. — *Sedebit in ea.* Insistet in limine hujus portæ; ipsi enim ex privilegio conceditur ut ad locum sacrum propius accedat quam populus. Sedere apud Hebræos idem significat quod commorari, manere. Italice diceremus : *Si fermara alla soglia di questa porta.* — *Ut comedat panem.* Ibi victimarum partes edet, quas extra templum edere non licebat. — *Per viam portæ vestibuli.* Per portam communem laicorum una cum ipsis egredietur et ingredietur. Vide infra, cap. 46, n. 3. De loco regis in templo, vide quæ dixi, III. Reg., 8, 14.

4. *Per viam portæ aquilonis.* Quia porta orientalis clausa erat ut dixit n. 2. — *In conspectu domus.* Hebr., *in conspectum templi.*

5. *Pone cor tuum.* Observa diligenter et attente. — *In viis templi.* Ut bene mente comprehendas quæ in templo gerenda sunt, quibus locis quibus ritibus et ceremoniis, qua sacerdotibus ingrediendum et egrediendum, quousque progrediendum populo et principi, etc.

6. *Ad exasperantem.* Me irritantem sceleribus suis. — *Sufficiant vobis.* Sufficiat vobis huc usque scelerate egisse.

7. *Incircumcisos.* Ac proinde profanos quibus in sanctum locum ingredi fas non est. Per incircumcisos autem corde sceleratos intelligit. — *Offertis panes meos.* Offertis mihi panes et

souillent et profanent ma maison; de m'avoir offert des pains, de la graisse et du sang, et d'avoir rompu mon alliance par tous vos crimes :

8. Vous qui n'avez point observé mes ordonnances touchant mon sanctuaire, et qui avez établi pour garder ce que j'ai prescrit à l'égard de ce sanctuaire qui m'appartient, tels ministres qu'il vous a plu,

9. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Tout étranger incirconcis de cœur et de chair n'entrera point dans mon sanctuaire, ni tout enfant étranger qui est au milieu des enfants d'Israël.

10. Les lévites mêmes qui se sont retirés loin de moi, en s'abandonnant à l'erreur des enfants d'Israël, et qui se sont égarés, en me quittant pour courir après leurs idoles, et qui ont déjà porté *la peine de* leur iniquité,

11. Feront simplement la fonction de trésoriers dans mon sanctuaire, de portiers et d'officiers dans ma maison : ils tueront les bêtes destinées pour l'holocauste, et les victimes du peuple, et se tiendront en sa présence prêts à le servir;

12. Parce qu'ils lui ont prêté leur ministère en présence de ses idoles, et qu'ils sont devenus à la maison d'Israël une occasion de scandale, pour la faire tomber dans l'iniquité : c'est pour cela que j'ai levé la main sur eux, dit le Seigneur Dieu; et ils porteront leur iniquité :

13. Ils ne s'approcheront point de moi pour faire les fonctions du sacerdoce en ma présence; et ils n'approcheront d'aucun de mes sanctuaires qui sont près du Saint des saints; mais ils porteront leur confusion et les crimes qu'ils ont commis.

14. Et je les établirai portiers du temple, et les emploierai dans les offices et les services *les plus bas* qu'on est obligé d'y rendre.

15. Mais pour les prêtres et les lévites de la race de Sadoc, qui ont observé fidèlement les cérémonies de mon sanctuaire, lorsque les enfants d'Israël s'éloignaient de moi, ce seront

ne, ut sint in sanctuario meo, et polluant domum meam; et offertis panes meos, adipem, et sanguinem; et dissolvitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris.

8. Et non servastis præcepta sanctuarii mei; et posuistis custodes observationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis.

9. Hæc dicit Dominus Deus : Omnis alienigena incircumcisus corde, et incircumcisus carne, non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorum Israel.

10. Sed et levitæ qui longe recesserunt a me in errore filiorum Israel, et erraverunt a me post idola sua, et portaverunt iniquitatem suam :

11. Erunt in sanctuario meo æditui, et janitores portarum domus, et ministri domus : ipsi mactabunt holocausta, et victimas populi; et ipsi stabunt in conspectu eorum, ut ministrent eis.

12. Pro eo quod ministraverunt illis in conspectu idolorum suorum, et facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis; idcirco levavi manum meam super eos, ait Dominus Deus, et portabunt iniquitatem suam :

13. Et non appropinquabunt ad me ut sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum juxta Sancta sanctorum; sed portabunt confusionem suam, et scelera sua quæ fecerunt.

14. Et dabo eos janitores domus in omni ministerio ejus, et in universis quæ fient in ea.

15. Sacerdotes autem et levitæ filii Sadoc, qui custodierunt cæremonias sanctuarii mei, cum errarent filii Israel a me, ipsi accedent ad me ut ministrent

11. *Ut ministrent eis.* Cette peine est celle de l'interdit. Ils sont privés de l'exercice des fonctions sacerdotales, ils ne peuvent plus offrir de sacrifices; comme sous la loi nouvelle on enlève aux prêtres indignes le droit de celébrer la sainte messe et d'administrer les sacrements.

---

victimas quas ab alienigenis accepistis; hoc enim vetitum erat Levit., 22, 25, ubi dicitur : *De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, et quidquid aliud dare voluerit, quia corrupta et maculata sunt omnia.*

8. *Præcepta sanctuarii mei.* Ne quis alienigena in templum meum ingrediatur, Deut., 23, 3. — *Observationum mearum.* In Hebræo est, *custodiæ meæ*, id est, ad custodiendum templum et atria mea. — *Vobismetipsis.* Pro arbitratu vestro, non pro mea voluntate.

9. *Filius alienus.* Qui non est filius Israel.

10. *In errore filiorum Israel.* Abrepti et ipsi exemplo reliquorum Israelitarum ad cultum idolorum. — *Et portaverunt iniquitatem suam.* Particula et proponitur pro *ideo;* quasi dicat : Ideoque pœnam suæ iniquitatis reportarunt captivitatem Babylonicam, et adhuc a me alio genere pœnæ punientur.

11. *Erunt in sanctuario meo æditui.* Ministrabunt quidem in templo, sed in vilioribus et ignobilioribus ministeriis, qualia sunt æditiuorum janitorum, etc. — *Ipsi mactabunt holocausta.* Ex hoc apparet in hoc munere sacerdotes a levitis fuisse adjutos; nam sacerdotes tanto labori pares esse non potuissent, præsertim cum magna erat victimarum multitudo, ut in dedicatione templi sub Salomone.

12. *Pro eo quod ministraverunt illis.* Quia populo in idololatria servierunt, ideo illi etiam ab idololatria revocato, perpetua servitute obstricti erunt. — *In offendiculum iniquitatis.* Occasio iniquitatis. — *Levavi manum meam.* Elata manu juravi.

13. *Non appropinquabunt.* Sacerdotio excludentur, et functionibus illius. — *Portabunt confusionem suam.* Notati ignominia, et in vilibus ministeriis occupati. — *Scelera sua.* Pœnam scelerum.

mihi; et stabunt in conspectu meo ut offerant mihi adipem, et sanguinem, ait Dominus Deus.

16. Ipsi ingredientur sanctuarium meum, et ipsi accedent ad mensam meam ut ministrent mihi, et custodiant cæremonias meas.

17. Cumque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur; nec ascendet super eos quidquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris et intrinsecus.

18. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, et feminalia linea erunt in lumbis eorum, et non accingentur in sudore.

19. Cumque egredientur atrium exterius ad populum, exuent se vestimentis suis, in quibus ministraverant, et reponent ea in gazophylacio sanctuarii, et vestient se vestimentis aliis; et non sanctificabunt populum in vestibus suis.

20. Caput autem suum non radent, neque comam nutrient; sed tondentes attondent capita sua.

21. Et vinum non bibet omnis sacerdos quando ingressurus est atrium interius.

22. *a* Et viduam, et repudiatam non accipient uxores, sed virgines de semine domus Israel; sed et viduam quæ fuerit vidua a sacerdote, accipient. [a *Levit.* 21. 14.]

23. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum et pollutum, et inter mundum et immundum ostendent eis.

24. Et cum fuerit controversia, stabunt in judiciis meis, et judicabunt; leges meas, et præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient, et sabbata mea sanctificabunt.

25. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem et matrem, et filium et filiam, et fratrem, et sororem quæ alterum virum

eux qui s'approcheront de moi pour me servir de ministres : et ils se tiendront en ma présence pour m'offrir la graisse et le sang, dit le Seigneur Dieu.

16. Ce seront eux qui entreront dans mon sanctuaire, et qui approcheront de ma table pour me servir et pour garder mes cérémonies.

17. Lorsqu'ils entreront dans les portes du parvis intérieur, ils seront vêtus de robes de lin; et ils n'auront rien sur eux qui soit de laine, en faisant les fonctions de leur ministère aux portes du parvis intérieur et au dedans.

18. Ils auront des bandelettes de lin à leur tête, et des caleçons de lin sur leurs reins : et ils ne se ceindront point d'une manière qui leur excite la sueur.

19. Lorsqu'ils sortiront dans le parvis extérieur, pour aller parmi le peuple, ils quitteront les habits dont ils étaient revêtus en faisant les fonctions de leur ministère, et les remettront dans la chambre du sanctuaire : ils se vêtiront d'autres habits, et ils prendront garde de ne pas sanctifier le peuple avec leurs habits.

20. Ils ne se raseront point la tête, et ne laisseront point non plus croître leurs cheveux; mais ils auront soin de les couper pour les tenir courts.

21. Nul prêtre ne boira de vin lorsqu'il doit entrer dans le parvis intérieur.

22. Ils n'épouseront ni une veuve, ni une femme répudiée, mais des filles de la race de la maison d'Israël : et ils pourront néanmoins épouser aussi une veuve qui sera veuve d'un prêtre.

23. Ils enseigneront à mon peuple la différence qu'il y a entre ce qui est saint et ce qui est profane, et lui apprendront à discerner ce qui est pur d'avec ce qui est impur.

24. Lorsqu'il se sera élevé quelque différend, ils le jugeront, en se tenant attachés à mes jugements; ils observeront mes lois et mes ordonnances dans toutes mes fêtes solennelles, et ils sanctifieront mes jours de sabbat.

25. Ils n'entreront point là où est un homme mort, pour n'en être pas souillés, à moins que ce ne soit leur père ou leur mère, leur fils, ou leur fille, leur frère ou leur sœur qui n'ait point

19. *Populum in vestibus suis.* Les laïcs qui touchaient les habits sacrés, étaient obligés de se purifier et d'expier leur faute (Ex., XXX, 29; Infr., XLVI, 20). Comme aujourd'hui, le prêtre ne devait pas porter hors du sanctuaire, les habits qu'il mettait pour exercer ses fonctions, afin d'inspirer plus de respect au peuple pour les choses sacrées.

---

17. *Atrii interioris.* Atrii sacerdotum. — *Vestibus lineis.* Tunica enim linea erat vestis communium sacerdotum, ex lege Exod., 29, 8. — *In portis atrii interioris.* Intra portam atrii sacerdotum et levitarum. — *Et intrinsecus.* In Sancto, adolendo thymiama, accendendo lucernas, et ponendo et auferendo panes propositionis.

18. *Vittæ lineæ.* In orbem convolutæ et implicatæ, ut etiam nunc orientalibus populis gestare mos est, Chaldæis, *tiaræ*, LXX, *cidares.* — *In sudore.* LXX, *violenter;* qui enim violenter aliquid faciunt, facile sudant. Non ita cingulo se astringant, ut ad ministeria apti non sint et expediti. Non astricte nimis, sed aliquantulum laxe.

19. *Non sanctificabunt populum.* Ne populus, cui fas non est, vestes sanctas tangens noxam contrahat.

22. *Sed et viduam.* Viduam tamen.

24. *Stabunt in judiciis meis.* Legibus et præceptis meis insistent, ut ex eorum præscripto judicent, litesque disceptent.

25. *Ne polluantur.* Ne legalem immunditiam contrahant. Lev., 21, 2. — *Quæ alterum virum non habuerit.* Quæ secundo non nupserit. — *In quibus contaminabuntur.* In iis consanguineis licebit illi se contaminare, eos debitæ pietatis causa sepeliendo, ut habetur Levitici loco citato. Hæc autem de minoribus sacerdotibus intelligenda sunt, non de summo, qui ne super patre quidem, aut matre contaminare se poterat, ut dicitur capite illo 21 Levit., n. 10.

eu un second mari ; car *autrement* ils deviendraient impurs.

26. Et après qu'un d'entre eux aura été purifié, on lui comptera encore sept jours.

27. Et le jour qu'il entrera dans le sanctuaire au parvis intérieur, pour me servir de ministre dans le sanctuaire, il fera une oblation pour son péché, dit le Seigneur Dieu.

28. Ils n'auront point d'héritage; car je suis moi-même leur héritage : et vous ne leur donnerez point de partage dans Israël, parce que c'est moi qui suis leur partage.

29. Ils mangeront les victimes qui seront offertes pour le péché et pour la faute; et tout ce qu'Israël offrira par vœu leur appartiendra.

30. Les prémices de tous les premiers-nés, et les prémices de toutes les choses différentes qui sont offertes, appartiendront aux prêtres : vous donnerez aussi aux prêtres les prémices de ce qui sert à vous nourrir, afin qu'il répande la bénédiction sur votre maison.

31. Les prêtres ne mangeront ni d'aucun oiseau, ni d'aucune autre bête qui sera morte d'elle-même, ou qui aura été prise par quelque bête.

non habuerit; in quibus contaminabuntur.

26. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei.

27. Et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius, ut ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus.

28. *a* Non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum; et possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. [a *Num.* 18. 20. *Deuter.* 18. 1.]

29. Victimam et pro peccato et pro delicto ipsi comedent; et omne votum in Israel ipsorum erit.

30. *a* Et primitiva omnium primogenitorum, et omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt; et primitiva ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domui tuæ. [a *Exod.* 22. 29.]

31. *a* Omne morticinum, et captum a bestia, de avibus et de pecoribus non comedent sacerdotes. [a *Levit.* 22. 8.]

CHAPITRE XLV.

Partage de la terre sainte. Sacrifices du commencement de l'année. Solennité de Pâques. Fête des Tabernacles.

1. Lorsque vous commencerez à diviser la terre au sort, séparez-en les prémices pour le Seigneur, un lieu qui soit sanctifié *et* séparé *du reste* de la terre, qui ait vingt-cinq mille *mesures* de longueur, et dix mille de largeur : et il sera saint dans toute son étendue.

1. Cumque cœperitis terram dividere sortito, separate primitias Domino, sanctificatum de terra, longitudine viginti quinque millia, et latitudine decem millia; sanctificatum erit in omni termino ejus per circuitum.

30. *Et primitiva omnium primogenitorum.* D'après l'Hébreu : Toutes les prémices, tous les premiers-nés et toutes les offrandes que vous élèverez en présence du Seigneur, appartiendront aux prêtres. — Les offrandes élevées sont le pain, la farine : les fruits qu'on apportait au temple, la poitrine et l'épaule des hosties pacifiques. On donnait aux prêtres une partie de la pâte qu'on petrissait (Num., XV, 20). Tous ces réglements sont d'ailleurs inspirés par la loi elle-même, dont ils ne sont que la reproduction.

Cap. XLV. — 1. *Cumque cœperitis terram dividere sortito.* Ezéchiel ne se contente pas de prédire que les enfants d'Israël seront tous rappelés à leur ancien héritage; il fait de plus le partage de la terre promise, et il y place les tribus sans en excepter aucune, et sans accorder à l'une aucun privilége au-dessus de l'autre. Il tire des alignements égaux depuis le Jourdain

---

26. *Postquam fuerit emundatus.* Postquam discesserit, et separatus fuerit a mortuo (tunc enim emundari dicebatur, sicut per præsentiam contaminari), septem dies numerabunt ei, quibus emundetur, nec illi liceat ad templi ministerium accedere. Alii putant post completam emundationem adhuc præscribi hebdomadam, qua abstineat a ministerio; sed nova hæc esset sanctio; nihil enim tale habetur in Levitico.

27. *In die introitus sui.* Quo die primum ingressus fuerit in sanctuarium. — *Offerret pro peccato suo.* Decimam partem ephi similæ, ut præcipitur Levit., 6, 20.

28. *Non erit enim eis hæreditas.* Ut præscribitur Deut., 8, 11; et Num., 18, 20. — *Ego enim possessio eorum.* Possidebunt enim me, et illis cedent victimæ, oblationes et primitiæ quæ mihi offeruntur.

29. *Pro peccato.* Hostiam pro peccato oblatam. — *Omne votum.* Quidquid Deo fuerit consecratum. Vide dicta Num., c. 18, n. 28, 29.

30. *Et primitiva omnium primogenitorum.* Est pleonasmus; eadem enim sunt primitiva, quæ primogenita; quasi dicat : Primitias omnes, sive animalium, sive fructuum et frugum terræ, obtinebunt sacerdotes. — *Primitiva ciborum vestrorum.* Hebr., *pastarum vestrarum*, id est panum confectorum ex primitiis frugum vestrarum. Primitias enim panum offerebant sacerdoti in Pentecoste. — *Ut reponat benedictionem.* Ut Deus benedicat domui tuæ, copiam bonorum omnium largiendo.

31. *Omne morticinum.* Hæc non solis sacerdotibus, sed omnibus etiam Judæis vetabantur, Levit., 5, 2, et 11, 11; et 17, 15; et 22, 8; sed maxime sacerdotibus, quos cæteris sanctiores et puriores esse decebat, propterea tanquam proprium ipsorum præceptum hoc loco repetit.

Cap. XLV. — 1. *Terram dividere.* Scilicet post liberationem e captivitate Babylonica. In hebræo est, *cum feceritis terram cadere in hæreditatem.* — *Sortito.* Dicit *sortito*, non quod hæc divisio facta sit adhibitis sortibus (nam divisa est ex Dei arbitrio et præscripto) sed quia vocaverat *hæreditatem;* hæreditas autem sorte dividi solebat. — *Separate primitias Do-*

2. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum; et quinquaginta cubitis in suburbana ejus per gyrum.

3. Et a mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, et latitudinem decem millium, et in ipso erit templum, Sanctumque sanctorum.

4. Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini; et erit eis locus in domos, et in sanctuarium sanctitatis.

5. Viginti quinque autem millia longitudinis, et decem millia latitudinis erunt levitis qui ministrant domui; ipsi possidebunt viginti gazophylacia.

2. De tout cet espace, vous en séparerez, pour le lieu saint, un lieu carré qui aura cinq cents *mesures* de chaque côté tout à l'entour, et cinquante coudées encore aux environs, pour les faubourgs.

3. Vous mesurerez donc avec cette mesure une place de vingt-cinq mille de longueur, et de dix mille de largeur, et dans cette place sera le temple et le Saint des saints.

4. Cette terre ainsi sanctifiée sera pour les prêtres qui sont les ministres du sanctuaire, et qui s'approchent pour s'acquitter des fonctions du ministère du Seigneur: et ce lieu sera destiné pour leurs maisons et pour le sanctuaire très-saint.

5. Il y aura vingt-cinq mille *mesures* de longueur, et dix mille de largeur, pour les lévites qui servent au temple : et ils auront aussi eux-mêmes vingt chambres dans le trésor.

au levant, jusqu'à la Méditerranée au couchant, en commençant par le Septentrion et continuant au Midi. Dan est la première tribu dans cet ordre; Aser, Nephtali, Manassé, Ephraïm, Ruben et Juda la suivent. Entre celles-ci et les autres est placé un grand espace consacré à Dieu, où la ville qui est unique, le temple, l'habitation des prêtres et des lévites, et celle du prince ont un territoire borné par des mesures marquées. Et après cet espace vient la tribu de Benjamin, qui est suivie de celles de Siméon, d'Issachar, de Zabulon et de Gad, qui termine la terre au midi (Voir le tableau qui accompagne le commentaire de Ménochius, pag. 465). Ce partage et cet ordre ne furent point suivis, lorsque les Juifs retournèrent de Babylone en leur pays; et personne n'y pensa. Aussi n'est-ce qu'une figure du retour de toute la nation, à l'héritage de la foi et de la justice qu'elle a perdu; mais une figure admirable quand elle est bien entendue. Le territoire est réduit aux anciennes bornes montrées à Abraham. Il n'y a rien au delà du Jourdain. La religion est placée dans le centre et non à l'une des extrémités, comme autrefois dans la tribu de Juda. Il n'est plus parlé de Jérusalem, ni par conséquent du temple qui y était fixé. Ainsi le culte est changé et la loi abolie. La cité est unique; tous y ont le même droit. Ses portes sont placées vers les quatre parties du monde, afin qu'on y entre sans peine. Mais il paraît qu'on en est citoyen sans y avoir de maison. Rien de cela ne convient à une ville matérielle, ni à un partage sensible du petit pays entre le Jourdain et la mer, qu'une seule tribu bien réunie serait capable de remplir. Mais rien n'était plus propre à marquer la conversion générale de tous les Juifs, leur ardeur égale pour la foi, leur empressement égal pour entrer dans l'Eglise, l'accomplissement égal des promesses faites pour eux à Abraham (*Règles pour l'intelligence de l'Ecriture*, règle IX, pag. 280 et suiv.).

---

mino. Separate portionem terræ quæ offeratur Domino, et illi sit sacra. — *Sanctificatum*. Ut sanctificetur, consecretur Domino pars illa terræ. — *Viginti quinque millia*. Calamorum; quantæ longitudinis esset calamus unus, habes supra c. 40, n. 5. Quæ de ingentibus hisce terræ portionibus templo, sacerdotibus, levitis, laicis, civibus, etc., assignandis dicuntur, nunquam effecta dederunt Judæi, vel propter vicinorum infestationes, vel propter metum Cyri aut alias hujusmodi causas. Vel certe allegorice de Ecclesia militante aut triumphante accipienda sunt. * Fortasse etiam mensura hæc non de calamis, sed de cubitis accipienda est; nam si de calamis intelligatur, adeo ampla erunt spatia, ut usibus illis, quibus hoc capite designantur, necessaria non videantur. Nam spatium sacerdotum sexdecim leucarum in longum fuisset, sex in latum; quale spatium deservisse usibus templi vel habitationi levitarum Jerosolymis, non est verisimile. Si vero de cubitis sermonem esse dicamus, spatium longum fuerit duabus leucis cum dimidia, latum una leuca, quod est probabile. — *Sanctificatum erit in omni termino*. Totum hoc terræ spatium sanctum erit, non quidem ita ut templum neque ut templi peribolus, sed ita ut terra sacerdotum, in quorum etiam usum et habitationem jubetur hæc prima portio separari. Templi enim ambitus, quod in medio hujusce primæ portionis situm erat, non habebat nisi quingentos calamos per singula latera, ut patet ex c. 42, n. 16, et sequentibus.

2. *Et erit ex omni parte sanctificatum*. In hebræo est, *erunt ex hoc pro sanctitate*, id est, et toto majori spatio spatium quaquaversus quadratum designabis, quod sit pro sanctitate, id est, pro templo et ejus atriis. — *Quingentos per quingentos*. Spatium quingentorum calamorum ex omni latere. — *In suburbana ejus*. Significat inter ipsam templi periodum, et sacerdotum habitationem fuisse spatium quinquaginta cubitorum per circuitum, in quo spatio, et reverentiæ et sanctitatis causa, et ut templi pulchritudo magis appareret, nullum erat ædificium.

3. *A mensura ista*. In mensura ista, hoc est, calamo, * sive cubito, cujus proxime meminerat.

4. *Sanctificatum de terra*. Spatium hoc viginti quinque millium, etc.; erit sanctificatum de terra, id est, ex tota terra Juda, ut in eo construatur templum, et domus sacerdotum.

5. *Viginti quinque autem millia*. Alia, præter illa quæ sacerdotibus assignata sunt. Jubet enim hic levitis tantumdem spatii admetiri quantum admensus est sacerdotibus. — *Possidebunt viginti gazophylacia*. In atrio sacerdotum : necesse enim erat ut, dum per vices suas ministrabant, ubi æque ut sacerdotes sua haberent habitacula.

6. Et vous donnerez à la ville, pour son étendue cinq mille *mesures* de large et vingt-cinq mille de long, selon ce qui est séparé pour le sanctuaire : et ce sera pour toute la maison d'Israël.

7. Vous désignerez aussi le partage du prince qui s'étendra de part et d'autre, le long de ce qui a été séparé pour le lieu saint, et pour la place de la ville, et vis-à-vis de ce lieu saint et de cette place, depuis un côté de la mer jusqu'à l'autre, et depuis un côté de l'Orient jusqu'à l'autre; et la longueur de ce qui lui appartiendra sera égale à ces deux autres portions, depuis les bornes de l'Occident jusqu'aux bornes de l'Orient.

8. Il aura son partage de la terre dans Israël, et les princes ne pilleront plus à l'avenir mon peuple, mais ils distribueront la terre à la maison d'Israël, selon *la grandeur de* chaque tribu.

6. Et possessionem civitatis dabitis quinque millia latitudinis, et longitudinis viginti quinque millia, secundum separationem sanctuarii, omni domui Israel.

7. Principi quoque hinc et inde in separationem sanctuarii, et in possessionem civitatis, contra faciem separationis sanctuarii, et contra faciem possessionis urbis; a latere maris usque ad mare, et a latere orientis usque ad orientem longitudinis autem juxta unamquamque partem a termino Occidentali usque ad terminum Orientalem.

8. De terra erit ei possessio in Israel; et non depopulabuntur ultra principes populum meum; sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum.

---

6. *Et possessionem civitatis.* Tertiam hic sortem et partem, scilicet civitatis et civium Jerusalem laicorum dimetitur, eamque in longitudine parem sorti sacerdotum et levitarum facit, sed in latitudine angustiorem, nimirum quinque millium calamorum * seu cubitorum tantum. — *Secundum separationem sanctuarii.* Quemadmodum longitudo viginti quinque millium sanctuario est attributa. — *Omni domui Israel.* Omni tribui; nam ex omni tribu habitaturi erant in Jerusalem.

7. *Principi quoque.* Dabitis suum locum et spatium ut cæteris, sed peculiare et principe dignum. — *Hinc et inde.* Ad meridiem et ad aquilonem ex utroque latere. Latera autem dicebantur proprie meridianum et septentrionale, quia longitudo ab oriente in occidentem sumebatur. — *In separationem sanctuarii.* Pagninus et Vatablus vertunt, *juxta separationem.* Vocat autem *separationem* sortem separatam; quasi dicat : Post sortem, quam jussi separari primo sacerdotibus, deinde levitis, tertio civitati et civibus, quarto loco separabitis et designabitis locum principi. Sequens figura rem ponet ob oculos, quæ etiam melius intelligetur ex iis quæ c. 48 dicenda sunt. — *Contra faciem separationis sanctuarii.* E regione sortis sacræ et sortis sive possessionis civitatis. — *A latere maris usque ad mare.* Portio principis a latere maris, hoc est, ex parte occidua, protendetur in longum occidentem versus, ut etiam ex parte orientali extendetur versus orientem. Non explicat quanta futura sit hæc longitudo, sed videtur fuisse viginti quinque millium calamorum, * seu cubitorum, quantæ scilicet erant latitudines trium designatarum portionum, scilicet sacerdotalis, leviticæ et civitatis; hæc enim quinque millia habebat latitudinis, illæ vero singulæ decem. — *Juxta unamquamque partem.* Ad latus uniuscujusque partis, sacerdotalis, leviticæ et civitatis. — *A termino occidentali.* Ab occidente in orientem, sive contra; hæc enim est longitudo, ut patet in tabellæ delineatione.

8. *De terra erit ei possessio.* Princeps vivet ex parte terræ quam seorsim ei assignari jubeo, ne invadat agros populi, aut eum tributis oneret et opprimat.— *Sed terram dabunt.* Ipsi principes, aut qui terram divident, separata portione sacerdotum, levitarum et principis, reliquam terram populo distribuent.

SEPTENTRIO.

1. Sors Dan.
2. Sors Azer.
3. Sors Nephthali.
4. Sors Manasse.
5. Sors Ephraim.
6. Sors Ruben.
7. Sors Juda.

PORTIO PRINCIPIS.
Longitudo viginti quinque millium calamorum, * seu cubitorum.

OCCIDENS.

Portio [Templum] sacerdotum. Longitudo viginti quinque millium calamorum, * seu cubitorum.	Portio levitarum. Longitudo viginti quinque millium calamorum, * seu cubitorum.	Portio servien- [Civitas] tium civitati. Longitudo viginti quinque millium calamorum, * seu cubitorum.
Latit. decem mil. calam. * seu cubit.	Latit. decem mil. calam. * seu cubit.	Latit. quinque mil. calam. * seu cubit.

ORIENS.

PORTIO PRINCIPIS.
Longitudo viginti quinque millium calamorum, * seu cubitorum.

1. Sors Benjamin.
2. Sors Simeon.
3. Sors Issachar.
4. Sors Zabulon.
5. Sors Gad.

MERIDIES.

9. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Que cela vous suffise, ô princes d'Israël, cessez de commettre l'iniquité, et de piller *mon peuple :* rendez la justice, et agissez selon l'équité, séparez vos terres d'avec celles de mon peuple, dit le Seigneur Dieu.

10. Que votre balance soit juste, que l'éphi et le bath soient aussi pour vous de justes mesures.

11. L'éphi et le bath seront égaux et d'une même mesure, en sorte que le bath tiendra la dixième partie du cor, et que l'éphi tiendra de même la dixième partie du cor : leurs poids sera égal, par rapport à la mesure du cor.

12. Le sicle doit avoir vingt oboles; et vingt sicles, vingt-cinq sicles, et quinze sicles, font la mine.

13. Et voici quelles seront les prémices que vous offrirez : la sixième partie de l'éphi, prise sur un cor de froment, et la sixième partie de l'éphi prise sur un cor d'orge.

14. Quant à la mesure de l'huile, c'est le bath d'huile qui est la dixième partie du cor, car les dix baths font le cor, et le cor est rempli de dix baths.

15. *On offrira* un bélier d'un troupeau de deux cents bêtes, de celles que le peuple d'Israël nourrit pour les sacrifices, pour les holocaustes, pour les oblations pacifiques, afin qu'il serve à les expier, dit le Seigneur Dieu.

16. Tout le peuple du pays sera obligé de payer ces prémices à celui qui sera prince en Israël.

9. Hæc dicit Dominus Deus : Sufficiat vobis principes Israel; iniquitatem et rapinas intermittite, et judicium et justitiam facite, separate confinia vestra a populo meo, ait Dominus Deus.

10. Statera justa, et ephi justum, et batus justus erit vobis.

11. Ephi et batus æqualia, et unius mensuræ erunt; ut capiat decimam partem cori batus, et decimam partem cori ephi; juxta mensuram cori erit æqua libratio eorum.

12. *a* Siclus autem viginti obolos habet, porro viginti sicli, et viginti quinque sicli, et quindecim sicli, minam faciunt. [a *Exod.* 30. 13. *Levit.* 27. 25. *Num.* 3. 47.]

13. Et hæ sunt primitiæ quas tolletis; sextam partem ephi de coro frumenti, et sextam partem ephi de coro hordei.

14. Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est; et decem bati corum faciunt; quia decem bati implent corum.

15. Et arietem unum de grege ducentorum, de his quæ nutriunt Israel in sacrificium, et in holocaustum, et in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus.

16. Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel.

11. *Ephi et batus.* Le *chomer* et le *cor* contenaient environ 450 litres; l'*éphi* et le *bath* environ 45 litres. *L'éphi* servait pour les grains, et le *bath* pour les liqueurs. Le *sicle* était de 20 gérah ou oboles. Il valait environ 32 sous 6 deniers. Il y avait des pièces de 20 sicles, de 25 sicles et de 15 sicles. Ces trois pièces faisaient ensemble une mine. Par conséquent la mine valait 60 sicles.

16. *Principi in Israel.* Il y a des commentateurs qui ont cru, d'après ces paroles, que les

---

9. *Sufficiat vobis principes Israel.* Hactenus oppressisse populum meum. — *Separate confinia vestra.* Ut vestris limitibus contenti, alienos populi vestri non invadatis.

10. *Statera justa.* Commendat principibus mensurarum ac ponderum æquitatem, quia illi sunt qui ea minuendi et augendi auctoritatem habent.

11. *Ephi et batus.* Pares mensuræ erant ephi et batus; sed ephi erat aridorum, batus liquidorum, continebatque ephi modios tres, ut etiam batus. — *Juxta mensuram cori erit æqua libratio.* Æqua ad pondus divisio, et ad eorum accommodatio; quasi dicat : Utrumque ad rationem cori exigetur, scilicet ut ephi et batus sint decima pars cori.

12. *Viginti obolos.* In Hebræo est, *hesrim gerah*, id est, *grana siliquæ.* Putat Maldonatus a voce hebraica *gerah*, vocem derivatam *carati*, qua utuntur aurifices et pharmacopolæ. Sed probabilius est derivari ἀπο των κερατιων, quæ vox ipsas siliquas significat. Imo hodieque in aliquibus Italiæ partibus, ut Venetiis, grana illa siliquarum appellantur *carati.* Vide infra, Lucæ, 15, 16. Siclus, sive stater, erat tetradrachmus, æqualis in pondere et pretio quatuor juliis romanis, aut quatuor regalibus hispanicis. — *Forro viginti sicli.* Hoc est, mna continet sexaginta siclos. Propterea vero divisit sexaginta siclos in tres partes, quia in mna, sive mina, tres aliæ mensuræ continebantur, quarum una quindecim siclos habebat, id est, quartam partem minæ; secunda viginti, id est tertiam; tertia viginti quinque, id est, tertiam cum duodecima. Singulæ etiam hæ mensuræ vocabantur minæ, atque ideo quadruplex fuit mina, prima quindecim, secunda viginti, tertia viginti quinque, quarta sexaginta siclorum. Sic Mediolani duplex est libra, altera unciarum duodecim, altera unciarum viginti octo. — *Mnam.* Vox est græca; nam μνᾶ Græcis idem est quod *mina* Latinis.

13. *Hæ sunt primitiæ.* Taxat primitias frugum, verbi gratia, tritici, hordei, etc. Deo et sacerdotibus offerenda, ne aut sacerdotum avaritia plus exigeret, aut laicorum minus daret quam par erat. Jubet ergo ut sexagesima pars frugum pro promitiis Deo detur; jubet enim dari sextam partem ephi, quæ est sexagesima pars cori. Id Hebræorum traditio confirmat, quæ docet pro primitiis, nec minus quam sexagesimam, nec plus quam quadragesimam partem dari posse.

14. *Mensura quoque olei.* Jubet hic in sexagesimam partem farinæ, quæ pro primitiis offertur, misceri centesimam partem olei. Nam decima pars bati, sive ephi, est centesima pars cori. Corus enim continebat decem batos sive ephi.

15. *De grege ducentorum.* Qui ducentas oves habuerit, unam dabit Deo in sacrificium. — *De his quæ nutriunt Israel in sacrificium.* E pinguioribus, quales esse debent qui ad sacrificium destinantur, ut num., 18, 19, 32 præcipitur.

16. *Tenebitur... principi.* Sacerdotum has primitias dare, ut ipse onus sustineat offerendi

17. Et super principem erunt holocausta, et sacrificium, et libamina in solemnitatibus, et in calendis, et in sabbatis, et in universis solemnitatibus domus Israel; ipse faciet pro peccato sacrificium, et holocaustum, et pacifica ad expiandum pro domo Israel.

18. Hæc dicit Dominus Deus : In primo mense, una mensis, sumes vitulum de armento immaculatum, et expiabis sanctuarium.

19. Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato; et ponet in postibus domus, et in quatuor angulis crepidinis altaris, et in postibus portæ atrii interioris.

20. Et sic facies in septima mensis pro unoquoque qui ignoravit, et errore deceptus est; et expiabis pro domo.

21. In primo mense, quartadecima die mensis, erit vobis Paschæ solemnitas, septem diebus azyma comedentur.

22. Et faciet princeps in die illa pro se, et pro universo populo terræ, vitulum pro peccato.

23. Et in septem dierum solemnitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, et septem arietes immaculatos quotidie septem diebus; et pro peccato hircum caprarum quotidie.

24. Et sacrificium ephi per vitulum, et ephi per arietem faciet; et olei hin per singula ephi.

17. Et le prince sera chargé d'offrir les holocaustes, les sacrifices et les oblations de liqueur, les jours solennels, les premiers jours de chaque mois, les jours du sabbat, et tous les jours solennisés par la maison d'Israël : il offrira, pour le péché, le sacrifice, l'holocauste et les victimes pacifiques pour l'expiation de la maison d'Israël.

18. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : Le premier mois et le premier jour de ce mois, vous prendrez un veau du troupeau, qui soit sans tache; et vous vous en servirez pour expier le sanctuaire.

19. Le prêtre prendra du sang qu'on offrira pour le péché; et il en mettra sur les poteaux *de la porte* du temple, aux quatre coins du rebord de l'autel, et aux poteaux de la porte du parvis intérieur.

20. Vous ferez la même chose le septième jour du mois pour tous ceux qui ont péché par ignorance et qui ont été trompés par une erreur; et vous expierez ainsi pour le temple.

21. Le premier mois, et le quatorzième jour de ce mois, vous solenniserez la fête de Pâques : on mangera les pains sans levain sept jours durant.

22. Et le prince offrira en ce jour-là, pour soi-même et pour tout le peuple du pays, un veau pour le péché.

23. Il offrira en holocauste au Seigneur, pendant la solennité des sept jours, sept veaux et sept béliers sans tache, chaque jour, durant les sept jours; et il offrira aussi chaque jour un jeune bouc pour le péché.

24. Il joindra dans son sacrifice un éphi à chaque veau, et un éphi à chaque bélier; et il ajoutera un hin d'huile à chaque éphi.

dîmes appartenaient au prince séculier. Mais quand on entendrait par ce mot *Principi* le chef de l'Etat, comme le fait Ménochius, il n'aurait reçu ces dons que pour les appliquer aux frais du culte et non pour en disposer. Mais nous croyons qu'il s'agit plutôt ici du chef de la religion, c'est-à-dire du grand-prêtre, comme l'indique le verset suivant.

19. *Et tollet sacerdos.* Ce sacrifice, avec les rites et les cérémonies qui l'accompagnaient, avait pour but de préparer le peuple à la célébration de la Pâque, qui arrivait le 14e jour de ce mois.

---

holocausta et victimas in sabbatis, calendis, aliisque festis pro toto populo. * Ita Cornel. a Lapide. Sed verius videtur intelligendum hoc de principe politico, cujus erat ex his primitiis curare stata sacrificia pro sabbatis, calendis reliquisque solemnitatibus, exemplo Salomonis, III. Reg., 9, 35; et aliorum regum, lib. IV. Reg., 16, 15. Vide Esium ad hunc locum.

17. *Super principem erunt holocausta.* Hoc onus sustinebit princeps sacerdotum, ut ipse ex primitiis a populo oblatis victimas suis temporibus sacrificandas sufficiat. Italice diceremus : *Stara a carico del principe de sacerdoti, etc.*

18. *In primo mense.* Nisan, qui partim martio nostro respondet, partim aprili. — *Una mensis.* Prima mensis. Cardinalis numerus pro ordinali. Sic dicitur, *una sabbatorum*, id est, *prima sabbatorum.*

19. *De sanguine.* Sacrificii, vel piaculi, quod erit pro peccato. — *In postibus domus.* In postibus templi. — *Et in quatuor angulis crepidinis.* Altaris. De crepidine altaris vide dicta supra capite 43, n. 14. — *Atrii interioris.* Atrii sacerdotum.

20. *Pro unoquoque qui ignoravit.* Qui loquitur de sacrificio pro ignorantia, cujus mentio Levit., 4, 2 et 22; et c. 5, 17 et alibi. — *Expiabis pro domo.* Hebr., et LXX, *expiabis domum*, id est, templum, oblatione sacrificorum.

21. *In primo mense.* Vide dicta n. 18. — *Septem diebus azyma comedantur.* Juxta legem Exod., c. 12, n. 15.

22. *Faciet.* Sacrificabit princeps non per seipsum, sed per sacerdotes, ut patet ex his quæ dicuntur, capite sequenti, n. 2

23. *Quotidie septem diebus.* Quotidie septem vitulos et septem arietes, idque per septem dies. — *Hircum caprarum.* Vide dicta c. 43, n. 22.

24. *Sacrificium ephi.* Offeret ephi similæ cum singulis vitulis, et tantumdem cum singulis arietibus. De ephi dictum est supra n. 11. — *Olei hin.* Continebat autem *hin* duodecim *logim*; *log* autem tantum liquoris capiebat, quantum sex ovorum putaminibus contineri potest. Itaque *hin* continebat septuaginta duo ova. Cornelius a Lapide in opusculo de Mensuris docet hin olei continuisse libras 13 cum tertia parte — *Per singula ephi.* Cum singulis ephi similæ miscebit unum hin olei.

25. Le septième mois, et le quinzième jour de ce mois, il fera, en cette fête solennelle, sept jours de suite, les mêmes choses qui ont été dites auparavant, soit pour l'expiation du péché, soit pour l'holocauste, ou pour le sacrifice des oblations et de l'huile.

25. Septimo mense, quintadecima die mensis in solemnitate, faciet sicut supra dicta sunt per septem dies; tam pro peccato, quam pro holocausto, et in sacrificio, et in oleo.

CHAPITRE XLVI.

Règlement pour l'ouverture de la porte orientale du parvis des prêtres. Des portes par lesquelles le prince et le peuple devaient entrer et sortir. Diverses sortes de sacrifices. Des cuisines du temple.

1. Voici ce que dit le Seigneur Dieu : La porte du parvis intérieur, qui regarde vers l'Orient, sera fermée les six jours où l'on travaille; mais on l'ouvrira le jour du sabbat, et on l'ouvrira encore le premier jour de chaque mois.

2. Le prince viendra par le chemin du vestibule de la porte de dehors; et il s'arrêtera à l'entrée de la porte; et les prêtres offriront pour lui l'holocauste et le sacrifice de paix : il adorera sur le pas de cette porte; puis il sortira, et la porte ne sera point fermée jusqu'au soir.

3. Et le peuple du pays adorera aussi le Seigneur devant cette porte, les jours du sabbat et les premiers jours de chaque mois.

4. Or le prince offrira au Seigneur cet holocauste : savoir, le jour du sabbat, six agneaux qui soient sans tache, et un bélier de même sans tache,

5. Avec l'oblation d'un éphi pour le bélier, et ce que sa main offrira en sacrifice pour chaque agneau, et un hin d'huile pour chaque éphi.

6. Et le premier jour de chaque mois *il offrira* un veau du troupeau qui soit sans tache, avec six agneaux et six béliers qui n'aient point non plus de tache.

7. Et il offrira en sacrifice un éphi pour le veau, avec un éphi pour chaque bélier; il don-

1. Hæc dicit Dominus Deus : Porta atrii interioris quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus fit; die autem sabbati aperietur, sed et in die calendarum aperietur.

2. Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, et stabit in limine portæ; et facient sacerdotes holocaustum ejus, et pacifica ejus; et adorabit super limen portæ, et egredietur; porta autem non claudetur usque ad vesperam.

3. Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbatis, et in calendis, coram Domino.

4. Holocaustum autem hoc offeret princeps Domino; in die sabbati sex agnos immaculatos, et arietem immaculatum,

5. Et sacrificium ephi per arietem; in agnis autem sacrificium quod dederit manus ejus; et olei hin per singula ephi.

6. In die autem calendarum vitulum de armento immaculatum; et sex agni et arietes immaculati erunt.

7. Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet sacrificium; de agnis

Cap. XLVI. — 4. *In die sabbati, sex agnos.* Les Juifs ont remarqué que ce passage, ainsi que le verset 6 du même chapitre, ne s'accordent pas avec les prescriptions du *livre des Nombres* (cap. XXVIII, 9 et 11). Mais les lois cérémonielles sont-elles immuables? Dieu ne peut-il pas les modifier comme il lui plaît?

5. *Quod dederit manus ejus.* Hébraïsme pour exprimer un don, une offrande volontaire. — Plus loin, vers. 7, 11, *sicut invenerit manus ejus.* Locution particulière pour dire : Selon son pouvoir, selon ses facultés.

---

25. *Septimo mense.* Mense septembri. — *In solemnitate.* Tabernaculorum. Vide Levit., 23, 39. — *Sicut supra dicta sunt.* Num. 7, 23. — *Tam pro peccato.* Id est, et quod attinet ad sacrificium pro peccato, et ad holocaustum, etc., ut dictum est n. 21 et deinceps, faciendum esse in solemnitate Paschæ.

Cap. XLVI. — 1. *Atrii interioris.* Atrii sacerdotum. Hæc est porta clausa de qua dixit c. 44, n. 2 et 3. Hanc jubet hic aperiri principi in sabbatis et calendis.

2. *Princeps.* Rex. — *Per viam vestibuli portæ deforis* Per portam orientalem atrii exterioris, quod principis erat privilegium ut per illam ingrederetur; populus vero ingrediebatur et egrediebatur per portam meridionalem et aquilonarem. — *Stabit in limine portæ.* Ut etiam supra, capite 44, n. 2 et 3, dicitur. — *Facient sacerdotes.* Sacrificabunt. — *Adorabit.* Sacrificiis præsens erit, et preces suas ad Dominum fundet, stans in limine atrii interioris. — *Egredietur.* Sacris expletis, aut cum suæ satisfecerit pietati. — *Non claudetur usque ad vesperam.* Sed aperta remanebit, ut liber pateat prospectus populo ante templi faciem adorare volenti.

5. *Sacrificium ephi per arietem.* Hoc explicatum est cap. superiori n. 24. — *In agnis autem.* Id est, libamen et mensuram simile ad agnos quos immolabit princeps non præscribo : det ipse tantum quantum volet, ita tamen ut olei hin per singula ephi similæ, quæ dare voluerit, addat et misceat.

6. *Vitulum de armento.* Vitulum adhuc lactentem, sicut supra n. 23; et c. 43, 22, dixit hircum caprarum. In Hebræo est, *filium bovis* sive *vaccæ*, id est, adhuc matrem sequentem, ut lac sugat.

7. *Et ephi.* Hæc patent ex dictis n. 5.

autem, sicut invenerit manus ejus; et olei hin per singula ephi.

8. Cumque ingressurus est princeps, per viam vestibuli portæ ingrediatur, et per eamdem viam exeat.

9. Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solemnitatibus; qui ingreditur per portam Aquilonis, ut adoret, egrediatur per viam portæ Meridianæ; porro qui ingreditur per viam portæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis; non revertetur per viam portæ, per quam ingressus est, sed e regione illius egredietur.

10. Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, et cum egredientibus egredietur.

11. Et in nundinis, et in solemnitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, et ephi per arietem; agnis autem erit sacrificium sicut invenerit manus ejus; et olei hin per singula ephi.

12. Cum autem fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino; aperietur ei porta quæ respicit ad Orientem, et faciet holocaustum suum, et pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbati; et egredietur, claudeturque porta postquam exierit.

13. Et agnum ejusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie Domino; semper mane faciet illud.

14. Et faciet sacrificium super eo cata mane, mane sextam partem ephi, et de oleo tertiam partem hin, ut misceatur similæ; sacrificium Domino legitimum, juge atque perpetuum.

15. Faciet agnum, et sacrificium, et oleum cata mane, mane; holocaustum sempiternum.

16. Hæc dicit Dominus Deus : Si dederit princeps donum alicui de filiis

nera pour chaque agneau ce que sa main pourra trouver, et un hin d'huile pour chaque éphi.

8. Lorsque le prince doit entrer, il entrera par le vestibule de la porte *orientale*, et il en sortira par le même endroit.

9. Mais lorsque le peuple du pays entrera pour se présenter devant le Seigneur aux jours solennels, celui qui sera entré par la porte du Septentrion, pour adorer, sortira par la porte du Midi; et celui qui sera entré par la porte du Midi sortira par la porte du Septentrion : nul ne retournera par la porte par laquelle il sera entré, mais il sortira par l'autre qui lui est opposée.

10. Mais le prince, étant au milieu d'eux tous, entrera avec ceux qui entrent, et sortira avec ceux qui sortent.

11. *Ad Malasar.* Qui sub principe eunuchorum horum quatuor puerorum curam habebat. Is clam facit quod princeps eunuchorum nonnisi publico mandato facere poterat, ideoque mutato Daniel consilio, ad eum adit, quem se suosque socios alendi curam habere vidit.

12. *Tenta.* Proba, experimentum cape, δοκιμασον, ut est in græco. — *Dentur nobis legumina.* Duas ob causas petunt legumina et aquam ; et propter religionem jejunii, quo a carnibus et vino abstinebant, et ne Malasar impensas excusare posset.

* 15. *Corpulentiores.* Dei munere, quanquam qui temperanter vivunt, naturaliter etiam colore sunt vivido et succosi.

17. *Scientiam et disciplinam in omni libro.* Ita ut omnes characteres legere, intelligere et scribere possent ; voluerat enim rex eos potissimum linguam chaldaicam doceri, ut diximus supra, n. 4. — *Danieli autem intelligentiam.* Donum singulare somniorum et visorum interpretandorum, id est, propheticum spiritum.

18. *Completis itaque diebus.* Tribus annis quos illis rex ad discendam linguam præscripserat, n. 5.

19. *Cumque eis locutus fuisset rex.* Nempe propositis interrogationibus acumen et eruditionem eorum tentans. — *Steterunt in conspectu regis.* Coaptati sunt ad secretius regis ministerium, quale est cubiculariorum.

20. *Omne verbum sapientiæ.* Quamcumque quæstionem arduam et difficilem, quæ doctrinam et acumen ingenii requireret. — *Ariolos. Arioli*, inquit D. Hieronymus, *dicuntur qui verbis rem peragunt*, aut ex characteribus (hoc enim innuit hebraicum, *chartummim*, a radice *charat*, unde græcum ἐγχαράττω et χαρακτήρ) divinant, et ut LXX vertunt, sunt επωδοι, id est, incantatores. — *Magos.* Magi sunt qui philosophantur; radix enim *hagah*, meditari significat et speculari.

avait trouvé dans tous les devins et les mages qui étaient dans tout son royaume.

21. Or Daniel vécut ainsi jusqu'à la première année du roi Cyrus.

ariolos et magos qui erant in universo regno ejus.

21. *a* Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis. [a *Infr.* 6. 28.]

CHAPITRE II.

Nabuchodonosor voit en songe une statue composée de quatre métaux; Daniel lui donne l'explication de ce songe.

1. La seconde année du règne de Nabuchodonosor, Nabuchodonosor eut un songe dont son esprit fut extrêmement effrayé; et ensuite il l'oublia entièrement.

2. Le roi commanda en même temps qu'on fît assembler les devins, les mages, les enchanteurs et les Chaldéens, afin qu'ils lui déclarassent quel avait été son songe : ils vinrent donc, et se présentèrent devant lui :

3. Et le roi leur dit : J'ai eu un songe, et je ne sais ce que j'ai vu, parce que rien ne m'en est resté dans l'esprit, qu'une idée confuse.

1. In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, et conterritus est spiritus ejus, et somnium ejus fugit ab eo.

2. Præcepit autem rex, ut convocarentur arioli, et magi, et malefici, et Chaldæi, ut indicarent regi somnia sua; qui cum venissent, steterunt coram rege.

3. Et dixit ad eos rex : Vidi somnium; et mente confusus, ignoro quid viderim.

21. *Usque ad annum primum.* Il est dit (ch. X, 1) : que Daniel eut de nouvelles visions la troisième année du règne de Cyrus. M. de Saulcy a supposé ici une faute de copiste. Mais on peut très-bien concilier ces deux passages, en observant que le sens du verset 21, n'est pas que Daniel mourut la première année du roi Cyrus. Rien n'empêche de supposer qu'il ait été en faveur jusqu'à ce moment et qu'il ait vécu plus longtemps. Ou bien, on peut supposer, avec M. Quatremère de Quincy, deux époques dans le règne de Cyrus à Babylone; l'une qui date de la prise de cette ville, et l'autre qui commence deux ans plus tard, à la mort de Darius le Mède, sous le nom duquel Cyrus ne cessa pas de gouverner. L'auteur a pu dire sans contradiction, que Daniel vécut jusqu'à la première année du règne de Cyrus. Car, dans le premier cas, il a compté les années du règne de ce prince depuis la mort de Darius, et dans le second, depuis la prise de Babylone (*Mémoires sur Darius le Mède*, et *Annal. de Philos.*, tom. XVI, pag. 324 et suiv.)

Cap. II. — 1. *In anno secundo regni Nabuchodonosor.* Les années sont ici comptées depuis la mort de Nabopolassar son père; cette date désigne en réalité la quatrième année du règne de Nabuchodonosor, si on le fait partir, à l'exemple des Juifs, de l'époque où Nabopolassar l'avait associé à l'empire. M. Glaire tire de cette contradiction apparente, une preuve en faveur de l'authenticité de cette prophétie. Après avoir dit qu'il avait été emmené captif à Babylone par Nabuchodonosor, déjà roi, et qu'il avait passé trois ans à la cour de ce prince, pour y être instruit dans la science des Chaldéens, il ne craint pas de dire que ce fut la deuxième année de son règne qu'il lui expliqua son songe. On conçoit comment un auteur contemporain qui, fort de la vérité, sait bien qu'elle ne peut pas être contredite, ait pu parler ainsi à des personnes qui connaissaient la double époque d'où l'on comptait les années du règne de Nabuchodonosor; mais un imposteur aussi habile que le prétendu pseudo-Daniel, se serait bien gardé d'avancer sans nécessité, une contradiction qui pouvait donner prise sur lui, et discréditer son ouvrage (Introd., *Hist. et crit. aux liv. de l'Anc. et du Nouv. Testam.*, tom. III, pag. 498).

2. *Arioli, et magi.* Le P. de Carrières entend par les devins (*arioli*) ceux qui prétendaient savoir l'avenir; par mages (*magi*), les savants versés dans la connaissance des choses naturelles; les enchanteurs (*malefici*), ceux qui étaient habiles à tirer des augures. Tous étaient compris sous le nom de *sages*, et ceux-ci appartenaient à la caste sacerdotale, comme on le voit dans Isaïe (XLIV, 25) et Jérémie (L, 35). Les Chaldéens qui, de tout temps, dit l'abbé Glaire, s'étaient appliqués à l'astronomie, introduisirent à Babylone, quand ils s'en furent rendus maîtres, leur caste particulière; de manière qu'il y avait à Babylone deux castes de prêtres différentes, l'une Chaldéenne et l'autre originairement Babylonienne. Or, nous avons dans les historiens profanes deux témoignages formels en faveur de cette distinction : le premier, de Quinte-Curce, qui énumère trois classes de sages : les mages, les Chaldéens et les Babyloniens (Liv. V, c. III); le second, de Lucrèce, qui suppose la doctrine Babylonienne et la doctrine Chaldéenne touchant la divination, comme entièrement opposée.

Ut Babylonica Chaldæam doctrina refutans
Astrologorum artes contra evincere tendit.

---

21. *Fuit autem Daniel.* Sensus est fuisse Danielem Babylone, usque ad annum primum Cyri regis in magna apud omnes reges gloria, auctoritate et fama sapientiæ.

Cap. II. — 1. *Anno secundo.* Non initi regni post mortem patris, sed adeptæ monarchiæ multis devictis nationibus. — *Somnium ejus fugit ab eo.* Oblitus est quid vidisset per somnium.

2. *Arioli, et magi.* Vide dicta cap. sup., n. 20. — *Malefici.* Ii sunt qui ex cadaveribus et extis animalium, et manes invocando, et mortuorum animas, divinant. — *Somnia sua.* Somnium suum; plurale pro singulari.

3. *Mente confusus. Contritus*, ut vertunt Vatablus et Pagninus; fatigatus et sollicitus, ut somnii fugientem memoriam revocem.

4. Responderuntque Chaldæi regi Syriace : Rex, in sempiternum vive ; dic somnium servis tuis, et interpretationem ejus indicabimus.

5. Et respondens rex, ait Chaldæis : Sermo recessit a me; nisi indicaveritis mihi somnium, et conjecturam ejus, peribitis vos, et domus vestræ publicabuntur.

6. Si autem somnium et conjecturam ejus narraveritis, præmia, et dona, et honorem multum accipietis a me; somnium igitur, et interpretationem ejus indicate mihi.

7. Responderunt secundo, atque dixerunt : Rex somnium dicat servis suis, et interpretationem illius indicabimus.

8. Respondit rex, et ait : Certe novi quod tempus redimitis, scientes quod recesserit a me sermo.

9. Si ergo somnium non indicaveritis mihi, una est de vobis sententia, quod interpretationem quoque fallacem et deceptione plenam composueritis, ut loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, ut sciam quod interpretationem quoque ejus veram loquamini.

10. Respondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt : Non est homo super terram, qui sermonem tuum, rex, possit implere; sed neque regum quisquam magnus et potens verbum hujuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, et mago, et Chaldæo.

11. Sermo enim quem tu quæris, rex, gravis est; nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis; exceptis diis quorum non est cum hominibus conversatio.

12. Quo audito, rex in furore, et in ira magna præcepit ut perirent omnes sapientes Babylonis.

4. Les Chaldéens répondirent au roi en langue syriaque : O roi, vivez à jamais ; dites à vos serviteurs le songe que vous avez eu, et nous l'interpréterons.

5. Le roi répondit aux Chaldéens : Mon songe m'est échappé de la mémoire : si vous ne me déclarez ce que j'ai songé, et ce que mon songe signifie, vous périrez tous, et vos maisons seront confisquées.

6. Mais si vous me dites mon songe et ce qu'il signifie, je vous ferai des dons et des présents, et je vous élèverai à de grands honneurs : ditesmoi donc et interprétez-moi ce que j'ai songé.

7. Les Chaldéens lui répondirent pour la seconde fois : S'il plaît au roi de déclarer son songe à ses serviteurs, nous lui en donnerons l'interprétation.

8. Le roi leur répondit : Je vois bien que vous ne cherchez qu'à gagner du temps, parce que vous savez que j'ai oublié mon songe.

9. Mais si vous ne pouvez me dire ce que j'ai songé, c'est une marque que vous lui auriez donné une interprétation trompeuse et pleine d'illusion, pour m'entretenir de paroles, jusqu'à ce qu'il se fût passé beaucoup de temps. Ditesmoi donc quel a été mon songe, afin que je sache aussi que l'interprétation que vous lui donnerez sera véritable.

10. Les Chaldéens répondirent au roi : Seigneur, il n'y a point d'homme sur la terre qui puisse faire ce que vous nous commandez; et il n'y a point de roi, quelque grand et puissant qu'il soit, qui ait jamais exigé une telle chose des devins, des magiciens, et des Chaldéens.

11. Car ce que vous demandez, ô roi, est si difficile, qu'il ne se trouvera personne qui puisse vous en éclaircir, excepté les dieux qui n'ont point de commerce avec les hommes.

12. Après cette réponse le roi entra en fureur; et dans son extrême colère il commanda qu'on fît mourir tous les sages de Babylone.

5. *Et domus vestræ publicabuntur.* Le texte chaldaïque porte : « Vous serez coupés en morceaux, et vos maisons seront réduites en un tas de boue. » Le premier supplice était en usage chez les Chaldéens, et la seconde expression suppose une connaissance parfaite de la manière dont on bâtissait les maisons à Babylone. Ces maisons, en effet, qu'on bâtissait avec une terre cuite au four ou desséchée par le soleil, étant une fois démolies et dissoutes par la pluie, ne formaient plus qu'un tas de boue. Les critiques ont tiré de ces détails autant de preuves en faveur de l'authenticité de ce récit.

12. *Omnes sapientes Babylonis.* Ce texte, dit l'abbé Glaire, suppose que quand on consultait les sages de Babylone, ce n'était pas un seul en particulier que l'on appelait, mais bien la

---

4. *Syriace.* Id est, chaldaice, quæ ipsorum materna lingua erat, quæque olim dicta est syriaca, ad distinctionem linguæ hebrææ. Erat tamen hæc lingua diversa ab ea quam nunc syriacam dicimus, non tam verbis et vocibus quam dialecto, ut græca attica differt a dorica. Dicit autem Daniel eos locutos syriace, ne quis miraretur si eorum verba recitaret syriace, ut ab eis prolata sunt, quod facit ab hoc versu et deinceps, usque ad initium capitis octavi.

5. *Sermo recessit a me.* Res quam somniavi, id est, oblitus sum quid somniaverim. — *Peribitis vos.* Chaldaice (qui textus est primitivus), *frusta fiemini*, in frusta concidemini. — *Domus vestræ publicabuntur.* Chald., *in latrinas ponentur*, ut vertit Pagninus. Olim domos quas in dominorum pœnam evertebant, in latrinas convertebant. Vide IV. Reg., 10, 27; et I. Esdræ, 6, 11, et ibi dicta.

6. *Conjecturam.* Interpretationem.

8. *Tempus redimitis.* Trahitis ac producitis, ut aliqua ratione vobis consulatis. — *Sermo.* Res, somnium, et ejus memoria, ut supra n. 5.

9. *Una est de vobis sententia.* Confirmabitis illam eamdem opinionem quam de vobis concepi, quod fallacem commenti sitis interpretationem. Vel stat eadem firma et fixa de vobis perdendis sententia quam ante pronuntiavi.

* 11. *Exceptis diis.* Quasi dicant : illorum dæmonum, sive deorum æreorum, qui cum hominibus commercium habent, notitia eo usque non pertingit. Hæc res diis majoribus est reservata.

13. Cet arrêt ayant été prononcé, on allait faire mourir les sages; et on cherchait Daniel et ses compagnons pour les faire périr.

14. Alors Daniel voulant savoir quelle était cette loi et cette ordonnance, s'en informa d'Arioch, général des armées du roi, qui se préparait à faire mourir les sages de Babylone :

15. Car c'était lui qui avait reçu cet ordre du roi : Daniel lui demanda donc quel était le sujet qui avait pu porter le roi à prononcer une sentence si cruelle. Arioch ayant dit toute l'affaire à Daniel,

16. Daniel se présenta devant le roi, et le supplia de lui accorder quelque temps pour lui donner l'éclaircissement qu'il désirait.

17. *Et Daniel* étant entré dans sa maison, déclara ce qui se passait à ses compagnons, Ananias, Misaël, et Azarias,

18. Afin qu'ils implorassent la miséricorde du Dieu du ciel pour la révélation de ce secret, et que Daniel et ses compagnons ne périssent pas avec les autres sages de Babylone.

19. Alors ce mystère fut découvert à Daniel dans une vision pendant la nuit : et il bénit le Dieu du ciel.

20. Et il dit : Que le nom du Seigneur soit béni dans tous les siècles, comme il l'a été dès le commencement; parce que la sagesse et la force sont à lui.

21. C'est lui qui change les temps et les siècles, qui transfère et qui établit les royaumes, qui donne la sagesse aux sages, et la science à ceux qui ont l'intelligence et la lumière.

22. C'est lui qui révèle les choses les plus profondes et les plus cachées, qui connaît ce qui est caché dans les ténèbres; et c'est en lui que se trouve la lumière.

23. C'est à vous, ô Dieu de nos pères, que je rends grâces; c'est vous que je loue, parce que

13. Et egressa sententia, sapientes interficiebantur; quærebanturque Daniel et socii ejus, ut perirent.

14. Tunc Daniel requisivit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.

15. Et interrogavit eum qui a rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia a facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli,

16. Daniel ingressus rogavit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.

17. Et ingressus est domum suam, Ananiæque et Misaeli et Azariæ sociis suis indicavit negotium;

18. Ut quærerent misericordiam a facie Dei cœli super sacramento ipso, et non perirent Daniel et socii ejus cum cœteris sapientibus Babylonis.

19. Tunc Danieli mysterium per visionem nocte revelatum est; et benedixit Daniel Deum cœli,

20. Et locutus, ait : Sit nomen Domini benedictum a sæculo et usque in sæculum; quia sapientia et fortitudo ejus sunt.

21. Et ipse mutat tempora, et ætates; transfert regna, atque constituit; dat sapientiam sapientibus, et scientiam intelligentibus disciplinam :

22. *a* Ipse revelat profunda, et abscondita, et novit in tenebris constituta; et lux cum eo est. [a *I. Cor.* 4. 5 et 8. 12: *Joan.* 1. 9. *I. Joan.* 1. 6.]

23. Tibi, Deus patrum nostrorum confiteor, teque laudo; quia sapientiam et

corporation tout entière que l'on convoquait, et qui était représentée par un certain nombre de ses membres. Or, c'est encore ce que témoignent Diodore et Ptolémée. Le premier dit que les observations des Babyloniens se faisaient en commun, et étaient toujours concertées dans une assemblée, et ce dernier ne rapporte aucune des observations qu'il mentionne à aucun sage en particulier, mais toujours au corps des Chaldéens. Selon le livre de Daniel, les sages de Babylone n'avaient pas tous indistinctement les mêmes fonctions : car les uns étaient conjurateurs, les autres enchanteurs; d'autres déterminaient la destinée des hommes; quelques-uns expliquaient les écritures hiéroglyphiques, plusieurs enfin interprétaient les songes. Or, nous trouvons toutes ces différentes fonctions dans Diodore de Sicile. Un faussaire qui n'aurait écrit que trois siècles après les événements, aurait-il pu s'exprimer aussi fidèlement sur des particularités de cette nature (Introd., *loc. cit.*)?

---

13. *Sapientes interficiebantur.* Hinc colligitur aliquos interfectos fuisse. — *Quærebanturque Daniel.* Vulgus enim eos, propter opinionem excellentis doctrinæ, cum superstitiosis Chaldæorum divinatoribus numerabat, qui soli sapientes habebantur.

14. *Requisivit de lege atque sententia.* Cur rex ita statuisset et jussisset.

15. *Interrogavit eum.* Scilicet Arioch, quem vulgatus interpres *principem militiæ* appellat; Chaldæus vero textus originalis, *præsidem carnificum*, id est, rebus capitalibus præfectum. — *Quam ob causam.* In Chaldæo est, *propter quod lex festinat a facie regis*, id est, cur rex temere et festinanter legem tulerit, et non auditis omnibus, omnes tamen interfici jusserit.

18. *Quærerent misericordiam.* Ut omnes precibus a Deo postularent, ut pro sua misericordia mysterium hoc ipsis patefaceret, ne cum nocentibus etiam innocentes perirent. Ut patefacto mysterio, ipsorum in vitæ discrimine versantium misereretur. — *Sacramento.* Mysterio, secreto, arcano.

20. *Sapientia.* Quæ futura prævidet aut explicat. Quæ futura per somnia et ænigmatum involucra sapienter præmonstrat. — *Et fortitudo ejus sunt.* Laudat Daniel non solum sapientiam Dei, sed etiam fortitudinem; cum enim Dominus somnii interpretationem illi patefecisset divinam potentiam in transferendis regnis admirabatur et laudabat.

21. *Mutat tempora et ætates.* Res cum temporibus hominum atque ætatibus. — *Intelligentibus disciplinam. Scientibus intelligentiam*, ut vertunt Pagninus et Vatablus.

22. *Novit in tenebris constituta.* Nihil illi est obscurum; nam ipse lux est omnia pervadens et lustrans.

23. *Tibi... confiteor.* Laudo te. — *Sapientiam et fortitudinem dedisti mihi.* Sapientiam et potentiam tuam per explicationem somnii regii mihi declarasti.

fortitudinem dedisti mihi; et nunc ostendisti mihi quæ rogavimus te, quia, sermonem regis aperuisti nobis.

24. Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat rex ut perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est : Sapientes Babylonis ne perdas; introduc me in conspectu regis, et solutionem regi narrabo.

25. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, et dixit ei : Inveni hominem de filiis transmigrationis Juda, qui solutionem regi annuntiet.

26. Respondit rex, et dixit Danieli, cujus nomen erat Baltassar : Putasne vere potes mihi indicare somnium quod vidi, et interpretationem ejus?

27. Et respondens Daniel coram rege, ait : Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, arioli, et aruspices nequeunt indicare regi.

28. Sed est Deus in cœlo revelans mysteria, qui indicavit tibi, rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in novissimis temporibus. Somnium tuum, et visiones capitis tui in cubili tuo hujuscemodi sunt :

29. Tu, rex, cogitare cœpisti in strato tuo, quid esset futurum post hæc; et qui revelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt.

30. Mihi quoque non in sapientia quæ est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est; sed ut interpretatio regi manifesta fieret, et cogitationes mentis tuæ scires.

31. Tu, rex, videbas, et ecce quasi statua una grandis; statua illa magna, et statura sublimis stabat contra te, et intuitus ejus erat terribilis.

vous m'avez donné la sagesse et la force, et que vous m'avez fait voir ce que nous vous avons demandé, en nous découvrant ce que le roi désire *savoir* de nous.

24. Daniel alla ensuite trouver Arioch, à qui le roi avait ordonné de faire mourir les sages de Babylone, et il lui dit : Ne faites point mourir les sages de Babylone; menez-moi au roi, et je lui donnerai l'éclaircissement *qu'il désire*.

25. Arioch aussitôt présenta Daniel au roi, et et lui dit : J'ai trouvé un homme d'entre les captifs des enfants de Juda qui donnera au roi l'éclaircissement *qu'il demande*.

26. Le roi répondit, en se tournant vers Daniel, surnommé Baltassar : Croyez-vous pouvoir me dire véritablement ce que j'ai vu en songe, et m'en donner l'interprétation?

27. Daniel répondit au roi : Les sages, les mages, les devins et les augures ne peuvent découvrir au roi le mystère dont il est en peine.

28. Mais il y a dans le ciel un Dieu qui révèle les mystères *les plus cachés*, qui vous a montré, ô roi, les choses qui doivent arriver dans les derniers temps : voici donc quel a été votre songe, et les visions qui vous ont passé dans l'esprit, lorsque vous étiez dans votre lit.

29. Vous pensiez, ô roi, étant dans votre lit, à ce qui devait arriver après ce temps; et celui qui révèle les mystères vous a découvert les choses à venir.

30. Ce secret m'a aussi été particulièrement révélé, non par une sagesse naturelle que j'aie, et qui ne se trouve point dans le reste des hommes, mais afin que le roi sût l'interprétation de son songe, et que les pensées de son esprit lui fussent connues.

31. Voici donc, ô roi, ce que vous avez vu : il vous a paru comme une grande statue : cette statue, grande et haute extraordinairement, se tenait debout devant vous, et son regard était effroyable.

31. *Statua una grandis.* Cette statue monstrueuse et gigantesque était dans le genre du génie artistique des Chaldéens. Car, selon la remarque de M. Raoul Rochette, cette vision n'a pu arriver que chez une nation où les objets qu'elle représentait étaient familiers à tous les esprits, où l'on avait sous les yeux des colosses formés de différents métaux mélangés ensemble et travaillés en repoussé. Telles sont en effet les statues colossales auxquelles la Grèce dans l'enfance, a rendu ses premiers hommages : la Diane d'Ephèse, la Junon d'Argos, et plus tard, lorsque le progrès de la civilisation eut amené le perfectionnement de l'art, le génie de Phidias produisit son chef-d'œuvre dans la même matière, à l'aide des mêmes procédés. C'était cette sculpture polychrome qui, par le Jupiter Olympien, prosternait l'un des plus grands peuples de l'antiquite devant l'autre, et amenait, dans la personne de Paul-Emile, Rome victorieuse aux pieds du génie de la Grèce vaincue (*Description des ruines de Babylone*).

---

24. *Introduc me in conspectu regis.* Daniel prius vocatus non fuerat a rege, quia licet præclaram ejus indolem et eruditionem perspectam haberet, non tamen putavit eum habere scientiam res futuras prædicendi, quam Hebræi non solum non profitebantur, sed etiam damnabant.

* 27. *Aruspices.* Erant etiam apud Chaldæos qui extis ad vaticina utterentur. Eosdem ait D. Hieronymus a Græcis vocari ἡπατοσκοπους, id est, *jecoris inspectores.*

28. *Indicavit tibi.* Significat somnium illi non casu aut ex naturalibus causis, sed divino consilio accidisse. — *In novissimis temporibus.* Novissima tempora vocat quæ usquæ ad finem mundi consecutura erant, perpetuum scilicet regnum Christi, ut infra n. 44, declarat.

29. *Tu, rex, cogitare cœpisti.* Vel sensus est, regem antequam dormiret sollicitum fuisse, et cœpisse apud se animo volvere quem exitum Chaldæorum regnum habiturum esset, Deumque illi varias regnorum conversiones per somnium demonstrasse. Vel regem cogitare cœpisse, id est, somniare; nam et versu sequenti somnia vocat cogitationes.

30. *Non in sapientia.* Non propter sapientiam qua cæteris mortalibus antecellam.

31. *Videbas.* Per somnium. Videre tibi videbaris. *Ostenduntur Nabuchodonosor imperia sub facie humana, eaque angusta, quia ille imperia magnificiebat : at Danieli infra ostenduntur sub imagine ferarum, quia idololatrarum erant, et magna ex parte tyrannica.

32. La tête de cette statue était d'un or très-pur; la poitrine et les bras étaient d'argent; le ventre et les cuisses étaient d'airain;

33. Les jambes étaient de fer: et une partie des pieds était de fer et l'autre d'argile.

34. Vous étiez attentif à cette vision, lorsqu'une pierre fut détachée de la montagne, sans la main d'aucun homme, et que, frappant la statue dans ses pieds de fer et d'argile, elle les mit en pièces.

35. Alors le fer, l'argile, l'airain, l'argent et l'or se brisèrent tout ensemble, et devinrent comme la menue paille que le vent emporte hors de l'aire pendant l'été; et ils disparurent sans qu'il s'en trouvât plus rien en aucun lieu, mais la pierre qui avait frappé la statue devint une grande montagne qui remplit toute la terre.

36. Voilà votre songe, ô roi! et nous l'interpréterons aussi devant vous.

37. Vous êtes le roi des rois, et le Dieu du ciel vous a donné le royaume, la force, et l'empire et la gloire :

38. Il vous a assujéti les enfants des hommes et les bêtes de la campagne, en quelque lieu qu'ils habitent; il a mis en votre main les oiseaux mêmes du ciel; et il a soumis toutes choses à votre puissance : c'est donc vous qui êtes la tête d'or.

39. Il s'élèvera après vous un autre royaume moindre que le vôtre, qui sera d'argent : et ensuite un troisième royaume qui sera d'airain, et qui commandera à toute la terre.

32. Hujus statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem et brachia de argento, porro venter et femora ex ære.

33. Tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.

34. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus; et percussit statuam in pedibus ejus ferreis et fictilibus, et comminuit eos.

35. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum et aurum, et redacta quasi in favillam æstivæ areæ quæ rapta sunt vento; nullusque locus inventus est eis; lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, et implevit universam terram.

36. Hoc est somnium : Interpretationem quoque ejus dicemus coram te, rex.

37. Tu rex regum es; et Deus cœli, regnum, et fortitudinem, et imperium, et gloriam dedit tibi;

38. Et omnia in quibus habitant filii hominum, et bestiæ agri; volucres quoque cœli dedit in manu tua, et sub ditione tua universa constituit; tu es ergo caput aureum.

39. Et post te consurget regnum aliud minus te argenteum; et regnum tertium aliud æreum, quod imperabit universæ terræ.

37. *Tu rex regum es.* C'était le titre que prenait Nabuchodonosor, qui était alors le plus grand roi du monde.

38. *Tu es ergo caput aureum.* Le premier de ces royaumes, disent les auteurs de *l'Art de vérifier les dates*, est incontestablement celui des Chaldéens et des Assyriens. Daniel le déclare formellement. Tous les interprètes conviennent aussi que le second est celui des Perses, formé par la réunion des Chaldéens aux Mèdes et aux Perses, sous le règne de Cyrus. On s'accorde également à reconnaître, dans le troisième, l'empire des Grecs, fondé par Alexandre le Grand, sur les ruines de celui des Perses. Mais on est partagé sur le quatrième, que les uns entendent des successeurs d'Alexandre le Grand (les Séleucides et les Lagides), les autres, des Romains. Ce dernier sentiment est le plus suivi et le plus plausible. On objecte en vain, que les deux jambes de la statue doivent marquer deux royaumes différents et parallèles. Car, outre qu'elles sont de même métal, il est dit formellement qu'elles ne désignent qu'un seul et même royaume : *Et regnum quartum erit ferrum.* L'empire romain eut la force et la solidité du fer, sous la république. Il subjugua non-seulement toutes les provinces des Grecs, mais encore l'Afrique, l'Italie, les Gaules et une partie de l'Espagne. Rien de ce qu'il attaqua ne put lui résister; rien de ce qu'il conquit ne put lui échapper. Auguste ayant rendu cet état monarchique, en soutint la gloire et en étendit les limites. Mais l'ancienne vigueur du gouvernement romain s'énerva sous les successeurs de ce prince, représentés par les pieds de la statue. Cela posé, il n'y a plus de doute que la pierre détachée de la montagne sans la main d'aucun homme, qui frappe la statue dans ses pieds de fer et d'argile, et qui devient elle-même une si grande montagne, qu'elle remplit toute la terre, n'annonce le Messie. De quel autre royaume d'ailleurs que de celui de Jésus-Christ, le Prophète a-t-il pu dire : « Qu'il ne sera jamais détruit, qu'il ne passera point à un autre peuple, qu'il renversera et réduira en poudre tous les autres royaumes, et qu'il subsistera éternellement? »

---

33. *Pedum quædam pars.* Pedes partim erant fictiles aut testacei, partim ferrei. Non alter ferreus, alter testaceus; sed uterque ex parte ferreus, et ex parte fictilis. Vide quæ dicuntur infra, n. 41.

34. *Sine manibus.* Absque humana opera.

35. *In favillam æstivæ areæ. Sicut quisquiliæ de areis æstatis*, ut Pagninus vertit et Vatablus, id est, evanuerunt.

38. *Et omnia.* Omnem locum, omnem terram. — *Tu es ergo caput aureum.* Regnum tuum significatur aureo capite.

39. *Regnum aliud minus te.* Minus tuo, non opibus aut viribus, sed tempore, quia scilicet minus diuturnum; minus etiam propter degeneres et depravatos mores. Secundum hoc regnum est Persarum. — *Regnum tertium aliud æreum.* Græcorum et Macedonum imperium, quod æreum dicitur propter arma quæ olim magna ex parte ænea, propter famam etiam; æs enim sonorum est; aut, ut interpretatur D. Hieronymus, propter eloquentiam. — *Universæ terræ.* Hyperbole. Significatur imperium hoc amplissimum fore.

40. Et regnum quartum erit velut ferrum; quomodo ferrum comminuit et domat omnia, sic comminuet et conteret omnia hæc.

41. Porro quia vidisti pedum et digitorum partem testæ figuli, et partem ferream; regnum divisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto.

42. Et digitos pedum ex parte ferreos, et ex parte fictiles; ex parte regnum erit solidum, et ex parte contritum.

43. Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine; sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ.

44. In diebus autem regnorum illorum, suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, et regnum ejus alteri populo non tradetur; comminuet autem, et consumet universa regna hæc; et ipsum stabit in æternum.

45. Secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, et comminuit testam, et ferrum, et æs, et argentum, et aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea; et verum est somnium, et fidelis interpretatio ejus.

40. Le quatrième royaume sera comme le fer : il brisera et il réduira tout en poudre, comme le fer brise et dompte toutes choses.

41. Mais comme vous avez vu que les pieds de la statue, et les doigts des pieds étaient en partie d'argile et en partie de fer, ce royaume, quoique prenant son origine du fer, sera divisé, selon que vous avez vu que le fer était mêlé avec la terre et l'argile.

42. Et comme les doigts des pieds étaient en partie de fer, et en partie de terre, ce royaume aussi sera ferme en partie, et en partie faible *et* fragile.

43. Et comme vous avez vu que le fer était mêlé avec la terre et l'argile, ils se mêleront aussi par des alliances humaines : mais ils ne demeureront point unis, comme le fer ne peut se lier *ni* s'unir avec l'argile.

44. Dans le temps de ces royaumes, le Dieu du ciel suscitera un royaume qui ne sera jamais détruit; un royaume qui ne passera point à un autre peuple; qui renversera et qui réduira en poudre tous ces royaumes, et qui subsistera éternellement,

45. Selon que vous avez vu que la pierre qui avait été arrachée de la montagne sans la main d'aucun homme a brisé l'argile, le fer, l'airain, l'argent et l'or : le grand Dieu a fait voir au roi ce qui doit arriver à l'avenir ; *car* le songe *que vous avez eu* est véritable, et l'interprétation *que je vous en donne* est très-certaine.

45. *Et comminuit testam, et ferrum.* Saint Jérôme a exposé le symbolisme des métaux dont se composait la statue. Mgr Plantier a repris le même sujet et l'a développé avec un rare bonheur d'expression. « L'or, dit-il, c'est Babylone, et quand on se rappelle le luxe étonnant attribué par l'histoire à cette cité de Nemrod, les fêtes brillantes et les molles délices auxquelles ses habitants s'abandonnaient, on applaudit à la justesse du symbole. Vient ensuite l'argent; et c'est bien encore le caractère des Mèdes et des Perses, successeurs des Chaldéens dans le gouvernement de l'univers et les annales de la gloire. Comme les sujets de Nabuchodonosor, les descendants de Cambyse et de Cyrus eurent aussi du faste et de l'opulence; mais à travers leurs richesses, ils conservèrent toujours quelque chose de leur origine; une discipline forte, une extrême sévérité d'éducation leur demeurèrent jusque dans l'énervement le plus profond de leurs mœurs, et jamais ils n'égalèrent ni l'orgueil, ni la délicatesse des enfants de l'Euphrate. Après eux s'élèverent les Grecs, dont le caractère énergique, la vie plus austère, le glaive plus puissant et les conquêtes plus étendues, trouvent dans l'airain qui les figure, un emblème parfait d'exactitude. Rome, à son tour leur succède; et lorsqu'on se souvient, pour parler avec Bossuet, que son peuple fut non-seulement le plus fier et le plus hardi, mais tout ensemble le plus constant, le plus avisé, le plus laborieux, le plus patient, et que son empire, à force de persévérance et de conquêtes, a englouti tous les autres empires, il de-

---

40. *Regnum quartum.* Romanorum imperium quod omnia ærea regna perdomuit.

41. *Pedum et digitorum partem.* Significatur eamdem pedum partem, aut totos potius pedes ex ferro cum luto male coagmentato fuisse conflatos; quod etiam significat quod dicitur, *de plantario ferri orietur*, id est, ferrum quidem, sed mixtum erit, quale est ferrum rude, cum ex fodinis extrahitur terræ glebis admixtum. — *Regnum divisum erit.* Quia extremis reipublicæ temporibus aristocratiæ successit tyrannis, et cum ea commixta est; cœptumque est imperium partim consulibus, partim imperatoribus gubernari.

42. *Ex parte regnum erit solidum.* Solidum erat, qua parte aristocratice gubernabatur; infirmum et contritum, qua parte regebatur tyrannice; nam tyrannis ipso genere infirmissima est, parumque diuturna; *nullum enim violentum perpetuum.*

43. *Quod autem vidisti.* In hebræo est, *quod vidisti ferrum mixtum cum testa lutea, etc.* — *Commiscebuntur quidem humano semine.* Quamvis tyranni, quales Cæsar et Pompeius, affinitates et necessitudines inter se conjungerent, tamen nunquam bene cohærere potuerunt atque ideo tota tandem moles imperii collapsa est.

44. *In diebus autem regnorum illorum.* Postquam tempus et sæcula regnis illis tributa evoluta fuerint. — *Regnum, quod in æternum non dissipatur.* Quintum regnum Christi spirituale et æternum. — *Comminuet autem, et consumet.* Christi regnum omnia illa regna comminuit, quia romanum comminuit; romanum autem macedonicum, macedonicum vero persicum, persicum autem babylonicum. Porro Christi regnum comminuit romanum imperium, quia illud ad veram religionem pertraxit: plus regnum martyrum sanguis et patientia ad propagandum Christi valuit, quam ferrum, quam ignes, quam bestiæ et omnis Romanorum crudelitas et sævitia potuerunt ut illud opprimerent.

45. *Secundum quod vidisti.* Sicut vidisti. — *De monte abscissus est lapis sine manibus.* Christus scilicet e Virgine natus absque humana opera, sed ex Spiritu sancto. Dicitur autem beata Virgo mons, quia omnium habuit virtutum sublimitatem.

46. Alors le roi Nabuchodonosor se prosterna le visage contre terre, et adora Daniel, et il commanda que l'on fît venir des victimes et de l'encens, et qu'on lui sacrifiât.

47. Et le roi parlant ensuite à Daniel, lui dit : Votre Dieu est véritablement le Dieu des dieux et le Seigneur des rois, et celui qui révèle les mystères, puisque vous avez pu découvrir un mystère aussi caché.

48. Alors le roi éleva en honneur Daniel, lui fit beaucoup de grands et de magnifiques présents, lui donna le gouvernement de toutes les provinces de Babylone, et l'éleva au-dessus de ceux qui possédaient les premières dignités.

49. Et le roi ordonna, selon que Daniel le lui avait demandé, que Sidrach, Misach et Abdénago auraient l'intendance des affaires de la province de Babylone : mais Daniel était toujours dans le palais, près de la personne du roi.

46. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, et Danielem adoravit, et hostias, et incensum præcepit ut sacrificarent ei.

47. Loquens ergo rex, ait Danieli : Vere Deus vester Deus deorum est, et Dominus regum, et revelans mysteria; quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum.

48. Tunc rex Danielem in sublime extulit, et munera multa et magna dedit ei; et constituit eum principem super omnes provincias Babylonis, et præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis.

49. Daniel autem postulavit a rege, et constituit super opera provinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, et Abdenago; ipse autem Daniel erat in foribus regis.

vient évident que, pour le caractériser sous la nature d'un métal, Daniel ne pouvait mieux choisir que de prendre le fer. Ce que le Prophète ajoute sur le mélange de l'argile et du fer, mélange qui fera l'État fort par un endroit et faible par un autre, c'est bien ce qui plus tard s'est réalisé dans Rome. La grande misère de cette ville, cependant si glorieuse, et la cause de sa ruine, ont reposé, comme le dit l'auteur de l'*Histoire universelle*, dans la jalousie de ses citoyens et dans l'amour de la liberté poussé jusqu'à un excès et une délicatesse insupportables. Entre les deux ordres dont elle se composait, régnèrent éternellement des rivalités ombrageuses. Vainement essaya-t-on parfois d'établir des rapprochements et d'opérer une fusion; jamais on n'y put réussir; patriciens et plébéiens, consuls et tribuns, ne purent pas plus s'entendre et se mêler, que le fer ne peut se mêler avec l'argile, et des déchirements que procurèrent ces divisions intestines, des secousses qu'elles produisirent, arriva pour le grand corps qu'elles épuisaient, un affaissement presque complet de forces, et puis un déconcertement d'équilibre qui bientôt, au double choc de la fureur divine et des Barbares, se termina par une chute aussi lugubre qu'elle fut irréparable. Enfin, paraît un dernier royaume. C'est celui du Christ. C'est une pierre détachée de la montagne, sans qu'aucune main s'en soit mêlée. Et en effet, l'empire du Christ n'ayant rien de terrestre, se trouve, comme les autres Etats, sans racine et sans germe, ni dans des empires précédents, ni dans les idées, les créations et les efforts de l'homme; sa source lui vient d'en haut, et nulle intelligence mortelle ne peut se vanter d'en connaître et d'en pouvoir raconter la mystérieuse génération. Cette pierre merveilleuse doit, par un second caractère, se dilater et emplir l'univers entier; et c'est bien là ce qu'a fait le royaume du Christ. Imperceptible à son début, pauvre débris de rocher enseveli dans les gorges de la Palestine, il a pris à travers les siècles une extension sans mesure et dans toute la rigueur de la lettre, on peut dire que son domaine est aussi vaste que le monde. Enfin, c'est une montagne qui doit à jamais demeurer inébranlable; et sous quels traits plus heureux figurèrent cette immutabilité de l'Eglise du Christ, qui de son front aussi haut que les cieux, et de sa base aussi large que la terre, se rit de tous les orages, survit à tous les ébranlements et depuis deux mille ans regarde d'un œil toujours le même, rouler le torrent des siècles, et tomber autour d'elle les institutions, les cités et les Etats élevés par la main de l'homme sur les rives du temps (*Etudes littéraires sur les poètes bibliques*, tom. II, pag. 130-132).

46. *Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam.* De cette étonnante prophétie on trouve une double trace dans les auteurs profanes. Cicéron dit qu'au rapport de Dion, dans son *Histoire de Perse*, un mage interpréta un songe de Cyrus (Cic., *De Divinat.*, lib. I, cap. XXIII). Ce fait paraît être une réminiscence inexacte du songe de Nabuchodonosor. Le second vestige que nous pouvons citer, se trouve dans Abydène, qui confirme en partie le songe de Nabuchodonosor, et fait prédire à ce prince la destruction de son empire par les Mèdes et les Perses.

---

46. *Hostias et incensum.* Ut tanquam deum coleret. Simile habes exemplum Act., 14, 10, de Lycaoniis Paulo et Barnabæ sacrificia offerre volentibus, quem honorem recusarunt admittere, ut etiam Daniel, de quo dubitandum non est, licet in sacro textu expressum non habeamus.

49. *Super opera.* Super negotia ; quasi dicat : Præfecit eos administrationi et regimini regni sui. — *In foribus regis.* Græce est, in atrio regis, id est, in aula regia. Frequentabat aulam regiam.

CHAPITRE III.

Les trois compagnons de Daniel ayant refusé d'adorer la statue de Nabuchodonosor, sont jetés dans une fournaise ardente, et sauvés miraculeusement.

1. Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, et statuit eam in campo Dura provinciæ Babylonis.

2. Itaque Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, et judices, duces, et tyrannos, et præfectos, omnesque principes regionum, ut convenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex.

3. Tunc congregati sunt satrapæ, magistratus, et judices, duces, et tyranni, et optimates qui erant in potestatibus constituti, et universi principes regionum, ut convenirent ad dedicationem statuæ quam erexerat Nabuchodonosor rex; stabant autem in conspectu statuæ quam posuerat Nabuchodonosor rex :

4. Et præco clamabat valenter : Vobis dicitur populis, tribubus et linguis;

1. Le roi Nabuchodonosor fit faire une statue de soixante coudées de haut et six de large : et il la fit mettre dans la campagne de Dura, qui était de la province de Babylone.

2. Il envoya ensuite un ordre pour faire assembler les satrapes, les magistrats, les juges, les officiers de l'armée, les intendants, ceux qui possédaient les premières charges, et tous les gouverneurs des provinces, afin qu'ils se trouvassent au jour qu'on dédierait la statue qu'il avait dressée.

3. Alors les satrapes, les magistrats, les juges, les officiers de l'armée, les intendants, les seigneurs, qui étaient établis dans les premières charges, et tous les gouverneurs des provinces, s'assemblèrent pour assister à la dédicace de la statue que le roi Nabuchodonosor avait dressée : ils se tenaient debout devant la statue que le roi Nabuchodonosor avait fait dresser :

4. Et le héraut criait à haute voix : Peuples, tribus, et gens de toute langue, on vous ordonne

Cap. III. — 1. *Nabuchodonosor rex fecit statuam.* Les auteurs de *l'Art de vérifier les dates* placent cet événement 586 ans avant Jésus-Christ, c'est-à-dire l'année d'après la ruine de Jérusalem et du temple. Quoique le texte porte que cette statue était d'or (*statuam auream*), rien n'oblige à la supposer d'or massif. Cette expression serait suffisamment justifiée, dans le cas où la statue aurait été de bois ou d'argile, recouverte de légères lames d'or. Les dimensions de la statue ont paru impossibles pour une statue représentant la forme humaine. Car il est dit qu'elle avait 60 coudées de haut et 6 coudées de large, jamais le corps humain n'a dix fois plus de hauteur que de largeur. On a donc supposé que cette statue était une colonne ou une pyramide, sur laquelle on avait placé la figure d'une divinite. On aurait attribué à la statue la hauteur de la base sur laquelle elle était élevée. Mais l'art babylonien ne répugnait pas à ce vice de proportion. Il a été même constaté que les proportions données ici par la Bible, sont parfaitement conformes à celles du petit nombre des monuments de l'art babylonien, qui sont parvenus jusqu'à nous. — *In campo Dura.* Dans son expédition en Mésopotamie, M. J. Oppert a parfaitement relevé la topographie de l'ancienne Babylone, dont la grande enceinte renfermait un espace de 513 kilomètres carrés, c'est-à-dire un territoire sept fois plus grand que l'étendue actuelle de Paris. Il reconnut dans cette vaste enceinte le quartier ou la province de Doura, que M. Quatremère avait antérieurement supposé en dix terrains compris dans les murs de l'antique cité chaldéenne. Dans le quartier de Doura, il ne retrouve plus la statue d'or de Nabuchodonosor, mais il en constate l'emplacement, qui est aujourd'hui tel que la Bible le décrit (Cf. J. Oppert, *Expédition scientifique en Mésopotamie*).

Cap. III. — 1. *Fecit statuam auream.* Causam erectæ statuæ Scriptura non expressit. Fortasse voluit ipse in statua coli, aut unum aliquem ex regibus progenitoribus suis, * præsertim parentem suum; mos enim erat regnum parentes suos donare divinis honoribus, cui usui inserviebant statuæ. Vel excitata est statua ad opulentiam regni sui ostendendam, suadentibus Chaldæorum sacerdotibus, qui regem post Danielis interpretationem in veri Dei cultum propensum animadvertebant; impulsu etiam regiorum magistratuum, qui non alia ratione se Danielem et socios revertere posse intelligebant, quam objecto crimine contemptæ chaldaicæ religionis. — *Auream.* Non omni ex parte solidam, sed crassitudine, verbi gratia unius digiti, lignea alia statua ad operis firmitatem inclusa. — *Altitudine cubitorum sexaginta.* Mensuræ statuæ hujus ita possunt computari cum Saliano anno mundi 4455, n. 6 : Assurgat cæsaries a fronte ad summum verticem cubitum unum; sit facies sex cubitorum; longitudo colli, quatuor; pectoris usque ad coxendicem, duodecim; quæ ad genua usque, viginti cubitis protendantur; dentur inde tibiæ cubiti quindecim, talo autem duo, fient cubiti sexaginta. — *In campo Dura.* Locus erat planus in regione Babylonis, ideo ad hoc delectus, ut plurimus populus convenire posset, et super omnes eminentem statuam contemplari.

2. *Ad congregandos satrapas.* Suggesserunt hoc regi Chaldæi, tum ut esset major dedicationis celebritas et solemnitas, tum ut adesse cogerentur Sidrach, Misach et Abdenago, quibus ipsi, insidiabantur. — * *Satrapas.* Vox est persica, significans provinciarum præfectos. — *Magistratus.* Theodotio vertit, στρατηγους, *belli duces.* — * *Judices.* Τοπαρχας, a Theodotione, id est, magistratus loco alicui præfectos. Videntur fuisse præfecti minores sub aliis majoribus. — * *Duces.* Vox chaldæa significare videtur scribas decretorum custodes. — * *Tyrannos.* Vocabulum chaldæum significat pecuniarum dispensatores, quæstores aut thesaurarii. — * *Præfectos.* Chald., *jurisconsultos.*

4. *Tribubus, et linguis.* Variis nationibus diversarum linguarum.

5. Qu'au moment où vous entendrez le son de la trompette, de la flûte, de la harpe, du hautbois, de la lyre, et des concerts de toute sorte de musiciens, vous vous prosterniez en terre, et que vous adoriez la statue d'or que le roi Nabuchodonosor a dressée.

6. Si quelqu'un ne se prosterne et n'adore pas cette statue, il sera jeté sur l'heure au milieu des flammes de la fournaise.

7. Aussitôt donc que tous les peuples entendirent le son de la trompette, de la flûte, de la harpe, du hautbois, de la lyre, et des concerts de toute sorte de musiciens, tous les hommes, de quelque nation, de quelque tribu, et de quelque langue qu'ils fussent, adorèrent la statue d'or que Nabuchodonosor avait dressée.

8. Aussitôt, et dans le même moment, les Chaldéens s'approchèrent et accusèrent les Juifs,

9. En disant au roi Nabuchodonosor : O roi, vivez à jamais :

10. Vous avez fait une ordonnance, ô roi! que tout homme au moment où il entendrait le son de la trompette, de la flûte, de la harpe, du hautbois, de la lyre, et des concerts de toute sorte de musiciens, se prosternât en terre et adorât la statue d'or;

11. Et que si quelqu'un ne se prosternait et ne l'adorait pas, il serait jeté au milieu des flammes de la fournaise.

12. Cependant ceux des Juifs à qui vous avez donné l'intendance des affaires de la province de Babylone, Sidrach, Misach et Abdénago, méprisent, ô roi! votre ordonnance; ils n'honorent point vos dieux, et ils n'adorent point la statue d'or que vous avez dressée.

13. Alors Nabuchodonosor, plein de furie et de colère, commanda qu'on amenât devant lui Sidrach, Misach et Abdénago, qui furent amenés aussitôt devant le roi.

14. Et le roi Nabuchodonosor leur dit ces paroles : Est-il vrai, Sidrach, Misach et Abdénago,

5. In hora qua audieritis sonitum tubæ, et fistulæ, et citharæ, sambucæ, et psalterii, et symphoniæ, et universi generis musicorum. cadentes adorate statuam auream quam constituit Nabuchodonosor rex.

6. Si quis autem non prostratus adoraverit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

7. Post hæc igitur statim ut audierunt omnes populi sonitum tubæ, fistulæ, et citharæ, sambucæ, et psalterii, et symphoniæ, et omnis generis musicorum; cadentes omnes populi, tribus, et linguæ, adoraverunt statuam auream quam constituerat Nabuchodonosor rex.

8. Statimque in ipso tempore accedentes viri Chaldæi accusaverunt Judæos;

9. Dixeruntque Nabuchodonosor regi : Rex, in æternum vive;

10. Tu rex, posuisti decretum, ut omnis homo qui audierit sonitum tubæ, fistulæ, et citharæ, sambucæ, et psalterii, et symphoniæ, et universi generis musicorum, prosternat se, et adoret statuam auream :

11. Si quis autem non procidens adoraverit, mittatur in fornacem ignis ardentis.

12. Sunt ergo viri Judæi quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sidrach, Misach, et Abdenago; viri isti contempserunt, rex, decretum tuum; deos tuos non colunt, et statuam auream quam erexisti, non adorant.

13. Tunc Nabuchodonosor in furore et in ira præcepit ut adducerentur Sidrach, Misach, et Abdenago; qui confestim adducti sunt in conspectu regis.

14. Pronuntiansque Nabuchodonosor rex, ait eis : Verene Sidrach, Misach,

5. *Universi generis musicorum.* Dans l'énumération des instruments de musique, on trouve ici trois termes exotiques, et ce n'est pas le seul passage du livre de Daniel, où les philologues n'aient remarqué cette variété de langage. Comme il était Hébreu, et qu'il avait appris le chaldéen, et vécu au milieu d'une ville où l'on parlait une foule d'idiomes différents, son style s'est ressenti de sa position, et ce mélange d'hébreu, de chaldéen, et de termes étrangers est une preuve de son authenticité. Le grand nombre d'instruments dont on joue à la dédicace de cette statue, est aussi un fait d'accord avec ce que les historiens, et en particulier Quinte-Curce (liv. V, c. III), nous rapportent de l'amour des Babyloniens pour la musique.

12. *Deos tuos non colunt.* Ménochius admettrait volontiers que Nabuchodonosor avait voulu se faire adorer lui-même. C'était le sentiment de Bossuet. « Aveuglé par la tentative de la puissance, dit-il, Nabuchodonosor se fit dieu (*Polit. sacrée*, liv. X, art. 6). Rohrbacher le dit également dans son *Histoire universelle de l'Eglise catholique* (tom. III, pag. 12, 2e édit.). Beaucoup de commentateurs ont partagé cette opinion. Mais aujourd'hui elle nous semble insoutenable. La Bible ne dit rien de semblable et indique plutôt le contraire dans ce verset, et plus loin, vers. 95, il est établi d'après les textes assyriens les plus authentiques, qu'on ne pratiqua jamais à Ninive, ni à Babylone, l'adoration d'un homme vivant. Dans les inscriptions cunéiformes que M. Oppert a traduites, Nabuchodonosor se dit lui-même : le Seigneur Majestueux, le Sage qui prête l'oreille aux injonctions du Dieu suprême, le Vicaire des dieux qui n'abuse pas de son pouvoir, l'Elu de Mérodach, celui qui exécute les oracles mystérieux. » Ainsi il proclame sa dépendance complète, absolue à l'égard de la Divinité, et il ne se proclame pas dieu lui-même.

---

5. *Sambucæ.* Quam aiunt esse triquetrum instrumentum imparibus longitudine fidibus. Vox est græca, σαμβυκη. Athenæus ait esse musicum instrumentum tetrachordum acuti et arguti soni. — * *Psalterii.* Psalterium instrumentum fuit citharæ non absimile; discrimen tamen in hoc erat, quod cithara in parte sui inferiori pulsabatur, psalterium autem in superiori. — * *Symphoniæ.* Hæc vox peculiare genus musici instrumenti significat; est autem tibia obliqua, interprete Servio ad lib. II Æneid. πλαγιαυλος.

8. *Statimque.* Ex hoc patet paratas a Chaldæis insidias tribus pueris; cum enim dicatur statim ad regem fuisse delatos, argumentum est eorum æmulos in excubiis fuisse, eosque observasse ut accusarent, et in exitium darent.

et Abdenago, deos meos non colitis, et statuam auream quam constitui, non adoratis?

15. Nunc ergo, si estis parati, quacumque hora audieritis sonitum tubæ, fistulæ, citharæ, sambucæ, et psalterii, et symphoniæ, omnisque generis musicorum, prosternite vos, et adorate statuam quam feci; quod si non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis; et quis est Deus qui eripiet vos de manu mea?

16. Respondentes Sidrach, Misach, et Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonosor : Non oportet nos de hac re respondere tibi.

17. Ecce enim Deus noster quem colimus, potest eripere nos de camino ignis ardentis, et de manibus tuis, o rex, liberare.

18. Quod si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, et statuam auream quam erexisti, non adoramus.

19. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore; et aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, et Abdenago, et præcepit ut succenderetur fornax septuplum quam succendi consueverat.

20. Et viris fortissimis de exercitu suo jussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach, et Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis;

21. Et confestim viri illi vincti, cum braccis suis, et tiaris, et calceamentis, et vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis :

22. Nam jussio regis urgebat; fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos qui miserant Sidrach, Misach, et Abdenago, interfecit flamma ignis.

23. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, et Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

que vous n'honorez point mes dieux, et que vous n'adorez point la statue d'or que j'ai dressée?

15. Maintenant donc si vous êtes prêts *à m'obéir*, au moment où vous entendrez le son de la trompette, de la flûte, de la harpe, du hautbois, de la lyre, et des concerts de toute sorte de musiciens, prosternez-vous en terre, et adorez la statue que j'ai faite : si vous ne l'adorez pas, vous serez jetés au même moment au milieu des flammes de la fournaise; et qui est le dieu qui puisse vous arracher d'entre mes mains?

16. Sidrach, Misach et Abdénago répondirent au roi Nabuchodonosor : Il n'est pas besoin, ô roi! que nous vous répondions sur ce sujet.

17. Car notre Dieu, *le Dieu* que nous adorons, peut certainement nous retirer du milieu des flammes de la fournaise, et nous délivrer, ô roi! d'entre vos mains.

18. S'il ne veut pas le faire, nous vous déclarons, ô roi! que nous n'honorons point vos dieux, et que nous n'adorons point la statue d'or que vous avez fait élever.

19. Alors Nabuchodonosor fut rempli de fureur : il changea de visage, et il regarda d'un œil de colère Sidrach, Misach et Abdénago : il commanda que le feu de la fournaise fût sept fois plus ardent qu'il n'avait accoutumé d'être.

20. Il donna ordre aux plus forts soldats de ses gardes, de lier les pieds à Sidrach, Misach et Abdénago, et de les jeter ainsi au milieu des flammes de la fournaise.

21. Au même moment ces trois hommes furent liés et jetés au milieu des flammes de la fournaise, avec leurs chausses, leurs tiares, leurs souliers et leurs vêtements :

22. Car le commandement du roi pressait fort : et comme la fournaise était extrêmement embrasée, les flammes du feu firent mourir les hommes qui y avaient jeté Sidrach, Misach et Abdénago.

23. Cependant ces trois *jeunes* hommes, Sidrach, Misach et Abdénago tombèrent tout liés au milieu des flammes de la fournaise.

15. *Mittemini in fornacem ignis ardentis.* Ce supplice était en usage parmi les Chaldéens, et il se trouvait en quelque sorte indiqué par les habitudes locales du pays. Comme on n'avait pas de pierre à bâtir, tous les édifices à Babylone se construisaient en briques. Il y avait donc dans la ville et dans les environs, des fours perpétuellement en activité pour cuire la brique. Ce fut dans un de ces fours que l'on jeta les jeunes Hébreux, et on put les transformer facilement en une fournaise ardente, selon le désir du monarque.

21 *Cum braccis suis, et tiaris.* Les vêtements des jeunes Hébreux indiqués ici sont tels qu'Hérodote décrit ceux qu'on portait à Babylone, et tels que Münter les a trouvés sur les cylindres babyloniens (Münter, *Relig des Babylon.*, Scit. 96). Hungstenberg le fait judicieusement remarquer (Anth. Dan. s. 337).

23. *Quæ sequuntur.* Cette note est de saint Jérôme. La fin de ce chapitre jusqu'au verset 90, ne se trouve pas dans le texte Hébreu. Elle est passée du Grec dans la Vulgate. Elle

---

15. *Si estis parati.* Oratio aposiopesi abrupta, quæ plena erit, si intelligatur, *vivetis*, aut aliquid simile.

16. *Non oportet nos de hac re respondere tibi.* Non opus est nobis ad respondendum tibi de hac re deliberatione; satis perspectum et certum nobis est quid respondere debeamus.

17. *Ecce enim Deus noster.* Alludunt ad regis verba, qui numero 15 negaverat deum ullum posse eos eripere. Contra ipsi : Ecce, inquiunt, Deus noster potest nos ex incendio fornacis incolumes educere.

18. *Quod si noluerit.* Sive autem liberare velit, sive incendio absumi permittere decreverit, nos semper iidem erimus, nec veram religionem prodemus motu incendii.

19. *Repletus est furore.* Se contemptum existimans. — *Aspectus faciei illius.* Ut iratis accidere solet, ita excanduit.

*21. *Braccis.* In chaldæo est, *saraballis*, quam vocem D. Hieronymus ait significare tibialia. Alii putant pallium esse. — *Tiaris.* Tiara genus est pilei quo Chaldæi et Persæ utebantur, ut ait S. Hieronymus.

Ce qui suit n'est pas dans l'Hébreu.

24. Et ils marchaient au milieu de la flamme, louant Dieu et bénissant le Seigneur.

25. Cependant Azarias se tenant debout, fit cette prière; et ouvrant la bouche au milieu du feu, il dit :

26. Soyez béni, Seigneur Dieu de nos pères; et que votre nom soit loué et glorifié dans tous les siècles :

27. Parce que vous êtes juste dans tout ce que nous avons fait, que toutes vos œuvres sont fondées dans l'équité, que vos voies sont droites, et que tous vos jugements sont véritables.

28. Vos jugements ont été très-équitables dans tous les maux que vous avez fait venir sur nous, et sur Jérusalem, la cité sainte de nos pères; parce que vous nous avez envoyé tous ces châtiments dans la vérité et dans la justice, à cause de nos péchés.

29. Car nous avons péché, et nous sommes tombés dans l'iniquité en nous retirant de vous : et nous avons manqué en toutes choses *à votre égard.*

30. Nous n'avons point écouté vos ordonnances; nous ne les avons point observées, et nous ne les avons point gardées, comme vous nous l'aviez commandé, afin que nous fussions heureux.

31. Ainsi c'est par une justice très-véritable que vous nous avez envoyé ces châtiments, que vous nous avez fait *souffrir* tous ces maux,

32. Et que vous nous avez livrés entre les mains de nos ennemis, qui sont des injustes, des scélérats et des prévaricateurs de votre loi; entre les mains d'un roi qui est le plus injuste et le plus méchant qui soit sur la terre.

33. Et maintenant nous n'osons ouvrir la bouche, et nous sommes devenus un sujet de confusion et de honte à vos serviteurs, et à ceux qui vous adorent.

34. Ne nous abandonnez pas pour jamais; *sauvez-nous* à cause de votre nom; ne détruisez pas votre alliance.

Quæ sequuntur in Hebræis voluminibus non reperi.

24. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum et benedicentes Domino.

25. Stans autem Azarias oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait :

26. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabile, et gloriosum nomen tuum in sæcula.

27. Quia justus es in omnibus quæ fecisti nobis, et universa opera tua vera, et viæ tuæ rectæ, et omnia judicia tua vera.

28. Judicia enim vera fecisti juxta omnia quæ induxisti super nos, et super civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem; quia in veritate, et in judicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

29. Peccavimus enim, et inique egimus recedentes a te; et deliquimus in omnibus;

30. Et præcepta tua non audivimus, nec observavimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, ut bene nobis esset.

31. Omnia ergo quæ induxisti super nos, et universa quæ fecisti nobis, in vero judicio fecisti;

32. Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, et pessimorum, prævaricatorumque, et regi injusto, et pessimo ultra omnem terram.

33. Et nunc non possumus aperire os; confusio et opprobrium facti sumus servis tuis, et his qui colunt te.

34. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum :

existe intégralement dans la version des Septante, publiée pour la première fois en 1772, sur un exemplaire manuscrit des Tétraples d'Origène. Saint Jérôme l'a traduite de l'ancienne version grecque de Théodotion. Ces deux versions ont été publiées *in extenso*, par Migne, dans sa Patrologie grecque (tom. XVI, ter).

25. *Azarias oravit sic.* Azarias, dit le P. de Carrières, se regardant comme chargé des péchés de toute sa nation, et condamné à en porter la peine, fit cette prière.

---

24. *Et ambulabant.* Est hysterologia ; hoc enim postea accidit, cum scilicet ab angelo soluta sunt vincula quibus constringebantur.

27. *Universa opera tua vera.* Integra sunt, æqua et perfecta.

28. *In veritate, et in judicio.* In veritate judicii, sive in vero ac justo judicio. — *Propter peccata nostra.* Solemne est sanctis viris non privata tantum mala quæ patiuntur sed publica etiam clades suis peccatis adscribere, et peccatis populi.

29. *Recedentes a te.* Per idololatriam et alia peccata quibus se populus contaminaverat.

30. *Non audivimus.* Non obedivimus præceptis tuis. — *Ut bene nobis esset.* Quæ si effecta dedissemus, bene nobis fuisset.

31. *In vero judicio.* Sic supra, n. 28, dixit, *in veritate et judicio.*

32. *Ultra omnem terram.* Pessimo omnium quos terra sustinet.

33. *Non possumus aperire os.* Adeo ex magnitudine pœnæ, peccatorum magnitudo manifesta est, ut ne aperire quidem os ad excusandam aut extenuandam culpam audeamus. — *Opprobrium facti sumus servis tuis.* Populo tuo peculiari et electo, cui exprobratur quod verum Deum non colat, qui passus non esset eos in hujusmodi calamitates incidere.

34. *Tradas nos.* Gentibus et flammis hisce devorandos. — *Ne dissipes.* Ne mutes, aut ne disrumpas testamentum, id est, pactum quo pollicitus es te Deum et fautorem nostrum futurum, et in adversis liberatorem.

35. Neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, et Isaac servum tuum, et Israel sanctum tuum;

36. Quibus locutus es, pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cœli, et sicut arenam quæ est in littore maris;

37. Quia, Domine, imminuti sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra.

38. Et non est in tempore hoc princeps, et dux, et propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te,

39. Ut possimus invenire misericordiam tuam; sed in animo contrito, et spiritu humilitatis suscipiamur.

40. Sicut in holocausto arietum, et taurorum, et sicut in millibus agnorum pinguium; sit fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi; quoniam non est confusio confidentibus in te.

41. Et nunc sequimur te in toto corde, et timemus te, et quærimus faciem tuam.

42. Ne confundas nos; sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, et secundum multitudinem misericordiæ tuæ.

43. Et erue nos in mirabilibus tuis, et da gloriam nomini tuo, Domine.

44. Et confundantur omnes qui

35. Et ne retirez pas de nous votre miséricorde, à cause d'Abraham, votre bien-aimé, d'Isaac, votre serviteur, et d'Israël, votre saint;

36. Auxquels vous avez promis que vous multipliériez leur race comme les étoiles du ciel, et comme le sable qui est sur le rivage de la mer.

37. Car nous sommes, au contraire, réduits à un plus petit nombre que toutes les autres nations; et nous sommes aujourd'hui humiliés dans toute la terre, à cause de nos péchés :

38. Et il n'y a plus maintenant parmi nous, ni prince, ni chef, ni prophète, ni holocauste, ni sacrifice, ni oblation, ni encens, ni de lieu pour vous offrir nos prémices,

39. Afin que nous puissions avoir part à votre miséricorde : mais recevez-nous, Seigneur, dans un cœur contrit, dans un esprit humilié.

40. Que notre sacrifice se consume aujourd'hui devant vous; et qu'il vous soit agréable, comme si nous vous offrions des holocaustes de béliers et de taureaux, et mille agneaux gras, parce que ceux qui mettent leur confiance en vous ne tomberont point dans la confusion.

41. Et maintenant nous vous suivons de tout notre cœur; nous vous craignons; et nous recherchons votre face.

42. Ne nous confondez pas, mais traitez-nous selon votre douceur et selon la multitude de vos miséricordes.

43. Délivrez-nous par les merveilles de votre puissance; et donnez *par là*, Seigneur, gloire à votre nom.

44. Que tous ceux qui font souffrir des maux

35. *Neque auferas misericordiam.* Cette prière est un modèle de contrition et d'humilité. Azarias exprime tous les sentiments qui doivent être dans le cœur de l'homme désireux d'obtenir de Dieu son pardon. Il le fait d'une manière très-touchante, et l'âme s'attriste profondément à la vue de ce tableau qu'il nous fait de Jérusalem coupable, supportant le poids de ses iniquités et expiant dans le malheur ses fautes si nombreuses.

49. *Angelus autem Domini.* La prière d'Azarias a été exaucée. Les serviteurs de Nabuchodonosor redoublent d'ardeur pour activer la flamme. Les plus zélés d'entre eux sont victimes de leur acharnement. Mais le Seigneur envoie son ange qui descend vers Azarias et ses compagnons, et l'ange détourne la flamme, fait souffler un vent frais qui amène sur eux une douce rosée, et ils jouissent de tous les agréments d'une belle matinée de printemps. Quel contraste! où trouver un tableau d'une poésie plus merveilleuse et plus touchante?

---

35. *Abraham dilectum tuum.* Quem elegisti, et ex Chaldæa et idololatria eduxisti, et patrem credentium et Christi constituisti. — *Isaac servum tuum.* Ita appellat Isaac propter obedientiam qua se Deo per patris manum sacrificandum obtulit. — *Israel sanctum tuum.* Jacob sanctum appellat propter innocentiam, et quia Israelitici populi pater, cui nomen dedit, et Christi, qui est sanctus sanctorum.

37. *Imminuti sumus.* Numero, et ad paucitatem redacti. — *Humiles.* Viles.

38. *Et propheta.* Intelligit in Judæa; nam ipse et Ezechiel erant Babylone. Daniel vero regiorum potius somniorum erat interpres, quam propheta populi. Itaque *non est propheta*, idem valet ac vix ullus est. — *Neque holocaustum, neque sacrificium.* Templum enim et altare erat eversum, et licet postea Judæi novum altare excitarint, ut patet Baruch., 1, 10, tamen pauperrime, et rarissime in illis urbis ruinis illo utebantur.

39. *In animo contrito.* Sicut suscipis holocaustum arietum, sic suscipe animum contritum et spiritum humilem, quo nos tibi ad expianda nostra, nostræque gentis peccata, per martyrium offerimus in sacrificium.

40. *Non est confusio confidentibus in te.* Sperantes in te spes non frustratur.

41. *Quærimus faciem tuam.* Ad te convertimur; prius enim a te aversi dorsum quodammodo tibi obvertoramus.

42. *Ne confundas nos.* Ne pudefacias nos, negando quod postulamus.

43. *In mirabilibus tuis.* Editis miraculis, quæ ad liberandum populum tuum facere soles, ut cum populum tuum ex Ægypto liberasti. — *Da gloriam nomini tuo.* Inclytum fac et celebre nomen tuum, patrato insigni aliquo miraculo.

44. *Ostendunt servis tuis mala.* Affligunt servos tuos, et illis mala exhibent. Sic Psalm., 59, 5 : *Ostendisti populo tuo dura.* — *In omnipotentia tua.* Tua potentia fiant impotentes et imbecilles.

à vos serviteurs soient confondus ; qu'ils soient confondus par votre toute-puissance ; que leur force soit réduite en poudre.

45. Et qu'ils sachent que c'est vous seul qui êtes le Seigneur, le Dieu et le Roi de gloire *qui règne* sur toute la terre.

46. Cependant les serviteurs du roi, qui avaient jeté ces trois jeunes hommes dans le feu, ne cessaient point d'allumer la fournaise avec du bitume, des étoupes, de la poix et du sarment.

47. Et la flamme s'élevait quarante-neuf coudées de haut au-dessus de la fournaise ;

48. Et s'étant élancée dehors, elle brûla les Chaldéens qu'elle trouva les plus proches de la fournaise.

49. Or l'ange du Seigneur était descendu vers Azarias et ses compagnons dans la fournaise, et écartant les flammes,

50. Il avait formé au milieu de la fournaise un vent frais et une douce rosée, et le feu ne les toucha en aucune sorte, ne les incommoda point, et ne leur fit aucune peine.

51. Alors ces trois *jeunes* hommes louaient Dieu dans la fournaise, et le glorifiaient et le bénissaient d'une même bouche, en disant :

52. Vous êtes béni, Seigneur Dieu de nos pères ; vous êtes digne de toute louange ; vous êtes plein de gloire, et élevé au-dessus de tout dans tous les siècles : le saint nom de votre gloire est béni ; il est digne de toute louange, et élevé au-dessus de tout dans tous les siècles.

53. Vous êtes béni dans le temple saint de votre gloire, et élevé au-dessus de toute louange et de toute gloire dans tous les siècles.

54. Vous êtes béni dans le trône de votre royaume, et élevé au-dessus de toute louange et au-dessus de toute gloire dans tous les siècles.

55. Vous êtes béni, vous qui voyez le fond des abîmes, et qui êtes assis sur les chérubins ; et vous êtes digne de toute louange, et élevé au-dessus de toute gloire dans tous les siècles.

56. Vous êtes béni dans le firmament du ciel, et vous êtes digne de toute louange et de toute gloire dans tous les siècles.

ostendunt servis tuis mala, confundantur in omni potentia tua, et robur eorum conteratur ;

45. Et sciant quia tu es Dominus Deus solus, et gloriosus super orbem terrarum.

46. Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacem, naphtha, et stuppa, et pice, et malleolis.

47. Et effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta novem ;

48. Et erupit, et incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis.

49. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, et sociis ejus in fornacem ; et excussit flammam ignis de fornace,

50. Et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, et non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit, nec quidquam molestiæ intulit.

51. Tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, et glorificabant, et benedicebant Deum in fornace, dicentes :

52. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum ; et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula ; et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum ; et laudabile, et superexaltatum in omnibus sæculis.

53. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ ; et superlaudabilis, et supergloriosus in sæcula.

54. Benedictus es in throno regni tui ; et superlaudabilis, et superexaltatus in sæcula.

55. Benedictus es, qui intueris abyssos, et sedes super cherubim ; et laudabilis, et superexaltatus in sæcula.

56. Benedictus es in firmamento cœli ; et laudabilis et gloriosus in sæcula.

52. *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.* Après un tel miracle, la reconnaissance des jeunes Hébreux éclate dans un magnifique cantique d'action de grâces. Protégés par la main de Dieu contre le feu qui les entoure, ils louent et bénissent sa grandeur et sa toute-puissance, et conjurent toutes les créatures de se joindre à eux pour exalter son saint nom. C'est un cri d'amour qui se termine perpétuellement par le même refrain, parce que dans leur enthousiasme, ils ne trouvent plus qu'une seule parole à dire : Il est digne de toutes louanges, il est élevé au-dessus de toute gloire, louez-le et surexaltez-le à jamais : *Laudate et superexaltate eum in sæcula.*

---

46. *Naphtha.* Bituminis flos est, qui facillime ignem concipit, teste Plinio, lib., 2, c. 105. Alii, inquit S. Hieronymus, ossa olivarum, quæ projiciuntur cum amurca arefacta, naphtham appellari putant. — *Malleolis.* Vitium sarmentis, aut manipulis sparteis pice oblitis ad ignem magis ac magis augendum.

49. *Descendit cum Azaria.* Cum scilicet in fornacem sunt dejecti. — *Excussit.* Submovit flammam, et e fornace in Chaldæos ejaculatus est.

50. *Quasi ventum roris flantem.* Adeo non senserunt ignis ardorem, ut potius roscidi venti flatu recreati sint.

52. *Nomen gloriæ tuæ.* Nomen tuum gloriosum.

53. *Superlaudabilis, et supergloriosus.* Ὑπερένδοξος, qui scilicet omnem laudem et gloriam superas, quæ tibi a creaturis tribui potest.

54. *In throno regni tui.* In throno regio tuo.

55. *Intueris abyssos.* Qui omnia vides ; quem ne illa quidem latent quæ profundo maris mersa sunt. — *Sedes super cherubim.* Tum super angelos cherubim, qui sunt in cœlo ; tum super effigies cherubinorum, quæ sunt super arcam et propitiatorium. Vide Exod., 25, 22 ; ad hos enim cherubinos alludit.

56. *In firmamento cœli.* Quia firmamentum cœli expandisti ; stellisque distinxisti, ex quo elucet gloria tua.

57. Benedicite omnia opera Domini Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

58. Benedicite Angeli Domini Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

59. *a* Benedicite cœli Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula. [a *Psalm.* 148. 3.]

60. Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

61. Benedicite omnes virtutes Domini Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

62. Benedicite sol et luna Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

63. Benedicite stellæ cœli Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

64. Benedicite omnis imber et ros Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

65. Benedicite omnes spiritus Dei Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

66. Benedicite ignis et æstus Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

67. Benedicite frigus et æstus Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

68. Benedicite rores et pruina Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

69. Benedicite gelu et frigus Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

70. Benedicite glacies et nives Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

71. Benedicite noctes et dies Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

72. Benedicite lux et tenebræ Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

73. Benedicite fulgura et nubes Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

74. Benedicat terra Dominum; laudet et superexaltet eum in sæcula.

75. Benedicite montes et colles Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.

57. Ouvrages du Seigneur, bénissez tous le Seigneur : louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

58. Anges du Seigneur, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

59. Cieux, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

60. Eaux qui êtes au-dessus des cieux, bénissez toutes le Seigneur, louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

61. Puissances et vertus du Seigneur, bénissez toutes le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles,

62. Soleil et lune, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

63. Etoiles du ciel, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

64. Pluies et rosées, bénissez toutes le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

65. Esprits de Dieu, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

66. Feux et chaleurs *de l'été*, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

67. Froids et rigueurs *de l'hiver*, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

68. Rosées et bruines, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

69. Gelées et froidures, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

70. Glaces et neiges, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

71. Nuits et jours, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

72. Lumières et ténèbres, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

73. Eclairs et nuages, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

74. Que la terre bénisse le Seigneur; qu'elle loue et qu'elle relève sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

75. Montagnes et collines, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.

---

57. *Benedicite, omnia opera.* Invitant omnes creaturas ad laudandum Deum; quod illæ non ore et voce præstant, sed opere, suam scilicet ostendendo pulchritudinem, et utilitatem exhibendo, et id faciendo ad quod ab auctore naturæ institutæ sunt. Est poetica quasi ethopœia, ad affectum magis excitandum, qua rebus inanimis sensus et vox tribuitur.

59. *Benedicite, cœli, Domino.* Nam *cœli*, ut ait Psaltes, *enarrant gloriam Dei*, Psalm. 18, 2.

60. *Aquæ omnes quæ super cœlos sunt.* Vide dicta Genes., c. 1, n. 6.

61. *Virtutes.* Vel universim angelos intelligit, vel peculiariter eum chorum qui dicitur *Virtutes*. Explicari etiam potest de cœlestibus influentiis, vel de operativis facultatibus animalium, stirpium, lapidum, etc.

65. *Spiritus.* Venti.

68. *Pruina.* Græce, νιφετοι, nives. Vatablus vertit, *pluviæ nivales*, alii passim, *pruinæ*.

76. Plantes qui naissez de la terre, bénissez toutes le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
77. Fontaines, bénissez le Seigneur; louez-le. et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
78. Mers et fleuves, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
79. Baleines et poissons qui vivez dans les eaux, bénissez tous le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
80. Oiseaux du ciel, bénissez tous le Seigneur: louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
81. Bêtes privées ou sauvages, bénissez toutes le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
82. Enfants des hommes, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
83. Qu'Israël bénisse le Seigneur; qu'il le loue et qu'il relève sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
84. Prêtres du Seigneur, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
85. Serviteurs du Seigneur, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
86. Esprits et âmes des justes, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
87. Vous qui êtes saints et humbles de cœur, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles.
88. Ananias, Azarias et Misaël, bénissez le Seigneur; louez-le, et relevez sa souveraine grandeur dans tous les siècles;
Parce qu'il nous a retirés de l'enfer, qu'il nous a sauvés de la puissance de la mort, qu'il nous a délivrés du milieu des flammes ardentes, et nous a tirés du milieu du feu.
89. Rendez grâces au Seigneur. parce qu'il est bon, parce que sa miséricorde s'étend dans tous les siècles.
90. Vous qui êtes religieux, bénissez le Seigneur, le Dieu des dieux, louez-le, et rendez-lui des actions de grâce, parce que sa miséricorde s'étend dans la suite de tous les siècles.
Ce qui a été mis jusqu'ici ne se trouve point dans l'Hébreu, et a été pris de l'édition de la Bible de Théodotion.
91. Alors le roi Nabuchodonosor fut frappé d'étonnement : il se leva tout d'un coup, et dit aux grands de sa cour : N'avons-nous pas jeté

76. Benedicite universa germinantia in terra Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
77. Benedicite fontes Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
78. Benedicite maria et flumina Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
79. Benedicite cete, et omnia quæ moventur in aquis, Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
80. Benedicite omnes volucres cœli Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
81. Benedicite omnes bestiæ et pecora Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
82. Benedicite filii hominum Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
83. Benedicat Israel Dominum; laudet et superexaltet eum in sæcula.
84. Benedicite sacerdotes Domini Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
85. Benedicite servi Domini Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
86. Benedicite spiritus et animæ justorum Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
87. Benedicite sancti et humiles corde Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
88. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino; laudate et superexaltate eum in sæcula.
Quia eruit nos de inferno, et salvos fecit de manu mortis. et liberavit nos de medio ardentis flammæ, et de medio ignis eruit nos.
89. Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in sæculum misericordia ejus.
90. Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum; laudate et confitemini ei, quia in omnia sæcula misericordia ejus.
Hucusque in Hebræo non habetur; et quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.
91. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, et surrexit propere, et ait optimatibus suis : Nonne tres viros misimus

90. *Hucusque in Hebræo non habetur.* Cette note est de saint Jérôme. Le texte Hébreu qui ne contient ni la prière d'Azarias, ni le cantique des trois enfants dans la fournaise, reprend ici, et se trouve parfaitement conforme pour ce qui suit, à la Vulgate, à la traduction des Septante et à celle de Théodotion.

---

79. *Cete.* Ingentes maris pisces intelligit, quales sunt balænæ.

81. *Bestiæ et pecora.* Per bestias feras intelligit, per pecora vero mansueta animalia, quales sunt oves et boves.

82. *Filii hominum.* Genus omne hominum.

83. *Israel.* Peculiariter Israelitæ.

88. *Eruit nos de inferno.* E mortis faucibus eripuit. — *Manu.* Potestate certæ mortis, cui traditi eramus.

90. *Omnes religiosi.* Omnes Dei cultores; hi enim sunt σεβομενοι τον Κυριον.

in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt : Vere rex.

92. Respondit, et ait : Ecce ego video quatuor viros solutos, et ambulantes in medio ignis, et nihil corruptionis in eis est, et species quarti similis filio Dei.

93. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, et ait : Sidrach, Misach, et Abdenago, servi Dei excelsi, egredimini, et venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, et Abdenago de medio ignis.

94. Et congregati satrapæ, et magistratus, et judices, et potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, *a* et capillus capitis eorum non esset adustus, et sarabala eorum non fuissent immutata, et odor ignis non transisset per eos. [a *Luc.* 12. 7. et 21. 18.]

95. Et erumpens Nabuchodonosor, ait : Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, et Abdenago, qui misit angelum suum, et eruit servos suos, qui crediderunt in eum; et verbum regis immutaverunt, et tradiderunt corpora sua ne servirent, et ne adorarent omnem deum, excepto deo suo.

96. A me ergo positum est hoc decretum, ut omnis populus, tribus, et lingua, quæcumque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach et Abdenago, dispereat, et domus ejus vastetur; neque enim est alius Deus, qui possit ita salvare.

97. Tunc rex promovit Sidrach, Misach et Abdenago in provincia Babylonis.

trois hommes liés au milieu du feu? Ils répondirent au roi : Oui, Seigneur.

92. Nabuchodonosor leur dit : J'en vois quatre néanmoins qui marchent sans être liés au milieu du feu, qui sont incorruptibles dans les flammes, et dont le quatrième est semblable au Fils de Dieu.

93. Alors Nabuchodonosor s'étant approché de la porte de la fournaise ardente, dit : Sidrach, Misach et Abdénago, serviteurs du Dieu très-haut, sortez, et venez. Aussitôt Sidrach, Misach et Abdénago sortirent du milieu du feu.

94. Et les princes, les premiers officiers, les juges et les grands de la cour du roi regardaient attentivement ces jeunes hommes. Voyant que le feu n'avait eu aucun pouvoir sur leurs corps, qu'un seul cheveu de leur tête n'en avait été brûlé, qu'il n'en paraissait aucune trace sur leurs vêtements, et que l'odeur même du feu n'était pas venue jusqu'à eux.

95. Alors Nabuchodonosor, étant comme hors de lui-même, s'écria : Béni soit leur Dieu, *le Dieu* de Sidrach, de Misach et d'Abdénago, qui a envoyé son ange, et a délivré ses serviteurs qui ont cru en lui, qui ont résisté au commandement du roi, et qui ont abandonné leurs corps, pour ne se point rendre esclaves, et pour n'avoir aucun autre dieu que le Dieu qu'ils adorent.

96. Voici donc l'ordonnance que je fais, que tout homme, de quelque peuple, de quelque tribu et de quelque langue qu'il puisse être, qui aura proféré un blasphème contre le Dieu de Sidrach, de Misach et d'Abdénago, périsse, et que sa maison soit détruite, parce qu'il n'y a point d'autre Dieu qui puisse sauver, que celui-là.

97. Alors le roi éleva en dignité Sidrach, Misach et Abdénago dans la province de Babylone.

92. *Ecce ego video quatuor viros.* L'étonnement de Nabuchodonosor exprimé dans le verset précédent, et ce qu'il dit ici d'un quatrième personnage qu'il voit au milieu du feu, supposent visiblement les miracles dont il est parlé aux versets 49 et 50, qui ne se trouvent pas dans le texte original; et cela prouve que le fragment précédent, qui ne se voit aujourd'hui que dans le Grec, était originairement dans le texte Hébreu, puisque ceci le suppose (*Bible de Vence*).

94. *Et sarabala eorum.* Plusieurs interprètes ont traduit ce mot par *bracce*, *femoralia*; mais il désigne plutôt la chaussure. On peut s'en convaincre en se reportant au passage d'Hérodote, où il décrit parfaitement les vêtements des Chaldéens (Herod., lib. I, cap. CXCV; édit. Didot, pag. 65). — *Et odor ignis.* La chaleur donne aux habits, et surtout aux habits de laine, une certaine odeur fort désagréable. Le feu n'avait pas même produit sur eux cet effet.

95. *Benedictus Deus eorum.* Ce miracle change le cœur de Nabuchodonosor, mais nous ne voyons pas qu'il ait produit le même effet sur les grands de son royaume, ni sur son peuple. La Bible nous le représente comme un homme très-religieux, et c'est ainsi qu'il se fait connaître lui-même dans les inscriptions assyriennes récemment découvertes. « Je suis né pour gouverner, dit-il dans l'une d'elles, j'ai restauré le sanctuaire du Dieu; j'ai répandu le culte du Dieu. Nébo, lui qui s'engendre lui-même, soutient ma royauté; j'ai toujours glorifié le culte de sa divinité suprême. Dans le sein de la famille de mon cœur, j'ai moi-même élevé l'adoration de sa divinité (J. Oppert. *Inscriptions de Londres*, *musée de la compagnie des Indes*).

97. *Tunc rex promovit.* Le texte grec de Théodotion ajoute qu'il augmenta leur pouvoir, et

---

92. *Similis filio Dei.* Id est, *similis angelo*, ut est in græco.

94. *Sarabala.* Hebr., *sarabal*, quam vocem D. Hieronymus braccas vertit supra, n. 21. Pagninus, *vestes*, ut etiam Vatablus : vox est chaldaica.

95. *Verbum regis immutaverunt.* Ad verbum vertas, *secundaverunt;* nam in chaldæo textu originali est *sciannin;* et sensus est : posthabuerunt, in secundis habuerunt, primum scilicet locum dantes divinæ legi. — *Omnem deum.* Ullum deum.

96. *Positum est.* Ponitur. — *Locuta fuerit blasphemiam.* Non videtur rex hoc prodigio fuisse plane conversus; nam non vetat coli idola, nec præcipit coli unum Deum Hebræorum, sed tantum vetat ne quis eum blasphemet.

97. *Promovit.* Non solum pristinæ dignitati restituit, sed etiam honoribus auxit.

98. Le roi Nabuchodonosor à tous les peuples et à toutes les nations, quelque langue qu'elles parlent dans toute la terre : que la paix s'établisse en vous de plus en plus.

99. Le Dieu très-haut a fait des prodiges et des merveilles dans mon royaume. J'ai donc résolu de publier

100. Ses prodiges, parce qu'ils sont grands, et ses merveilles, parce qu'elles sont étonnantes : car son royaume est un royaume éternel, et sa puissance s'étend dans la suite de tous les siècles.

98. Nabuchodonosor rex, omnibus populis, gentibus, et linguis, qui habitant in universa terra, pax vobis multiplicetur.

99. Signa, et mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare

100. Signa ejus, quia magna sunt, et mirabilia ejus quia fortia; et regnum ejus regnum sempiternum, *a* et potestas ejus in generationem et generationem. [a *Infr.* 4. 31. et 7. 14.]

CHAPITRE IV.

Nouveau songe de Nabuchodonosor expliqué par Daniel. Ce prince est réduit à la condition des bêtes.

1. Moi Nabuchodonosor, étant en paix dans ma maison et plein de gloire dans mon palais,

2. J'ai vu un songe qui m'a effrayé : et étant dans mon lit, mes pensées et les images qui se présentaient à mon imagination, m'épouvantèrent.

3. C'est pourquoi je publiai une ordonnance, pour faire venir devant moi tous les sages de Babylone, afin qu'ils me donnassent l'explication de mon songe.

4. Alors les devins, les mages, les Chaldéens et les augures étant venus devant moi, je leur racontai mon songe; et ils ne purent me l'expliquer.

5. Enfin, Daniel, notre collègue, parut devant nous, lui à qui j'ai donné le nom de Baltassar,

1. Ego Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, et florens in palatio meo;

2. Somnium vidi, quod perterruit me; et cogitationes meæ in strato meo, et visiones capitis mei conturbaverunt me.

3. Et per me propositum est decretum ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, et ut solutionem somnii indicarent mihi.

4. Tunc ingrediebantur arioli[1], magi, Chaldæi, et aruspices, et somnium narravi in conspectu eorum; et solutionem ejus non indicaverunt mihi;

5. Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Bal-

qu'il leur donna juridiction sur tous les Juifs qui se trouvaient alors dans son empire. Les trois versets suivants devraient être joints au chapitre suivant, parce qu'ils sont le début de la lettre que Nabuchodonosor écrivit longtemps après à tous les peuples de la terre. Cet édit est de l'année 562, et il fut rendu après que Nabuchodonosor eût recouvré le sens, et qu'il eût été rétabli sur son trône.

98. *Nabuchodonosor rex, omnibus populis.* Cet édit a été étudié avec le plus grand soin par les assyriologues, et ils y ont retrouvé toutes les particularités de détail distinctives du style de la chancellerie babylonienne. Le début rappelle celui de l'inscription de Xerxès, que M. J. Oppert a lue à Van, et qu'il traduit ainsi : *Ego Xerxès, rex magnus, rex regum, rex terrarum quæ sunt complexus linguarum.* — La Bible dit : Le Dieu Très-Haut a fait pour moi des prodiges et des merveilles : et on lit dans les textes assyriens : « Les œuvres de Mérodach le grand-maître, qui m'a créé, sont ingénieuses dans la perfection. »

Cap. IV. — 2. *Somnium vidi.* D'après les auteurs de *l'Art de vérifier les dates*, Nabuchodonosor eut ce songe l'an 570 avant Jésus-Christ. Au bout d'un an il tomba malade, comme Daniel le lui avait annoncé (569). Il fut malade sept ans, et il recouvra le sens et le trône l'an 562, et il mourut peu de temps après. Son fils Evilmérodach lui succéda l'an 561.

5. *Donec collega ingressus est.* Le texte original pourrait se traduire : Jusqu'à ce qu'un autre sage nommé Daniel, parut devant moi. *Collega* est ici pour désigner la seconde personne de l'empire. Daniel avait mérité ce rang, par les services qu'il avait rendus à Nabuchodonosor, et par l'intelligence dont il avait fait preuve en expliquant le songe de la statue. — *Spiritum deorum sanctorum.* Le texte original pourrait se traduire : L'esprit du Dieu saint. Les Orientaux emploient ordinairement par honneur le pluriel pour le singulier.

---

98. *Nabuchodonosor rex.* Est hic nova novæ rei narratio; est enim hic titulus epistolæ regis, quæ sequitur c. 4. — *Pax.* Felicitas, prosperitas.

100. *Fortia.* Forti et potenti Dei manu patrata.

Cap. IV. — 1. *Ego Nabuchodonosor.* Pronomen *ego*, et nomen *Nabuchodonosor*, ad emphasim faciendæ fidei causa posita sunt, sicut nos scripta quibus fidem facere volumus, ita exordimur : *Ego Titus affirmo, etc.* — *Quietus.* Pacificus et prosper. — *Florens.* Potentia, divitiis, gloria.

2. *Cogitationes meæ.* Vel somnium ipsum cogitationes vocat, ut superiori capite 2, n. 29 et 30; vel de cogitationibus loquitur quæ, postquam evigilavit, sollicitum et anxium illum habuerunt. — *Visiones capitis mei.* Somnia mea.

4. *Arioli, magi.* Vide dicta supra, c. 1, n. 20.

5. *Collega.* Græce : ἑταῖρος, socius, collega. Ita rex Danielem appellat, quia participem eum fecerat administrationis imperii. Potest mirum videri Danielem prioris somnii explicatione nobilem vocatum non fuisse. Causa hæc fortasse fuit quod Daniel homo peregrinus, quamvis in magna sapientiæ opinione esset, tamen ex consortio et veluti academia sapientum Chal-

tassar secundum nomen Dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso; et somnium coram ipso locutus sum.

6. Baltassar princeps ariolorum, quoniam ego scio quod spiritum sanctorum deorum habeas in te, et omne sacramentum non est impossibile tibi; visiones somniorum meorum, quas vidi, et solutionem earum narra.

7. Visio capitis mei in cubili meo: Videbam, et ecce arbor in medio terræ et altitudo ejus nimia.

8. Magna arbor, et fortis; et proceritas ejus contingens cœlum; aspectus illius erat usque ad terminos universæ terræ.

9. Follia ejus pulcherrima, et fructus ejus nimius; et esca universorum in ea; subter eam habitabant animalia et bestiæ, et in ramis ejus conversabantur volucres cœli; et ex ea vescebatur omnis caro.

10. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, et ecce vigil, et sanctus de cœlo descendit.

11. Clamabit fortiter, et sic ait: Succidite arborem, et præcidite ramos ejus; excutite folia ejus, et dispergite fructus ejus; fugiant bestiæ quæ subter eam sunt, et volucres de ramis ejus.

12. Verumtamen germen radicum ejus in terra sinite, et alligetur vinculo ferreo et æreo, in herbis quæ foris sunt, et rore cœli tingatur, et cum feris pars ejus in herba terræ.

13. Cor ejus ab humano commutetur, et cor feræ detur ei; et septem tempora mutentur super eum.

selon le nom de mon dieu; et qui a dans lui-même l'esprit des dieux saints : je lui racontai mon songe, et je lui dis :

6. Baltassar, prince des devins, comme je sais que vous avez en vous l'esprit des dieux saints, et qu'il n'y a point de secret que vous ne puissiez pénétrer, *dites-moi* ce que j'ai vu en songe, et donnez-m'en l'explication.

7. Voici ce qui m'a été représenté en vision, lorsque j'étais dans mon lit : il me semblait que je voyais au milieu de la terre un arbre qui était excessivement haut.

5. *In lege Dei sui.* Daniel ayant été condamné pour son attachement à la loi de son Dieu, le miracle qui va être fait en sa faveur tournera à la gloire de Dieu lui-même, et obligera Darius à reconnaître que le Dieu d'Israël est le Dieu vivant et éternel, que sa puissance s'étend dans tous les siècles, comme on le voit plus loin vers. 26.

7. *A quocumque deo et homine.* Cet édit n'aurait pas été possible sous les rois de Babylone. Mais les rois des Mèdes et des Perses avaient des idées religieuses et politiques toutes particulières. Ils étaient considérés, dit M. l'abbé Glaire, comme des représentants et des incarnations d'Ormuzd. Le pays d'Izan, d'après Zoroastre, était sous la domination d'Ormuzd, et son roi était son image visible. Il possédait comme lui un pouvoir sans bornes; ses sept conseillers étaient des images des sept Amschaspands, qui entourent continuellement le trône d'Ormuzd (*Les livres saints vengés*, tom. II, p. 213). En partant de cette idée, les Perses regardaient leur roi comme une seconde divinité, et lui vouaient un culte voisin de l'apothéose.

Cap. VI. — 1. *Placuit Dario.* Existimavit Darius centum viginti satrapas regno suo præficiendos. — *Ut essent in toto regno suo.* Ut toti ejus regno præessent.

2. *Ex quibus Daniel unus erat.* Ex hoc loco, et ex Josepho, lib. 10, cap. 12, constat Darium regem Danielem secum in Mediam abduxisse, eumque in magno pretio habuisse. — *Rex non sustineret molestiam.* Molem negotiorum; ejus enim imperium regno Babylonico auctum erat, et robur corporis ætate minutum.

3. *Superabat omnes.* Omnibus melius officio suo fungebatur. — *Spiritus Dei.* Prudentiæ, sapientiæ, orationis, justitiæ, zeli, aliarumque virtutum.

4. *Porro rex cogitabat.* Propterea rex cogitabat eum toti regno præficere. — *Ex latere regis.* Pagninus vertit, *ex parte regni*, id est, in negotiis regiis.

5. *Nisi forte in lege Dei sui.* Nisi pro crimine observationem divinæ legis ei objiciamus. Magnum sane ejus integritatis et sanctitatis testimonium.

6. *Surripuerunt regi.* Obrepserunt regi, et astute illum sunt allocuti. Per fraudem et subreptionem obtinuerunt a rege, etc.

8. Confirmez donc maintenant, ô roi! cet avis, et faites cet édit, afin qu'il demeure ferme, comme ayant été établi par les Mèdes et par les Perses, sans qu'il soit permis à personne de le violer.

9. Le roi Darius, fit donc publier cet édit et cette défense.

10. Daniel ayant appris que cette loi avait été faite, entra dans sa maison; et ouvrant les fenêtres de sa chambre du côté de Jérusalem, il fléchissait les genoux chaque jour à trois différentes heures, et il adorait son Dieu, et lui rendait ses actions de grâces, comme il faisait auparavant.

11. Ces hommes donc qui épiaient avec grand soin toutes les actions de Daniel, le trouvèrent qui priait, et qui adorait son Dieu.

12. Et ils vinrent aussitôt trouver le roi pour lui représenter son édit, et lui dirent : O roi! n'avez-vous pas ordonné que, pendant l'espace de trente jours, tout homme qui ferait quelque prière à quelqu'un des dieux ou des hommes, sinon à vous seul, ô roi! serait jeté dans la fosse des lions! Le roi leur répondit : Ce que vous dites est vrai; et c'est une ordonnance des Perses et des Mèdes qu'il n'est permis à personne de violer.

13. Alors ils dirent au roi : Daniel, un des captifs d'entre les enfants de Juda, sans avoir égard à votre loi, ni à l'édit que vous avez fait, prie son Dieu chaque jour à trois heures différentes.

14. Ce que le roi ayant entendu, il fut extrêmement affligé : il prit en lui-même la résolution de délivrer Daniel; et jusqu'au soleil couché, il fit ce qu'il put pour le sauver.

15. Mais ces personnes, voyant bien quelle était l'intention du roi, lui dirent : O roi! sachez

8. Nunc itaque, rex, confirma sententiam, et scribe decretum; ut non immutetur quod statutum est a Medis et Persis, *a* nec prævaricari cuiquam liceat. [a *Esther*. 1. 19.]

9. Porro rex Darius proposuit edictum, et statuit.

10. Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam; et fenestris apertis in cœnaculo suo contra Jerusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, et adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut et ante facere consueverat.

11. Viri ergo illi curiosius inquirentes, invenerunt Danielem orantem et obsecrantem Deum suum.

12. Et accedentes locuti sunt regi super edicto : Rex, numquid non constituisti ut omnis homo qui rogaret quemquam de diis et hominibus; usque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait : Verus est sermo juxta decretum Medorum atque Persarum, quod prævaricari non licet.

13. Tunc respondentes dixerunt coram rege : Daniel de filiis captivitatis Juda non curavit de lege tua, et de edicto quod constituisti; sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua.

14. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est; et pro Daniele posuit cor ut liberaret eum, et usque ad occasum solis laborabat ut erueret illum.

15. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei : Scito rex, quia lex Medo-

9. *Proposuit edictum et statuit.* On représenta sans doute au roi cette mesure comme utile au début de son règne sur Babylone et la Chaldée, pour se concilier l'affection de ses nouveaux sujets dont il aurait accueilli les prières, et à qui il aurait pu accorder ses grâces pendant trente jours.

10. *Sicut et ante facere consueverat.* Daniel n'y mit pas d'affectation. C'est ce que la réflexion de l'Esprit-Saint nous indique. Il avait l'habitude de prier ainsi Dieu trois fois par jour, à la troisième, à la sixième, et à la neuvième heure; conformement à la loi, il continua à remplir son devoir, sans se préoccuper des suites fâcheuses que pourrait avoir sa fidélite. C'est l'antique devise de nos pères : « Fais ce que dois, advienne que pourra. »

12. *Quod prævaricari non licet.* C'était encore un des dogmes de la monarchie persane, qu'un décret revêtu de la sanction du roi était irrévocable. Cette infaillibilité et cette immutabilité du pouvoir absolu nous est attestée dans le livre d'Esther, I, 19; et dans Quinte-Curce (lib. VIII, cap. 5).

---

9. *Proposuit edictum, et statuit.* Ambitione ductus summi honoris, qui ei tanquam deo per legem illam deferebatur, principum consensu et auctoritate, humana prudentia, ut hominum sibi recens subditorum animos, an satis dicto obedientes essent, experiretur.

10. *Fenestris apertis.* Non significat propterea fenestras aperuisse ut a Chaldæis videretur, et ut eos satis sua invidia magis provocaret; sed significat se nihil neque de oratione sua, neque de orandi ritu, quo ante utebatur, metu regis prætermisisse; solebat antem ante, apertis iis fenestris quæ Hierosolymam spectabant, eo versus orare. Id facturos captivos videtur Salomon prædixisse, III. Reg., 8, n. 44 et 48. — *Cœnaculo.* Cœnaculum est superior domus pars, inde dicta, quod olim in ea cœnare solerent. — *Tribus temporibus in die.* Matutinis, meridianis et vespertinis; hora scilicet tertia, sexta et nona, quod tempus orandi colligimus etiam ex Actis Apostolorum, c. 2, 15; et c. 3, 1; et c. 10, 9. — *Confitebaturque coram Deo.* Laudabat Deum ad templum Hierosolymitanum obversus.

14. *Posuit cor.* Animum adjecit. — *Laborabat ut erueret illum. Nolens*, inquit S. Hieronymus, *auctoritate regia, sed ratione atque consilio eum de tanto discrimine liberare.*

15. *Intelligentes regem.* Quid spectaret et cuperet rex. In chaldæo est : *Congregaverunt se supra regem*, id est, quasi facta manu omnes simul regem aggressi sunt. — " *Liceat immutari.* Non est sensus regem ipsum non posse decretum a seipso constitutum abrogare, sed decretum regium inviolabiter debere servari, ideoque eum qui illud violaverit, merito deposci ad supplicium; ita Estius ad hunc locum. Aliis videtur Babyloniorum leges jam constitutas sola regis potestate et voluntate non fuisse mutabiles.

rum atque Persarum est, ut omne decretum quod constituerit rex, non liceat immutari.

16. Tunc rex præcepit; et adduxerunt Danielem, et miserunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli : Deus tuus quem colis semper, ipse liberabit te.

17. Allatusque est lapis unus, et positus est super os laci; quem obsignavit rex annulo suo, et annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Danielem.

18. Et abiit rex in domum suam, et dormivit incœnatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper et somnus recessit ab eo.

19. Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit;

20. Appropinquansque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamavit, et affatus est eum : Daniel, serve Dei viventis, Deus tuus cui tu servis semper, putasne valuit te liberare a leonibus?

21. Et Daniel regi respondens ait : Rex, in æternum vive;

22. *a* Deus meus misit angelum suum et conclusit ora leonum, et non nocuerunt mihi, quia coram eo justitia inventa est in me; sed et coram te, rex, delictum non feci. [a *I. Mach.* 2. 60.]

23. Tunc vehementer rex gavisus est super eo, et Danielem præcepit educi de lacu; eductusque est Daniel de lacu, et nulla læsio inventa est in eo, quia credidit Deo suo.

24. Jubente autem rege, adducti sunt viri illi qui accusaverant Danielem; et

que c'est une loi des Mèdes et des Perses, qu'il n'est point permis de rien changer dans tous les édits que le roi fait.

16. Alors Daniel fut emmené par le commandement du roi; et ils le jetèrent dans la fosse aux lions : et le roi dit à Daniel : Votre Dieu, que vous adorez sans cesse, vous délivrera.

17. En même temps on apporta une pierre qui fut mise à l'entrée de la fosse, et scellée du sceau du roi et du sceau des grands de sa cour, de peur qu'on ne fît quelque chose contre Daniel.

18. Le roi étant rentré dans sa maison, se mit au lit sans avoir soupé : on ne servit point de viandes devant lui, et il ne put pas même dormir.

19. Le lendemain il se leva dès le point du jour, et alla en diligence à la fosse aux lions :

20. Et étant près de la fosse, il appela Daniel avec une voix triste et entrecoupée de soupirs, et lui cria : Daniel, serviteur du Dieu vivant, votre Dieu, que vous servez sans cesse, aurait-il bien pu vous délivrer des lions?

21. Daniel lui répondit : O roi! vivez éternellement :

22. Mon Dieu a envoyé son ange, qui a fermé la gueule des lions; et ils ne m'ont fait aucun mal, parce que j'ai été trouvé juste devant lui, et je n'ai rien fait non plus devant vous, ô roi! qui puisse me rendre coupable.

23. Alors le roi fut transporté de joie, et il commanda qu'on fît sortir Daniel de la fosse aux lions; d'où ayant été tiré, on ne trouva sur son corps aucune blessure, parce qu'il avait cru en son Dieu.

24. En même temps le roi commanda qu'on fît venir ceux qui avaient accusé Daniel; et ils

18. *Dormivit incœnatus.* Le roi portait un grand intérêt à Daniel. Il avait été frappé de ses lumières, et il l'avait maintenu au rang où Baltassar l'avait élevé. A mesure qu'il avait vécu davantage avec lui, il l'avait eu en plus haute estime, et il avait songé à le mettre à la tête de son royaume. La loi persane le force à le livrer aux lions. Daniel était déjà sorti victorieux d'une pareille épreuve, comme nous le verrons (chap. XIV). Le Prophète lui avait peut-être rapporté ce fait, ou il l'avait appris des Chaldéens. Ce qu'il y a de remarquable, c'est que tout en le condamnant à ce supplice, il ne désespère pas de le retrouver vivant (Cf. vers. 19 et seq.). Ce fait suppose ainsi celui qui est raconté au chap. XIV, et ces deux récits se soutiennent mutuellement.

24. *In lacum leonum missi sunt.* D'après les lois anciennes, l'accusateur, quand il succombait dans son accusation, supportait la peine qu'il avait voulu faire infliger à l'accusé. Darius applique ce principe de droit aux ennemis de Daniel.

---

16. *Tunc rex præcepit.* Hinc apparet aliquam in rege fuisse virtutem, sed infirmam et hominum improbitati facile cedentem, qualis fuit etiam in Pilato et Herode, qui Joannis caput jussit amputari, cum tamen illum amaret et magni faceret. — *In lacum leonum.* Caveam in qua conclusi erant leones. — *Liberabit te.* Dicit hoc rex Danieli, tum ut eum consoletur, tum ut se excuset. Nec desperabat Deum illi affore, ut affuerat tribus ejus sociis in fornace Babylonica.

17. *Annulo suo, et annulo optimatum.* Annulo regis, ne principes eum extraherent et occiderent, cui leones pepercissent, annulo principum, ne rex eum liberandi causa posset extrahere.

20. *Putasne valuit te liberare a leonibus?* Mirum non est hominem barbarum, et in religione nonnisi a natura et fama miraculorum institutum, inter fidem et infidelitatem fluctuare, et nunc bene, nunc male de divina loqui majestate.

22. *Quia coram eo.* Quia neque contra illum, neque contra te quidquam peccavi.

23. *Credidit Deo suo.* Confisus fuit Deo, ejusque providentiæ et omnipotentiæ se totum commisit. Alii, quia fidelis fuit Deo suo.

24. *Jubente autem rege.* Exercet rex talionis pœnam, quæ omni jure æquissima est. Re enim examinata, intellexit rex Danielis inimicos sibi imposuisse, et dolose edictum extorsisse, quo Danielem sibi fidissimum et utilissimum de medio tollerent. — *Et filii, et uxores eorum.* Quia etiam hi sceleris participes, parentes et maritos contra Danielem incitando. — *Et non pervenerunt usque ad pavimentum* Id est, necdum pervenerant usque ad pavimentum, cum leones ipsos discerpserunt.

furent jetés dans la fosse aux lions, avec leurs femmes et leurs enfants : et avant qu'ils fussent venus jusqu'au pavé de la fosse, les lions les prirent entre leurs dents, et leur brisèrent tous les os.

25. Après cela Darius envoya cette ordonnance à tous les peuples et à toutes les nations, de quelques langues qu'elles fussent, qui habitaient dans toute la terre : Que la paix s'affermisse parmi vous de plus en plus.

26. J'ordonne par cet édit que dans tout mon empire et mon royaume tous mes sujets révèrent le Dieu de Daniel avec crainte et avec tremblement; car c'est lui qui est le Dieu vivant, l'Eternel *qui vit* dans tous les siècles : son royaume ne sera jamais détruit, et sa puissance passera jusque dans l'éternité.

27. C'est lui qui est le libérateur et le sauveur, qui fait des prodiges et des merveilles dans le ciel et dans la terre; qui a délivré Daniel de la fosse des lions.

28. Or Daniel fut toujours en dignité jusqu'au règne de Darius et au règne de Cyrus, *roi* de Perse.

in lacum leonum missi sunt, ipsi, et filii; et uxores eorum; et non pervenerunt usque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, et omnia ossa eorum comminuerunt.

25. *a* Tunc Darius rex scripsit universis populis, tribubus, et linguis, habitantibus in universa terra : Pax vobis multiplicetur. [a *Supr.* 3. 96.]

26. A me constitutum est decretum, ut in universo imperio et regno meo, tremiscant et paveant Deum Danielis; ipse est enim Deus vivens, et æternus in sæcula; et regnum ejus non dissipabitur, et potestas ejus usque in æternum.

27. Ipse liberator atque salvator, faciens signa, et mirabilia in cœlo et in terra; qui liberavit Danielem de lacu leonum.

28. *a* Porro Daniel perseveravit usque ad regnum Darii, regnumque Cyri Persæ. [a *Supr.* 1. 21. et *Infr.* 13. 65.]

CHAPITRE VII.

Vision des quatre bêtes.

1. La première année de Baltassar, roi de Babylone, Daniel eut une vision en songe : il eut cette vision étant dans son lit; et ayant écrit son songe, il le recueillit en peu de mots, et en marqua ainsi les principaux points :

2. J'ai eu, dit-il, cette vision pendant la nuit :

1. Anno primo Baltassar regis Babylonis, Daniel somnium vidit; visio autem capitis ejus in cubili suo; et somnium scribens, brevi sermone comprehendit; summatimque perstringens, ait :

2. Videbam in visione mea nocte, et

26. *Ipse est enim Deus vivens.* Les rois des Perses et des Mèdes furent amenés ainsi à reconnaître le vrai Dieu, comme les rois de Babylone. L'édit de Darius devint une prédication pour tout son peuple, comme l'avait été naguère celui de Nabuchodonosor, et si les mages ou les savants de son empire restèrent attachés à leurs superstitions, ils ne purent s'en prendre qu'à eux-mêmes.

28. *Porro Daniel perseveravit.* Où cet événement se passa-t-il ? L'Ecriture ne le dit pas. Josèphe nous apprend que Darius emmena avec lui Daniel en Médie (*Antiq.*, Jos., lib. IX, cap. 12), et l'on suppose que ce fut là que se fit la réorganisation de l'empire, et qu'à cette occasion Daniel fut l'objet de l'envie des satrapes qui cherchaient à le perdre.

Cap. VII. — 1. *Daniel somnium vidit.* Les chapitres précédents étaient historiques; ici commencent les prophéties. Elles sont présentées sous des emblèmes qui paraissent d'abord très-extraordinaires, mais qu'on trouve naturels quand on réfléchit aux mœurs et aux habitudes des Assyriens. Nos musées sont aujourd'hui remplis de statues qui prouvent qu'ils personnifiaient les divers empires sous des figures d'animaux. Le symbolisme de Daniel était donc un langage conforme à leurs mœurs; comme les paraboles de l'Evangile étaient tout à fait dans l'esprit des Juifs contemporains de Jésus-Christ.

2. *In mari Magno.* Cette Grande mer est l'image du monde et ces quatre vents représentent le mouvement que doivent y produire les quatre empires dont il va être question. Cette vision doit être rapprochée de celle de Nabuchodonosor; ces quatre empires sont les mêmes que ceux qui ont été figurés par les métaux dont la statue était composée (Cf. supr. cap. II).

---

25. *Linguis.* Nationibus; singulæ enim nationes peculiarem habent linguam, dialecto saltem a cæteris differentem. — *In universa terra.* In universa terra ditionis meæ : sic proxime sequenti versiculo dicitur : *In universo imperio et regno meo.* — *Pax vobis multiplicetur*, Felicitas et prosperitas. Chaldaicorum edictorum formula, qua reges populum salutabant. Ea etiam Nabuchodonosor usus est c. 3, 98; qua et D. Petrus græce loquens 1. Epist., c. 1, n. 2.

26. *Tremiscant et paveant.* Revereantur.

27. *In cœlo et in terra.* Plus quam viderat confitetur; neque enim in cœlo signum ullum viderat; sed Danielem servatum fuisse tantum esse miraculum ducebat ut jam nihil esse crederet, quod Deus facere non posset.

28. *Perseveravit usque ad regnum Darii.* In magno fuit honore quandiu Darii regnum duravit, aut quandiu regnavit Darius; quoad Cyrus regnare cœpit, sub quo iterum accusatus et leonibus objectus est.

Cap. VII. — 1. *Anno primo Baltassar regis.* Supra non semel monuimus in prophetis temporum seriem non servari. Patet hoc in his quæ hoc capite narrantur, quæ multo tempore evenerunt prius quam præcedentia, quæ duobus sup. cap. exposita sunt. — *Somnium vidit.* Non vulgare, sed propheticum et divinitus immissum. — *Visio autem capitis ejus in cubili suo.* Scilicet illi objecta est dum in suo cubili somnum caperet. Vel sic se habet.

2. *Quatuor venti cœli pugnabant in mari magno.* Per quatuor ventos idem significatur

ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno.

3. Et quatuor bestiæ grandes accendebant de mari diversæ inter se.

4. Prima quasi leæna, et alas habebat aquilæ : aspiciebam donec evulsæ sunt alæ ejus, et sublata est de terra, et super pedes quasi homo stetit, et cor hominis datum est ei.

5. Et ecce bestia alia similis urso in parte stetit; et tres ordines erant in ore ejus, et in dentibus ejus, et sic dicebant ei : Surge, comede carnes plurimas.

6. Post hæc aspiciebam, et ecce alia quasi pardus, et alas habebat quasi avis, quatuor super se, et quatuor capita erant in bestia, et potestas data est ei.

7. Post hæc aspiciebam in visione noctis, et ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, et fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens at-

il me semblait que les quatre vents du ciel se combattaient l'un l'autre sur une grande mer.

3. Et que quatre grandes bêtes fort différentes les uns des autres, montaient hors de la mer.

4. La première était comme une lionne, et elle avait des ailes d'aigle; et comme je la regardais, ses ailes lui furent arrachées, elle fut ensuite relevée de terre, et elle se tint sur ses pieds comme un homme ; et il lui fut donné un cœur d'homme.

5. Après cela parut à côté une autre bête qui ressemblait à un ours : elle avait trois rangs de dents dans la gueule : et il y en avait qui lui disaient : Levez-vous, et rassasiez-vous de carnage.

6. Après cela, comme je regardais, j'en vis une autre qui était comme un léopard; et elle avait au-dessus de soi quatre ailes comme les ailes d'un oiseau : cette bête avait quatre têtes, et la puissance lui fut donnée.

7. Je regardais ensuite dans cette vision que j'avais pendant la nuit, et je vis paraître une quatrième bête, qui était extraordinairement forte : elle avait de grandes dents de fer et elle

4. *Prima quasi leæna.* C'est la monarchie assyrienne. Nabuchodonosor est ainsi représenté dans Jérémie, XLVIII, 40 et XLIX, 22, et dans Ezéchiel, XVII, 3. Daniel fait allusion à sa maladie et à son rétablissement qu'il avait lui-même predit (Cf. supr. IV, 13).

7. *Et ecce bestia quarta terribilis.* Il n'y a pas de controverse sur les trois premières bêtes, mais sur la quatrième les sentiments sont partagés. D. Calmet et le P. Houbigant croient

---

quod paulo post per quatuor bestias. Porro, ut patet ex versiculo 17, per quatuor bestias totidem regna significantur. — *In mari magno.* Per mare magnum Hebræorum consuetudine Mediterraneum videtur intelligi, quod magnum est comparatione maris Mortui et lacuum quos ipsi maria appellant.

4. *Prima quasi leæna.* Hæc significat primam monarchiam, scilicet Chaldæorum, et præsertim regnum Nabuchodonosoris, qui multum illud auxit. Dicitur leæna ob potentiam et ferociam. Leæna enim leone ferocior est, præsertim cum catulos nutrit; sic etiam Jeremiæ, c. 4, 7; et Isa., 5, 29. Nabuchodonosor leoni comparatur. — *Alas habebat aquilæ.* Monstrum fuisse regem Babylonis indicat, partim leonem et partim aquilam : leonem propter fortitudinem et ferocitatem, aquilam ob celeritatem in bellis conficiendis. Sic Jerem., 4, 13, de eo dicitur : *Velociores aquilis equi illius;* et 48, 50 : *Ecce quasi aquila volabit.* — *Evulsæ sunt alæ ejus.* Cum ablata regia potestate ad bestias relegatus est, c. 4, n. 30. — *Sublata est de terra.* Quia inter homines versari desiit, et in silvas abiit, ut esset cum feris. — *Super pedes quasi homo stetit.* Stetit super pedes quasi homo, et cor illi humanum datum est, et cum recuperato humano sensu restitutus est regno, c. 4, n. 33; prius enim quasi bellua curvus, more quadrupedum ambulabat.

5. *Bestia alia similis urso.* Hæc est monarchia Persarum; cur similis urso dicatur, non esse anxie et minute quærendum monet Maldonatus : similitudines aliquot persequitur Cornel. a Lapide, quas qui volet apud ipsum legat. — *In parte stetit.* Syrus habet, *ad unum latus stetit;* quasi dicat : Ad latus unum tantum irruit, scilicet in Babylonios; iis enim a Cyro superatis Persæ imperio potiti sunt. — *Tres ordines erant in ore ejus.* Vatabl. vertit, *tres boli.* Significantur tria imperia, scilicet Babylonicum, Medicum et Persicum, quæ in unam monarchiam a Cyro conjuncta sunt, partim hæreditario jure, partim armis quasi dentibus domita. — *Et sic dicebant ei.* His verbis divina permissio significatur, sine qua non potuisset Cyrus tot in suam potestatem regna redigere. — *Comede carnes plurimas.* Significatur Cyrum, aut permittente aut impellente Deo, multas gentes subjugatarum, multumque humanarum carnium suo gladio absumpturum.

6. *Alia quasi pardus.* Per pardum, aut, ut alii volunt, per pantheram, omnes Macedonicum regnum designari putant. Cur pardo Græcorum, aut, quod idem est, Macedonum imperium simile dicatur, multi quærunt, celeritatemque et astutiam Græcorum notari putant; pardus enim est animal velocissimum et maculosum : sed hæc, ut monuimus supra, anxie non persequenda. — *Alas habebat quasi avis, quatuor.* Quatuor hisce alis significari videtur summa velocitas qua Macedones duce Alexandro sex annorum spatio totam Asiam, magnamque Africæ et Europæ partem suo imperio subjecerunt. — *Quatuor capita.* Quatuor capita omnes interpretantur quatuor duces, qui post Alexandri mortem ejus inter se regna diviserunt, Ptolomæum, Seleucum, Philippum et Antigonum, quorum primus Ægyptum, secundus Syriam, tertius Græciam et Macedoniam, quartus Asiam occupavit. — *Et potestas data est ei.* Indicat Alexandrum non tam suis viribus et industria, quam divino concessu ac munere suam monarchiam constituturum.

7. *In visione noctis.* Per idem somnium nocturnum. — *Bestia quarta.* Per quam romanum imperium significatur. — *Mirabilis.* Stupenda et horribilis admirandæque formæ. — *Dentes ferreos.* Exercitus intelligit militum ferro armatorum. — *Comedens atque comminuens.* Quod homines quodammodo et regna voraro videretur. — *Pedibus suis conculcans.* Ut solent aliquando bestiæ facere, quæ homines non occidunt aut devorant, sed pedibus conculcant et proterunt : significatur fore ut Romani quos non occiderint tributis subigant. — *Habebat cornua decem.* Per quæ significantur decem reges potentes (ut ait angelus n. 24, et S. Joannes Apoc., c. 17, n. 12) qui erunt sub finem mundi, ante judicium.

dévorait, mettait en pièces, et foulait aux pieds ce qui restait : elle était fort différente des autres bêtes que j'avais vues avant elle, et elle avait dix cornes.

8. Je considérais ces cornes, et je vis une petite corne qui sortait du milieu des autres : trois de ces premières cornes furent arrachées de devant elle : cette corne avait des yeux comme les yeux d'un homme, et une bouche qui disait de grandes choses.

9. J'étais attentif à ce que je voyais, jusqu'à ce que des trônes furent placés, et que l'Ancien des jours, s'assit : son vêtement était blanc comme la neige, et les cheveux de sa tête étaient comme la laine la plus pure : son trône était des flammes ardentes, et les roues de ce trône un feu brûlant.

10. Un fleuve de feu et rapide sortait de devant sa face : un million *d'anges* le servaient, et mille millions assistaient devant lui : le jugement se tint, et les livres furent ouverts.

que comminuens, et reliqua pedibus suis conculcans; dissimilis autem erat cæteris bestiis, quas videram ante eam et habebat cornua decem.

8. Considerabam cornua, et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum; et tria de cornibus primis evulsa sunt a facie ejus; et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, et os loquens ingentia.

9. Aspiciebam donec throni positi sunt, et antiquus dierum sedit; vestimentum ejus candidum quasi nix, et capilli capitis ejus quasi lana munda; thronus ejus flammæ ignis; rotæ ejus ignis accensus.

10. *a* Fluvius igneus rapidusque egrediebatur a facie ejus; millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei; judicium sedit, et libri aperti sunt. [a *Apocal.* 8. 11.]

qu'elle représente la monarchie des successeurs d'Alexandre. Mais le sentiment de Ménochius est le plus fondé et le plus suivi. Cette quatrième et terrible bête, avec ses dents de fer et ses ongles d'airain, qui dévorait, qui broyait, qui foulait aux pieds le reste, c'est, dit l'abbé Rohrbacher, la Rome païenne, broyant et engloutissant toute la terre. Elle différait des précédentes. Successivement royaume et république, république et empire, sous des rois, sous des consuls, sous des tribuns, sous des décemvirs, sous des dictateurs, sous des empereurs, Rome, en dévorant les autres empires, s'en appropriait ce qu'ils avaient de fort, mais ne ressemblait à aucun : *Dissimilis erat cæteris bestiis.* — *Et habebat cornua decem.* Ces dix cornes représentent dix rois. Ce nombre convient mal aux successeurs d'Alexandre, mais il cadre parfaitement avec le nombre des nations barbares qui se partagèrent l'empire romain, et qui formèrent dix monarchies au commencement du viie siècle, celle des Francs dans les Gaules, des Goths en Espagne, des Lombards en Italie, et l'Heptarchie dans la Grande-Bretagne.

8. *Cornu aliud parvulum.* D. Calmet prend cette petite corne pour Antiochus Epiphanes, le persécuteur des Juifs. Mais la plupart des interprètes y voient l'empire antichrétien de Mahomet, si humble à ses débuts et qui s'éleva après le démembrement de l'empire romain. — *Et tria de cornibus primis evulsa sunt.* Les trois empires renversés par cette puissance nouvelle sont sans doute l'Egypte, la Perse et l'Asie Mineure, c'est-à-dire, Alexandrie, Suze et Constantinople, dont le cimeterre musulman fit la conquête.

---

8. *Cornu aliud parvulum ortum est.* Hic est Antichristus obscuro loco natus et plebeius, qui sensim crescens, tres reges ex illis decem superabit, scilicet regem Ægypti, regem Africæ, et regem Æthiopiæ, ut D. Hier. interpretatur. — *Oculi, quasi oculi hominis.* Oculi hominis significant humanam sapientiam et prudentiam Antichristi, qui multos seducet. Alii superbiam interpretantur, quæ in oculis eminet. — *Os loquens ingentia.* Superbe enim sentiet et loquetur, quemadmodum de illo scribit D. Paulus II. ad Thess., 2, 4 : *Qui adversatur, et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, etc.*

9. *Aspiciebam donec.* Me adhuc aspiciente throni positi sunt. Describit Daniel divinam majestatem de Antichristo judicantem, et regnum Christo tradentem. — *Antiquus dierum.* Deus pater. — *Vestimentum ejus candidum.* Omnia quæ hic Deo tribuuntur, nihil aliud quam divinæ majestatis splendorem significant, quæ gloria unico vocabulo appellari potest. — *Quasi lana munda.* Quasi lana alba nullo adhuc colore tincta; similis vesti capillus, aut eamdem gloriam, aut canitiem, quæ symbolum est æternitatis, significat. — *Thronus ejus flammæ ignis.* Flammæ similis, flammeus, ut apud Ezech. describitur, c. 1, n. 27. — *Rotæ ejus ignis accensus.* Rotæ throni igneæ eamdem majestatem significant.

10. *Fluvius igneus rapidusque.* Ex Deo quasi ex igneo fonte fluvius igneus emanabat, quo non solum jam gloria, sed etiam pœnæ celeritas, et quasi impetus significatur : sic Psalm. 96, 3, dicitur : *Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos ejus.* — *Millia millium ministrabant ei.* Plurima millia angelorum ministrabant Deo. Millia millium, vel, ut est in græco χιλιαι χιλιαδες, id est, millies millia faciunt unum quem vocant *millionem.* — *Decies millies centena millia.* Id est, mille milliones. Græce, μυριαι μυριαδες, id est, decies millies dena millia, quæ faciunt centum milliones; sed non significatur numerus certus et definitus, sed indefinitus, isque maximus. — *Assistebant ei.* Non significantur diversa angelorum officia, quæ sint *assistere et ministrare*, sed unum et idem; est enim superioris hemistichii repetitio; solent enim qui ministrant adstare domino, et intentos in illum habere oculos, ut jussa capessant. — *Judicium sedit.* Deus, et tota judicum corona, angeli scilicet, ejus quasi assessores. — *Libri aperti sunt.* Significantur accusatorum objecta, et responsiones defendentium patronorum. Indicat ergo in divino judicio adstautibus angelis, de quarta bestia, deque ejus undecimo cornu, hoc est, de romano imperio et Antichristo disputatum, librosque apertos esse, hoc est, allatas in utramque partem rationes. Denique adhibita omni diligentia, et forma judicii servata, pronuntiatum esse quartam bestiam de medio tollendam, regnumque sempiternum Christo tradendum. Similis judicii forma supra descripta est, c. 4, n. 14.

11. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur; et vidi quoniam interfecta esset bestia, et periisset corpus ejus, et traditum esset ad comburendum igni;

12. Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas, et tempora vitæ constituta essent eis usque ad tempus et tempus.

13. Aspiciebam ergo in visione noctis, et ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, et usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus obtulerunt eum.

14. Et dedit ei potestatem, et honorem, et regnum; et omnes populi, tribus, et linguæ ipsi servient; *a* potestas ejus, potestas æterna, quæ non auferetur; et regnum ejus, quod non corrumpetur. [a *Supr.* 3. 100. et 4. 31. *Mich.* 4. 7. *Luc.* 1. 32.]

15. Horruit spiritus meus; ego Daniel territus sum in his, et visiones capitis mei conturbaverunt me.

16. Accessi ad unum de assistentibus, et veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, et docuit me;

17. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna quæ consurgent de terra.

18. Suscipient autem regnum sancti Dei Altissimi; et obtinebunt regnum usque in sæculum, et sæculum sæculorum.

19. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, et terribilis nimis; dentes et ungues ejus ferrei; comede-

11. Je regardais attentivement, à cause du bruit des grandes paroles que cette corne prononçait; et je vis que la bête avait été tuée, et que son corps avait été détruit, et qu'il avait été livré au feu pour être brûlé.

12. Je vis aussi que la puissance des autres bêtes leur avait été ôtée, et que la durée de leur vie leur avait été marquée jusqu'à un temps, et un temps.

13. Je considérais ces choses dans une vision de nuit, et je vis comme le Fils de l'homme qui venait avec les nuées du ciel, qui s'avança jusqu'à l'Ancien des jours; ils le présentèrent devant lui.

14. Et il lui donna la puissance, l'honneur, et le royaume; et tous les peuples, toutes les tribus et toutes les langues le serviront : sa puissance est une puissance éternelle, qui ne lui sera point ôtée, et son royaume ne sera jamais détruit.

15. Mon esprit fut saisi d'étonnement : moi, Daniel, je fus épouvanté de ces choses : et ces visions qui m'étaient représentées me jetèrent dans le trouble.

16. Je m'approchai d'un de ceux qui étaient présents, et je lui demandai la vérité de toutes ces choses; et il m'interpréta ce qui se passait, et me l'enseigna.

17. Ces quatre grandes bêtes, sont quatre royaumes qui s'élèveront de la terre.

18. Mais les saints du Dieu très-haut entreront en possession du royaume; et ils *y* régneront jusqu'à la fin des siècles, et dans les siècles des siècles.

19. J'eus ensuite un grand désir d'apprendre ce que c'était que la quatrième bête, qui était très-différente de toutes les autres, et effroyable au delà de tout ce qu'on peut dire : ses ongles

13. *Filius hominis veniebat.* Ce fils de l'homme est Jésus-Christ. Daniel nous représente son Ascension triomphante. Après avoir vaincu la mort sur la croix, il se présente à son Père qui lui donne l'honneur et la puissance, et il s'assied sur son trône que personne ne peut lui ravir et qu'il occupera dans toute l'éternité. Jésus-Christ s'est appelé lui-même le Fils de l'homme, et quand il a décrit le jugement dernier, il s'est servi des mêmes expressions que Daniel (Matth., XXIV, 30; Marc., XIII, 26, XIV, 62; Luc., XXI, 27).

18. *Suscipient autem regnum sancti.* Il n'est pas nécessaire de reculer, comme le fait Ménochius, l'application de ces paroles jusqu'à la mort de l'Antechrist. Car, depuis que Jésus-Christ est entré dans le ciel le jour de son Ascension, les saints ont pris avec lui possession de leur gloire pour en jouir éternellement.

---

11. *Aspiciebam propter vocem.* Spectabam quem exitum habitura essent verba illa superbiæ et contumeliæ in Deum plena, quæ quartæ bestiæ cornu undecimum, puta Antichristus, loquebatur; ac paulo post vidi bestiam ipsam interimi et igni tradi, id est, vidi romanum imperium prorsus aboleri, et quasi in cinerem redigi.

12. *Aliarum quoque bestiarum.* Vidi etiam tria priora imperia. Scilicet Babyloniorum, Persarum et Græcorum periisse. Occisæ quidem fuerant reliquæ bestiæ ante quartam; sed ideo propheta prius narravit occisam quartam, quia de ea potissimum agebatur, et in eam totus, propter verba plena superbiæ, admiratione defixus erat. — *Et tempora vitæ.* Vide cæteras bestias constituto a Deo tempore periisse, neque a Deo positos excessisse terminos. — *Tempus et tempus.* Suum cuique monarchiæ tempus.

13. *Quasi Filius hominis.* Habens formam et speciem hominis; Christus enim verus Deus est et verus homo. — *Ad antiquum dierum.* Ad thronum Dei Patris. — *Obtulerunt eum.* Angeli ad solium Dei Patris deduxerunt.

14. *Et dedit ei potestatem.* Judicandi et regnandi.

15. *Horruit spiritus meus.* Tam portentoso viso, sicut supra, c. 4, 16, et infra, c. 10, 16. — *Visiones capitis mei.* Quæ mihi per quietem oblatæ fuerant.

16. *De assistentibus.* Angelis.

17. *Consurgent.* Tria ultima; nam primum, scilicet Chaldæorum regnum jam surrexerat.

18. *Suscipient autem regnum.* Regnum adipiscentur, consequentur. — *Sancti Dei altissimi.* Vox *sancti* est nominativi casus, et significatur regnum felix et beatum ad quod sancti evehentur post occisum Antichristum, et post extremum judicii diem.

étaient de fer; elle dévorait, mettait en pièces et foulait aux pieds ce qui avait échappé à sa violence.

20. Je voulus m'enquérir aussi des dix cornes qu'elle avait à la tête, et d'une autre qui lui vint de nouveau, en présence de laquelle trois de ses cornes étaient tombées, et de cette corne qui avait des yeux et une bouche qui prononçait de grandes choses, et cette corne était plus grande que les autres.

21. Et comme je regardais attentivement, je vis que cette corne faisait la guerre contre les saints, et avait l'avantage sur eux,

22. Jusqu'à ce que l'Ancien des jours parut : alors il donna aux saints du Très-Haut la puissance de juger; et le temps étant accompli, les saints entrèrent en possession du royaume.

23. Sur quoi il me dit : La quatrième bête est le quatrième royaume qui dominera sur la terre, et il sera plus grand que tous les autres royaumes : il dévorera toute la terre, il la foulera aux pieds et la réduira en poudre.

24. Les dix cornes de ce même royaume sont dix rois qui régneront : et il s'en élèvera après eux un autre qui sera plus puissant que ceux qui l'auront devancé, et il abaissera trois rois.

25. Il parlera insolemment contre le Très-Haut; il foulera aux pieds les saints du Très-Haut; et il s'imaginera qu'il pourra changer les temps et les lois, les saints seront livrés entre ses mains jusqu'à un temps, *deux* temps et la moitié d'un temps.

26. Mais le jugement se tiendra ensuite, afin que la puissance soit ôtée *à cet homme*, qu'elle soit entièrement détruite, et qu'elle périsse pour jamais;

27. Et qu'en même temps le royaume, la puis-

bat et comminuebat, et reliqua pedibus suis conculcabat;

20. Et de cornibus decem, quæ habebat in capite, et de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua; et de cornu illo, quod habebat oculos, et os loquens grandia, et majus erat cæteris.

21. Aspiciebam, et ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, et prævalebat eis,

22. Donec venit Antiquus dierum, et judicium dedit sanctis Excelsi, et tempus advenit, et regnum obtinuerunt sancti.

23. Et sic ait : Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod majus erit omnibus regnis, et devorabit universam terram, et conculcabit, et comminuet eam.

24. Porro cornua decem ipsius regni decem reges erunt; et alius consurget post eos, et ipse potentior erit prioribus, et tres reges humiliabit.

25. Et sermones contra Excelsum loquetur, et sanctos Altissimi conteret; et putabit quod possit mutare tempora et leges; et tradentur in manu ejus usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis.

26. Et judicium sedebit, ut auferatur potentia, et conteratur, et dispereat usque in finem.

27. Regnum autem, et potestas, et

25. *Et putabit quod possit mutare tempora.* Cette explication confirme l'interprétation de ceux qui ont vu dans cette petite corne, l'image de Mahomet. Il se donna le titre de prophète ou de voyant, il profera des paroles de blasphème contre le Très-Haut, attaqua l'Église ou l'empire des saints, changea la Loi mosaïque et l'Evangile de Jésus-Christ, qu'il remplaça par une législation particulière, celle du Coran, et imposa un calendrier absurde à la crédulité de ses sectaires. Il substitua l'année lunaire à l'année solaire, transféra l'observation du 7e jour au vendredi, et bouleversa ainsi tous les temps. — *Usque ad tempus, et tempora, et dimidium temporis.* Saint Jean emploie les mêmes expressions, et il les traduit tantôt par 42 mois, tantôt par 1260 jours (Apoc., XI, 12, 13). Les interprètes croient que la durée du Mahometisme est déterminée par ces nombres, mais ils sont loin de s'accorder dans leur évaluation.

26. *Et judicium.* La plupart des commentateurs rapportent ceci à la ruine de l'Antechrist, comme le fait Ménochius, et ils croient que le jugement dont il est parlé, est le jugement dernier.

---

21. *Faciebat bellum adversus sanctos.* Regnum Antichristi, Deo ad tempus permittente, sanctos vincebat. Dum ab angelo interpretationem visi petit, alia quædam de undecimo cornu commemorat, quæ ante non dixerat.

22. *Judicium dedit sanctis.* Potestatem judiciariam. Vel sensus est, pro sanctis pronuntiasse, quod italice dicimus : *Dar la sentenza in favore.* — *Tempus advenit.* Quo in regni cœlestis possessionem mitterentur.

24. *Alius consurget.* Antichristus.

25. *Sanctos Altissimi conteret.* In chaldæo *est, jeballe*, id est, *veterascere faciet*, atteret, consumet, ut vestes vetustate consumuntur. In græco est, παλαιωσει, eodem sensu. — *Mutare tempora.* Aliqui de statis temporibus festis, et sunt Pascha, Pentecostes, observatio diei dominicæ, etc. Alii de terminis singulis regnis a Deo præscriptis intelligunt. — *Leges.* Evangelicas et quascumque alias voluerit.— *Tradentur in manu ejus.* Permittetur ei ut circa leges Ecclesiæ, mores et consuetudines illius mutet aliqua. — *Usque ad tempus.* Tempus annum significat; tempora, annos duos; dimidium temporis, anni dimidium, id est, per annos tres cum dimidio. Sic D. Joan. in Apocalypsi, c. 12. 6, quasi Danielis interpres, dicit mulierem, id est, Ecclesiam fugisse in solitudinem per dies mille ducentos sexaginta, quæ dierum summa tres annos et dimidium facit.

26. *Judicium sedebit.* Judices sedebunt, ut supra, n. 10. — *Auferatur potentia.* Quarti regni et Antichristi. — *Dispereat usque in finem.* Penitus aboleatur.

27. *Magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum.* Amplum Ecclesiæ regnum quod per omnem mundi plagam diffundetur. — *Detur populo sanctorum Altissimi.* Cives enim Ecclesiæ militantis fient cives Ecclesiæ triumphantis, et in illam transcribentur.

magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum detur populo sanctorum Altissimi; cujus regnum, regnum sempiternum est, et omnes reges servient ei, et obedient.

28. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus meis conturbabar, et facies mea mutata est in me; verbum autem in corde meo conservavi.

sance et l'étendue de l'empire de tout ce qui est sous le ciel soit donné au peuple des saints du Très-Haut : car son royaume est un royaume éternel, auquel tous les rois seront assujétis avec une entière soumission.

28. Ce fut là la fin de ce qui me fut dit. Moi Daniel, je fus fort troublé ensuite dans mes pensées; mon visage en fut tout changé, et je conservai ces paroles dans mon cœur.

CHAPITRE VIII.

Vision du bélier et du bouc.

1. Anno tertio regni Baltassar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio,

2. Vidi in visione mea, cum essem in Susis castro, quod est in Ælam regione; vidi autem in visione esse me super portam Ulai.

3. Et levavi oculos meos, et vidi; et ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, et unum excelsius altero atque succrescens. Postea

4. Vidi arietem cornibus ventilantem

1. La troisième année du règne du roi Baltassar, j'eus une vision. Moi Daniel, après ce que j'avais vu au commencement,

2. Je vis dans une vision lorsque j'étais au château de Suse qui est au pays d'Elam, et il me parut dans cette vision que j'étais à la porte d'Ulaï.

3. Je levai les yeux, et je vis un bélier qui se tenait devant les marais : il avait les cornes élevées, et l'une l'était plus que l'autre, et croissait peu à peu.

4. Après cela je vis que le bélier donnait des

Cap. VIII. — 1. *Anno tertio regni Baltassar.* La monarchie assyrienne touchait à sa fin, lorsque Daniel eut cette vision. Les Mèdes et les Perses étaient sur le point de la renverser et de se rendre maîtres de Babylone. Le Prophète va décrire les destinées de cette nouvelle dynastie, nommant le peuple qui la subjuguera, annonçant les divisions qui éclateront au sein de cette troisième monarchie, et il fait connaître les épreuves que le peuple de Dieu aura à subir au milieu de ces révolutions. — *In principio.* Au commencement de son règne. Allusion à la vision rapportée au chapitre VII.

2. *Cum essem in Susis castro.* Le pays d'Elam désigne ici l'Elymaïde. L'Hébreu porte : Lorsque j'étais sur le bord du fleuve Ulaï ou Eulie, fleuve qui arrose la Susiane. On voit que Daniel vivait alors loin de la cour. Le changement de dynastie avait amené un changement dans sa position personnelle, comme nous l'avons remarqué dans notre note sur le verset 11 du chapitre V.

3. *Et unum excelsius altero.* Ce bélier représente l'empire des Mèdes et des Perses, on ne peut en douter, puisque Daniel le dit lui-même (vers. 20). Mais nous ne pouvons nous empêcher de faire remarquer la justesse et la précision de ce symbolisme. Ce bélier a deux cornes, pour représenter les deux puissances, les Mèdes et les Perses qui formèrent la seconde monarchie. Ces deux cornes sont inégales, parce que les Perses l'emportèrent sur les Mèdes après le massacre qui eut lieu sous Smerdis le Mage. Les Perses parurent sur la scène après les Mèdes, et la seconde corne, d'après l'Hebreu, s'accrut la dernière. Elle continua toujours à grandir, et l'histoire nous montre en effet les Perses dominant tellement les Mèdes, qu'ils les font oublier.

4. *Ventilantem contra Occidentem, et contra Aquilonem, et contra Meridiem.* Les conquêtes des Perses ne pouvaient être décrites avec plus de précision. Sous Cyrus et ses successeurs, ils se sont rendus maîtres, à l'Ouest, de la Thrace et de l'Asie Mineure; au Nord, d'une partie de la Scythie et des nations voisines de la mer Caspienne; et au Sud, de l'Egypte et de l'Arabie (Voyez dans notre Atlas, la *Carte des monarchies comparées*).

---

28. *Hucusque finis verbi.* Scilicet angeli, quasi dicat : Hic finem dicendi fecit angelus. Vel hactenus visio quæ me valde sollicitum habuit. — *Verbum autem.* Res singulas quas videram diligenter observavi, ut aliis declarare possem. Hactenus Daniel scripsit chaldaice, reliqua vero quæ sequuntur, hebraice.

Cap. VIII. — 1. *Post id quod videram in principio.* Post visionem quatuor bestiarum, de qua capite præcedenti. Innuit hanc visionem pertinere et quasi continuare præcedentem.

2. *Cum essem in Susis.* Cum mihi viderer esse in Susis. Vatablus vertit : *Et in visione circumspiciens, visus sum mihi esse in Susis.* Susæ civitas erat regia Persarum. — *Castro.* Susæ fuit urbs maxima; hic tamen dicitur castrum, quia undique validissimis mœnibus et turribus instar castri erat munita. — *In Ælam regione.* In Perside; hinc Persæ etiam Ælamitæ appellantur. — *Super portam Ulai.* Aliqui, ut Pagninus et Vatablus vertunt, *juxta flumen Ulai.* Utrumque verum esse potest; nam fere portæ quæ ad fluvios sunt ab iis nomen accipiunt.

3. *Ecce aries unus stabat.* Hic est rex Medorum et Persarum, ut explicat angelus n. 20. — *Ante paludem.* Ante portam, vel flumen Ulai et paludem ab eo effectam. — *Cornua excelsa.* Duo cornua, ut indicat vox hebraica numeri dualis. Duo autem cornua sunt duo regna, Medorum scilicet et Persarum. — *Unum excelsius altero.* Nam Persarum cornu, id est, imperium, fuit excelsius regno Medorum.

4. *Ventilantem contra occidentem.* Quia Cyrus ejusque successores in Babylonia, Asia Minore, Græcia, aliisque regionibus, quibus Persia orientalis est, bella gessit; et ad aquilonem, quia Ponticas gentes; et ad meridiem, quia Ægyptum, Æthiopiam et Libyam Cambyses et alii invaserunt. — *Omnes bestiæ.* Reges et principes numeratarum regionum.

coups de corne contre l'Occident, contre l'Aquilon et contre le Midi; et toutes les bêtes ne pouvaient lui résister, ni se délivrer de sa puissance : et il fit tout ce qu'il voulut, et il devint fort puissant.

5. J'étais attentif à ce que je voyais et en même temps un bouc vint de l'Occident sur la face de toute la terre ; il ne touchait pas la terre : et ce bouc avait une corne fort grande entre les deux yeux.

6. Il vint jusqu'à ce bélier qui avait des cornes, que j'avais vu qui se tenait devant la porte; et s'élançant avec une grande impétuosité, il courut à lui de toute sa force.

7. Lorsqu'il fut venu près du bélier, il l'attaqua avec furie, et le perça de coups : il lui rompit les deux cornes, sans que le bélier pût lui résister; et l'ayant jeté par terre, il le foula aux pieds, et personne ne put délivrer le bélier de sa puissance.

8. Le bouc ensuite devint extraordinairement grand : et étant crû, sa grande corne se rompit, et il se forma quatre cornes au-dessous, vers les quatre vents du ciel.

9. Mais de l'une de ces quatre cornes il sor-

contra Occidentem, et contra Aquilonem, et contra Meridiem, et omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu ejus; fecitque secundum voluntatem suam, et magnificatus est.

5. Et ego intelligebam; ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, et non tangebat terram; porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos.

6. Et venit usque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7. Cumque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, et percussit arietem; et comminuit duo cornua ejus, et non poterat aries resistere ei; cumque eum misisset in terram, conculcavit, et nemo quibat liberare arietem de manu ejus.

8. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis; cumque crevisset, fractum est cornu magnum, et orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli.

9. De uno autem ex eis egressum est

5. *Hircus caprarum veniebat ab occidente.* Ce bouc, nous dit Daniel, est le roi des Grecs. On ne pouvait mieux caractériser la marche d'Alexandre. Il vient de l'Occident, et la Macédoine est en effet à l'occident de la Perse. Il s'élance avec une impétuosité à laquelle rien ne résiste, et l'histoire nous montre en effet ce conquérant passant le Granique, terrassant Darius à Ipsus et à Arbelles, et arrivant en deux ou trois bonds jusqu'à Babylone, sans rencontrer une sérieuse résistance.

8. *Et orta sunt quatuor cornua.* Ces quatre cornes sont évidemment les quatre rois qui s'élevèrent après la mort d'Alexandre : Ptolémée, Cassandre, Lysimaque et Séleucus, et qui se formèrent chacun un royaume du démembrement de son empire, l'Egypte, la Macédoine et la Grèce, la Thrace et la Syrie.

9. *Cornu unum modicum.* Cette petite corne est, de l'aveu de tout le monde, Antiochus Epiphanes, roi de Syrie, qui porta ses armes au Midi contre l'Egypte, à l'Orient contre la Perse, et d'après l'Hébreu contre le pays de gloire, c'est-à-dire contre la Judée, qui est ainsi appelée (Jerem., III, 19; Ezech,, XX, 6, 15; Dan., XI, 16, 41).

---

5. *Et ego intelligebam.* Cumque intelligerem et attentus considerarem. — *Hircus caprarum.* Alexander Macedo, qui hircus caprarum dicitur, quia juvenis, hoc est, annorum viginti regnare cœpit. — *Ab occidente.* Ex Macedonia et Græcia, quæ Persidi occidentalis est — *Et non tangebat terram.* Notatur summa Alexandri Magni celeritas in conficiendis bellis. Sic de Camilla Virgilius :

Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

— *Habebat cornu insigne.* In hebræo est, *chasut*, id est, mirabile, insigne, spectabile, miræ magnitudinis. Cornu hoc mirabile significabat miram Alexandri Magni fortitudinem et potentiam. Imo, ut patet ex angeli responsione, n. 21, ipsum Alexandrum; nam hircus significat reges Græcorum in confuso, cornu vero hoc proprie Alexandrum. — *Inter oculos suos.* Significare videtur Macedonum et Alexandri potentiam consilio et prudentia rectam fuisse; hoc enim videtur cornu esse inter oculos.

6. *Usque ad arietem.* Darium regem Persarum. — *In impetu fortitudinis suæ.* Impetu fortissimo et vehementissimo.

7. *Comminuit duo cornua.* Duplex regnum, Macedonum scilicet et Persarum. — *Conculcavit.* Subjecit et vestigalia fecit.

8. *Magnus factus est.* Amplificato ad Persas, Medos et Babylonios imperio : videtur alludere ad cognomentum Alexandri, qui ob rerum gestarum magnitudinem *Magnus* dictus est. — *Fractum est cornu magnum.* Mortuus est Alexander. Quod autem dicit, *fractum*, significat eum violenta morte extinctum esse. — *Quatuor cornua.* Quatuor reges, quos superiore capite, n. 6, memoravi. — *Per quatuor ventos cœli.* Per quatuor mundi plagas, orientem, occidentem, meridiem, septentrionem.

9. *De uno autem ex eis.* De Seleuco, qui Syriæ regnum occupaverat post Alexandri mortem. — *Cornu unum modicum.* Hoc cornu est Antiochus Epiphanes, qui octavus fuit a Seleuco. Dicitur cornu modicum, quia minor natu fuit filius Antiochi Magni, qui cum Annibale contra Romanos pugnavit; dicitur etiam cornu modicum comparatione facta cum Alexandro Macedone. — *Factum est grande contra meridiem.* Profligato Ptolemæo Philometore Ægypti rege. — *Contra orientem.* Devicto Artaxia rege Armeniæ. — *Contra fortitudinem.* In hebræo est, *tsebi*, quod noster vertit, *fortitudinem;* et versu 12, *robur;* c. vero 11, n. 16 et 45, *terram inclytam*, et significat Judæam; nam *tsebi* proprie significat rem tumidam, plenam, turgidam, eminentem, crassam, pinguem, quæ alios in sui desiderium allicit, qualis regio erat Judæa.

cornu unum modicum; et factum est grande contra Meridiem, et contra Orientem, et contra fortitudinem.

10. Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli; et dejecit de fortitudine, et de stellis, et conculcavit eas.

11. Et usque ad principem fortitudinis magnificatum est; et ab eo tulit juge sacrificium, et dejecit locum sanctificationis ejus.

12. Robur autem datum est ei contra juge sacrificium propter peccata; et prosternetur veritas in terra, et faciet, et prosperabitur.

13. Et audivi unum de sanctis loquentem; et dixit unus sanctus alteri nescio cui loquenti : Usquequo visio, et juge sacrificium, et peccatum desolationis quæ facta est; et sanctuarium, et fortitudo conculcabitur?

14. Et dixit ei : Usque ad vesperam et mane, dies duo millia trecenti; et mundabitur sanctuarium.

15. Factum est autem cum viderem

tit une petite qui s'agrandit vers le Midi, vers l'Orient et vers les peuples les plus forts.

10. Il éleva sa grande corne jusqu'aux armées du ciel; et il fit tomber les plus forts, et *ceux qui étaient comme* des étoiles, et il les foula aux pieds.

11. Il s'éleva même jusqu'au prince des forts : il lui ravit son sacrifice perpétuel, et il déshonora le lieu de son sanctuaire.

12. La puissance lui fut donnée contre le sacrifice perpétuel, à cause des péchés : et la vérité sera renversée sur la terre; il entreprendra tout, et tout lui réussira.

13. Alors j'entendis un des saints qui parlait, et un saint dit à un autre que je ne connaissais point, et qui lui parlait : Jusqu'à quand durera *ce qui est marqué par* cette vision, touchant le *violement du* sacrifice perpétuel, et le péché qui causera cette désolation? Jusqu'à quand le sanctuaire et la force seront-ils foulés aux pieds?

14. Et il lui dit : Jusqu'à deux mille trois cents jours, *composés du* soir et *du* matin : et après cela le sanctuaire sera purifié.

15. Moi Daniel, lorsque j'avais cette vision,

10. *Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli.* La persécution d'Antiochus est ici parfaitement caractérisée. Il attaqua le peuple de Dieu, fit tomber des étoiles, c'est-à-dire apostasier quelques-uns des principaux d'entre les Juifs, s'éleva contre Dieu même, appelé par le Prophète le Prince de la force, fit interrompre dans le temple de Jerusalem le sacrifice perpétuel, souilla le sanctuaire, pilla le trésor sacré, pervertit le peuple, s'efforça de renverser la loi de Moïse par les siennes, établit l'idolâtrie dans Jérusalem et la Judée, et renversa le règne de la vérité.

14. *Dies duo millia trecenti.* La durée de la persécution d'Antiochus est fixée ici avec une précision admirable. Ces 2,300 jours font six ans et demi, selon le calcul des années lunaires de 354 ou 355 jours, et comprennent le temps qui s'est écoulé de l'an 143, au moment où Antiochus marcha contre Israël et se rendit maître de Jérusalem (I. Mach., I, 21), jusqu'à l'année 149, de l'ère des Séleucides, qui est celle de la mort de ce prince impie (I. Mach., VI, 16).

---

10. *Usque ad fortitudinem cœli.* In hebræo est, *usque ad exercitum cœli.* Judæos vocat exercitum aut fortitudinem cœli, quia Deo duce bellum gerebant. Significat ergo Antiochum non solum hominum, sed etiam Dei exercitum vicisse, non quod fortior Deo fuerit, sed quod Deus exercitum suum, ejus offensus peccatis, defendere noluerit. — *Dejecit de fortitudine.* De exercitu Judæorum multos prostravit. * Multos etiam ad idololatriam compulit. I. Machab., 1. 45; et II. Mach., 4, 14. — *De stellis.* Stellas vocat Judæos illustres nobilitate, doctrina et pietate, quos Antiochus vel nimis a patria lege abduxit, vel constantes in ea necavit. — *Conculcavit.* Gravi dominatu pressit.

11. *Et usque ad principem fortitudinis.* Non solum contra Judæos, sed contra Deum ipsorum principem ausus est erigere se. Conatus enim est veram religionem abolere, et idololatriam inducere. * Vel Oniam intelligit sacerdotem maximum, quem pontificia dignitate exuit et summum sacerdotium pretio vendidit. II, Machab., 4, 10. — *Ab eo tulit juge sacrificium.* Vetuit Deo sacrificari agnum mane et vespere, quod erat juge sacrificium. — *Dejecit locum sanctificationis.* Antiochus non combussit, nec diruit templum, sed illud dejecit de suo gradu et honore, ne esset templum Dei, quia illud profanavit, et Jovi dedicavit.

12. *Robur autem datum est* Antiocho permissum est a Deo ut juge sacrificium auferret, templum profanaret, propter populi peccati. — *Prosternetur veritas.* Veritatem appellat divinam legem, quam pene totam Antiochus abolevit. — *Faciet, et prosperabitur.* Faciet quidquid voluerit, et Deo ita permittente, bene illi res succedent.

13. *Et audivi unum de sanctis.* Angelum quemdam ex illis quos Deo assistere dixit superiori cap., n. 9 et 10. — *Nescio cui loquenti.* Cuidam, qui cum illo loquebatur, alteri angelo, cujus nomen ignoro. In hebræo est, *peloni*, quæ vox italicæ phrasi respondet, qua dicimus, *il tale.* Hispani, *fulano.* — *Usquequo visio, et juge sacrificium.* Quandiu sacrificium juge, quod Daniel ab Antiocho sublatum vidit, sublatum manebit. — *Et peccatum desolationis.* Desolatio urbis, quæ propter peccata populi facta est. — *Et sanctuarium.* Templum Dei. — *Fortitudo.* Populus et exercitus Judæorum, usquequo proteretur et conculcabitur.

14. *Usque ad vesperam et mane.* Usque ad diem illam, qua scilicet finietur desolatio Antiochi, erunt dies 2300; dies enim naturalis per vesperam et mane, quasi per sui finem et principium, describitur, Genes., 1, 5. Alludit etiam ad juge sacrificium quod erit hoc die restituendum; illud enim offerebatur tam vespere quam mane, ideo dicit, *usque ad vesperam et mane*, potius, quam *usque ad diem illum.* — *Dies duo millia trecenti.* Anni sex menses quatuor, dies viginti.

15. *Quasi species viri.* Angelus erat specie humana, quem Hebræi Gabrielem fuisse putant. Vide Infra, c. 9, n. 21.

et que j'en cherchais l'intelligence, il se présenta devant moi comme une figure d'homme.

16. Et j'entendis la voix d'un homme à *la porte d'*Ulaï, qui cria, et qui dit : Gabriel, faites-lui entendre cette vision.

17. En même temps Gabriel vint, et se tint au lieu où j'étais ; et lorsqu'il fut venu à moi je tombai le visage contre terre, tout tremblant de crainte ; et il me dit : Comprenez bien, fils de l'homme, parce que cette vision s'accomplira à la fin, en son temps.

18. Et lorsqu'il me parlait encore, je tombai le visage contre terre : alors il me toucha, et m'ayant fait tenir debout,

19. Il me dit : Je vous ferai voir ce qui doit arriver au dernier jour de la malédiction, parce que le temps s'accomplira enfin :

20. Le bélier que vous avez vu, qui avait des cornes, est le roi des Perses et des Mèdes.

21. Le bouc est le roi des Grecs ; et la grande corne qu'il avait entre les deux yeux est le premier de leurs rois.

22. Les quatre cornes qui se sont élevées après que la première a été rompue, sont les quatre rois qui s'élèveront de sa nation, mais non avec sa force.

23. Et après leur règne, lorsque les iniquités se seront accrues, il s'élèvera un roi qui aura l'impudence sur le front, qui entendra les paraboles et les énigmes.

24. Sa puissance s'établira, mais non par ses forces : et il fera un ravage étrange, et au delà de toute croyance : il réussira *dans tout ce qu'il*

ego Daniel visionem, et quærerem intelligentiam ; ecce stetit in conspectu meo quasi species viri.

16. Et audivi vocem viri inter Ulai ; et clamavit, et ait : Gabriel fac intelligere istam visionem.

17. Et venit, et stetit juxta ubi ego stabam ; cumque venisset, pavens corrui in faciem meam, et ait ad me : Intellige, fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio.

18. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram ; et tetigit me, et statuit me in gradu meo,

19. Dixitque mihi : Ego ostendam tibi quæ futura sunt in novissimo maledictionis ; quoniam habet tempus finem suum.

20. Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum.

21. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est ; et cornu grande, quod erat inter oculos ejus, est rex primus.

22. Quod autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo ; quatuor reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus.

23. Et post regnum eorum, cum creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones ;

24. Et roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis ; et supra quam credi potest, universa vastabit, et pro-

19. *In novissimo maledictionis.* L'Hébreu porte : « Je vous ferai voir ce qui doit arriver dans les derniers temps de mon indignation : » Car la fin de tous ces maux viendra au temps marqué.

23. *Rex impudens facie.* Le caractère d'Antiochus est ici parfaitement dépeint. Mais si l'on ne peut pas entendre ici autre chose, nous croyons que c'est une raison pour rejeter l'interprétation de D. Calmet et du P. Houbigant, qui ont fait violence au texte de la vision des quatre bêtes, pour y voir le démembrement de l'empire d'Alexandre, et appliquer à Antiochus ce qui convient à notre avis à Mahomet. Ils font inutilement un double emploi et supposent dans le Prophète une espèce de redite qui ne doit pas exister.

---

16. *Audivi vocem viri.* Angeli humana specie, humanam etiam vocem referentis. Hebræi putant fuisse Michaelem. — *Inter Ulai.* Inter portas vel ripas Ulai, ubi in spiritu consistebat Daniel, ut dictum est n. 2. — *Fac intelligere istam visionem.* Fac ut Daniel visionem illi objectam intelligat.

17. *In tempore finis.* Tempore definito et constituto a Deo.

18. *Collapsus sum.* Videtur Daniel bis in terram cecidisse, primo ad præsentiam, secundo ad vocem angeli. — *Tetigit me.* Solo tactu vires mihi restituit.

19. *Quæ futura sunt in novissimo maledictionis.* In hebræo est, quæ futura sunt in extremo iræ ; cum scilicet ira Dei, quam ipse jam cohibet ; peccatis irritata ad summum pervenerit, et in ultionem eruperit. — *Quoniam habet tempus finem suum.* Tempus enim quo res fiat ab eo definitum est, et suam periodum certam habet.

21. *Rex primus.* Regni potentia insignis.

22. *Sed non in fortitudine ejus.* Nequaquam potentia cum illo conferendi.

23. *Post regnum eorum.* Quatuor primorum, qui Alexandro proxime successerunt. — *Cum creverint iniquitates.* Judæorum, ita ut earum mensura completa Deus permittat Antiochum sævire in Judæos. De peccatis hisce vide I. Machab., 1, 12 et sequent. — *Consurget.* Non proxime, sed remote ; sex enim reges medii intercesserunt, regnaruntque per annos plus quam centum. — *Rex impudens facie.* Antiochus homo impius, qui neque homines neque Deum reveretur. — *Intelligens propositiones.* In hebræo est, *chidot*, ænigmata, strophas, versutias, id est, astutus, callidus, sagax, ut Prov., 1, 6, dicitur : *Animadvertet parabolam et interpretationem, verba sapientum, et ænigmata eorum.* Sciebat Antiochus quibus artibus Judæorum multi a vera religione abduci possent.

24. *Roborabitur.* Crescet ejus potentia ; ex homine enim privato factus est rex, et regnum adeptus, illud longe lateque amplificavit. — *Non in viribus suis.* Sed permissu Dei volentis punire per eum peccata Judæorum, ut dixit n. 12. — *Et faciet.* Perficiet scelera animo destinata, parem habebit manum ingenio, et opera paria suis versutiis. — *Robustos.* Judæos, fortissimam gentem, quam aliter quam irato Deo vincere non potuisset.

sperabitur, et faciet. Et interficiet robustos, *a* et populum sanctorum. [a *Marc.* 1. 53. *seq.*]

25. *a* Secundum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manu ejus; et cor suum magnificabit, et in copia rerum omnium occidet plurimos; et contra principem principum consurget, et sine manu conteretur. [a *II. Mach. cap.* 6. *et al. I. Mach.* 6. 8. *seq. II. Mach.* 9. 5. *seq.*]

26. Et visio vespere et mane, quæ dicta est, vera est; tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit.

27. Et ego Daniel langui, et ægrotavi per dies; cumque surrexissem, faciebam opera regis, et stupebam ad visionem et non erat qui interpretaretur.

entreprendra; il fera mourir, selon qu'il lui plaira, les plus forts, et le peuple des saints :

25. Il conduira avec succès tous ses artifices et toutes ses tromperies : son cœur s'enflera de plus en plus ; et se voyant comblé de toutes sortes de prospérités, il en fera mourir plusieurs : il s'élèvera contre le prince des princes ; et il sera enfin réduit en poudre, sans la main des hommes.

26. Cette vision du soir et du matin, qui vous a été représentée, est véritable : scellez donc cette vision, parce qu'elle n'arrivera qu'après beaucoup de jours.

27. Après cela, moi Daniel, je tombai dans la langueur, et je fus malade pendant quelques jours : et m'étant levé, je travaillais aux affaires du roi; et j'étais dans l'étonnement, en pensant à cette vision, sans trouver personne qui pût me l'interpréter.

CHAPITRE IX.

Prophétie des soixante-dix semaines.

1. In anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum;

1. La première année de Darius, fils d'Assuérus, de la race des Mèdes, qui régna dans l'empire des Chaldéens.

26. *Et visio vespere et mane.* Cette vision est ainsi appelée, par allusion au sacrifice perpétuel du soir et du matin qui devait être encore une fois interrompu. — *Post multos dies erit.* D'après les auteurs de *l'Art de vérifier les dates*, cette vision eut lieu l'an 550 avant Jésus-Christ. Antiochus étant mort l'an 149, Daniel se trouvait à plus de 400 ans de distance des événements qu'il prédisait.

27. *Langui et ægrotavi per dies.* Daniel avait senti combien est amer le pain de l'exil. Sa haute intelligence ne l'avait pas mis à l'abri des cruautés et des caprices du vainqueur. Il voit dans l'avenir les nouvelles épreuves qui attendent son pays, les persécutions qu'il aura encore à subir. Le sacrifice perpétuel sera de nouveau interrompu, le temple profané. Ces pensées remplissent de tristesse l'âme du Prophète. — *Et non erat qui interpretaretur.* La vision prophétique, fait l'effet de la vue se portant sur un objet éloigné. Le Prophète a vu en masse les révolutions qu'il vient de prédire, comme on verrait en gros un édifice dont on serait fort éloigné. Les details lui échappent. Il désirerait connaître les noms des personnages qui figureront dans ce drame, les batailles qui seront livrées, et voir se dérouler sous ses yeux le détail des faits dont l'histoire nous donne aujourd'hui le tableau. Mais il ne se trouve personne pour lui donner ces lumières nouvelles. On devait même comprendre difficilement ce qu'il venait de dire, puisqu'il parlait de royaumes qui n'existaient pas encore. La Grèce était alors dans l'enfance, la Macédoine ne figurait pas parmi les nations, et l'empire des Séleucides qui devait être si funeste aux Juifs ne devait paraître qu'après la ruine du grand empire d'Alexandre.

Cap. IX — 1. *In anno primo Darii filii Assueri.* Ce Darius est le même que Darius le Mède, dont il est parlé au chapitre V, vers. 31.

---

25. *Secundum voluntatem suam.* Necte cum proxime præcedentibus, ut sensus sit : interficiet robustos secundum voluntatem suam, id est, pro suo arbitrio ac libidine. — *Dirigetur dolus in manu ejus.* Quidquid sceleris animo designaverit, prospere perficiet. — *Et in copia rerum omnium.* Cum copia rerum omnium sit abundaturus ad male agendum opportunarum. — *Contra principem principum.* Contra Deum ipsum et templum ejus, contra Regem regum et Dominum dominantium. * Princeps principum dici potest summus sacerdos, cui principes et capita sacerdotalium familiarum subjiciebantur. — *Sine manu conteretur.* Non occidetur ab hominibus, sed a Deo. Vide II. Machab., c. 9, n. 5, ubi Antiochus insanabili morbo a Deo correptus, diuturnaque tabe consumptus fuisse dicitur.

26. *Et visio vespere et mane.* Vespere et mane genitivi sunt; quasi dicat : Visio illa bis mille trecentorum dierum, de qua dictum est n. 14, vera erit. — *Visionem signa.* Apud te reserva, et annota, neque de ea dubites, quamvis longo tempore ejus effectum differri videas; suo enim tempore veniet.

27. *Langui, et ægrotavi.* Magnitudine visus consternatis et exhaustis viribus. — *Cumque surrexissem.* E lecto; cum convaluissem. — *Non erat qui interpretaretur.* In particulari, nomina, tempus, aliasque circumstantias visionis meæ quæ erat de rebus futuris; eam enim in generali tantum angelus fuerat interpretatus. n. 20. Vatablus ex hebræo, et LXX vertunt, *et non erat qui intelligeret*, et sensus esse potest : nemo sciebat quid obstupescerem, quid haberem in animo, quæ causa esset morbi, etc.

Cap. IX. — 1. *In anno primo Darii.* Quo scilicet expugnata Babylone cœpit regnare ut monarcha, qui fuit annus 70 et ultimus captivitatis Babylonicæ, idemque annus mundi 3467, ante Christi vero nativitatem 537. Hoc ergo anno Daniel cognovit hasce 70 hebdomadas usque ad Christum ducem, id est usque Christi baptismum, superesse. — *Assueri.* Hebraice *Achasueros*, quæ vox componitur ex duabus, *magnus* et *caput*, significantibus; quasi dicas : Magnus capitaneus; princeps : sic Turcæ imperatorem suum appellant *magnum dominum*, *il*

2. La première année de son règne, moi Daniel, j'eus par la lecture des livres l'intelligence du nombre des années que devait durer la désolation de Jérusalem dont le Seigneur a parlé au prophète Jérémie, qui était de soixante-dix ans.

3. J'arrêtai *mes yeux et* mon visage sur le Seigneur mon Dieu, pour le prier et le conjurer dans les jeûnes, le sac et la cendre.

4. Et je priai le Seigneur mon Dieu, je lui confessai mes fautes, et je lui dis : Ecoutez ma prière, ô Seigneur Dieu grand et terrible, qui gardez votre alliance et votre miséricorde envers ceux qui vous aiment et qui observent vos commandements.

5. Nous avons péché, nous avons commis l'iniquité, nous avons fait des actions impies, nous nous sommes retirés de vous, et nous nous sommes détournés de vos préceptes et de vos ordonnances.

6. Nous n'avons point obéi à vos serviteurs les prophètes qui ont parlé en votre nom à nos rois, à nos princes, à nos pères, et à tout le peuple de la terre.

7. La justice est à vous, ô Seigneur! et pour nous, il ne nous reste que la confusion de notre visage, qui couvre aujourd'hui les hommes de Juda, les habitants de Jérusalem, et tous les enfants d'Israël, et ceux qui sont près, et ceux qui sont éloignés, dans tous les pays où vous les avez chassés, à cause des iniquités qu'ils ont commises contre vous.

8. Il ne nous reste, Seigneur, que la confusion de notre visage, à nous, à nos rois, à nos princes et à nos pères qui ont péché.

9. Mais à vous qui êtes le Seigneur notre Dieu,

2. Anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in libris *a* numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni. [a *Jerem.* 25. 11. et 29. 10.]

3. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare et deprecari in jejuniis, sacco, et cinere.

4. Et oravi Dominum Deum meum, et confessus sum, et dixi : *a* Obsecro, Domine Deus magne et terribilis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus te, et custodientibus mandata tua. [a *II. Esdr.* 1. 5.]

5. *a* Peccavimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, et recessimus; et declinavimus a mandatis tuis, ac judiciis. [a *Baruc.* 1. 17.]

6. Non obedivimus servis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniquæ populo terræ.

7. Tibi, Domine, justitia; nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Juda, et habitatoribus Jerusalem, et omni Israel, his qui prope sunt, et his qui procul in universis terris, ad quas ejecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccaverunt in te.

8. Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, et patribus nostris, qui peccaverunt.

9. Tibi autem Domino Deo nostro mi-

2. *In libris numerum annorum.* Par le mot de *livres*, Daniel entend les livres saints. C'est ainsi que nous les appelons, *la Bible*, ou le livre par excellence. On était alors en l'an 536 avant Jésus-Christ. Daniel avait été emmené en captivité par Nabuchodonosor sous le règne de Joakim, l'an 606. Il y avait donc 70 ans qu'il vivait en exil. Jérémie ayant dit que la captivité ne durerait que 70 ans, Daniel craignant que les iniquités de son peuple n'aient fait reculer l'époque de sa délivrance, adresse à Dieu une fervente prière, pour le conjurer d'accomplir la promesse qu'il leur a faite par son Prophète.

4. *Et confessus sum, et dixi.* Cette prière est un modèle d'humilité et de contrition. Tous les sentiments que nous exigeons du pécheur pour obtenir le pardon de ses fautes, y sont admirablement exprimés. On y trouve l'aveu humble du péché, la contrition et le ferme propos qu'ils doivent inspirer, l'amour que la bonté de Dieu doit nous inspirer, la nécessité de la grâce, tout ce que saint Paul lui-même requiert pour la justification du chrétien.

9. *Misericordia, et propitiatio.* Nous espérons, dit le P. de Carrières dans sa paraphrase, recevoir de vous la grâce et la miséricorde de la réconciliation, mais par un pur effet de votre bonté. Car pour nous, nous sommes indignes de toute grâce, puisque nous nous sommes retirés de vous, etc.

---

gran signore. Itaque *Assuerus* non tam fuit nomen proprium, quam agnomen commune, quod illustribus aliquibus regibus Medorum et Persarum tributum fuit. Hic ergo Assuerus pater Darii Medi fuit Astyages, avus Cyri. — *Qui imperavit super regnum Chaldæorum.* Quod occupaverat Babylone expugnata, et Baltassar rege occiso.

2. *Anno uno.* Anno primo. Notus est hebraismus. — *Intellexi in libris.* Cognovi ex lectione Jeremiæ, c. 25, 11, 12; et c. 20, 10; nec enim propheta tantus, etiam postquam colloquia cum angelis miscuerat, prophetæ alterius scripta legere dedignabatur. — *Ut complerentur desolationes, etc.* Significans fore ut desolatio Jerusalem finem haberet, et tandem restauraretur.

3. *Posui faciem meam ad Dominum.* Converti faciem meam ad Jerusalem et ad templum in quo Dominus habitare solet.

4. *Confessus sum.* Tum peccata mea et populi, tum Dei misericordiam, eamque imploravi. — *Custodiens pactum.* Fidelis in promissis. Fideliter custodiens, et præstans pacto promissam misericordiam.

5. *Recessimus.* Hebr., *rebellavimus.* — *Judiciis.* Lege tua.

7. *Tibi, Domine, justitia.* Convenit, tu justus es, et justissime nos punis ob peccata nostra. — *Nobis autem confusio faciei.* Nobis debetur confusio et ignominia propter peccata nostra. Merito confundimur, viles sumus et abjecti propter peccata nostra. — *Sicut est hodie viro Juda.* Sicut hodie res ipsa declarat nos scelerum pœnas dare. — *Viro Juda.* Judæis ostendit dies hæc, et præsentes calamitates.

8. *Nobis confusio faciei.* Debetur. Hæc repetitio affectum indicat, et pondus addit orationi.

9. *Tibi... misericordia, et propitiatio.* Scilicet convenit; te decet nostri misereri.

sericordia et propitiatio, quia recessimus a te;

10. Et non audivimus vocem Domini Dei nostri, et ambularemus in lege ejus, quam posuit nobis per servos suos prophetas.

11. Et omnis Israel prævaricati sunt legem tuam, et declinaverunt ne audirent vocem tuam, et stillavit super nos maledictio, et detestatio, *a* quæ scripta est in libro Moysi servi Dei, quia peccavimus ei. [a *Levit.* 26. *Deut.* 28.]

12. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos, et super principes nostros, qui judicaverunt nos, ut superinduceret in nos magnum malum, quale nunquam fuit sub omni cœlo, secundum quod factum est in Jerusalem.

13. *a* Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos; et non rogavimus faciem tuam, Domine Deus noster, ut reverteremur ab iniquitatibus nostris, et cogitaremus veritatem tuam. [a *Deut.* 27. 14.]

14. Et vigilavit Dominus super malitiam, et adduxit eam super nos; justus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit; non enim audivimus vocem ejus.

15. *a* Et nunc, Domine Deus noster, *b* qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, et fecisti tibi nomen secundum diem hanc; peccavimus, iniquitatem fecimus. [a *Baruc.* 2. 11. || *Exod.* 14. 22.]

16. Domine, in omnem justitiam tuam, avertatur, obsecro, ira tua, et furor tuus a civitate tua Jerusalem; et monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, et iniquitates patrum nostrorum, Jerusalem et populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.

17. Nunc ergo exaudi, Deus noster, orationem servi tui, et preces ejus;

appartiennent la miséricorde et la grâce de la réconciliation, car nous nous sommes retirés de vous;

10. Et nous n'avons point écouté la voix du Seigneur notre Dieu, pour marcher dans la loi qu'il nous avait prescrite par ses serviteurs les prophètes.

11. Tout Israël a violé votre loi : ils se sont détournés pour ne point écouter votre voix; et cette malédiction et cette exécration qui est écrite dans la loi de Moïse, serviteur de Dieu, est tombée sur nous parce que nous avons péché contre Dieu.

12. Le Seigneur a accompli ses oracles qu'il a prononcés contre nous et contre nos princes qui nous ont jugés pour faire fondre sur nous ces grands maux qui ont accablé Jérusalem, *maux* auxquels on n'a jamais rien vu de semblable sous le ciel.

13. Tous ces maux sont tombés sur nous, selon qu'il est écrit dans la loi de Moïse : et nous ne nous sommes point présentés devant votre face pour vous prier, ô Seigneur notre Dieu! de nous retirer de nos iniquités, et de nous appliquer à la connaissance de votre vérité.

14. Ainsi l'œil du Seigneur a été ouvert et attentif aux maux *que nous méritions*, et il les a faits fondre sur nous : le Seigneur notre Dieu est juste dans toutes les œuvres qu'il a faites, parce que nous n'avons point écouté sa voix.

15. *Je confesse donc* maintenant, ô Seigneur notre Dieu! qui avez tiré votre peuple de l'Egypte avec une main puissante, et qui vous êtes acquis alors un nom qui dure encore aujourd'hui, *que* nous avons péché, *que* nous avons commis l'iniquité.

16. Mais je vous conjure selon toute votre justice, Seigneur, que votre colère et votre fureur se détournent de votre cité de Jérusalem, et de votre montagne sainte; car Jérusalem et votre peuple sont aujourd'hui en opprobre à toutes les nations qui nous environnent; à cause de nos péchés et des iniquités de nos pères.

17. Ecoutez donc maintenant, ô notre Dieu! les vœux et les prières de votre serviteur : faites

12. *Et statuit sermones suos.* Loin de voiler aux yeux des justes l'action de la Providence, les épreuves qu'ils subissaient ne servaient qu'à la leur rendre plus sensible. Car, à l'exemple de Daniel, ils ne voyaient dans tous ces maux que l'accomplissement des oracles de Moïse et des autres prophètes.

---

11. *Stillavit super nos maledictio. Supervenit super nos maledictio,* ut habent LXX. Respicit comminationes et exsecrationes quæ lege Mosis, contra transgressores habentur, Levit., 26, 16 : Deuter., c. 27, 14. Noster vertit, *stillavit*, quia Deus iram suam misericordia temperans, quasi guttatim effundit. — *Detestatio.* Execratio.

12. *Et statuit.* Confirmavit immittendo plagas, quas comminatus est. — *Qui judicaverunt nos.* — Gubernarunt nos. *Secundum quod factum est.* Quale factum est.

13. *Sicut scriptum est.* Levit., 26, et Deut., 27 et 28, ubi recensentur benedictiones servantium divinas leges, et violantium pœnæ. — *Faciem tuam.* Te. — *Reverteremur.* Pœnitentiam peccatorum agentes. — *Cogitaremus veritatem tuam.* Ut studeremus justitiæ, id est, legi tuæ; hæc enim est veritas practica; vel *veritas* idem est quod justitia vitæ.

14. *Vigilavit Dominus super malitiam.* Acceleravit pœnas, more eorum qui vigiles et solliciti aliquid faciunt : malitia hic significat non culpam, sed illius pœnam.

15. *Fecisti tibi nomen secundum diem hanc.* Nomen inclytum et gloriosum, quale nunc habes.

16. *In omnem justitiam tuam.* Scilicet peccavimus. Vel juxta omnem justitiam tuam punimur, et patimur, juste hæc mala captivitatis. — *Monte sancto.* Sion.

17. *Ostende faciem tuam.* In hebræo est : *Illumina, illustra faciem tuam*, id est, benigno ac pacato vultu respice templum tuum, ut illud restaures. — *Propter temetipsum.* Propter tuam immensam bonitatem et clementiam, non propter merita nostra : non quod nos hoc mereamur, sed quia tu optimus es et clementissimus.

reluire votre face sur votre sanctuaire qui *est* tout désert; *et faites-le pour vous-même.*

18. Abaissez, mon Dieu, votre oreille jusqu'à nous, et nous écoutez: ouvrez les yeux et considérez notre désolation et la ruine de cette ville qui a eu la gloire de porter votre nom : car ce n'est point par confiance en notre propre justice que nous vous offrons nos prières, en nous prosternant devant vous; mais c'est dans la vue de la multitude de vos miséricordes.

19. Exaucez-nous, Seigneur; Seigneur, apaisez votre colère, jetez les yeux sur nous, et agissez : ne différez plus, mon Dieu, pour *l'amour de* vous-même, parce que cette ville et ce peuple *sont à vous*, *et* ont la gloire de porter votre nom.

20. Lorsque je parlais encore et que je priais, et que je confessais mes péchés et les péchés d'Israël, mon peuple; et que, dans un profond abaissement, j'offrais mes prières en la présence de mon Dieu pour sa montagne sainte :

21. Lors, dis-je, que je n'avais pas encore achevé les paroles de ma prière; Gabriel, que j'avais vu au commencement dans la vision, vola tout d'un coup à moi, et me toucha au temps du sacrifice du soir.

22. Il m'instruisit, il me parla et me dit : Daniel, je suis venu maintenant pour vous enseigner et pour vous donner l'intelligence.

23. Dès le commencement de votre prière j'ai reçu cet ordre, et je suis venu pour vous découvrir toutes choses, parce que vous êtes un homme de désirs : soyez donc attentif à ce que je vais vous dire, et comprenez cette vision.

24. Dieu a abrégé le temps à soixante et dix semaines, en faveur de votre peuple et de votre ville sainte : afin que les prévarications soient abolies, que le péché trouve sa fin, que l'iniquité

et ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est propter temetipsum.

18. Inclina, Deus meus, aurem tuam, et audi; aperi oculos tuos, et vide desolationem nostram, et civitatem, super quam invocatum est nomen tuum; neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

19. Exaudi, Domine; placare, Domine, attende et fac; ne moreris propter temetipsum, Deus meus; quia nomen tuum invocatum est super civitatem, et super populum tuum.

20. Cumque adhuc loquerer, et orarem, et confiterer peccata mea, et peccata populi mei Israel, et prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei:

21. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, *a* quem videram in visione a principio, cito volans tetegit me in tempore sacrificii vespertini. [a *Supr.* 8. 16.]

22. Et docuit me, et locutus est mihi, dixitque : Daniel, nunc egressus sum ut docerem te, et intelligeres.

23. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es; tu ergo animadverte sermonem, et intellige visionem.

24. *a* Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, et super urbem sanctam tuam, ut consummetur prævaricatio, et finem accipiat pecca-

18. *Sed in miserationibus tuis multis.* Nous ne sommes rien que péché et misère, et au lieu de nous appuyer sur nos œuvres, nous ne pouvons nous reposer que sur votre infinie miséricorde. On ne peut exprimer plus nettement la gratuité du pardon qu'il sollicite.

21. *In tempore sacrificii vespertini.* A la neuvième heure du jour, vers trois heures après midi.

22. *Et intelligeres.* L'intelligence des mystères de l'avenir.

24. *Septuaginta hebdomades.* Daniel avait demandé à Dieu la délivrance des Juifs, mais à cette occasion, le Seignenr lui envoie l'ange Gabriel pour lui faire connaître l'epoque à laquelle aura lieu la délivrance générale de l'humanité par le Christ. Tout le monde convient

---

18. *Super quam invocatum est nomen tuum.* In qua erat templum ubi nomen tuum invocabatur. Vel quæ de nomine tuo vocabatur civitas Dei, ut Psal. 47, 2; et 100, 8. — *Prosternimus preces.* Supplices tibi preces offerimus, aut precabundi nos ante conspectum tuum projicimus. Hebr. ut Jerem., 38, 26; et 42, 9; et infra, n. 20. — *In miserationibus tuis multis.* Spem nostram constituimus.

19. *Attende et fac.* Audi et exaudi. — *Ne moreris.* Ne proroges tempus captivitatis nostræ, quamvis id peccata nostra mereantur; sed libera nos propter temetipsum, id est, propter bonitatem et clementiam tuam. — *Nomen tuum invocatum est.* Vide dicta versiculo superiore.

20. *Prosternerem preces.* Vide dicta supra, n. 18.

21. *Vir Gabriel.* Angelus Gabriel viri specie. — *Quem videram in visione a principio.* In prima visione qua vidi quatuor bestias, quas ille mihi exposuit, c. 8, n. 15 et 16. — *Cito volans.* Quem virum vocavit, nunc cito volavisse dicit; quare indicat illum in humana specie alas habuisse, ut solet Ecclesia angelos pingere, et Salomon in templo pinxit cherubinos, Exod., 25.* Alis significatur celeritas ministerii. — *Tetigit me.* Ut me ad attentionem excitaret. * Vel ad robur addendum. — *In tempore sacrificii vespertini.* Vespere, sub illud tempus quo solebat in templo offerri juge sacrificium vespertinum.

23. *Egressus est sermo.* Decreta est a Deo legatio, ut docereris, et ego ad te venirem, et tempus adventus Christi docerem. — *Quia vir desideriorum es.* * Symmachus vertit, ἀνὴρ ἐπιθυμητής, vir desiderabilis, amabilis, amore dignus. Quia Deo charus es. Vel active, quia magno desiderio ac studio salutis populi teneris. Uterque sensus apte convenit, et consentaneus est modo loquendi Hebræorum.

24. *Septuaginta hebdomades.* Non dierum sed annorum, quæ conficiunt annos 490. — *Abbreviatæ sunt.* Breves et paucæ decretæ sunt; quasi dicat : Quod attinet ad salutem urbis et populi tui, statutæ sunt septuaginta annorum hebdomadæ, quibus evolutis aderit Christus. —

tum, et deleatur iniquitas, et adducatur justitia sempiterna, et impleatur visio, et prophetia, et ungatur Sanctus sanctorum. [a *Joan.* 1. 45.]

25. Scito ergo, et animadverte : Ab exitu sermonis, ut iterum ædificetur Jerusalem, usque ad Christum ducem, hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt; et rursum ædificabitur platea, et muri in angustia temporum.

26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus; et non erit ejus populus qui eum negaturus est. Et civitatem et sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo; et finis ejus vastitas, et post finem belli statuta desolatio.

soit effacée, que la justice éternelle vienne *sur la terre*, que les visions et les prophéties soient accomplies; et que le Saint des saints, soit oint.

25. Sachez donc ceci, et gravez-le dans votre esprit : depuis l'ordre qui sera donné pour rebâtir Jérusalem, jusqu'au Christ, *qui sera le* chef *de mon peuple,* il y aura sept semaines et soixante et deux semaines. Les places et les murailles seront bâties de nouveau parmi des temps fâcheux *et* difficiles.

26. Et après soixante et deux semaines, le Christ sera mis à mort; et le peuple qui doit le renoncer ne sera plus son peuple. Un peuple, avec son chef qui doit venir, détruira la ville et le sanctuaire : elle finira par une ruine entière; et la désolation à laquelle elle a été condamnée lui arrivera vers la fin de la guerre.

que ces 70 semaines sont des semaines d'années. D'abord, s'il s'agissait de semaines de jours, 70 semaines feraient 490 jours, c'est-à-dire un an et 4 mois; c'est un espace évidemment trop court pour l'accomplissement des événements qui sont ici annoncés. Il faut donc entendre par ces 70 semaines, des semaines d'années, et y voir un espace de 490 ans. Cette manière de compter n'avait rien d'insolite pour les Juifs. Car ils avaient deux sortes de semaines; une semaine de jours comme la nôtre : *Sex diebus operaberis... et requievit in die septimo* (Ex., XX, 9-11); et une semaine d'années. Cette semaine, qu'on appelait la semaine sabbatique, se composait de six années de travail et d'une année de repos. *Sex annis seres agrum tuum* (Levit., XXV, 3, 4). Daniel nous avertit lui-même qu'il s'agit ici de semaines d'années. Car, au chapitre suivant (ch. X, 2), en nous parlant de l'impression que produisit sur lui cette vision, il nous dit qu'il fut dans le deuil pendant trois semaines de jours. Au reste, cette manière de compter n'était pas inconnue des anciens Aristote en parle (*Polit.*, lib.VII, *sub fine*), et surtout Varron dans ses livres intitulés : *Les semaines* (Cf. Aulu-Galle, III, 10).

25. *Ab exitu sermonis.* Les 70 semaines étant des semaines d'années, le Prophète indique quel en est le point de départ. C'est la publication du décret pour la reconstruction de Jérusalem. Cyrus avait autorise la reconstruction du temple, mais ce fut Artaxerxès Longue-Main qui permit la réédification des murs et des places de la ville. Cet édit est de la 20e année de son règne, comme on le voit par Esdras (liv. II, chap. II, 1; et *l'Ecclésiaste*, XLXIX, 15). Or, cette 20e année du règne d'Artaxerxès fut l'an 454 avant Jésus-Christ. C'est ce qui résulte du témoignage de Thucydide, Cornélius Népos et Plutarque, qui mettent le bannissement de Thémistocle et sa retraite à la cour d'Artaxerxès, au commencement du règne de ce prince, qui coïncide ainsi avec la dernière année de la 75e olympiade, et l'an 280 de la fondation de Rome. — *Hebdomades septem, et hebdomades sexaginta duæ erunt.* Le Prophète divise ensuite les 70 semaines en trois periodes fort inegales; la première de 7 semaines ou de 49 ans, la seconde de 62 semaines ou 434 ans, et la troisième d'une semaine ou de 7 ans. Il décrit ensuite ce qui doit se passer dans chacune de ces périodes. Dans la première, qui est de 49 ans, les murs de Jerusalem doivent être construits avec de grandes difficultés. — *In angustia temporum.* L'histoire nous apprend en effet, que Néhémias, qui avait obtenu l'édit de reconstruction, vit son entreprise perpétuellement contrariée par la résistance armée des Samaritains, des Arabes et des Ammonites, et qu'il fallut près d'un demi-siècle pour triompher de tous ces obstacles. L'œuvre ne fut terminée que l'an 405, après de laborieux efforts (II. Esd., IV-VII).

26. *Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus.* La seconde période composée de 62 semaines ou de 434 ans devait s'écouler avant que le Christ fût mis à mort. Ces 434 ans ajoutés aux 49 ans de la première période conduisent à l'an 30 de notre ère. Ce fut à cette epoque que le Christ commença ses prédications. Elles durèrent trois ans.

Ut consummetur prævaricatio. Ut veniat Christus, qui quasi agnus in ara crucis omnia hominum peccata consumat, et prorsus aboleat. — *Adducatur justitia sempiterna.* Ipse Christus, qui sol est justitiæ, nec unquam occasum subit, sed splendet semper, illuminans omnem hominem, qui venit in hunc mundum Vel justitia sempiterna est lex evangelica, quæ ad omnem justitiam instituit. — *Et impleatur visio.* Per adventum Christi. — *Ungatur Sanctus sanctorum.* — Spiritu sancto consecretur Christus in sanctissimum sacerdotem, regem, prophetam, doctorem, legislatorem, et redemptorem orbis.

25. *Ab exitu sermonis.* Ab eo tempore quo a rege Persarum exibit sermo et edictum, quo permittet Nehemiæ et Judæis ut Jerusalem reædificent. — *Hebdomades septem.* Id est, hebdomades 69. Certum est has hebdomadas tempore Christi impletas; a quo vero anno sæculi præcise computari debeant, et usque ad quem annum Christi, varii varia, suis omnes nixi conjecturis. Aliqui inchoant ab anno vigesimo Artaxerxis Longimani; alii, ab ejusdem anno septimo; alii, aliter. Quod vero ad annum Christi, aliqui putant absolvi hebdomadas ipso anno quo passus est; alii, eo anno quo est baptizatus a Joanne; alii, paulo post ejus mortem. Nihil certi evinci potest, propter incertam chronologiæ rationem e qua res pendet. Vide Cornel. a Lapide in hunc locum, et Suarez, 3 part. tom. 1, disp. I, sect. 2. — *Et rursum ædificabitur platea, et muri.* Referendum hoc est non tam ad proxime præcedentia, quam ad illud quod paulo superius præcessit, *ut iterum ædificetur Jerusalem, ejusque platea et muri.* Sensus ergo est; quasi dicat : Rursum enim ædificabitur platea, etc. *In angustia temporum.* Prementur enim ædificantes muros Jerusalem ab invidis hostibus. Vel sensus est : angustissimo et brevissimo tempore; nam 52 diebus mœnia raptim absolverunt.

26. *Post hebdomades sexaginta duas.* Repete per hebraismum, post hebdomades septem et hebdomades 62, id est, post 69 hebdomades occidetur Christus : alioqui enim hic versus pu-

27. Il confirmera son alliance avec plusieurs dans une semaine : et à la moitié de la semaine les hosties et les sacrifices seront abolis : l'abomination et la désolation sera dans le temple ; et la désolation durera jusqu'à la consommation et jusqu'à la fin.

27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una; et in dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium : et *a* erit in templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem et finem perseverabit desolatio. [a *Mat.* 24. 15.]

CHAPITRE X.

L'ange Gabriel et saint Michel. Le prince des Perses et le prince des Grecs.

1. La troisième année de Cyrus, roi des Perses, une parole fut révélée à Daniel surnommé Baltassar : une parole véritable, et une grande force : il comprit ce qui lui fut dit, car on a besoin d'intelligence dans les visions.

2. En ces jours-là, moi Daniel, je fus dans les pleurs tous les jours pendant trois semaines.

3. Je ne mangeai d'aucun pain agréable au goût ; et ni chair, ni vin n'entra dans ma bou-

1. Anno tertio Cyri regis Persarum, verbum revelatum est Danieli cognomento Baltassar, et verbum verum, et fortitudo magna; intellexitque sermonem; intelligentia enim est opus in visione.

2. In diebus illis, ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus.

3. Panem desiderabilem non comedi, et caro et vinum non introierunt in os

27. *Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia.* Ce fut au milieu de la soixante-dixième semaine, c'est-à-dire, entre l'an 30 et l'an 37 de notre ère qu'il fut mis fin au sacrifice mosaïque par le sacrifice du Christ, et que les victimes sanglantes de l'ancienne alliance furent remplacées par la victime du Calvaire. L'abomination de la désolation fut dans le temple, et l'on vit commencer cette affreuse guerre qui devait avoir pour dénouement la ruine de la nation entière. Tite y mit la première main en l'an 70 de l'ère chrétienne, et Adrien la consomma l'an 134.

Cap. X. — 1. *Anno tertio Cyri regis Persarum.* Cyrus succéda à son oncle Cyaxare que nous avons assimilé au Darius le Mède de Daniel. Cyaxare régna deux ans sur Babylone, et Cyrus fut associé à l'empire. La troisième année du règne de Cyrus fut donc la 3e année après la prise de Babylone, c'est-à-dire l'an 534 ou 533 avant Jésus-Christ. Daniel avait alors 85 ans.

2. *Lugebam.* Le chagrin de Daniel provenait de l'indifférence des Juifs d'une part, qui ne s'étaient pas hâtés de profiter de l'édit de délivrance pour retourner dans leur pays (I. Esd., I, et IV), et d'autre part, de l'inconstance de Cyrus qui, après avoir proclamé que Jéhovah est le vrai Dieu, l'avait oublié. Cette ingratitude avait été predite par Isaïe (XLV, 4-5). Dieu rappelant à Cyrus ses bienfaits lui dit jusqu'à deux fois : « Et tu ne m'as point connu » — *Trium hebdomadarum diebus.* A propos des semaines, dans notre note sur le verset 24 du ch. X, nous avons observé que Daniel a soin de dire ici qu'il s'agit de semaines de jours. C'est ce qui résulte du grec de Théodotion exactement traduit sur l'Hébreu : Εν ταις ἡμέραις εκειναις ἐγὼ Δανιὴλ ἤμην πενθῶν τρεῖς ἑβδομαδαι ἡμερῶν. (Migne, *Patrol. græc.* tom. XVI, ter, col. 2885.)

---

gnaret cum præcedenti. — *Occidetur Christus.* In crucem actus a Judæis. *Non erit ejus populus.* Hoc est quod habemus apud Oseam c. 1, 9 : *Voca nomen ejus, Non populus meus : quia vos non populus meus, et ego non ero vester.* — *Qui eum negaturus est.* Quod fecerunt Judæi clamantes. *Non habemus regem nisi Cæsarem; crucifige, crucifige.* — *Populus.* Romanus. — *Cum duce venturo.* Tito Vespasiani imperatoris filio. Pagninus et Vatablus vertunt, *populus ducis venturi.* — *Et finis ejus vastitas.* Pagninus vertit, *et finis ejus in inundatione.* Vatablus, *cum inundatione;* ; quasi dicat : Romani quasi diluvio quodam copiosissimi exercitus urbem capient et vastabunt. — *Statuta desolatio.* A Deo decreta desolatio populi carentis templo, prophetis, viris doctis, per orbem vagi, et vilis, et nunquam ad pristinum statum restituendi.

27. *Confirmavit autem pactum.* Christus stabiliet novum Testamentum et legem evangelicam. — *Multis.* Miraculis, prophetiis, vita sanctissima et plane inculpata, etc. — *Hebdomada una.* Hebdomada septuagesima, cujus tribus primis annis cum dimidio Evangelium prædicavit. — *In dimidio hebdomadis deficiet hostia et sacrificium.* Sacrificia et hostiæ veteris legis abrogatæ per mortem Christi, qui in dimidio hebdomadæ illius crucifigetur. — *Abominatio desolationis.* Abominatio desolationis significat profanationem templi, propter quam et per quam illud desolatum est et eversum, nimirum abominanda scelera Judæorum, quæ ipsi in templo patrarunt, quibus ipsi abominandam stragem et vastationem Romanorum in se, urbem et templum provocaverunt. Vide dicta Matth., c. 24, n. 15. — *Et usque ad consummationem.* Et hæc desolatio erit perpetua.

Cap. X. — 1. *Cognomento Baltassar.* Vide dicta cap. 1, n. 7. — *Verbum verum.* Non inane vaticinium, qualia pseudoprophetarum esse solent. — *Fortitudo magna.* In hebræo est, *tsabat*, id est, exercitus magnus objectus est oculis mentis meæ. — *Sermonem.* Rem visam interprete angelo, c. 11, n. 2. — *Intelligentia enim est opus.* Involuta erat visio, nec illam absque angeli interpretatione intelligere potuissem.

2. *Lugebam.* Quod templi instauratio a vicinis gentibus impedita esset, neque possem aliud a rege edictum ad continuandum opus impetrare, quia Cyrus ad bellum Scythicum profectus erat, et Cambyses ejus filius, qui regni administrationem obtinebat, Judæos non amabat

3. *Panem desiderabilem.* Cibum aliquem delicatum, sed qualem jejunantes comedunt. — *Neque unguento unctus sum.* Solebant enim jejunantes ab omni deliciarum genere abstinere, in quibus unguenta et balnea erant orientalibus populis usitata.

meum; sed neque unguento unctus sum; donec complerentur trium hebdomadarum dies.

4. Die autem vigesima et quarta mensis primi, eram juxta fluvium magnum, qui est Tigris.

5. Et levavi oculos meos, et vidi; et ecce vir unus vestitus lineis, et renes ejus accincti auro obrizo;

6. Et corpus ejus quasi chrysolitus, et facies ejus velut species fulguris, et oculi ejus ut lampas ardens; et brachia ejus, et quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis, et vox sermonum ejus ut vox multitudinis.

7. Vidi autem ego Daniel solus visionem; porro viri qui erant mecum, non viderunt; sed terror nimius irruit super eos, et fugerunt in absconditum.

8. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc; et non remansit in me fortitudo, sed et species mea immutata est in me, et emarcui, nec habui quidquam virium.

9. Et audivi vocem sermonum ejus; et audiens jacebam consternatus super faciem meam, et vultus meus hærebat terræ.

10. Et ecce manus tetigit me, et erexit super genua mea et super articulos manuum mearum.

11. Et dixit ad me: Daniel vir desideriorum, intellige verba quæ ego loquor ad te, et sta in gradu tuo; nunc enim sum missus ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum, steti tremens.

12. Et ait ad me: Noli metuere, Daniel, quia ex die primo, quæ posuisti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua; et ego veni propter sermones tuos.

che; je ne me servis pas même d'aucune huile jusqu'à ce que ces trois semaines furent accomplies.

4. Or le vingt-quatrième jour du premier mois, j'étais près du grand fleuve du Tigre.

5. Et je levai les yeux, je vis tout à coup un homme qui était vêtu de lin, dont les reins étaient ceints d'une ceinture d'or très-pur;

6. Son corps était *éclatant* comme la pierre de chrysolithe, son visage brillait comme les éclairs, et ses yeux paraissaient une lampe ardente; ses bras et tout le reste du corps, jusqu'aux pieds, étaient comme un airain étincelant; et le son de sa voix était comme le bruit d'une multitude d'hommes.

7. Moi Daniel, je vis seul cette vision, et ceux qui étaient avec moi ne la virent point; mais ils furent saisis d'épouvante, et ils s'enfuirent dans des lieux obscurs.

8. Etant donc demeuré tout seul, j'eus cette grande vision; la vigueur de mon corps m'abandonna, mon visage fut tout changé; je tombai en faiblesse, et il ne me demeura aucune force.

9. Le bruit d'une voix retentissait à mon oreille, et l'entendant, j'étais couché sur le visage, dans une extrême frayeur, et mon visage était collé à la terre.

10. Alors une main me toucha, et me fit lever sur mes genoux et sur mes mains.

11. Et *la voix* me dit : Daniel, homme de désirs, entendez les paroles que je viens vous dire, et levez-vous debout : car je suis maintenant envoyé vers vous. Après qu'il eût dit cela, je me tins debout, tout tremblant que j'étais :

12. Et il me dit : Daniel, ne craignez point; car dès le premier jour qu'en vous affligeant en la présence de votre Dieu vous avez appliqué votre cœur à l'intelligence, vos paroles ont été exaucées, et vos prières m'ont fait venir ici.

4. *Die autem vigesima et quarta.* Ce jeûne ayant duré trois semaines, avait commencé le 3 de ce même mois, et il avait, par conséquent, été continué pendant le temps de la fête de Pâques.

5. *Et ecce vir unus vestitus lineis.* On croit que c'était l'ange Gabriel qui avait apparu au Prophète dans les visions précédentes.

---

4. *Mensis primi.* Qui nisan dicitur, et martio nostro respondet, ut sæpe supra dictum est. — *Eram juxta fluvium.* Aut reipsa, aut per visionem imaginariam : primum est probabilius, ut patet ex n. 7.

5. *Vir unus.* Angelus, quem virum vocat, quia humana specie apparebat. — *Vestitus lineis.* Candida veste, qui angelorum habitus esse solet : sic apparet Matth., 28, 3; et Luc., 24, 4. — *Accincti auro.* Zona aurea. — *Obrizo.* Purissimo. Vide dicta Job, 31, 24.

6. *Chrysolithus.* Gemma est aureo colore translucens. Vide Plin., lib. 37, c. 9. — *Lampas.* Fax. — *Et quæ deorsum.* Tibiæ nimirum et pedes. — *Ut vox multitudinis.* Magna et confusa, quale solet esset multitudinis et aquarum murmur, cui vox Dei et angelorum comparari solet. Ezech., cap. 1, 24; et c. 43, 2; et Apoc., c. 1, 15; et 14, 2; et 19, 1.

7. *Sed terror nimius.* Licet enim angelum non viderint, splendorem tamen aliquem, et vocis murmur audierunt.

8. *Non remansit in me fortitudo.* Olim enim in lege veteri, quæ erat timoris et terroris, Deus per angelum se hominibus etiam sanctis et prophetis augustum et terribilem exhibebat. — *Emarcui.* Elangui.

10. *Manus.* Ejusdem angeli. — *Et super articulos.* In hebræo est, *super palmas manuum;* quasi dicat : Angelus me collabentem erexit, atque manibus et genibus niti fecit, ut surgerem.

11. *Vir desideriorum.* Vide dicta cap. præcedenti, n. 23. — *Sta in gradu tuo.* Sta rectus, ut stabas ante visionem. — *Steti tremens.* Erectus quidem sum in pedes, ejus voce aliquantulum recreatus, sed adhuc tremebam metu.

12. *Posuisti cor tuum.* Animum adjecisti. — *Ut te affligeres.* Per jejunia, preces et gemitus. Vox *affligeres* referenda est ad *posuisti;* quasi dicat : Posuisti cor tuum ut te affligeres, et per afflictiones intelligentiam assequereris, cur scilicet instauratio urbis impediretur, et quandonam tollendum esset impedimentum. — *Sermones tuos.* Preces tuas.

13. Le prince du royaume des Perses m'a résisté vingt et un jours : mais Michel, le premier d'entre les premiers princes est venu à mon secours, et je suis demeuré là près du roi des Perses.

14. *Et ensuite* je suis venu pour vous apprendre ce qui doit arriver à votre peuple aux derniers jours : car cette vision ne s'accomplira qu'après bien du temps.

15. Lorsqu'il me disait ces paroles, je baissais le visage contre terre, et je demeurais dans le silence.

16. Et en même temps celui qui avait la ressemblance d'un homme me toucha les lèvres; et ouvrant la bouche, je parlai, et je dis à celui qui se tenait debout devant moi : Mon Seigneur, lorsque je vous ai vu, tout ce qu'il y a en moi de nerfs et de jointures s'est relâché et il ne m'est resté aucune force.

17. Et comment le serviteur de mon Seigneur pourra-t-il parler avec mon Seigneur? Je suis demeuré sans aucune force, et je perds même la respiration.

18. Celui donc que je voyais sous la figure d'un homme me toucha encore, me fortifia,

19. Et me dit : Ne craignez point, homme de désirs : la paix soit avec vous, reprenez vigueur et soyez ferme. Lorsqu'il me parlait *encore*, je me trouvai plein de force, et je lui dis : Parlez, mon Seigneur, parce que vous m'avez fortifié.

20. Alors il me dit : Savez-vous pourquoi je suis venu à vous? Je retourne maintenant pour

13. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti et uno diebus ; et ecce Michael unus de principibus primis venit in adjutorium meum, et ego remansi ibi juxta regem Persarum.

14. Veni autem ut docerem te quæ ventura sunt populo tuo in novissimis diebus, quoniam adhuc visio in dies.

15. Cumque loqueretur mihi hujuscemodi verbis, dejeci vultum meum ad terram, et tacui.

16. Et ecce quasi similitudo filii hominis tetigit labia mea; et aperiens os meum locutus sum, et dixi ad eum qui stabat contra me : Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ, et nihil in me remansit virium.

17. Et quomodo poterit servus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remansit virium, sed et halitus meus intercluditur.

18. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis, et confortavit me,

19. Et dixit : Noli timere, vir desideriorum; pax tibi; confortare et esto robustus. Cumque loqueretur mecum, convalui, et dixi : Loquere Domine mi, quia confortasti me.

20. Et ait : Numquid scis quare venerim ad te? et nunc revertar ut præ-

13. *Princeps autem regni Persarum.* Il y a des commentateurs qui croient que ce prince des Perses était un mauvais ange, qui, jaloux du bonheur des Israélites, s'opposait à leur délivrance. Il en est de même du prince des Grecs, dont il est parlé plus loin (vers. 20). Mais si nous avons chacun notre ange gardien, et si chaque ville, chaque nation a le sien, nous n'admettons pas qu'il y ait un démon spécial chargé de tourmenter chaque individu, et de perdre chaque peuple, et qui puisse être appelé le prince du peuple qu'il doit détourner de sa mission. Dieu a fait les peuples guérissables comme les individus; il s'acharne, si l'on peut s'exprimer ainsi, à leur salut, et non à leur perte. Nous préférons donc le sentiment de Ménochius, qui est d'ailleurs celui de saint Grégoire le Grand, de Lyranus, d'Estius, de Tyrin, de saint Thomas (1. q., a. 8, 93), et par conséquent des meilleurs interprètes.

14. *In novissimis diebus.* Cette prophétie, contenue dans les chapitres X, XI et XII, se divise en trois parties. Le chapitre X renferme la première, qui est l'introduction; le chapitre XI contient la seconde, qui a pour objet les Perses et les Grecs; et le chapitre XII nous découvre ce qui doit arriver à la fin des temps. C'est ce qui nous explique ces expressions de l'ange : *in novissimis diebus.*

20. *Ut prœlier adversum principem Persarum.* L'abbé Rohrbacher, qui entend, comme nous, par le prince des Perses et le prince des Grecs, les deux anges préposés à ces deux em-

13. *Princeps autem regni Persarum.* Excusat angelus tarditatem suam, quod prima die mensis ad Danielem missus, vigesima quarta veniret. Porro princeps Persarum est angelus Persidis præses. — *Restitit mihi.* Gabriel enim volebat, et Deum orabat ut Judæi omnes ex captivitate redirent in patriam. E contrario angelus Persarum volebat aliquos aut multos e Judæis in Perside remanere, ut ex eorum consuetudine in bonis moribus Persæ proficerent, et, si fieri posset, per Judæos verum Deum agnoscerent. — *Michael unus de principibus.* Id est, primus inter principes. — *In adjutorium meum.* Ut pluribus allatis rationibus, majoriqueve quod volebamus obtineremus. — *Et ego remansi.* Hæc est causa moræ, quia scilicet princeps Persarum restitit mihi, ideo ego tamdiu detentus sum.

14. *In novissimis diebus.* Post adventum Christi, quando novissima hora erit, I. Joan., 2, 18. — *Quoniam adhuc visio in dies.* Post multum tempus implenda.

15. *Dejeci vultum meum ad terram, et tacui.* Ex reverentia angeli præsentis.

16. *Quasi similitudo filii hominis.* Quidam similis hominibus. Credibile est eumdem angelum fuisse qui cum eo loquebatur. — *Tetigit labia mea.* Significans labia prophetæ a Deo aperiri, ut prompte et fidenter loqueretur. — *Domine mi.* Dominum, non quasi Deum, sed quasi angelum se superiorem vocat, et quia angelus, et quia Dei legatus erat. — *In visione tua.* Simul atque te vidi.

18. *Quasi visio hominis.* Vide dicta n. 16.

19. *Vir desideriorum.* Vide dicta c. præcedenti, n. 23. — *Pax tibi.* Nihil periculi est, non est quod timeas : erant Hebræi hac opinione imbuti, ut existimarent se, si Deum aut angelum viderint, morituros, ut colligitur ex libro Judicum, c. 13, n. 21 et 22. Ad eam opinionem videtur hic angelus respicere. — *Esto robustus.* In hebræo est, *robora te.*

20. *Revertar ut prœlier.* Ut disputem, et vi rationum decertem; nam huc ad te advolavi, ut quæ futura sunt indicarem tibi; verum quia negotium adhuc infectum reliqui, et multum

lier adversum principem Persarum. Cum ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.

21. Verumtamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis : et nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

combattre contre *le* prince des Perses. Lorsque je sortais, le prince des Grecs, est venu à paraître.

21. Mais je vous annoncerai présentement, ce qui est marqué dans l'écriture de la vérité. Et nul ne m'assiste dans toutes ces choses, sinon Michel, qui est votre prince.

CHAPITRE XI.

Prophétie sur l'empire des Perses et sur l'empire des Grecs. Les Lagides et les Séleucides.

1. Ego autem ab anno primo Darii Medi stabam ut confortaretur, et roboraretur.

2. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, et quartus ditabitur opibus nimiis super omnes; et cum invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversum regnum Græciæ.

3. Surget vero rex fortis, et dominabitur potestate multa, et faciet quod placuerit ei.

1. *Pour moi*, dès la première année de Darius, de la race des Mèdes, j'ai travaillé pour l'aider à s'établir et à se fortifier.

2. Mais maintenant je vous annoncerai la vérité. Il y aura encore trois rois en Perse : le quatrième s'élèvera par la grandeur de ses richesses au-dessus de tous : et lorsqu'il sera devenu riche, il animera tous les peuples contre le royaume des Grecs.

3. Mais il s'élèvera un roi vaillant qui dominera avec une grande puissance et qui fera ce qu'il lui plaira.

pires, explique ainsi cette lutte. Chacun d'eux plaidait en faveur de sa nation, avec l'ange des captifs de Babylone, et avec Michel, chef principal parmi les anges du peuple de Dieu; de la société des fidèles et alors et depuis. Gabriel aura souhaité voir tous ses chers captifs retourner à Jerusalem, et le temple se rebâtir promptement. L'ange des Perses aura représenté que l'avantage spirituel des peuples qui lui étaient confiés demandait qu'une partie des enfants d'Israel demeurât au milieu d'eux. On voit, en effet, par l'histoire d'Esdras, de Néhémias et d'Esther, que cette circonstance ne contribua pas peu à conserver la connaissance du vrai Dieu dans les capitales de cet empire, à la répandre parmi tous ces peuples, et même à en convertir un grand nombre. L'ange des Grecs, dont l'empire devait succeder à celui des Perses, aura exposé des raisons semblables en faveur des siens. Michel, qui avait la direction de tout l'ensemble, aura tempéré les vœux des uns et des autres, pour la plus grande gloire de leur commun maître, et le plus grand bien des hommes, leurs pupilles, d'après une connaissance supérieure qu'il aura eue des desseins de la Providence (*Hist. univers. de l'Eglise cath.*, tom. III, pag. 74).

Cap. XI. — 1. *Ego autem ab anno primo.* C'est la continuation du discours de l'ange Gabriel. Si l'on connaissait bien dans tous ses détails l'histoire des successeurs d'Alexandre, surtout celle des Seleucides et des Lagides, ce chapitre est si clair, qu'il n'offrirait aucune difficulté. Mais ces détails ne nous étant generalement pas très-familiers, pour plus de clarté nous diviserons cette prophétie en 4 parties : la 1re (1-10), comprend la succession des rois de Perse et le demembrement de l'empire d'Alexandre; la 2e (10-20), l'histoire d'Antiochus le Grand et de ses guerres avec l'Egypte; la 3e (20-40), l'histoire d'Antiochus Epiphanes, de ses guerres contre l'Egypte, et de ses persécutions contre les Juifs; et la 4e (40-45), est une récapitulation et une preparation au chapitre suivant.

2. *Ecce adhuc tres reges stabunt.* Des commentateurs disent : Il y aura encore treize rois en Perse, et le 14e sera très-riche et très-puissant, et il armera contre les Grecs. Ces treize rois seraient : 1. Cambyse, père de Cyrus; 2. Cyrus; 3. Cambyse, fils de Cyrus; 4. Smerdis le Mage; 5. Darius, fils d'Hystaspe; 6. Xarxès; 7. Artaxerxès Longue-Main; 8. Xerxès II; 9. Sogden; 10. Darius Nothus; 11. Artaxerxès Mnémon; 12. Artaxerxès Ochus; 13. Arsès; 14. Darius Codoman. Saint Jérôme fait remarquer que Darius Codoman, défait par Alexandre, ne fut pas en effet le 4e, mais le 14e des rois de Perse.

4. *Dividetur in quatuor ventos cœli.* Cette division de l'empire d'Alexandre en quatre grands royaumes est déjà annoncée dans la vision du bélier et du bouc (cap. VIII, 8 et 22). — *Regnum ejus etiam in externos.* Dans le démembrement de l'empire d'Alexandre, il n'y aura pas que ses généraux qui auront part à ce morcellement. Il se formera encore des Etats particuliers qui deviendront la proie de chefs étrangers ou barbares. Tels furent les Etats qui se formèrent dans l'Armenie, la Bithynie, le Pont, la Cappadoce, la Parthie, la Bactriane.

---

est quod agam, revertar prælaturus. — *Cum ego egrederer.* Ut venirem ad te. — *Princeps Græcorum.* Angelus Græciæ, et Macedoniæ præses. Quid voluerit princeps hic aut postulaverit, incertum; crediderim eum idem spectasse quod præses Persarum, ut scilicet Judæi non redirent in patriam; sperabat enim aliquam spiritualem commoditatem olim percepturos Græcos, cum regnum Persarum (quod illum non latebat) in Macedonum potestatem venisset.

21. *Quod expressum est in scriptura veritatis.* Scripturam veram vocat divinum decretum. — *Michael princeps vester.* Populi judaici præses.

Cap. XI. — 1. *Ego autem.* Sunt angeli verba; sententia est : ego curavi ab initio ut regnum a Chaldæis transferretur ad Medos et Persas; sciebam enim eos Judæis benevolos futuros, et eis facturos potestatem ut redirent in patriam. — *Stabam ut confortaretur.* Darium adjuvi, ut in regno Babylonis confirmaretur et roboraretur.

2. *Adhuc tres reges stabunt.* Scilicet Cambyses filius Cyri, Smerdes Magus, et Darius Hystaspis. — *Quartus.* Xerxes, qui Græciæ bellum intulit.

3. *Rex fortis.* Alexander Macedo, cognomento Magnus.

4. Et après qu'il sera le plus affermi, son royaume sera détruit; et il se partagera vers les quatre vents du ciel. Il ne passera point à sa postérité et ne conservera point la même puissance qu'avait eue ce premier roi : car son royaume sera déchiré, et il passera à des princes étrangers, sans compter ces quatre.

5. Et le roi du Midi se fortifiera; mais l'un des princes *qui auront partagé* avec lui sera plus puissant que lui : il dominera sur beaucoup de pays, car son pouvoir sera grand.

6. Quelques années après ils feront alliance ensemble, et la fille du roi du Midi viendra épouser le roi de l'Aquilon, pour faire amitié ensemble : mais *cette princesse* ne s'établira point par un bras fort, et sa race ne subsistera point : elle sera livrée à elle-même, avec les jeunes hommes qui l'avaient amenée et qui l'avaient soutenue en divers temps.

7. Mais il sortira un rejeton de la même tige, qui viendra avec une grande armée, entrera dans les provinces du roi de l'Aquilon, y fera de grands ravages et s'en rendra maître.

8. Il emmènera en Egypte leurs dieux captifs, leurs statues et leurs vases d'argent et d'or les

4. Et cum steterit, conteretur regnum ejus, et dividetur in quatuor ventos cœli; sed non in posteros ejus, neque secundum potentiam illius, qua dominatus est; lacerabitur enim regnum ejus etiam in externos, exceptis his.

5. Et confortabitur rex Austri : et de Principibus ejus prævalebit super eum, et dominabitur ditione; multa enim dominatio ejus.

6. Et post finem annorum fœderabuntur; filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, et non obtinebit fortitudinem brachii, nec stabit semen ejus; et tradetur ipsa et qui adduxerunt eam, adolescentes ejus, et qui confortabant eam in temporibus.

7. Et stabit de germine radicum ejus plantatio; et veniet cum exercitu, et ingredietur provinciam regis Aquilonis; et abutetur eis, et obtinebit.

8. Insuper et deos eorum, et sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti et

5. *Et de principibus ejus.* Le roi du Midi est Ptolémée, le fondateur de la dynastie des Lagides, en Egypte, son royaume était au Midi par rapport à la Judée et à la Syrie. Son rival est Séleucus Nicator, le fondateur de la dynastie des Séleucides en Asie. Ses Etats furent tout d'abord beaucoup plus étendus que ceux de Ptolemée. Ils comprenaient la Syrie proprement dite, la Cappadoce et l'Arménie.

6. *Et post finem annorum.* Après la mort du premier Ptolémée, son fils Ptolémée Philadelphe lui succeda (284). Ce prince fit une guerre avec Antiochus Théos, le petit-fils de Séleucus Nicator qui était roi de Syrie. La paix se fit à condition qu'Antiochus répudierait Laodice son épouse, dont il avait eu déjà deux enfants, et qu'il épouserait Bérénice la fille du roi d'Egypte. Ce mariage se fit l'an 249, à Séleucie. Bérenice ne fut pas heureuse. A la mort de son père Ptolémée Philadelphe (246), son mari Antiochus la répudia pour reprendre Laodice. Elle s'enfuit et se retira à Daphné, près d'Antioche, où sa rivale la fit mourir avec son fils et les Egyptiens qui l'avaient suivie

7. *Et stabit de germine.* Ce rejeton sorti de la même tige est Ptolémée III Evergète qui marcha au secours de sa sœur Bérenice, et qui, ayant appris sa mort, n'en poursuivit qu'avec plus d'ardeur sa vengeance. Il s'avança avec ses troupes victorieuses jusqu'au Tigre, fit mourir Laodice, s'empara de Séleucie, et il allait achever toute la conquête du pays ennemi, lorsqu'il fut rappelé par une révolte dans ses Etats.

8. *Insuper et deos eorum.* Il remporta de son expédition plus de 40,000 talents d'argent, et une quantité prodigieuse de vases d'or et d'argent, 2,500 simulacres de divinités que Cambyse avait enlevées des temples de l'Egypte, lorsqu'il la réduisit sous ses lois. Les Egyptiens, ravis de ces succès, lui donnèrent par reconnaissance le nom d'*Evergète* (Bienfaisant).

---

4. *Cum steterit.* Cum ad summum pervenerit, ita ut amplius crescere non posse videatur. — *Dividetur in quatuor ventos cœli.* Nam Ægypti regnum, quod est ad meridiem, occupabit Ptolemæus; Syriæ et Babylonis, quæ est ad septemtrionem, Seleucus; Asiæ et Ponti, quæ ad orientem, Antigonus; Macedoniæ, quæ ad occidentem, Philippus cognomento Aridæus. — *Sed non in posteros ejus.* Non enim ejus filii post eum regnaverunt, sed duodecim primum duces, ex quibus deinde quatuor potentiores, quos nominavimus, omnem dominationem ad se traxerunt, cum potestate regia, regni etiam insignia assumentes. — *Neque secundum potentiam illius.* Alexandro minus potentes. — *Exceptis his.* Præter hos memoratos, qui præcipui fuerunt; nam partem imperii Alexandri tenuerunt Lysimachus et alii quidam.

5. *Rex austri.* Ptolemæus, qui primus Ægyptum occupavit, ut diximus, et deinde regnum suum multum amplificavit. — *Et de principibus ejus.* Unus de principibus Alexandri, nimirum Antiochus cognomento Theos, * id est, Deus. — *Prævalebit super eum.* Regem austri, id est, Ægypti, Ptolemæum Philadelphum. — *Dominabitur ditione.* Late dominabitur.

6. *Et post finem annorum.* — Aliquorum, — *Filiaque regis austri.* Berenice filia regis Ægypti nubet Antiocho regi Syriæ. — *Non obtinebit fortitudinem brachii.* Berenice non diu permanebit in regno Syriæ; nam Laodice prior Antiochi uxor non ferens Berenicem sibi prælatam, eam dolo cum filiis occidet; et hoc est quod dicitur, *nec stabit semen ejus*, neque enim ejus filii in Syriæ regno successerunt. — *Tradetur ipsa.* Berenice ad mortem. — *Et qui adduxerunt eam.* Qui illam in Syriam fuerant prosecuti, famuli scilicet et aulici familiares. — *Adolescentes ejus.* Pueri, pedissequi. — *Qui confortabant eam in temporibus.* Quia longo tempore familiares illi erant, qui cum illa ab ineunte ætate educati fuerant, suaque eam præsentia et consuetudine recreabant.

7. *Et stabit.* Exurget in regnum, evadet rex. — *De germine radicum ejus.* Ptolemæus Evergetes, Ptolemæi Philadelphi successor, qui fuit ex eodem gemine, quia fuit frater ejus. Hic enim ultus est injuriam fratri suo Philadelpho illatam, simulque necem neptis suæ Berenices. — *Provinciam regis aquilonis.* Regnum Syriæ, in quo regnabat Seleucus Callinicus. — *Abutetur eis.* Capiet, vexabit, spoliabit, occidet pro arbitratu suo. — *Obtinebit.* In hebræo est, *corroborabit sese*, ut vertit Vatablus, vel *confortabitur*, ut Pagninus.

auri, captiva ducet in Ægyptum ; ipse prævalebit adversus regem Aquilonis.

9. Et intrabit in regnum rex Austri, et revertetur ad terram suam.

10. Filii autem ejus provocabuntur, et congregabunt multitudinem exercituum plurimorum ; et veniet properans, et inundans ; et revertetur, et concitabitur, et congredietur cum robore ejus.

11. Et provocatus rex Austri egredietur, et pugnabit adversus regem Aquilonis, et præparabit multitudinem nimiam, et dabitur multitudo in manu ejus.

12. Et capiet multitudinem, et exaltabitur cor ejus, et dejiciet multa millia, sed non prævalebit.

13. Convertetur enim rex Aquilonis, et præparabit multitudinem multo majorem quam prius : et in fine temporum annorumque, veniet properans cum exercitu magno, et opibus nimiis.

14. *a* Et in temporibus illis multi consurgent adversus regem Austri ; filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur ut impleant visionem, et corruent. [a *Isai.* 19. 17.]

plus précieux : et il remportera toutes sortes d'avantages sur le roi de l'Aquilon.

9. Et le roi du Midi entrera dans son royaume, et reviendra ensuite dans son pays.

10. Les enfants du roi du Septentrion, animés, lèveront de puissantes armées ; et l'un d'eux marchera avec une grande vitesse, comme un torrent qui se déborde, il reviendra ensuite ; et étant plein d'ardeur, il combattra contre les forces *de l'Egypte*.

11. Le roi du Midi étant attaqué, se mettra en campagne, et combattra contre le roi de l'Aquilon : il lèvera une grande armée ; et les forces nombreuses lui seront livrées entre les mains.

12. Il en prendra un très-grand nombre, et son cœur s'élèvera : il en fera passer plusieurs milliers au fil de l'épée, mais il laissera sa victoire imparfaite.

13. De sorte que le roi de l'Aquilon viendra de nouveau : il assemblera encore plus de troupes qu'auparavant, et après un certain nombre d'années, il s'avancera en grande hâte avec une armée nombreuse et une grande puissance.

14. En ce temps-là plusieurs s'élèveront contre le roi du Midi, les enfants de ceux de votre peuple, qui auront violé la loi du *Seigneur*, s'élèveront aussi pour accomplir une prophétie, et ils tomberont.

10. *Filii autem ejus provocabuntur.* Séleucus Callinicus, le fils et le successeur d'Antiochus Theos (245), déclara la guerre au roi d'Egypte. Il fut encore vaincu. Mais s'étant allié avec son frère Antiochus Hierax, qui lui amenait une puissante armée des contrées voisines du Taurus, Ptolémée Evergète fit avec lui une trêve (243), qui fut ensuite convertie en paix définitive dix ans après (233). Séleucus III Callinicus avait deux fils, Seleucus III Céraunus, et Antiochus III, dit le Grand. Séleucus III ne régna que trois ans (225-223). Son frère, Antiochus le Grand, lui succéda, et fit la guerre à l'Egypte, qui avait alors pour roi Ptolémée IV, dit Philopator. Ici commence, avec Antiochus le Grand, la seconde partie de la prophétie d'après la division que nous en avons faite dans notre note sur le vers. 1. Antiochus regrettant la perte de la Célésyrie dont Evergète s'était rendu maître, reprit ce pays, battit les généraux égyptiens près de Béryte, occupa une partie de la Phénicie, et s'avança jusqu'aux frontières de l'Egypte.

11. *Et provocatus rex Austri.* Ptolémée IV Philopator était un prince mou et efféminé. Il envoya d'abord ses généraux contre les Syriens, mais exaspéré de leurs revers, il se mit à la tête d'une armée de 70,000 fantassins, 5,000 chevaux et 73 éléphants. Il rencontra Antiochus à Raphia et le battit. Il lui tua 10,000 hommes de pied, 300 chevaux et lui fit 4,000 prisonniers. Mais il ne sut pas profiter de cette victoire. Il se contenta de ressaisir la Célésyrie et la Phénicie, et il reprit sa vie de débauche (217).

13. *Convertetur enim rex Aquilonis.* Le roi d'Egypte, Ptolémée IV Philopator, étant venu à mourir, eut pour successeur son fils Ptolémée V dit Epiphanes, qui n'avait que 5 ans (204). Antiochus le Grand crut le moment favorable pour venger sa défaite de Raphia. Il se ligua avec Philippe, roi de Macédoine, pour dépouiller le roi enfant. Il y réussit. Il s'empara de Sidon et de la Phénicie, prit ensuite Gaza, et fit rentrer sous ses lois toute la Celesyrie et la Palestine (200).

14. *Multi consurgent adversus regem austri.* Le roi d'Egypte vit s'élever contre lui, à l'extérieur, Antiochus le Grand et Philippe, le roi de Macédoine. Au dedans éclatèrent les conspirations d'Agathocle et d'Agathoclee pour la régence, et celle de Scopas qui voulait lui

---

9. *Et intrabit... et revertetur.* Id est, sine ullo suo detrimento aut periculo veniet in Syriam, et incolumis in regnum suum Ægypti revertetur.

10. *Filii autem ejus.* Regis nimirum aquilonis, Seleuci Callinici. — *Provocabuntur.* Irritabuntur. — *Et veniet.* Dixerat, *provocabuntur*, numero multitudinis, quia ambo fratres Seleucus, scilicet Ceraunius et Antiochus, Seleuci Calliniei filii, bellum inchoaverant ; sed Seleucus in ipsa belli expeditione mortuus est, Antiochus vero illud est prosecutus. — *Properans, et inundans.* Quasi fluvius terram operiens multitudine copiarum. — *Revertetur.* Ad regnum Syriæ occupatum a rege Ægypti. — *Cum robore ejus.* Cum exercitu ejus, regis scilicet Ægypti, Ptolemæi Philopatoris, Ptolemæi Evergetis filii.

11. *Et provocatus rex austri egredietur.* Dicit *provocatus egredietur*, quia non prius obviam hosti processit, quam totam primum Syriam Antiochus recuperasset, et usque ad Raphiam urbem progressus esset, quæ, ut ait Divus Hieronymus, in foribus erat Ægypti. — *Dabitur multitudo.* Tradetur multitudo exercitus Antiochi in manus Ptolemæi ; vicit enim conducto magno exercitu ex Græcia.

12. *Multa millia.* Hebraice est, *viginti millia.* — *Non prævalebit.* Non plane debellabit ; nam Antiochus fuga elapsus est.

13. *In fine temporum.* Post aliquot annos : sic supra, n. 6.

14. *Filii quoque prævaricatorum.* Judæi legis prævaricatores. — *Extollentur ut impleant visionem.* Extollentur in superbiam, et ædificabunt templum Heliopoli in Ægypto, idque

15. Et le roi de l'Aquilon viendra, et il fera des terrasses et des remparts; il prendra les villes les plus fortes : les *bras* du Midi n'en pourront soutenir l'effort; les plus vaillants d'entre eux s'élèveront pour lui résister, et ils se trouveront sans force;

16. Et il fera contre le roi du Midi tout ce qu'il lui plaira, et il ne se trouvera personne qui puisse subsister devant lui : il entrera dans la terre *si* célèbre : et elle sera abattue sous sa puissance.

17. Il s'affermira dans le dessein de venir s'emparer de tout le royaume du roi du Midi : il feindra de vouloir agir de bonne foi avec lui, et il lui donnera en mariage sa fille d'une excellente beauté, afin de le perdre; mais son dessein ne lui réussira pas; et elle ne sera point pour lui.

18. Il se tournera contre les îles; et il en prendra plusieurs; et il arrêtera d'abord le prince qui doit le couvrir d'opprobre; et la honte dont il couvrait les autres retombera sur lui :

19. Il reviendra de nouveau dans les terres de

15. Et veniet rex Aquilonis, et comportabit aggerem, et capiet urbes munitissimas; et brachia Austri non sustinebunt, et consurgent electi ejus ad resistendum, et non erit fortitudo.

16. Et faciet veniens super eum juxta placitum suum, et non erit qui stet contra faciem ejus, et stabit in terra inclyta, et consumetur in manu ejus.

17. Et ponet faciem suam ut veniat ad tenendum universum regnum ejus, et recta faciet cum eo : et filiam feminarum dabit ei, ut evertat illud : et non stabit, nec illius erit.

18. Et convertet faciem suam ad insulas, et capiet multas : et cessare faciet principem opprobrii sui, et opprobrium ejus convertetur in eum.

19. Et convertet faciem suam ad im-

ôter la couronne et la vie. Parmi les Juifs, il y en eut alors qui abandonnèrent le parti de Ptolémée Epiphanes, qui avait la Judée sous sa juridiction, pour passer du côté d'Antiochus le Grand. Cette défection amena l'accomplissement de la prophétie de Daniel, qui avait annoncé (chap. VIII) qu'Antiochus Epiphanes chercherait à subjuguer la Judée, ce qui serait une occasion d'apostasie pour un grand nombre. Cette interprétation, qui est celle de D. Calmet, nous semble préférable à celle de Ménochius.

17. *Et filiam feminarum dabit ei.* Pour écarter l'ombrage que ses succès pouvaient donner aux Romains, Antiochus fit agréer pour épouse au jeune roi d'Egypte, Cléopâtre, sa fille, en lui assurant pour dot la Phenicie, la Célésyrie et la Palestine (177). Mais son projet ne lui réussit pas. La princesse s'attacha à son mari, et soutint ses intérêts plutôt que ceux de son père.

18. *Et convertet faciem suam ad insulas.* Libre de ce côté, il se mit à la tête d'une flotte, et alla dans la mer Egée où il prit plusieurs îles. Le prince du peuple, le consul romain, à qui il avait fait insulte par cette invasion, ne tarda pas à faire retomber sur lui la honte dont il aurait voulu le couvrir. Acilius, allié à Philippe de Macédoine, le vainquit d'abord aux Thermopyles (191) et Lévius le battit sur mer, et il fut vaincu par L. C. Scipion et Scipion l'Africain à Magnésie (190).

19. *Ad imperium terræ suæ.* Après avoir perdu l'Asie Mineure, qui devint le partage d'Eumène, roi de Pergame, il revint en Syrie où il s'occupa à reparer ses finances délabrées. Il voulut piller le temple de Jupiter Bélus à Elymaïs. Ce vol sacrilege excita contre lui l'indignation du peuple qui se jeta sur lui et le mit à mort (187).

---

prætextu adimplendi prophetiam Isaiæ, cap. 19, n. 19, dicentis : *Erit altare Domini in medio terræ Ægypti;* male prophetam intelligentes, qui de christianorum templis vaticinatur; et in legem peccantes, quæ tantum Hierosolymis templum esse jubebat. — *Corruent.* Perdentur, urbe vastata.

15. *Rex aquilonis.* Antiochus. — *Comportabit aggerem.* Obsidebit. — *Brachia austri non sustinebunt.* Vires Ægypti resistere non poterunt. — *Electi ejus.* Electa militum multitudo. — *Non erit fortitudo.* Quæ ad resistendum sit idonea.

16. *Faciet.* Scilicet Antiochus. — *Super eum.* Super Ægypti regem. — *In terra inclyta.* In terra desiderabili : sic solet appellari Judæa, ut supra c. 8, n. 9; et lib. II. Reg., c. 1, n. 19. — *Consumetur in manu ejus.* Potentia sua Judæam vastabit.

17 *Ponet faciem suam.* Animum adjiciet. — *Regnum ejus.* Ptolemæi. — *Recta faciet cum eo.* Fœdus cum illo junget æquis conditionibus. — *Filiam feminarum dabit ei.* Phrasis est hebraica, idem significans quod filiam pulcherrimam. Antiochus Ptolemæo Epiphani filiam Cleopatram dedit in matrimonium. — *Ut evertat illud.* Sperans fore ut filia regem incautum, aut falleret aut occideret, atque ita regni Ægypti ipse compos fieret. — *Non stabit.* Non succedet ei dolus; nam Cleopatra mariti potius quam patris partes fovit. — *Nec illius erit.* Id est, filia illius non erit, sed mariti; sequetur potius partes mariti, quam patris sui.

18. *Convertet faciem suam ad insulas.* Videns enim Antiochus dolum suum in Ægypto discussum, alio se vertit, cepit Rhodum, Samum, Colophonem, Phoceam, et alias insulas. — *Et cessare faciet principem opprobrii sui* Placabit oblatis pacis conditionibus L. Scipionem, quem appellat *principem opprobrii sui*, quia ab illo victus est. In hebræo est, *probris afficientem eum*, ut consentanee allatæ interpretationi vertit Pagninus. Aliter Maldonatus, *et cessare faciet princeps opprobrium suum in illo* : id est, Scipio Romanorum dux rejiciet a se, convertetque in Antiochum opprobrium quo primus Romanos affecerat. Cum enim Romani ad Antiochum legatos misissent, ut a regno Ptolemæi Epiphanis pupilli abstineret, contumeliose legationem spreverat, ut narrat Justinus initio l. 13. Salianus tom. 5, anno mundi 3866, n. 20. Per *principem opprobrii* intelligit populum romanum, qui primus ausus est Antiochum parvifacere, quem totus oriens formidabat. Populi ergo romani minas intentantis opprobrium cessare fecit, cum ab Ætolis evocatus venit in Græciam, et magnam illius partem sibi subjecit.

19. *Convertet faciem suam.* Recipiet se in regnum Syriæ, quod solum illi reliquerunt Romani. — *Impinget, et corruet.* Infeliciter morietur, occisus ab accolis, cum Jovis templum spoliare vellet. Vide Justinus, loco citato.

perium terræ suæ, et impinget, et corruet, et non invenietur.

20. Et stabit in loco ejus vilissimus, et indignus decore regio; et in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio.

21. Et stabit in loco ejus despectus, et non tribuetur ei honor regius; et veniet clam, et obtinebit regnum in fraudulentia.

22. Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie ejus, et conterentur; insuper et dux fœderis.

23. Et post amicitias, cum eo faciet dolum; et ascendet, et superabit in modico populo.

24. Et abundantes et uberes urbes ingredietur; et faciet quæ non fecerunt patres ejus, et patres patrum ejus; rapinas, et prædam, et divitias eorum dissipabit, et contra firmissimas cogi-

son empire, *où* il trouvera un piége, il tombera, et il disparaîtra pour jamais.

20. Un homme très-méprisable et indigne du nom de roi prendra sa place, et il périra en peu de jours, non par une mort violente, ni dans un combat.

21. Un prince fort méprisé lui succédera : on ne lui donnera point le titre de roi; mais il viendra en secret, et se rendra maître du royaume par ses artifices.

22. Un prince combattant contre lui, fuira devant lui; et ses grandes forces seront détruites, comme aussi le chef de l'alliance.

23. Après avoir fait amitié avec lui, il le trompera : il s'avancera, et se l'assujétira avec peu de troupes.

24. Il entrera dans les villes les plus riches : et il fera ce que ne firent jamais ses pères, ni les pères de ses pères; il amassera un grand butin de leurs dépouilles, et il pillera toutes leurs richesses : il formera des entreprises contre leurs

20. *Et in paucis diebus conteretur.* Séleucus IV, dit Philopator, ne régna que 11 ans (187-176). Il était le fils aîné d'Antiochus le Grand, et c'est à ce titre qu'il lui succéda. C'était un prince sans caractère. Pendant tout son règne, il ne s'occupa que de recueillir chaque année les 12,000 talents qu'il devait aux Romains, en vertu du traité qu'ils avaient fait avec son père après la bataille de Magnésie. Il mourut empoisonné par le factieux Heliodore qui avait voulu s'emparer de sa couronne.

21. *Et stabit in loco ejus despectus.* Cet homme méprisé et méprisable fut Antiochus Epiphanes, le fils puîné d'Antiochus le Grand. Ici commence la 3e partie de ce chapitre d'après notre division (V. supr. note sur le vers. 1).

22. *Et brachia pugnantis.* A la mort de Séleucus Philopator, Héliodore usurpa le trône de Syrie. Antiochus Epiphanes se ligua contre lui avec Eumène, roi de Pergame, et Attale, son frère, et le vainquit. Il s'empara alors du pouvoir au détriment de son neveu Antiochus, le fils de Séleucus IV, qui était l'héritier légitime de la couronne. — *Et dux fœderis.* Ce chef de l'alliance était le roi d'Egypte Ptolémée Philométor qui, par sa femme, prétendait avoir des droits sur le trône de Syrie, et qui comptait parmi les Syriens un certain nombre de partisans.

23. *Et post amicitias* Antiochus dissimula d'abord ses projets contre l'Egypte. Mais quand il crut l'occasion favorable, il l'attaqua et remporta, avec des forces relativement peu considérables, une grande victoire entre le mont Casius et Péluse (172). L'année suivante, il envahit l'Egypte avec une armée immense, fit prisonnier Ptolémée, pilla toutes les villes d'Egypte, en partagea les butins avec ses troupes, et ne rencontra de résistance que devant Memphis (171-170). (Cf. I. Mach., I, 17-18; Tit. Liv., XLII; Diodor., legat.; Joseph., lib. XII, chap. VI).

---

20. *Stabit in loco ejus.* Succedet illi in regnum. — *Vilissimus, et indignus decore regio.* Seleucum Philopatorem intelligit seniorem Antiochi Magni filium, qui patri successit, et duodecim annos regnum tenuit inglorius, avarus et sacrilegus. — *Conteretur.* Occisus ab Heliodore duce suo. — *Non in furore, nec in prælio.* Non in furore et ardore belli, non in acie.

21. *Despectus.* Antiochus Epiphanes filius junior Antiochi Magni, et frater Seleuci Philopatoris, de quo proxime dictum est. — *Et non tribuetur ei honor regius.* Declarat quod dixerat, *despectus;* Antiochus enim Epiphanes initio non fuit acceptus ut rex, nec ab iis qui in Syria favebant Ptolemæo regius honor illi tribuebatur. — *Veniet clam.* Clanculum enim fugiens Roma, ubi fuerat obses, venit in Syriam. — *Obtinebit regnum in fraudulentia.* Blandimentis et significatione benevolentiæ et clementiæ; simulans enim se velle agere tutorem pupilli nepotis sui Demetrii, eum regno exclusit.

22. *Et brachia pugnantis expugnabuntur a facie ejus. Brachia* vocat vires et copias eorum, qui contra Antiochum pro Demetrio regni hærede pugnaverunt, sed ab Antiocho oppressi sunt. — *Insuper et dux fœderis.* Ptolemæus Philometor, qui *dux fœderis* vocatur, tum quia cum Antiocho Epiphane avunculo suo fœdus iniit, tum quia filius fuit Cleopatræ sororis Antiochi Epiphanis, quam Antiochus Magnus, Antiochi Epiphanis pater, Ptolemæo Epiphani Philometoris patri, jungendi fœderis causa desponderat. Itaque Ptolemæus Philometor ex eo fœdere natus, velut vinculum et dux fœderis erat. Hic ergo Philometor ab Antiocho Epiphane contritus est, quia duces Philometoris ab Antiocho Epiphane inter Pelusium et montem Casium prælio victi sunt.

23. *Post amicitias... faciet dolum.* Quia Antiochus post victoriam parcens Philometori puero amicitiam simulavit. — *Ascendet.* Memphim, simulans se Philometoris pueri res velle constituere. — *Superabit in modico populo.* Non magno excercitu occupabit præcipuas Ægypti urbes.

24. *Quæ non fecerunt patres ejus.* Quod nemo patrum ejus fecerat. — *Rapinas et prædam.* Omne genus divitiarum intelligit, sive belli, sive pacis artibus partarum. — *Et contra firmissimas cogitationes inibit.* Cogitabit de occupandis fortissimis Ægypti viribus. In hebræo enim est, *et contra munitiones cogitabit.* — *Et hoc usque ad tempus.* Cogitationes et consilia sua animo promens, donec opportunum tempus adveniat; tunc enim aperto marte regnum Ægypti invadet.

villes les plus fortes, mais cela ne durera qu'un certain temps.

25. Sa force se réveillera, et son cœur s'animera contre le roi du Midi, qu'il attaquera avec une grande armée; et le roi du Midi étant attaqué lui fera la guerre avec de grandes et de fortes troupes, qui ne demeureront pas fermes, parce que *leurs chefs* feront des entreprises contre lui.

26. Et étant à table avec lui, ils le ruineront : son armée sera accablée, et un grand nombre des siens sera mis à mort.

27. Ces deux rois auront le cœur attentif à se faire du mal l'un à l'autre : assis à la même table, ils diront des paroles de mensonge, *mais* ils ne réussiront pas dans leurs desseins, parce que le temps de leur ruine, n'est pas encore venu.

28. Et il retournera en son pays avec de grandes richesses : son cœur se déclarera contre l'alliance sainte : il fera beaucoup de maux, et retournera en son pays.

29. Il retournera au temps prescrit, et *il* reviendra vers le Midi, mais ce dernier *voyage* ne sera pas semblable au premier;

30. *Car* les Romains viendront contre lui sur des vaisseaux; et il sera abattu, et il retournera *en son pays;* et il concevra une grande indignation contre l'alliance du sanctuaire : il retournera encore *contre Jérusalem;* et il entreprendra contre ceux qui avaient abandonné l'alliance du sanctuaire.

tationes inibit; et hoc usque ad tempus.

25. Et concitabitur fortitudo ejus, et cor ejus adversum regem austri in exercitu magno; et rex Austri provocabitur ad bellum multis auxiliis, et fortibus nimis; et non stabunt, quia inibunt adversus eum consilia.

26. Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusque ejus opprimetur; et cadent interfecti plurimi.

27. Duorum quoque regum cor erit ut malefaciant, et ad mensam unam mendacium loquentur, et non proficient; quia adhuc finis in aliud tempus.

28. Et revertetur in terram suam cum opibus multis; et cor ejus adversum testamentum sanctum, et faciet, et revertetur in terram suam.

29. Statuto tempore revertetur, et veniet ad Austrum : et non erit priori simile novissimum.

30. Et venient super eum trieres et Romani; et percutietur, et revertetur, et indignabitur contra testamentum sanctuarii, et faciet; reverteturque et cogitabit adversum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarii.

27. *Et ad mensam unam mendacium loquentur.* Antiochus, maître de Ptolémée, le traita d'abord avec bonté. Ils mangeaient à la même table et il fit avec lui un traité d'après lequel il s'engageait à le rétablir sur son trône. Mais cette alliance irrita les Egyptiens, qui proclamèrent roi Ptolémée Evergète et Physcon, le frère de Philométor. Antiochus en prit occasion de ravager de nouveau l'Egypte. Il vit Philométor à Memphis, ils s'assirent à la même table et cherchèrent à se tromper l'un et l'autre par des démonstrations feintes d'amitié, mais toutes ces finesses n'aboutirent à rien.

28. *Et cor ejus adversum testamentum sanctum.* Ici commencent les persécutions d'Antiochus Epiphanes contre les Juifs. Le bruit de sa mort s'étant répandu à Jérusalem, il apprend que les Juifs s'en sont réjouis, et il marche contre Jérusalem. Il s'en empare, la livre au pillage pendant trois jours, profane le temple, en enlève les vases sacrés et l'argent qui y était depose, et se retire à Antioche, avec des dépouilles dont la valeur était estimée à 1,800 talents. Il avait fait périr 40,000 personnes, de tout âge et de tout sexe, et en avait réduit autant en captivité (I. Mach., 21-24, et II. Mac., v. 5-21).

29. *Et veniet ad Austrum.* Antiochus avait espéré qu'en Egypte les deux frères Philométor et Physcon, se feraient la guerre, et qu'il profiterait de leurs divisions. Mais ces deux princes s'étant réconciliés et étant convenus de régner ensemble, il résolut de retourner en Egypte. Toutefois il n'y eut pas les mêmes succès qu'auparavant.

30. *Et venient super eum trieres et Romani.* Antiochus trouva près d'Alexandrie les Romains, qui avaient pris sous leur protection les rois d'Egypte. Ils étaient venus sur des

---

25. *Et concitabitur fortitudo ejus.* Antiochi Epiphanis. — *Adversum regem austri.* Contra Philometorem, quem jam non fraudibus petet, sed aperto bello. Describitur bellum hoc lib. I. Machab., c. I, n. 19. — *Provocabitur.* Lacessitus et coactus pugnabit. — *Non stabunt.* Scilicet copiæ et auxilia regis Ægypti, quia illum suis fraudibus Antiochus circumveniet, et prodetur a suis.

26. *Comedentes panem cum eo.* Principes, qui ad honorem regiæ mensæ admissi erant, regem prodent. Vel simplicius, *comedentes bucellam sibi ejus*, ut est in hæbræo, famulos significat. — *Conterent illum.* Perniciem illi creabunt.

27. *Cor erit ut male faciant.* Sibi mutuo nocere studebunt, et insidias struent. — *Ad mensam unam mendacium loquentur.* In eadem mensa, quæ amicitiæ locus est et fidei, sibi insidiabuntur. — *Non proficient.* Dolis non succedentibus. — *Quia adhuc finis in aliud tempus.* Quia nondum venit finis vitæ utrique regi a Deo præstitutus.

28. *Revertetur.* Antiochus. — *Cum opibus multis.* Expilata Ægypto prætextu tutelæ pueri regis — *Et cor ejus adversum testamentum sanctum.* Cogitabit Antiochus vastare quoque Judæam, Jerusalem et templum, ubi divina lex, quæ sanctum Dei testamentum dicitur, servabatur. — *Et faciet, et revertetur.* Quasi dicat : Compos factus voti, scilicet expilata Judea, Jerusalem et templo, revertetur in Syriam.

29. *Statuto tempore.* In hebræo est, *ad tempus*, hoc est, post aliquod tempus. — *Veniet ad austrum.* Veniet in Ægyptum. — *Et non erit priori simile novissimum.* Secunda hæc expeditio primæ similis non erit.

30. *Trieres et Romani.* Romani cum classe et triremibus. — *Percutietur.* Antiochus, non ferro, sed timore Romanorum. Popilius enim Lænas roman. imp. Antiochum cunctantem, virga circulum describens circa illum, antequam inde exiret respondere jussit, vellet necne

31. Et brachia ex eo stabunt, et polluent sanctuarium fortitudinis, et auferent juge sacrificium; et dabunt abominationem et desolationem.

32. Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter; populus autem sciens Deum suum, obtinebit et faciet.

33. Et docti in populo docebunt plurimos; et ruent in gladio, et in flamma; et in captivitate, et in rapina dierum.

34. Cumque corruerint, sublevabuntur auxilio parvulo : et applicabuntur eis plurimi fraudulenter.

35. Et de eruditis ruent, ut conflentur, et eligantur, et dealbentur usque

31. Des hommes puissants soutiendront son parti, et ils violeront le sanctuaire du *Dieu* fort : ils feront cesser le sacrifice perpétuel, et ils mettront dans le temple l'abomination de la désolation.

32. Et les impies prévaricateurs de la *sainte* alliance useront de déguisement et de fictions : mais le peuple qui connaîtra son Dieu s'attachera fermement *à sa loi*, et fera *ce qu'elle ordonne*.

33. Ceux aussi qui seront savants parmi le peuple en instruiront plusieurs : et ils seront tourmentés par l'épée, par la flamme, par la captivité et par les brigandages qui dureront plusieurs jours.

34. Pendant ces ruines *et ces morts*, ils seront un peu soulagés par le moyen d'un petit secours ; et plusieurs se joindront à eux par une alliance feinte.

35. Il y en aura d'entre ceux qui seront savants qui tomberont en de grands maux, afin

vaisseaux grecs ou macédoniens qu'ils avaient pris à Délos. Popilius Lænas parla à Antiochus du ton d'un vainqueur. Le roi de Syrie humilie se rabattit alors sur la Judée (168). Il envoya Apollonius avec 22,000 hommes, lui donna l'ordre de piller les villes, de passer au fil de l'épée les hommes, et de mettre à l'encan les femmes et les enfants. Ce général choisit le jour du sabbat pour executer ces horreurs. Le service du temple fut interrompu, la persécution religieuse commença, et Antiochus offrit ouvertement ses faveurs à tous les apostats.

31. *Et dabunt abominationem et desolationem.* Antiochus fit dédier le temple de Jérusalem à Jupiter Olympien, et la statue du dieu fut placée sur l'autel des holocaustes. On dressa également des autels et des statues dans toutes les villes de la Judée, et l'on massacrait tous ceux qui refusaient d'adorer ces idoles (167).

32. *Populus autem sciens.* On chercha à multiplier les apostasies, mais les résistances éclatèrent, et l'on vit le dévouement du vieillard Eléazar, des sept frères Machabées avec leur mère, et d'une foule d'autres martyrs.

33. *Et docti in populo.* Ceci se rapporte à la conduite si éclairée et si généreuse de Mathathias et de ses fils.

35. *Ad tempus præfinitum.* Daniel avait marqué lui-même le temps que durerait cette persécution (Cf. note sur le chap. VIII, vers. 14).

---

arma deponere, et Ægypto decedere. Ea ducis romani audacia territus Antiochus, populi romani jussa fecit. — *Indignabitur contra testamentum sanctuarii.* Iram quam non potuerat in Ægyptios effundere, in templum et populum Judæorum effundet. — *Testamentum sanctuarii.* Sanctuarium testamenti, templum sanctum in quo servabatur testamentum, id est, lex divina, et tabulæ in quibus erat descripta. — *Et cogitabit adversum eos.* Judæi nonnulli patriæ et legis sanctæ proditores, Antiochum contra cives et patriam, ac legem suam accersiverunt; sed illos postea fœdifragos fœdifrage pariter in exsilium egit, vel sustulit Antiochus : tales fuerunt Simon, Jason et Menelaus, de quibus II. Machab., 4 et sequent.

31. *Et brachia.* Brachia appellat duces et principes quos Antiochus misit adversus Judæos. Significat ergo fore ut Antiochi vires atque conatus bene illi succedant. — *Sanctuarium fortitudinis.* Ita appellat templum in quo verum Deum omnipotentem, et fortitudinem suam Judæi colebant. Vel quia templum ipsum munitissimum erat instar arcis. — *Juge sacrificium.* Vide dicta c. 8, n. 11. — *Dabunt.* Ponent. — *Abominationem.* Simulacrum Jovis Olympii. Hebræi enim idola abominationem vocant, id est, rem summe abominandam. — *In desolationem.* In templo desolato et profanato. Vide II. Machab., 6, 1 et 2.

32. *Et impii in testamentum.* Nonnulli ex perfidis Judæis simulantes se divini cultus et testamenti, id est, legis amore flagrare, religionem, populum et patriam Antiocho prodent. Vide II Machab., 1, 12. — *Populus autem sciens Deum.* Qui non solum animo aut verbis, sed factis Deum cognoscebant, et fidem cum operibus conjunctam habebant. — *Obtinebit, et faciet.* Vatablus, *fortificabit cor suum, et faciet.* Constantes erunt, et vincent, non armis bellando, sed moriendo. Nam et ipse Antiochus se a septem illis fratribus, cum jam morerentur, victum esse sensit. II. Machab., c. 7, n. 24 et 39.

33. *Et docti in populo.* Quos superiore versu, vocavit populum scientem Deum suum, nunc doctos appellat. Deum enim qui bene novit et sancte colit, is merito doctissimus haberi potest. — *Ruent in gladio.* Gladiis conficientur, flammis absumentur, abducentur captivi. — *Et in rapina dierum.* In hebræo est, *et præda diebus multis*, scilicet erunt.

34. *Cumque corruerint.* LXX, *cumque infirmati fuerint*, vexati et malis attriti, multis etiam a vera religione deficientibus. — *Sublevabuntur auxilio parvulo.* Exigua manu paucisque copiis Judæ et Machabæi et fratrum ejus, qui maximos Antiochi exercitus divina ope adjuti profligarunt. — *Applicabuntur eis plurimi fraudulenter.* Hoc etiam Machabæorum libri docent, multos Judæos Machabæis liberatoribus suis insidias tetendisse.

35. *Et de eruditis.* Scientibus Deum, ut dixit n. 32. — *Ut conflentur.* Tanquam aurum in igne coquantur, purgentur et probentur. — *Eligantur.* Tanquam animæ puræ et defæcatæ. — *Dealbentur.* Purgentur, niteant et splendeant. — *Usque ad tempus præfinitum.* Donec tempestas hæc tempore a Deo præfinito tandem cesset. — *Aliud tempus erit.* Scilicet quietis et gaudii post tot luctus et funera.

qu'ils passent par le feu, et qu'ils deviennent purs et blancs de plus en plus, jusqu'au temps prescrit, parce qu'il y aura encore un autre temps.

36. Le roi agira selon qu'il lui plaira; il s'élèvera, et il portera le faste de son orgueil contre tout dieu : il parlera insolemment contre le Dieu des dieux : et il réussira jusqu'à ce que la colère soit accomplie, parce qu'il a été ainsi arrêté.

37. Il n'aura aucun égard au Dieu de ses pères; il sera dans la passion des femmes : il ne se souciera de quelque dieu que ce soit, parce qu'il s'élèvera contre toutes choses.

38. Il révérera le dieu Maozim dans le lieu qu'il lui aura choisi; et il l'honorera avec l'or, l'argent, les pierres précieuses, et tout ce qu'il y a de plus beau, ce dieu que ses pères ont ignoré.

39. Et il fortifiera Maozim avec un autre dieu étranger qu'il a connu; il les élèvera à une grande gloire; il leur donnera beaucoup de puissance; et il partagera la terre gratuitement.

40. Le roi du Midi combattra contre lui au

ad tempus præfinitum; quia adhuc aliud tempus erit.

36. Et faciet juxta voluntatem suam rex, et elevabitur, et magnificabitur adversus omnem Deum; et adversus Deum deorum loquetur magnifica, et dirigetur, donec compleatur iracundia; perpetrata quippe est definitio.

37. Et Deum patrum suorum non reputabit; et erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam deorum curabit; quia adversum universa consurget.

38. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur; et deum quem ignoraverunt patres ejus, colet auro, et argento, et lapide pretioso, rebusque pretiosis.

39. Et faciet ut muniat Maozim cum deo alieno quem cognovit, et multiplicabit gloriam, et dabit eis potestatem in multis, et terram dividet gratuito.

40. Et in tempore præfinito prælia-

36. *Adversus omnem Deum.* Le portrait d'Antiochus, tracé dans ce verset et le suivant, est justifié par l'histoire. Ce fut un ennemi acharne du Dieu des dieux, c'est-à-dire de Jehovah; mais ce fut aussi un prince incrédule qui n'avait aucune croyance et qui se moquait de toutes les divinités. Il joignait à l'impiété une dissolution sans bornes. On rapporte que dans une sorte de procession, il fit paraître 80 femmes portées dans des chaises à pieds d'or, et 500 concubines (Cf. II. Mach., IV, 30).

40. *Et in tempore præfinito.* Ici commence la quatrième partie du chapitre, qui n'est qu'une récapitulation. L'ange revient sur ce qu'il a dit des démêlés de Ptolemée Philométor et d'Antiochus Epiphanes.

---

36. *Et faciet.* Pergit propheta in rebus gestis Antiochi recensendis, ita tamen ut eas tantum obiter et leviter perstringat, revera autem sub Antiochi typo describat Antichristum et ejus mores. — *Loquetur magnifica.* Superbe et blaspheme. — *Et dirigetur.* Prosperabitur, et quod animo destinaverit perficiet; quasi dicat : Deum ipsum quodammodo vincet Antiochus, et post eum Antichristus, non suis viribus, sed Deo ita permittente propter peccata populi. — *Donec compleatur iracundia.* Donec satisfactum sit iræ Dei propter peccata populi illum punientis. — *Perpetrata quippe est definitio.* Pagninus vertit, *quia facta est decisio.* Decretum est apud Deum certum temporis spatium quo populus puniatur.

37. *Deum patrum suorum non reputabit.* Spernet Antiochus Judæorum Deum, quem reges Syriæ parentes ejus muneribus coluerant, ut patet ex II. Machab., c. 3, n. 2. Verius hoc erit in Antichristo, qui in templo sedebit, voletque coli ut deus. — *Et erit in concupiscentiis feminarum.* Antiochus enim mulierosus fuit, qualis etiam erit Antichristus. — *Nec quemquam deorum curabit.* Licet enim Antiochus in templo Judæorum poni jusserit statuam Jovis Olympici, id non tam religione et studio Jovis fecit, quam ad profanandum Judæorum templum, et veri Dei cultum evertendum. Vel cultum Jovis ad politicum tantum finem ordinavit, ut athei faciunt. Vide quæ versiculo 39 habentur.

38. *Deum autem Maozim. Mahuzzim,* hebraice significat fortitudines, arces, præsidia; et sensus esse potest : Antiochus in arcibus a se munitis idola constituet arcium suarum tutelaria, et ea tantum colet. Aliqui docent Maozim Martem significare, quem coluerit Antiochus et Antichristus. Alii docent Antichristum cæteros deos contempturum, et diabolum occulte sub nomine Maozim culturum, quasi fortem et potentem deum, qui omnia sibi subjiciat, et cui imperium suum acceptum referat. Vel tandem deus Maozim est Jupiter, qui deorum princeps et potentissimus habebatur, quemadmodum Deus noster Deus virtutum et Deus exercituum in sacris Litteris appellatur. — *In loco suo.* Vide quæ proxime dicemus ad sequentem versum. — *Deum quem ignoraverunt.* Deum Maozim quem majores Antiochi sub hoc nomine Maozim non coluerunt.

39. *Et faciet.* Hæc quæ diximus faciet. — *Ut muniat Maozim cum Deo alieno.* Ut arces suas idolis tutelaribus muniat, et Judæos ad superstitionem suam traducat, ut, sublata varietate religionis, Judæi rebus novis minus studeant. Vide I. Machab., I, 57. Maozim ergo non est nomen proprium, sed nomen appellativum, arces et loca munita significans. Vel sensus est, Antichristum habiturum occultum aliquem locum idoli sui, quem ab idolo et munitione vocabit Maozim. — *Quem cognovit.* Vatabl., *quem agnoscet*, id est, *colet.* — *Et multiplicabit gloriam.* Honore eos afficiet Judæos, qui Jovem suum Olympium colere voluerint, eisque potestatem et agros liberaliter dabit, ut constat ex libro I. Machab., 2, 18; et lib. II, c. 7, 24. Aliqui vertunt ex Hebræo, *quem* (deum Maozim) *qui agnoverit, eum honoribus augebit, et dominum multorum faciet.* — *Terram dividet gratuito.* LXX habent, *terram dividet in donis,* id est, dona dabit. In hebræo est *terram dividet in pretium*, id est, in mercedem iniquitatis et idololatriæ.

40. *Præfinito.* A Deo. — *Rex austri.* Ptolemæus Philometor. Redit enim hic angelus ad bellum Antiochi cum Philometore refricans quæ dixerat n. 29. Vel quod verius videtur, de Antichristo loquitur, qui regem Ægypti, Libyæ et Æthiopiæ, quæ sunt regiones ad austrum debellabit.

bitur adversus eum rex Austri, et quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis, in curribus, et in equitibus, et in classe magna, et ingredietur terras, et conteret et pertransiet.

41. Et introibit in terram gloriosam, et multæ corruent; hæ autem solæ salvabuntur de manu ejus, Edom, et Moab, et principium filiorum Ammon.

42. Et mittet manum suam in terras; et terra Ægypti non effugiet.

43. Et dominabitur thesaurorum auri et argenti, et in omnibus pretiosis Ægypti; per Libyam quoque et Æthiopiam transibit.

44. Et fama turbabit eum ab oriente et ab Aquilone; et veniet in multitudine magna ut conterat et interficiat plurimos.

45. Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum et sanctum; et veniet usque ad summitatem ejus, et nemo auxiliabitur ei.

temps qui a été marqué : et le roi de l'Aquilon marchera aussi contre lui comme une tempête, avec une multitude de chariots et des gens de cheval, et avec une grosse flotte; il entrera dans ses terres; il ravagera *tout*, et il passera *au travers de son pays*.

41. Il entrera ensuite dans le pays de gloire; et plusieurs provinces seront ruinées : ceux-là seuls seront sauvés de ses mains, Edom, Moab, et les premières terres des enfants d'Ammon.

42. Il étendra sa main contre les provinces : et le pays d'Egypte n'échappera pas.

43. Il se rendra maître des trésors d'or et d'argent, et de tout ce qu'il y a de plus précieux dans l'Egypte : il passera au travers de la Libye et de l'Ethiopie.

44. Il sera troublé par des nouvelles qui lui viendront de l'Orient et de l'Aquilon; et il viendra avec de grandes troupes pour perdre tout, et pour faire un grand carnage.

45. Il dressera les tentes de son palais entre les mers, sur la montagne célèbre et sainte : et il montera jusqu'au haut de cette montagne, et il ne se trouvera personne pour la secourir.

CHAPITRE XII.

Prophétie sur la fin des temps.

1. In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui; et veniet tempus quale

1. Mais en ce temps-là, Michel, grand prince, s'élèvera, lui qui est le protecteur des enfants de votre peuple. Il viendra un temps tel qu'on

41. *Salvabuntur de manu ejus*. Ces pays furent épargnés, parce qu'ils consentirent à accepter la loi du roi de Syrie, et à adorer ses dieux.

45. *Et figet tabernaculum*. La plupart des interprètes, dit la *Bible de Vence*, croient que cela regarde l'expédition d'Antiochus, au delà de l'Euphrate, et sa mort arrivée dans ce voyage. — *Apadno*, des deux mers, peut signifier le plat pays qui était entre la mer Caspienne et le golfe Persique. La montagne de *Sabi* ou *Sabaï* est apparemment la même que *Tabœ* ou *Tabaï*, dans la Parecatène, où mourut Antiochus. (Voyez sur la mort de ce prince, II. Mach., chap. IX).

Cap. XII. — 1. *In tempore autem illo*. La persécution d'Antiochus était l'image de la persécution de l'antechrist. Le prophète passe de la figure à la réalité, et il va décrire ce qui arrivera à la fin des temps. C'est par là, qu'à l'exemple d'Isaïe, il couronne ses prophéties. Dans le style des prophètes, cette expression, *en ce temps-là*, se rapporte souvent au temps à venir que l'Esprit de Dieu leur découvre.

---

41. *In terram gloriosam*. Judæam. Vide dicta supra, c. 6, n. 9. — *Multæ corruent*. Multæ urbes. — *Hæ autem solæ salvabuntur*. Quia, ut ait S. Hyeronymus : *Antiochus festinans contra Ptolemæum regem austri, Idumæos, Moabitas et Ammonitas, qui ex latere Judææ erant, non tetigit, ne occupatus alio prœlio Ptolemæum redderet fortiorem. Antichristus quoque Idumæam, et Moabitas, et filios Ammon, id est, Arabiam relinquet intactam, quia illic sancti ad deserta confugient;* ita D. Hieronym. Possumus etiam dicere Idumæos, Moabitas et Ammonitas ab Antiocho et Antichristo intactos relictos, quod ad idololatriam proni, ad religionem mutandam se paratos exhibuissent. — *Principium filiorum Ammon*. Græce est, ἀρχή, id est, *principatus*, ditio scilicet Ammonitarum.

42. *Et mittet manum suam*. Injiciet manus suas, invadens varias terras.

43. *Transibit*. Quasi victor et triumphator eas calcando. Unde in hebræo est, *Libyes et Æthiopes in gressibus ejus*, id est, pedibus suis premet.

44. *Fama turbabit eum ab oriente*. Rumor de Judæorum defectione turbabit Antiochum. Vide II. Machab., 5, 11. Antichristus etiam cum Ægygtios, Libyes et Æthiopes expugnaverit, audiens in oriente et aquilone contra se bella consurgere, eo se convertet, ut explicant S. Hieronymus et alii.

45. *Figet tabernaculum suum Apadno*. Pagnin. et Vatabl. vertunt, *plantabit tabernacula palatii sui inter maria;* nam, ut docet sanctus Hieron., *Apadno* non est nomen proprium loci, sed appellativum, significans palatium suum, vel solium aut thronum suum. Alii putant Apadno esse nomen proprium loci, qui ita dicetur tempore Antichristi, cum scilicet in eo palatium et tabernaculum suum collocaverit. — *Inter maria*. Inter duo maria, Mortuum scilicet et Mediterraneum, inter quæ sita est Jerusalem. — *Montem inclytum et sanctum*. Sion, in quo templum erat situm. — *Et nemo auxiliabitur ei*. Monti sancto; nam Antiochus et Antichristus capient Jerusalem, et montem Sion cum templo. Alii, *nemo auxiliabitur*, de Antichristo intelligunt, cui nullus opem feret cum interficietur.

Cap. XII. — 1. *In tempore autem illo*. Tempore Antichristi, de quo paulo ante actum est. Hoc capite angelus aperte et diserte de novissimis Antichristi temporibus agit. — *Princeps magnus*. Militiæ cœlestis. — *Qui stat pro filiis populi tui*. Qui olim synagogæ, et nunc Ec-

n'en aura point vu de semblable depuis que les peuples sont établis, jusqu'alors; en ce temps-là donc, tous ceux de votre peuple qui seront trouvés écrits dans le livre *de vie* seront sauvés.

2. Et toute cette multitude de ceux qui dorment dans la poussière de la terre se réveilleront, les uns pour la vie éternelle, et les autres pour un opprobre, qu'ils auront toujours devant les yeux.

3. Or ceux qui auront été instruits, brilleront comme les feux du firmament; et ceux qui auront enseigné à plusieurs la voie de la justice luiront comme des étoiles dans toute l'éternité.

4. Mais pour vous, Daniel, tenez ces paroles fermées, et mettez le sceau sur ce livre, jusqu'au temps marqué : car plusieurs le parcourront; et la science se multipliera.

5. Alors moi, Daniel, je vis comme deux autres hommes qui étaient debout : l'un était en deçà, sur le bord du fleuve : et l'autre au delà, sur le bord du même fleuve.

6. Et je dis à l'homme vêtu de lin, qui se tenait debout sur les eaux du fleuve : Quand sera-ce que l'accomplissement de ce prodige arrivera?

7. Et j'entendis cet homme qui était vêtu de lin, et qui se tenait sur les eaux du fleuve, qui, élevant au ciel la main droite et la main gauche, jura, par celui qui vit dans l'éternité, que ce serait dans un temps, *deux* temps, et la moitié

non fuit ab eo ex quod gentes esse cœperunt usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit scriptus in libro.

2. Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt; *a* alii in vitam æternam, et alii in opprobrium ut videant semper. [a *Matth.* 25. 46.]

3. Qui autem docti fuerint, *a* fulgebunt quasi splendor firmamenti : et qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. [a *Supr.* 3. 7.]

4. Tu autem Daniel claude sermones, et signa librum, usque ad tempus statutum : plurimi pertransibunt, et multiplex erit scientia.

5. Et vidi ego Daniel, et ecce quasi duo alii stabant; unus hinc super ripam fluminis, et alius inde ex altera ripa fluminis.

6. Et dixi viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis : Usquequo finis horum mirabilium.

7. Et audivi virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, *a* cum elevasset dexteram et sinistram suam in cœlum; et jurasset per viventem in æternum, quia in tempus, et

1. *Qui inventus fuerit scriptus in libro.* Tout Israël sera sauvé à la fin des siècles, comme l'enseigne saint Paul (Rom., XI, 26); ce que suppose la conversion des Juifs à la fin des siècles annoncée par tous les prophètes.

3. *Quasi stellæ.* Jésus-Christ (Matth., XIII, 43) et saint Paul (I. Cor., XV, 41-42) annoncent sous de semblables images la gloire des élus dans l'éternité.

7. *In tempus, et tempora et dimidium temporis.* Dans l'Apocalypse, saint Jean fixe de la même façon la durée de la persécution de l'antechrist (Apoc., XI, 2). On a essayé d'évaluer ces temps, mais il nous semble plus convenable de respecter ce langage mystérieux, et de dire que le sens nous en est inconnu.

---

clesiæ custos est. — *Veniet tempus.* Afflictionis. — *Erit enim tunc tribulatio magna qualis non fuit ab initio mundi*, ut ait Christus Matth., 24, 21. — *Salvabitur populus tuus.* Judæi in fine mundi salvabuntur, præsertim cum viderint Antichristum, in quem crediderant, a Christo profligari et in tartara detrudi. — *Scriptus in libro.* Prædestinationis ad gloriam.

2. *Et multi de his qui dormiunt* Et dormientes, id est, mortui, qui multi sunt; omnes enim resurgent. — *In opprobrium.* In supplicium æternum, mortem ignominia plenam. — *Ut videant semper.* Opprobrium suum, ut semper mortem experiantur, ut perpetuo moriantur.

3. *Qui autem docti fuerint.* Active sumendum, id est, doctores fuerint; qui fidem, pietatem et bonos mores exemplo suo docuerint. Vox enim hebraica *maschilim*, non tam doctos quam docentes significat. — *Fulgebunt.* Sic Christus, Matth., 13, n. 43, ait : *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.* — *Ad justitiam erudiunt.* Ad rectam fidem et probatos mores. — *In perpetuas æternitates.* In hebræo est, *in æternum, et ultra.* Id est, semper, in æternum, in omnem æternitatem.

4. *Claude sermones, et signa librum.* Quod claudere jubet librum, et signo impresso munire, significat prophetiam longo post tempore implendam, ejusdem etiam obscuritatem et certitudinem. — *Plurimi pertransibunt.* Perlegent, percurrent has prophetias, et earum sensum investigabunt. — *Multiplex erit scientia.* Multiplicem earum intelligentiam et interpretationem afferent.

5. *Quasi duo alii stabant.* Probabile est, quod D. Hieronymus dixit, alterum Græcorum, alterum Persarum angelum fuisse, quorum mentio facta est c. 10, n. 20. — *Fluminis.* Tigris.

6. *Et dixi viro.* Angelo qui mecum loquebatur, viri formam habenti, et lineis induto. Vide c. 10, 5. In hebræo est, *vajomer, et dixit*, scilicet alter duorum angelorum stantium in ripa. — *Usquequo finis horum mirabilium?* Quandonam hæ res mirabiles fient, quas prædixisti, Similis interrogatio apud Matth., 24, 3 : *Dic nobis quando hæc erunt, et quod signum adventus tui, etc.*

7. *Et jurasset.* Juramentum hoc significat Dei decretum de hisce oraculis rebusque futuris immutabile esse et irrevocabile. — *In tempus, et tempora.* Refer hæc ad *audivi;* quasi dicat : Audivi angelum cum jurasset, dicentem : *Quia in tempus, et tempora, et dimidium temporis*, id est, per annum, et duos annos, et dimidium anni, hoc est, per tres annos cum dimidio durabit persecutio Antichristi, de qua quæris. — *Cum completa fuerit.* Cum plurimi christiani dispergentur in solitudines et speluncas, ut cedant furori Antichristi, Apoc., 12, 6, tunc ea quæ hic prædico complebuntur. — *Manus populi.* Multi ex populo.

tempora, et dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur universa hæc. [a *Apoc.* 10. 5.]

8. Et ego audivi, et non intellexi. Et dixi : Domine mi, quid erit post hæc?

9. Et ait : Vade, Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones, usque ad præfinitum tempus.

10. Eligentur, et dealbabuntur, et quasi ignis probabuntur multi : et impie agent impii, neque intelligent omnes impii : porrodocti intelligent.

11. Et a tempore cum ablatum fuerit juge sacrificium, et posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta.

12. Beatus qui exspectat, et pervenit usque ad dies; mille trecentos triginta quinque.

13. Tu autem vade ad præfinitum, et requiesces, et stabis in sorte tua in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus. Quæ sequuntur usque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

d'un temps; et que toutes ces choses seraient accomplies lorsque la dispersion de l'assemblée du peuple saint serait achevée.

8. J'entendis ce qu'il disait, et je ne le compris pas; et je lui dis : Mon seigneur, qu'arrivera-t-il après cela?

9. Et il me dit : Allez, Daniel, car ces paroles sont fermées, et sont scellées jusqu'au temps qui a été marqué.

10. Plusieurs seront élus, seront rendus blancs, et seront éprouvés comme par le feu; les impies agiront avec impiété; et tous les impies n'auront point l'intelligence : mais ceux qui sont instruits *les* comprendront.

11. Depuis le temps que le sacrifice perpétuel sera aboli, et que l'abomination de la désolation aura été établie, il se passera mille deux cent quatre-vingt-dix jours.

12. Heureux celui qui attend, et qui arrive jusqu'à mille trois cent trente-cinq jours.

13. Mais pour vous, allez jusqu'au temps qui a été marqué et vous serez en repos, et vous demeurerez dans l'état où vous êtes jusqu'à la fin de vos jours.

Nous avons lu dans le texte Hébreu de Daniel ce qui a été mis jusqu'ici. Ce qui suit, jusqu'à la fin de ce livre, a été traduit de l'édition de Théodotion. (Note de saint Jérôme.)

13. *Tu autem vade ad præfinitum.* Ces dernières paroles font croire que Daniel mourut bientôt après. S'il avait 12 ans à l'époque de sa transmigration, il n'en avait pas moins de 85 quand il fit cette prophétie. Le faux Epiphane, dit qu'il mourut à Babylone, et Benjamin de Tudèle rapporte qu'on lui montra son tombeau à Suze. Cette dernière prophétie sur les successeurs d'Alexandre est merveilleuse d'exactitude et de détails. Porphyre n'en contesta pas l'exactitude, il s'appliqua au contraire à la faire ressortir jusque dans les moindres circonstances. Il voulut tirer de cette clarté un argument contre son authenticité, mais ce point est inattaquable comme nous l'avons fait voir dans la Préface. Il ne reste donc qu'à admirer ici un des plus beaux monuments que l'on puisse citer à l'appui de notre foi.

---

8. *Et non intellexi.* Præsertim id quod rogavi n. 6.

9. *Clausi sunt.* Nemo hæc plane intelliget, donec adsit tempus a Deo præfinitum, quo ea re ipsa evenient.

10. *Eligentur, et dealbabuntur.* In tribulatione dealbabuntur et purgabuntur, quasi in igne, ut dixit c. 11, n. 35. — *Neque intelligent omnes impii.* Etiam videntes res ipsas evenire, prophetiam hanc non intelligent, quia omnia in causas naturales referent, aut in hominum consilia et potentiam. — *Docti intelligent.* Pii et sapientes christiani intelligent mysteria hujus prophetiæ, cum ea viderint impleri.

11. *Cum ablatum fuerit juge sacrificium.* A tempore quo Antichristus auferet Missæ sacrificium, ita ut nullus publice illud audeat offerre. — *Posita fuerit abominatio.* Idolum. Puta ipse Antichristus, qui coli volet ut deus. — *In desolationem.* Ad desolationem, ut scilicet omnia bona perdat et desolet. Ab initio ergo hujus temporis usque ad finem persecutionis Antichristi, erunt dies mille ducenti nonaginta, id est, tres anni cum dimidio; hi enim præcise faciunt dies 1278; sed ulterius excrescet persecutio per dies duodecim scilicet usque ad dies 1290. Unde et S. Joannes Apocal., 11, 2, docet Antichristum regnaturum per 42 menses, qui faciunt tres annos cum dimidio.

12. *Usque ad dies mille trecentos triginta quinque.* Occiso post dies 1290. Antichristo pax erit et requies aliqua per 45 dies : beati ergo qui ad tempus illud pervenient post tot clades; nam ab illis respirare licebit, et lapsis spatium dabitur resipiscendi.

13. *Tu autem.* Daniel. — *Vade ad præfinitum.* Vades ad mortem omnibus constitutam, antequam hæc eveniant. — *Stabis in sorte tua.* Suo tempore resurges, et stabis inter electos in gradu gloriæ, qui tibi dabitur pro mensura meritorum tuorum.

(*Historia Susannæ, quæ hoc capite recensetur, est scriptura canonica, ut patet ex concilio Trid. sess.* 4, *statim initio. Porro hoc caput, si ordinem temporum sequi velimus, videtur statim post primum Danielis caput collocandum, quia hæc Babylone acciderunt, et Daniele puero, ut patet ex versu* 45; *et hoc facto cœptus est a populo haberi magnus n.* 64.)

CHAPITRE XIII.

Histoire de Susanne.

1. Il y avait un homme qui demeurait à Babylone; et son nom était Joakim.
2. Il épousa une femme nommée Susanne, fille d'Helcias, qui était parfaitement belle, et qui craignait Dieu.
3. Car comme son père et sa mère étaient justes, ils avaient instruit leur fille selon la loi de Moise.
4. Or Joakim était fort riche, et il avait un jardin fruitier près de sa maison; et les Juifs allaient souvent chez lui, parce qu'il était le plus considérable de tous.
5. On avait établi pour juges cette année-là deux veillards d'entre le peuple, dont le Seigneur a parlé, lorsqu'il a dit que l'iniquité est sortie de Babylone par des vieillards qui étaient juges, et qui semblaient conduire le peuple.
6. Ces vieillards allaient d'ordinaire à la maison de Joakim; et tous ceux qui avaient des affaires à juger venaient les y trouver.
7. Sur le midi, lorsque le peuple s'en était allé, Susanne entrait et se promenait dans le jardin de son mari.
8. Ces vieillards l'y voyaient entrer et s'y promener tous les jours; et ils conçurent une ardente passion pour elle.
9. Leurs sens en furent pervertis; et ils détournèrent leurs yeux, pour ne point voir le ciel, et pour ne point se souvenir des justes jugements *de Dieu*.
10. Ils étaient donc tous deux blessés de l'amour de Suzanne; et néanmoins ils ne s'entredirent point le sujet de leurs peines :

1. Et erat vir habitans in Babylone, et nomen ejus Joakim;
2. Et accepit uxorem nomine Susannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, et timentem Deum :
3. Parentes enim illius, cum essent justi, erudierunt filiam suam secundum legem Moysis.
4. Erat autem Joakim dives valde, et erat ei pomarium vicinum domui suæ; et ad ipsum confluebant Judæi, eo quod esset honorabilior omnium.
5. Et constituti sunt de populo duo senes judices in illo anno; de quibus locutus est Dominus : Quia egressa est iniquitas de Babylone a senioribus judicibus, qui videbantur regere populum.
6. Isti frequentabant domum Joakim, et veniebant ad eos omnes qui habebant judicia.
7. Cum autem populus revertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, et deambulabat in pomario viri sui.
8. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, et deambulantem : et exarserunt in concupiscentiam ejus :
9. Et everterunt sensum suum, et declinaverunt oculos suos ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum justorum.
10. Erant ergo ambo vulnerati amore ejus, nec indicaverunt sibi vicissim dolorem suum :

Cap. XIII. — I. *Et erat vir habitans.* Si l'on suivait l'ordre chronologique, ce chapitre devrait être placé après le chapitre I, immédiatement après l'histoire des enfants de la fournaise. Le fait qui y est raconté arriva sous Nabuchodonosor, au commencement de la captivité des Juifs. Daniel était fort jeune; on suppose qu'il n'avait guère plus de douze ans. Ce fut dans cette circonstance qu'il donna pour la première fois une preuve de l'esprit de sagesse dont il était rempli. Cet épisode est pour nous très-curieux. Car indépendamment de la haute moralité qui en découle, il nous fait voir en quel état vivaient les Juifs transportés à Babylone. Ils n'étaient ni dans les fers, ni en prison, mais ils formaient au milieu des Chaldéens une sorte de colonie, ils avaient leurs mœurs, leurs lois et leurs usages, ils pouvaient acheter des terres, bâtir des maisons, et quand des différends s'élevaient entre eux, ils avaient leurs juges et les affaires étaient jugées d'après leur législation.

4. *Quod esset honorabilior omnium.* Sa maison, dit le P. de Carrières, était le lieu où ils s'assemblaient pour rendre la justice. C'est ce qui résulte du verset 6. D'après la prophétie de Jacob, le sceptre de l'autorité et la magistrature ne devaient sortir de Juda qu'au temps de l'avénement du Messie. C'est pour ce motif que la Providence voulut que, même en captivité, sous la domination étrangère, son peuple conservât toujours la puissance judiciaire, et qu'il fût régi par sa loi et jugé par ses chefs.

8. *Et videbant eam senes.* Le nom de vieillard que l'Ecriture donne à ces hommes tenait moins à leur âge qu'à leur dignité. Car l'Ecriture, par respect pour leurs fonctions, donne aux *juges* le nom d'*anciens* (*senes seniores*).

Cap. XIII. — 4. *Pomarium.* Id est, hortus, græce παραδεισος.

5. *Constituti sunt..... duo senes judices.* Factum est hoc indulgentia regum Chaldæorum permittentium ut causæ, quæ ad legem Judæorum pertinerent, a judicibus ejusdem gentis cognoscerentur. — *De quibus locutus est Dominus.* Ubi et quomodo, an scripto, an viva voce prophetæ alicujus hæc locutus sit Dominus, non liquet. Maldonatus putat non verba, sed sensum alicujus scripturæ loci recitari, qualis ille est Jerem., 23, 14 : *In prophetis Jerusalem vidi similitudinem adulterantium, et iter mendacii.* — *Qui videbantur regere populum.* Quorum sapientiæ et probitati populus inniti videbatur, et ab illis sustineri.

6. *Qui habebant judicia.* Οἱ κρινομενοι; *qui judicabuntur,* id est, litigantes.

8. *Et videbant eam.* Populo enim digresso, aliquandiu ibi hærebant consultationis causa.

9. *Everterunt sensum suum.* Infatuati sunt ejus amore; solet enim amor pervertere rationis sensum. — *Declinaverunt oculos.* Id est, usque adeo mente capti sunt, ut timoris Dei rationem non haberent. — *Ut non viderent cœlum.* Ut Dei non recordarentur. Cœlum pro Deo posuit, continens pro contento. — *Judiciorum justorum.* Divinorum judiciorum, et ultionis qua Dominus scelera vindicat.

11. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea.
12. Et observabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum :
13. Eamus domum, quia hora prandii est. Et egressi recesserunt a se.

14. Cumque revertissent, venerunt in unum; et sciscitantes ab invicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam; et tunc in communi statuerunt tempus, quando eam possent invenire solam.
15. Factum est autem, cum observarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri et nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitque lavari in pomario : æstus quippe erat :
16. Et non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos, et contemplantes eam.
17. Dixit ergo puellis : Afferte mihi oleum, et smigmata, et ostia pomarii claudite, ut laver.

18. Et fecerunt sicut præceperat; clauseruntque ostia pomarii, et egressæ sunt per posticum, ut afferrent quæ jusserat; nesciebantque senes intus esse absconditos.

19. Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, et accurrerunt ad eam, et dixerunt :
20. Ecce ostia pomarii clausa sunt, et nemo nos videt, et nos in concupiscentia tui sumus : quamobrem assentire nobis, et commiscere nobiscum.
21. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum juvenis, et ob hanc causam emiseris puellas a te.
22. Ingemuit Susanna, et ait : Angustiæ sunt mihi undique; si enim hoc egero, mors mihi est; si autem non egero, non effugiam manus vestras.

11. Car ils rougissaient de se découvrir l'un à l'autre leur passion criminelle, ayant dessein de corrompre cette femme :
12. Et ils observaient tous les jours avec grand soin le temps où ils pourraient la voir. Un jour l'un dit à l'autre :
13. Allons-nous-en chez nous, parce qu'il est temps de dîner. Et étant sortis, ils se séparèrent l'un de l'autre.
14. Mais en revenant aussitôt, ils se rencontrèrent; et après s'en être demandé la raison l'un à l'autre, ils s'entr'avouèrent leur passion, et alors ils convinrent de prendre le temps où ils pourraient trouver Susanne seule.

15. Lorsqu'ils observaient un temps propice, il arriva que Susanne entra dans le jardin, selon sa coutume, étant accompagnée de deux filles seulement, et qu'elle voulait se baigner, parce qu'il faisait chaud :
16. Et il n'y avait personne alors que les deux vieillards, qui étaient cachés, et qui la regardaient.
17. Alors Susanne dit à ses filles : Apportez-moi de l'huile de parfum et des pommades; et fermez les portes du jardin, afin que je me baigne.
